PHYSICA SPE
CVLATIO ADMODVM

REVERENDI PATRIS FRATRIS
Alphonsi à Vera Cruce Doctoris Theologi, & bonarum artium Magistri: Sacri ordinis Eremitarum Diui Augustini: Primarij præfecti in vniuersitate Mexicana in noua Hispania olim, in partibus Indiarum maris Oceani. Nunc quartò ab eodem auctore edita, & in pluribus aucta, & innumeris repurgata mendis, & speculationibus integris locupletata, maximè in libro de cælo & mundo, vbi noui orbis descriptio per loca maritima omnia, ad austrum & aquilonem & alia, quæ desiderabantur.

QVARTA EDITIO.

Cum Indice quæstionum, seu speculationum omnium.

SALMANTICÆ.
Excudebat Ioannes Baptista à Terranoua.
Año M. D. LXXIII.

Expensis Simonis à Portonarijs.
Esta tassado en

PHYSICA SPE
CVLATIO ADMODVM

REVERENDI PATRIS FRATRIS
Alphonsi à Vera Cruce Doctoris Theologi, & bonarum artium Magistri: Sacri ordinis Eremitarum Diui Augustini: Primarij præfecti in vniuersitate Mexicana in noua Hispania olim, in partibus Indiarum maris Oceani. Nunc quartò ab eodem auctore edita, & in pluribus aucta, & innumeris repurgata mendis, & speculationibus integris locupletata, maximè in libro de cælo & mundo, vbi noui orbis descriptio per loca maritima omnia, ad austrum & aquilonem & alia, quæ desiderabantur.

QVARTA EDITIO.

Cum Indice quæstionum, seu speculationum omnium.

SALMANTICÆ.
Excudebat Ioannes Baptista à Terranoua.
Año M. D. LXXIII.

Expensis Simonis à Portonarijs.
Esta tassado en

Licencia.

DON Phelippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leõ, de Aragõ, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, Conde de Flandres, & de Tyrol, &c. Por quanto por parte de vos fray Vicente de Quintanilla, procurador general de la orden de sancto Augustin, nos ha sido fecha relacion diziendo, que podia auer siete años poco mas o menos, que nos ouimos dado licencia al Maestro fray Alonso de la vera Cruz, frayle de la dicha orden, y cathedratico de prima en la vniuersidad de Mexico, para imprimir vn libro intitulado Curso de artes y philosophia, y que agora auia añadido el dicho libro en muchas partes, en lo qual auia passado mucho trabajo y ocupacion: supplicãdo nos, le diessemos licencia y facultad para lo poder imprimir con las dichas enmiendas y añadiduras, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro cõsejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pregmatica por nos agora nuevamente fecha dispone, fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, y nos touimos lo por bien: y por la presente damos licencia y facultad a qualquier impressor de estos nuestros Reynos, para que por esta vez pueda imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion con las dichas emiendas y añadiduras, sin que por ello caya ni incurra en pena alguna: y mandamos que la tal impression se haga del dicho libro original que va rubricado cada plana, y firmado al fin del, de Domingo de Çauala nuestro escriuano de camara, y de los que residen en el nuestro consejo: y que despues de impresso, no se pueda vender ni venda, sin que primero se trayga al nuestro cõsejo juntamente con el dicho original, para q̃ se vea si la dicha impresiõ esta conforme al original, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la pregmatica y leyes de nuestros Reynos: y no fagades ende al so pena dela nuestra merced, y de cinquenta mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a veynte y vn dias del mes de Nouiembre de 1568. Años.

D. Cardinalis Sigunt. El Licẽciado Menchaca. El Doctor Suarez de Toledo. El Licenciado Fuen Mayor. El Licenciado Iuan Thomas. El Doctor Gaspar de Quiroga.

E yo Domingo de Çauala escriuano de camara de su Magestad la fize escriuir por su mandado, con acuerdo de los de su Consejo.

SPeculationes physicas per admodum reuerendum patrem Alphõsum à Vera Cruce ordinis D. Augustini, iam olim editas, & tandem quartò ab eodem recognitas & in aliquibus auctas, publicè imprimi posse ac debere, re bene perpensa & examinata mihi visum est, in communem s. vtilitatem scholarũ tanquam expeditissimam viam ad scientiam rerum naturalium facilè consequendam. Cum igitur iussu regij supremique senatus hoc iudicium à me postuletur, ita censeo esse faciendum. In hoc nostro cœnobio sancti Hieronymi apud Madritum sexto Calendas Decembris. Anno 1570.

Frater Rodericus Yepensis.

ARCHIPRAESVLI DIGNISSIMO APVD VALENTIAM DOMINO Magistro, Domino Fratri Thomę à Villanueua, ex ordine Eremitarum Sancti Augustini assumpto, suus Frater Alphonsus à Vera Cruce eiusdem ordinis, felicitatem.

CVM olim, antistes ornatissime, prouinciæ Castellæ feliciter præesses, ad hanc noui orbis prouinciã ordinis S. P. N. August. quæ ab illa, quam gubernandam acceperas, velut ex equo Troiano dimanauit, literas misisti, quibus tuos velut pater admonebas filios, vt in nouo orbe, nouaque prouincia, & apud nouiter cõuersos, noua fierent omnia, atque tradendarum disciplinarum, instruendorumque discipulorum noua esset ratio. Siquidem, Archiepiscope obseruandissime, periculum feceras, quantum sine fructu in illis caudatis syllogismis formandis insudatur. Quippe qui Compluti publicus professor sic argutias penetrasti omnes, vt meritò inter omnes habitus fueris vnicus. Atque cùm ad portum religionis tanquam ad asylum tutissimum confugisti, à tergo ista relinquens, æquus arbiter, & iudex effectus, medium (quod tenent beati) amplectendum præcepisti. Quamobrem resolutionem in Summulis, & Dialectica edidimus, superflua resecantes, & breui temporis curriculo necessaria tradentes. Quantus fuerit profectus, quamque salubre consilium tuum, Pater amplissime, exploratissimum habẽt omnes: Vireſque resumẽs in Physica disciplina, idem quod in Dialectica, præstare visum est. Quapropter hãc Physicam Speculationem succinctè sic emisimus, vtque necessaria, desideranda nõ sint. Sed cum hæc alicui dedicare in animo esset, tu inter mortales omnes occurristi primus, cui iure optimo hoc nostrum opus, quale est, sit nuncupandum: vt tua virga censoria corrigas, & emendes. Quis melius de Physica Speculatione, quam ille qui inter graui ssimos Philosophos consummatissimus est declaratus? Nam sicut inter Concionatores tui temporis apicem es adeptus, & inter Theologos profundissimus prædicaris, & inter religiosos religiosissimus, sic in discernendis, & dijudicandis aliorum scriptis cum omnibus certas: quod meritissimè ab Archipræsule Hispalẽsi, causarum fidei supremo censore Manrrico, cùm esses Burgis prior in nostro conuẽtu, examinandorum librorum omnium cura tibi commissa sit: vt ille probatus, quẽ tu probasses, atque ille reprobus, quem tu reprobares, haberetur. Recipe ergo grato animo, & illa tua candidissima, angelicaque modestia, hoc perexile munus, non ad donum, sed ad animum respiciens. Quòd si tibi arrisisse intellexero, calcar appositũ certò scias: vt ad altiora (diuino aspirante numine) sit adnitendum. Vale nostri ordinis non vulgare ornamentum.

ADMODVM REVERENDO PATRI FRATRI ALPHONSO A VE ra Cruce in artibus magistro, in sacra Theologia Doctori, & in alma vniuersitate Mexiconensi Primario cathedratico, Raphael de Ceruanes in artibus magister, & in sacra Theologia Doctor, ac Ecclesiæ Metropolitanæ Mexiconensis Thesaurarius.

S. P. D.

SI cursum vitæ huius in qua mortales sic sui obliuiscuntur, vt bona, quę verè bona sunt, abijciant, ex alta mentis acie contemplari liceat, variè certè nobis, acutissime Doctor, harum rerum humanarum volubilitates, controuersiæque semper agitantur: quas fugere, aut euadere, pauci, quos æquus amauit Iupiter, potuere. Sic enim natura in hãc lucem, hac lege vinctos nos protulit: vt innumera, terribiliaq, dãna patiamur. Quapropter omnibus viribus, totoq; conatu nos obniti necesse est: vt hanc infelicem humanę sortis legem melius, & maiori cum tranquillitate, atque quiete pergamus, ne nos procellæ tempestatum demergant, nec permittãt ad optatum portum, quæ gloria nostra est, felici nauigio, nos transfretare. At si diligenter indagamus, nullum allum potius nauigij genus ad hoc instabile pelagus transfretandum adinueniri potest, quàm literarum, scientiæ, ac sapientiæ immortalis, immarcesibilisque thesaurus, qui hominem quasi è terreno pondere denudatum, ad cœlestia docet transcendere loca, naturæque abdita perscrutari, atque ineffabilia de diuinis archanis attingere mysteria: vt iam hic homo diuina Philosophia illustratus, supra humanæ conditionis naturam positus credatur. Quod tibi (Doctor acutissime) ni fallor (& scio quòd non fallor) proprio Marte, diuinoque adiutorio datum est, qui in literis, veraque sapiẽtia per multa temporũ curricula insudasti: tùm intra teipsum meditando: tum alios indefessa lectione docendo, siue priuatim in tuo cœnobio, sed & publicè in nostra præclara Mexiconensi vniuersitate cathedram primam Sancti Thomæ cum doctrina sana, & catholica regẽdo. Ex quibus lectis, ac perlectis, multas eorum dictasti resolutiones, non solùm quę ad Theologiam Architectonicam scientiam pertinent, sed etiam nunc quæ ad Philosophiam naturalem necessaria sunt, in quibus ita clarè, lucidè, & resolutè te habuisti, vt merito opus physicum, clarum, lucidum, ac resolutissimum inter alia habeatur. Quod legi, & perlegi, dignumque vt ab omnibus legatur iudicaui. Lætare ergo vniuersitas nostra Mexiconensis, quæ tantum meruisti habere doctorem. Vale mi Doctor, decus, & lumen Academiæ nostræ.

Quæ in hoc opere continentur.

H.

HOmo per mortem vere dicitur corrumpi etiam si anima sit immortalis. pagi. 136.
Homo in statu innocentiæ, an perpetuari posit. pagi. 276.
Hominis generatio qualiter vere fit, etiam si anima à solo Deo creetur. pag. 232.
In hominis generatiõe an sensitiuũ sit prius intellectiuo, & maneat introducto intellectiuo. pagi. 241.

I.

IDeę positę à Platone in quo sensu verum sit pag. 54.
Ideæ an sint causa, & quomodo, & in quo sensu à Platone. p. 80. & 81.
Indiuiduum vnum, non potest transire in aliud. pag. 233.
Indiuisibile moueri non potest. p. 153.
Indiuiduum vnum non potest transire in aliud. pag. 233.
Indiuiduum vnũ in aliud transire potest trãs mutatione apparenti, vt in alchimia. pagi. 234.
Infinitum actu non potest dari, bene tamen in potentia. pa. 102.
Infinitum materiale quomodo sit cognoscibile & quomodo dicatur incognoscibile pag. 106.
Infinitum in magnitudine per nullam potentiã dari potest: quia repugnat. pag. 107.
Infinitum in multitudine nõ põt dari. p. 108.
Influentia est qualitas distincta à motu & lumine. p. 282.
Insulæ Malucæ, quas del clauo dicimus sunt in demarcatione pertinentes ad regem Hispaniæ, & non Lusitaniæ apertissime probatur. p. 223.
Iris quid, & quomodo causetur & diuersę apparitiones vnde proueniant. p. 320.

L.

LOcus est superficies corporis continentis locatum pagi. 111.
Locus non est corpus, nõ est materia. ibidem.
Locꝰ in quo sensu dicitur immobilis. pa. 112.
Locus proprius est æqualis locato. pag. 113.
Locus multis modis capitur. p. 115.
Locum naturalem quælibet res mundi appetit & habet. pag. 118.
Locus naturalis conseruat rem. ibidem.
Sic quælibet res suum habet locum, vt nullum corpus naturaliter possit esse simul in duobus locis, sed bene per diuinam potentiam. p. 119.
Longitudinis distantia à Toleto vsque ad insulam Cebu in insulis Philippinis est. 216. graduum, & 15. minutorum. pag. 223.
Longitudo à linea demarchationis & diuisionis orbis inter reges Hispaniarum & Lusitaniæ vsque ad insulam Cebu est centum trium graduum. ibid.
Liberum arbitrium liberum est ab influentia cœlorum & quomodo. p. 283.
Lumen & influentia quomodo differunt. pa. 281.

M.

MAteria quomodo sit vna omnium rerũ, & sit principium rei naturalis. p. 29.
Materia quę est subiectum differt à subiecto accidentium. pagi. 30.
De materia quomodo Plato & Arist. consentiant. pagi. 30.
Materia an aliquando sine forma, variæ opiniones. ibidem.
Materia actu materia est, & dicitur esse in potentia: quia in sua ratione formali non includit actũ alicuius formæ, sed potest quãlibet recipere. pag. 34.
Materia prima non est nisi per formam. pa. 35.
Materia nullam habet sibi coæuam quantitatem. pa. 36. & 37.
Materia prima à solo Deo per creationẽ est, & ideo ingenerabilis & incorruptibilis. p. 39. & 40.
Materia est cognoscibilis per analogiam: & per negationem. pag. 43.
Materia est cognoscibilis per formam. ibidem.
Maris fluxus & refluxus vnde causetur. pa. 306.
Maris salsedo vnde causetur. pa. 308.
De metallorũ natura & vnde causetur. p. 325
Metheorologica quomodo fiant, & quæ sit materia eorum. p. 296. & 298.
Meridianus circulus quis sit, & ad quid seruiat. pagi. 222.
Meridianus Toleti differt à Meridiano Mexicano fere per horas. 7. quia Toleti Sol oritur ante quã Mexici per. 7. horas. ibidem.
Meridianum habere eundem duos stat, cum tamen non sint in eadem latitudine seu distantia ab æquinoctiali. ibid.
Mixta imperfecta in aere generantur. pagi. 298.
Vtrum quodlibet mixtum componatur ex 4. simplicibus. pa. 268.
Mixtio qualiter fieri potest. late pagi. 255. & 256.
Motus & tempus non componitur ex indiuisibilibus. pagina. 147.

Mouens & motum oportet simul sint, quomodo motus motui comparari possit pagina. 158.
Quomodo omne quod mouetur: ab alio mouetur. pagi. 176. & 177.
Motor primus est durationis infinitæ, & impartibilis. pag. 181.
Motor primus est immobilis & vnus. pagi. 180.
Motus quid sit, & quotuplex. p. 95.
Motus non est quid distinctum à re, quę mouetur. pagi. 96.
In motu fluxus quomodo consideretur. pa. 97.
Motus & tempus non componuntur ex indiuisibili. pagi. 147.
Motus solum sunt tres species. pagina. 129.
Motus speciem capit non à termino à quo, sed à termino ad quem. pag. 130.
Motus omnis est à contrario ad cõtrarium.
Motus solum est ad tria prædicamenta, scilicet ad qualitatem, quantitatem & vbi. pa. 133.
Ad vnitatem motus quæ sunt necessario requisita. pag. 136.
Ad vnũ numero motũ requiritur vnitas mobilis, & termini, & viæ, & temporis. p. 139
Motus reflexus aliquomodo potest esse cõtinuus, & alio modo non. ibid.
Motus contrarietas penes terminos contrarios ad quos attendi debet. pag. 142.
Motus primum esse eius non datur. pa. 151
Motus nõ potest esse in indiuisibili. pa. 153.
Motus circularis, quo pacto possit esse perpetuus. pagi. 159.
Mundum non fuisse ab æterno est fidei articulus. pagi. 172.
Mundum fuisse ab æterno non probatur exrationibus Arist. ibid.
Mũdus potuit esse ab æterno à Deo quantũ ad partẽ incorruptibiliũ: sed non quantũ ad corruptibilia. pa. 174. & 175.

N.

NAturale multis modis dicitur. pa. 3. & 4.
Natura quid agit, & quot modis dicatur pagi. 64.
Natura, quomodo agat propter finem, p. 67.
Quomodo res naturales ex naturis constet. ibid.
Necessarium multis modis dicitur. p. 9.
Ad notitiam intellectiuam ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia est progressus. pagina. 16.
Nunc tempus quomodo sit indiuisibile. pagina. 148.

O.

OBiecti differentia materialis non diuersificat potentiam. pa. 14.
Orbes omnes sunt sphęricę figuræ, pag. 202
Orbis partitio facta per summum pontificẽ in gratiam regum catholicorum & Lusitaniæ. p. 211.
Orizõ duplex, rectus & obliquus. pagi. 224.
Odoratus quomodo fiat, & de odoratiua potentia. pagi. 357.

P.

PLanetæ quomodo moueantur, & quã habeãt quãtitatẽ, & quem seruent ordinem interse: per integram speculationẽ. p. 215.
Planetarum declinatio & latitudo, quomodo sit consideranda per distantiam ab ecliptica, vel ab æquinoctiali. pag. 220.
Partitio totius orbis facta anno. 1494. ab Alexandro. 6. summo pontifice in gratiã regum catholicorũ & Portugaliæ. pag. 211
Paradisus terrestris vbi collocãdus, vide per integram speculationem. pagi. 225.
Periodꝰ determinata, an cuiuslibet entis corruptibilis detur. pagina. 274.
Potentiarum quinque genera, vegetatiuum sensitiuum, appetitiuum, secundum locũ, motiuum, & intellectiuum. pag. 337.
Potentiæ animæ distinguuntur ab anima. p. 374. & 375.
Potentiarum distinctio sumitur penes actus & obiecta. pa. 377.
Ad physicum spectat de primis substantijscõsideratio quantum ad aliqua quæ eis conueniunt. pag. 185.
De principijs rerũ naturalium variæ opiniones antiquorum. pag. 27.
Principia rei naturalis intrinseca duo sunt solum. pagina. 24.
Principia rei naturalis materia, forma & priuatio. ibid.
Principium & causa differunt. pag. 23.
Priuatio quomodo dicatur principiũ rei naturalis. pagina. 26.
An priuatio sit aliquid distinctum à materia pa. 52.
Proportio qd sit, & quotuplex. p. 162. & 163
Proportio alia rationalis & alia irrationalis. ibidem.
Punctum, & est intrinsecum & extrinsecum, & lata differentia. pag. 148.
Punctum per fluxũ, quomodo causat lineãs icut nũc, tẽpus, & mutatũ esse motũ. ibidẽ.

Q.

QValitates primæ solum quatuor sunt. pagina. 262.

Vltra

INDEX RERVM OMNIVM QVÆ IN HOC OPERE continentur secundum ordinem alphabeticum digestus.

A

AVgmentatio an possit dici generatio: per integram speculationem. pag. 240.
Augmẽtatio quo pacto dicatur partialis generatio. pag. 241.
Augeri viuens quando contingit, quælibet aucti pars augetur: vnde. late per integrã speculationem. pag. 243.
In augmentatione viuẽtis quomodo sit præuia digestio. pag. 245.
An augmentum in viuente possit esse motus continuus, latè per integram speculationem. pag. 247.
Augmentum in viuente non est motus continuus. pag. 248.
An in augmento viuentis possit esse motus continuus latè. pag. 247.
Agens in agendo an repatiatur: latè per integram speculationem. pag. 252.
Alteratio non est motus continuus. pagin. 248.
Astra quomodo influãt in istis inferioribus, latè. pag 281.
Aer diuisus in tres regiones: per integrã speculationem. pag. 287.
In aere generantur imperfecta animalia. pa. 298.
Antiparistasis quid: & quæ sunt quę fieri dicuntur per antiparistasim per integram speculationem. pag. 290.
Aqua pluuialis vnde generetur: & de fontali similiter. pag. 303.
An agens principale sint qualitates actiuæ. pag. 272.
Accidens ducit in cognitionem substãtiæ. pag. 343.
Auditus quomodo contingat. pag. 363.
Animæ consideratio ad physic. spectat. pa. 353.
Animæ rationalis consideratio in quantum forma corporis ad physic. spectat. ibidẽ.
Anima est actus primus substantialis corporis physici. pag. 331.
Anima non est corpus. pag. 332.
Anima, quomodo dicitur numerus seipsum mouens ad mentem Platonis. pag. 336.
In anima, harmonia cœlorum reperitur. pa. 337.
Animæ vegetatiuæ partes nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum. pag. 340.
In anima sensitiua solũ quinque sensus sunt ponendi exteriores. pag. 347.
Anima quomodo sit in qualibet parte animati. pag. 371.
Anima distinguitur à suis potentijs. pa. 375.

C

CAusa quid agit. pag. 72.
Causalitas cuiuslibet causæ. pag. 74.
Causa finalis quomodo, cũ actu non sit, causat. pag. 78.
Casus quomodo detur, & fortuna. pa. 83.
Causa prima quomodo agat & causet, & necessario causet, sed in rebus manet contingentia. pag. 89.
Cahoris, vulgo dictian dentur. pag. 363.
Cœlum est compositum ex materia & forma. pag. 191.
Cœlum quomodo mouetur ab intelligẽtia motiue, non tanquam à forma informante. pag. 197.
Cœlum nõ est animatum, & latè ibi. pa. 199.
Cœlum est sphæricæ figuræ. pag. 201.
De cœlorum numero & ordine varia apud antiquos opinio. pag. 214.
De motibus cœlorum, & de crassitudine eorum & distantia in circunferentia per integram speculationem. pag. 215.
In cœlo eccentrici & concentrici & epicicli sunt ponendi per integram specu. p. 217.
In firmamento diuersi motus, & vnde proueniat. pag. 217.
Cœli ponendi sunt decem, qui & mouentur ab intelligentijs motricibus: & suprà ponitur cælum empyreum immobile. p. 217
Cœlum quomodo influit in istis inferioribus latè. pag. 281.
Circuli componentes totam sphæram sunt decem, sex maiores & quatuor minores: de quibus latè. pag. 220. per integrã spec.
Cibus in nutrimento & augmento viuentis neque in pleno neq; in vacuo recipitur: sed in poris aere plenis fit. pag. 246.

Continuum non potest componi ex indiui sibilibus.pag.146.
Corpori simplici quomodo cõpetat eivnus motus simplex.pag.193.
Colurus quid sit,& quod vnus sit diuidens æquinoctia & alter diuidẽs solstitia.p.222
Colorum quot sunt species.pag.351.
Creatura non potest creare.pag.45.
Creandi potentia probabile est creaturę nõ posse communicari.pa.46.contrariũ probabilius.ibid.
Creatura quomodo posito miraculo desacra.pag.46.
Quot sunt genera causarum pag.73.&pag. 74.
Creatio de mente Arist.datur.pag.48.
Clima quid sit,& quot ponantur tam ad Austrum quàm ad Aquilonem.pag.204.

D

Declinatio &latitudo in planetis quomodo sit consideranda.pag.220.
Digestio quomodo in viuente perfecto cõtingat,&in qua parte:& plura ad propositum.pag.245.

E

Exhalatio quid,&quomodo àvapore differat.pag.294.
Elementa an maneant in mixto formaliter, vel solum virtute, & de combinatione & dispositione eorum latè.pag.258,
Elementum qua ratione dicatur esse in mixto virtute, cum non sit actu.pag.260.
Elementa solum sunt quatuor,& quare. pa. 264.
In elementis in quibus est symbolum quomodo facilior sit transitus.pag.266.
Eclipsis lunæ vel solis nunquam cõtingit ni si sub ecliptica in capite vel in cauda draconis.pag.221.
Eccentricos & epiciclos ponendos in cœlo probatur latè.pag.218.
Æquinoctialis linea quomodo veniat cõsideranda.pag.220.
Euidẽtia duplex summa&nõ summa.p.232

F

FAtum quomodo catholicè loquendo debeat dari & negari non posit.p.86.& 87
Fascinatio an verè sit,&sint fascinatores.pa. 164
Forma est principium intrinsecum rei naturalis.pag.50.
Forma omnis naturalis excepta anima rationali educitur de potentia materiæ ibid. & pag.51.
Formã educide potentia materię est actu fieri quod erat In potentia materiæ.ibid.
Inter formas alias & animam rationalem distinctio est. pag.52.
Quædam formæ magis pendent à materia quàm aliæ.pag.52.
Quomodo forma dicatur generari.pag. 54.
Forma quomodo sit actionis principium.pagina.70.
Fortuna quid sit,. & in quo casu detur , & quomodo ad efficientem causam reducatur.pag.83.
Formæ substantiales non acquirunt esse successiuè sed bene accidentales.pag.235.
Formæ substantiales tam animatorum quã inanimatorum in instanti introducuntur ab agente naturali.ibid.
Formæ substantialis dispositiones successiuè introducuntur.ibid.
Formę substantialis dispositiones necessarij effectus formæ dicuntur.ibid.
Forma fit terminatiuè,& subiectum cõpleti uè.pag.232.
Fulmẽ vnde causetur,&quæ sit materia eius pag.315.
De fulmine effectus varij & notandi. ibidem.
Forma artis à forma naturali quomodo distinguantur.pag.91.

G

GAlaxia quid,& quomodo causetur.pag. 323.
Generatio ad totum terminatur , & non ad formam.pag.54.
Generationis terminus in creaturis duplici ter accipitur.ibid.
Generatio non est propriè motus. pagina. 130.
Generatio quot modis capiatur. pagina. 230.
Generatio simpliciter quę est acquisitio formæ substantialis & secundum quid quæ est accidentalis.pag.231.
Generatio non est alteratio,licèt præsuppo natur ad eam.ibid.
Quomodo generatio vnius alterius sit corruptio.ibid.
Nam tenet verum in genere simpliciter sed non secundum quid.ibid.
Generatio simpliciter hominis dicitur etiã si anima solum per creationem.
¶Generatio vnius quomodo alterius sit corruptio latissimè per totam speculationẽ pag.135.
Gustatio &de sensu gustus quomodo cõtingat.pag.359.

Vltra qualitates quatuor primas quas dicũt aliæ sunt priores.p.263.

R.

REs naturales quomodo ab artificialibus differant.p.14.
Res naturales quomodo terminẽtur per maximum quod sic, & minimum quod non. pagina.57.
Res naturalis quomodo terminari possit per minimam quantitatem.p.62.
Rarefactio,an sit augmentatio. late per integram speculationem.p.249.250.
Resolutio in corruptiõe an fiat vsque ad materiam primam.late per totam speculationem.p.238.

S.

SApientes quando incœperunt.pag. 12.
Salutatores an habeant virtutem contra rabiem canum&alia multa de illis.pa.365
Sensibile quomodo intelligibile.p.4.
Semen decisum à viuente quomodo se habeat in generatione.pa.53.
Sensatio quomodo cõtingat in quolibet sensu.pa.348.
Sensatio quomodo contingit in visiua potẽtia.p.349.
Sensuum conuenientia adinuicem.pag. 362
Sensus interiores,an cõueniẽter distinguantur.p.367.
Singulare quomodo est scibile & intelligibile.pa.4.
Subiectum capitur multis modis.pa.5.
Subiectum adæquatum philosophiæ,neque est corpus mobile,neque corpus naturale sed ens mobile.pagi.6.
Scientia habetur proprie de re naturali composita ex materia & forma,& de omni re. p.4.
Scientia quomodo supponit suum subiectũ pag.7.
Scientia specialis specialiter cõsiderat quod quid est sui subiecti.pa.7.
Scientia physica quomodo homini est necessaria.p.10.
Scientiarum quæ practica,& quæ speculatiua,& qua ratione.p.13.
In scientia,in demonstratione quia à notiori bus nobis est progressus:sed in demõstratione propter quid à minus notis nobis.p. 17.
Quomodo in scientia contingat progressus per regressum à causa ad effectum & econtra.pagina.19.
Scientia physica quomodo distinguatur à mathematica.p.47.&.48.
Sphęra ex quibus constet circulis, per integram speculationem.p.221.

T.

TActus qualiter fiat,& de potentia factiua. pag.360.
Tempus est motus primi mobilis secundum prius & posterius.pag.124.
Tempus solũin motu primi mobilis ponitur quia primus,& regularissimus & notissimus.ibidem.
Tempus nõ est qualitas distincta à motu primi mobilis.pa.125.
Tempus distinguitur ratione à motu primi mobilis.ibidem.
Tempus quantum ad esse tempus non habet sine operatione intellectus.p.125.
De tempore in diuersis locis varie loquutus est S.Tho.sed vera intelligentia.p.128.
Tẽporis nũc quomõ sit indiuisibile.pa.148.
Terra quomodo sit habitata tam ad Austrũ quam ad Aquilonem.p.206.
Terræ totius in nouo orbe descriptio per loca maritima à parte Aquilonis.pag.209.
Terrę totius descriptio noui orbis ex parte Australi.pa.213.
Terræ magnitudo & comparatio ad planetas.late.pagi.286.
Totum multis modis capitur.p.19
Quomodo totum sit suæ partes & quomodo non sit. ibidem.
Non est tam propria locutio totum est suæ partes,sicut est,totum resultat ex suis partibus.p.21.
Torrida zona non solum inhabitabilis , sed maxime habitata probatur tam ad Austrũ quam ad Aquilonem.p.207.
Transsubstantiatio per naturam non datur, sed potest esse per diuinã potentiã. p.243.
Ttransitus facilior in elementis in quibus est symbolum.p.266.
Tropicus cãcri,& tropicus Capricorni quomodo intelligantur.p.225.

V

VAcuum non datur in rerũ natura.pa. 120
Vacuum dari per diuinam potentiam nõ repugnat.pa.121.
Vacuo dato & concesso, si mobile moueretur in instanti,non esset.ibidem.
Vapor quomodo differt ab exhalatione , & qualiter fit materia meteorologicarũ impresionum.p.194.
Vniuersum cum constet ex tanta varietate rerum perfectum dicitur esse.p.189.

Velocitas in motu qualiter cognoſcenda.pa. 166.
Velocitas in motu ex parte cauſę qualiter cõſideranda.pag.169.
Ventus an ſit exhalatio.pag.311.
Vinum & acetum non ſunt eiuſdem ſpeciei. pagin.233.
Viſio quomodo contingit in potentia viſiua pagi,350.
Vox quomodo cauſetur, & nonnulla aliacõ ſideratione digna.pa.355.

Z.

Zenith vocatur punctum in cœlo reſpondens capitiſ& oppoſitum dicitur Nadir. pagina.222.
Zodiacus in cœlo quomodo conſideratur, & quam habeat latitudinem.pagina. 220.
Per medium zodiaci linea ecliptica intelligitur,quæ & via ſolis eſt,quia nunquam ſol ab ea declinat.ibidem.

Index ſpeculationum quæ in toto volumine continentur. Primus Phyſicorum viginti continet ſpeculationes.

1 Vtrũ de re naturali ſit ſcientia. pag.3.
2 Vtrum corpus mobile ſit ſubiectum huius ſcientiæ.pag.4.
3 Vtrum hæc ſcientia debeat conſiderare quod quid eſt ſui ſubiecti.pa.7.
4 Vtrum hæc ſcientia naturalis ſit homini neceſſaria.pag.9.
5 Vtrum hæc ſcientia ſit practica an ſpeculatiua.p.13.
6 Vtrum in hac ſcientia naturali ſit progreſſus ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia.pagina.15.
7 Vtrũ totũ ſit idẽ quod ſuę partes.pa. 19.
8 Quot ſunt principia rerũ naturaliũ.p.23
9 Vtrum materia ſit pura potentia.pag.28
10 Vtrũ materia habeat de ſe aliquẽactũ.33
11 An materia habeat quantitatem.pa.36
12 An materia ſit ingenerabilis & incorruptibilis.pa.39.
13 An materia ſit cognoſcibilis per analogiam.p.42.
14 An creatura poſsit creare.p.45.
15 An de mente Ariſ.detur creatio.pag.47
16 Vtrum forma educatur de potentia materiæ.pa.49.
17 Vtrum generatio terminetur ad formã pag.53.
18 Vtrum priuatio ſit quid diſtinctũ à materia & forma.pag.55.
19 Vtrũ res naturales terminentur per maximum.pa.57.
20 Quid ſit ſentiendum de minimo naturali.p.61.

Liber.2.Phyſi.8. continet ſpeculationes.

1 AN recte natura ſit ab Ariſtot.definita, p.64.
2 An forma ſit principium actionis.pa.70.
3 An ſolum ſint quatuor genera cauſarũ. pa.73.
4 An ideæ ſint etiam cauſę.p.79.
5 An fortuna,caſus,fatũ, ſint cauſa. p.82.
6 An natura agat propter finem.pagi.88.
7 An forma artis differat à naturali pa.90.
8 An ſit differentia inter phyſicam & mathematicam.pagi.92.

¶Lib.3.Phy.4. cõtinet ſpeculatio.

1 AN motus diſtinguatur à mobili, & à forma,ad quam eſt motus,pagina.95.
2 An poſsit dari actu infinitum.pag.101.
3 An infinitũ ſit incognoſcibile. p.105.
4 An per diuinam potentiam poſsit dari actu infinitum.pagin.106.

¶Lib.4.phyſi.habet.4.ſpecula.

1 VTrum locus ſit ſuperficies.pa.110.
2 An omne enshabeat ſuum locum naturalem.p.115.
3 An vacuum ſit dabile.pa.119,
4 An tempus ſit aliquid reale.pag.122.

¶Lib.5.phy.habet.6.ſpeculatio.

1 ANn ſint ſolũ tres ſpecies motꝰ.p.129.
2 An ſolum ad tria prędicamẽta ſit motus.p.132.
3 An formæ ſubſtãtiales ſucceſsiue acquirãtur.p.134.
4 An ad vnitatẽ motus tria requirantur. p. 136.
5 An motus reflexus poſsit eſſe cõtinuus. p.140.

Vnde

Quæ in hoc opere continentur

6 Vnde attendatur contrarietas in motibus.pagi. 141.

¶Lib.6. complectitur.4.ſpecul.

1 AN continuum conſtet ex indiuiſibilibus.pagina.145.
2 An nunc tẽporis ſit indiuiſibile.pa.148
3 An in motu detur primũ eſſe eius.p.150
4 An indiuiſibile poſsit moueri.pagi.153.

¶Lib.7.amplectitur.5.ſpeculat.

1 AN ſit neceſſarium quod mouens & motum ſint ſimul.pagi.155.
2 An quilibet motus cuilibet motui poſsit comparari.pagi.158.
3 De proportionibus.pagi.161.
4 De velocitate motus ex parte ſpacij.pagina.165.
5 De velocitate motꝰ ex pte cauſę.p.168.

¶In.8.Phyſi.ſunt.7.ſpecul.

1 AN ſit fidei articulus quod mundus inceperit pagi.171.
2 An mũdus potuit eſſe ab ęterno.p.174.
3 Vtrum omne quod mouetur ab alio moueatur pagina.176.
4 An primus motor ſit immobilis.pa.179.
5 An primus motor ſit infinitæ durationis.pagina.181.
6 An prima cauſa agat de neceſsitate naturæ.pagina.182.
7 An ad Phyſicum ſpectet conſideratio de ſubſtantijs ſeparatis.pag.184.

¶Libri. vnici de cælo ſunt.15. ſpeculat.

1 AN vniuerſum ſit perfectum.p. 186. An cœlũ ſit corpus ſimplex. p.190.
3 An vnius corporis ſimplicis ſit tantum vnus motus ſimplex.pagina.193.
4 An motus circularis poſsit eſſe perpetuꝰ pagina.196.
5. An cœlum moueatur ab intelligẽtia. pagina.197.
6 An cœlum ſit animatum.pagina.198.
7 An omnia corpora ſimplicia ſint ſphærica.pagina.201.
8 De climatibus.pagina.204.
9 An terra ſit habitabilis ex omni parte.pagina.206.
10 Quæ ſit poli eleuatio ad Aquilonẽ in locis noui orbis de nouo inuẽtis. p. 209
11 Quæ ſit poli eleuatio,& diſtãtia ad Auſtrum in locis de nouo inuẽtis.p.213
12 De cœlorum numero & ordine.p. 214
13. De eccentricis & epiciclis.pagi.217.
14. De circulis cõponẽtibus ſpherã.p.220
15. De paradiſo terreſtri vbi ſituetur.p.224

¶Liber.1.Degeneratione.11.habet ſpecula.

1 AN generatio& corruptio ſit poſsibilis. pagina.230.
2 An vnum indiuiduum poſsit tranſire in aliud.pagina.233.
3 An generatio vnius ſit corruptio alterius. pag.235.
4 An in corruptiõe fiat reſolutio vſque materiam primam.pagina.237
5 An augmentatio ſit generatio.pag.240
6 An quælibet pars aucti augeatur.p.243.
7 An augmentum in viuente ſit motus cõtinuus.pagina.247.
8 An rarefactio ſit augmentatio.pa. 249.
9 An omne agẽs in agẽdo repatiat.p. 252,
10 An mixtio ſit poſsibilis.pagina.255.
11 An elementa maneant in mixto formaliter.pagina.258.

¶In.2.De generatione ſunt.8.ſpeculat.

1 AN ſint.4.qualitates primæ.pagina.262.
2 An ſolum ſint.4.elementa.pagina.264
3 An in elementis habentibus ſymbolum ſit facilis tranſitus.pag.266.
4 An quodlibet mixtum ex quatuor ſimplicibus conſtet.pagina.268.
5 An qualitates actiuę ſint principalia principia actiua.pagina.270.
6 An detur mixtũ temperatum vt ſit ęquale ad pondus.pagi.272.
7 An omne corruptibile habeat determinatam periodum.pagi.274.
8 An homo inſtatu innocẽtiæ potuit perpetuari.pagina. 276.

¶Primus Meteororum. 8. cõtinet ſpeculatio.

1 AN cœlum & aſtra influant in iſtis inferioribus.pagi.281.
2 An elementum terræ ſit minus quã alia elementa.pagina.282.
3 An aeris elementum in .3. regiones diuidatur.pagina.287.
4 An detur actio per antiperiſtaſim.p.290
5 An vapor & exhalatio ſint materia meteorologicarũ impreſsionum.pagi.293
6 An mixta imperfecta generẽtur in aere. pagi.296.
7 An cometa ſit de natura cœleſti.p.300
8 Quomodo aquæ fontales generentur pagina.302.

¶Libr.2.

¶Liber.2. Meteororum.4.habet ſpeculatio.

1 AN fluxus & refluxus maris ſit naturalis.pagina.306.
2 An ventus ſit exhalatio,vel aer motus. pagina.309.
3 An Typhon & Ecnephias fiant ex exhalatione.pagina.302.
4 An fulmen ignis ſit de nube deſcedens pagina.313.

¶Liber.3.Meteororum.4. cõtinet ſpecula.

1 AN Halo per refractionem radiorum contingat.pagin.317.
2 Vtrum Iris ſit realiter aliquid in nube. pagina.319.
3 An virgæ & parhelij fiant ex radiorum refractione.pagina.322.
4 An metalla fiant & generentur per naturam.pagi.323.

¶Liber primus de Anima.6.habet ſpecula.

1 AN ad phy.ſpectet conſideratio de anima.pagi.329.
2 An anima ſit actus primus ſubſtantialis corporis.pagi.331.
3 An anima ſit numerus ſe mouẽs.p. 333.
4 An ſint.5.genera potentiarũ.pag.337.
5 An conuenienter aſsignentur partes animæ vegetatiuæ.pagina.340.
6. An accidens conducat ad cognoſcendã ſubſtantiam.pagina.343.

¶Liber. 2.De anim. 9. amplectitur ſpeculat.

1 AN anima ſenſitiua ſit ponenda. pagi. 347.
2 De aſcinatoribus & ſalutatoribus.p.363
3 An ſenſus interiores cõuenienter diſtinguantur.pag.366.
4 An tota anima ſit in qualibet parte corporis.pagina.371.
5 An potentiæ animæ diſtinguantur ab anima.pagina.373.
6 An potentiæ diſtinguantur per actus aut per ſua obiecta.pagin.376.
7 An præter potentias interiores & exteriores ſit aſsignanda alia quæ ſit appetitus.pagi.379.
8 Vtrum ſint ponendæ paſsiones in anima pagi.382.
9 An ſenſus poſsit decipi circa ſenſibile proprium.pagina.389.

¶Liber.3.De anima.12.conſummatur ſpecula

1 AN in homine ſolum ſit anima intellectiua,vel ſimul cum ea ſit ſenſitiua & vegetatiua.pagina.393.
2 An potentiæ animæ ſint in anima ſicut in ſubiecto.pagina.397.
3 An intellectus potentia ſit paſsiua.pagi. 398.
4 An ſit ponendus intellectus agẽs.pa.401
5 An memoria ſit ponẽda potentia diſtincta ab ipſo intellectu,vel an ſit idem quẽ intellectus.pagi.406.
6 An ratio ſit alia potentia ab intellectu.pagina.408.
7 An potentiæ diſtiguantur penes obiecta.pagina.413.
8 An voluntas ſit alia potẽtia diſtincta ab intellectu & præſtantior eo.pag.416
9 An anima ſit immortalis.pag.419.
10. An liberum arbitrium ſit idem, quod voluntas.pag.422.
11 An intellectus noſter res materiales & corporeas intelligat abſtrahendo à phantaſmatibus.pagi.427.
12. De cognitionis modo animæ ſeparatæ pagi.ibid.

Finis ſpeculationum rerumque
omnium,quæ in vniuerſo hoc opere tractantur.

PHYSICA SPECVLATIO

àdmodm Reuerendi patris fratris Alphonſi à Vera cruce,Sacri ordinis Eremitarum D.Auguſtini: bonarum artium,ac Sacræ Theologiæ Magiſtri,& cathedrę primarię moderatoris olim in inclyta,ac fideliſsima Mexicana ciuitate in partibus Indiarum maris Oceani.

PROLOGVS.

MEMORES promiſsi,ne fidei fractores inueniamur: hanc Phyſicam ſpeculationem in publicum iredecreuimus. Si quidem cùm illam tam in ſummulis(quas vocant)quàm in Dialectica ederemus reſolutionem: mente concepe-ram,ſi laboresilli vtiles, & doctis placerent: id etiam in Phyſica complere. At quia ſpes mea non ad irritum cecidit,& recte ſentientibus,iudicijque perſpicuis,& ſapientibus: id gratum fuiſſe intelligens: ſucceſsiuis horis,& quantum ab alijs grauioribus,ſerioſiſq; ſuffurari datum eſt,ab inſtituto non recedentes: hanc naturalium rerum conſiderationem in vnum congeſsimus: operæpretium exiſtimantes,compẽdioſam peruenienti ad arcem viam abſoluere: adducendo meliora,quę à maioribus ſunt tradita(velut apum habet natura)flores diuerſos ſeligendo: dulcia conficere: & aliqua noua adducendo,ab illis non excogitata neque inuẽta inuẽtione enim creſcũt ſciẽtiæ. Siquidẽ inter fragilisimos,ſimulatq; omni pretio digniſsimos Phyſicæ diſciplinæ fructus: ſpinarũ immixta cõgeries eſt quæſtionũ,argumẽtorũq; colluuies: vt ipſam ſpecioſam rei naturalis ſcientiam,tanquam denigrauerint,turpemq;,& exoſam effecerint. Garrula illa ſophiſtica,& fucata traditio tãtum ſe ſe inſinuauit,& terminos conſtitutos trãſgreſſa eſt: vt quę ancillari debuerat,antiſtetur. Quis enim non ex animo doleat,quanta iactura temporis(quo nihil pretioſius) adoleſcẽtumque olei,& operis omiſsio ſit in tractandis,quę de maximo,& minimo naturali multiplicantur argumẽtis,in illis voluẽdis,quæ à Calculatore diffuſè valde tractantur,atque de motuũ,& mobiliũ proportione,& ad inuicẽ cõparatiõe ſophiſticè proponuntur? Atq; (vt vnico verbo multa dicã) quæ de triplici motu ab Al-

uaro Thoma ſunt excogitata? Hoc vnum verè tales aſſerere poſſe affirmo: Per totam noctem laborantes nihil cepimus.

¶ Libuit ergo in hac noſtra Speculatione, quæ videntur vtiles, atque neceſſarias, ſic adducere quæſtiones, quæ ad declarandam mentem Ariſt. conducunt, vt exercitio detur locus, & legentes in breui non pœniten dum reportent fructũ. Medullam totius philoſophiæ tradidit nobis de uotè, ſimul & doctè Titelmanus Minorita, grauis author: fecerunt id & alij non contemnendi authores. Verùm quidam breuitati ſtuduerunt: vt nec meminerint exercitij, quod tyrones plurimùm adiuuat: alij verò fimbrias dilatant, vt velle videantur conſumere tenera ingenia, & tẽpus omne. Nos igitur ab extremis deuiando, medium tenere ſumus conati. An voti compotes, alij iudices ſunto. Ferè in omnibus libris ordinẽ Ari ſto. principis philoſophorum ſequuti, mentemq; eius (quantum pro no ſtri ingenij tenuitate permiſſum fuit,) ob oculos propoſuimus. Circa ta men libros de cœlo, quia multa difficilia, atque nõ tam fructuoſè ab eo tradita, ſolùm vnum librum appoſuimus. Cætera alia, quæ ad aſtrorum peritiam, & omnia quæ ab aliquibus ſunt excogitata, & ficta circa iudiciariam Aſtrologiam, in proprio tractatu ſunt conſideranda. Eſt enim in animo (ſi dominus dederit) ſuperſtitionem omnem à fidelium menti bus tollere, & veritatem tam Phyſicè, quàm Theologicè loquentes, ma nifeſtare in noſtris Reſolutionibus. Et conſultò tãdem miſſum fecimus textum Ariſt. tum vt prolixitatem fugeremus: & quia ſunt nõ pauci qui id perfecerunt exactè, tum etiam, quia in ſpeculationibus non neceſsimus à ſenſu, & textu Ariſtotelico: adducẽdo neceſſaria aliquando in cõcluſionibus: modò in notabilibus: & tandem in argumentorũ ſolutionibus. Quòd ſi fuerit factũ ſatis omnibus, & arriſerint iſtę ſpeculationes & conduxerint, vt deſideramus: & ſi textum cum elucidatione expetitum fuerit, parati ſumus (modò ſimus moniti,) id explere, & votis omniũ ſatisfacere: nam recognoſco debitum, quo omnibus debitores ſumus, teſte Diuo Paulo. Et cum hunc noſtrum laborem multis placere intellexerim, & adhuc nonnulla ſuperaddi, non ſolùm expoſtulauerint, ſed importunè extorſerint, animum adiecimus, opus tertiò edere aliquantulo locupletius: interdum etiam integras ſpeculationes opportunè in ſerentes: atque id non ſine labore ad finem perduximus, & ſub ſtellæ ſig no ſuperaddita oſtenduntur: gratiasque Deo reddamus omnes. Si quæ tamen in priùs editis, & modo ſuperadditis in fructuoſum offenderit, tarditati ingenij tribuens, meliora proponat pius Lector. Anno. 1569.

PRIMA

PRIMA SPECVLATIO
Proœmialis libri primi phyſico rum. An de re naturali ſit ſcientia.

1. Argum. PRimo quæritur, vtrũ de re naturali ſit ſcientia. Et videtur quod non. Nullũ ſingulare eſt ſcibile: ſed omnis res naturalis eſt ſingularis: ergo nulla res naturalis eſt ſcibilis. Et ſic illius non erit ſciẽtia.

Ariſtot. 1. Poſte. 2. Argum. ¶ Secundo. Nullũ inintelligibile, eſt ſcibile: ſed omne ens naturale, eſt inintelligibile: ergo nullũ tale erit ſcibile. Maior patet, cum id cuius eſt ſcientia, oportet intelligatur. Minor probari poteſt: qa omne tale eſt ſenſibile, & nullũ ſenſibile, eſt intelligibile: quia ſic aliquis ſenſus eſſet intellectus, vel aliqua ſenſatio intellectio: quod eſſe non poteſt.

3. Argum. Ari. 1. Poſte. tex. 66. & 80. & 82. Ar. 1. cæ. tex. 19 & 20. ¶ Tertiò. Scientia nõ niſi de neceſſarijs, & incorruptibilibus eſt, vt ex Ariſ. cõſtat: ſed nullũ naturale ens, eſt neceſſarium, neq; incorruptibile: quia omne tale ex materia, & forma compoſitũ eſt: quod in ſe habet vndecorrumpi poſsit, vt docet Ariſto. ſequitur ergo ſcientiam de re naturali non eſſe.

Ariſtot. 3. Incontrar. Met. te. 5. ¶ In cõtrarium eſt, quia de illo habetur ſciẽtia, de quo demonſtratur propria paſsio: ſed de re naturali probatur, vt quod ſit corruptibilis, quia ex contrarijs compoſita: vel quod homo ſit riſibilis: quia eſt rationalis.

Nota. 1. Naturale dicitur multipliciter. Ariſto. 2. Phyy. co. 4 ¶ Pro ſolutione oportet notare, quod naturale dicitur multipliciter. Primo modo capitur pro ſubſtantia compoſita ex materia, & forma: ſicut homo, lapis, lignum, &c. Et iſto modo capitur ab Ariſ. 2. Phy. cũ dicit. Naturale eſt, quod habet materiam, & formam.

2 Secũdo modo naturale capitur pro diſpoſitione conueniente alicui. Sic dicitur, quod calor igni eſt naturalis, & riſibilitas homini.

3 Tertio modo capitur, vt diſtinguitur contra ſupernaturale. Et ſic omne quod ab agẽte naturali eſt, naturale erit. Et itẽ, quod nõ eſt miraculoſum naturale eſt.

4 Quarto modo capitur prout diſtinguitur contra liberum: ſicut graue, deſcẽſus deorſum, & leue ſurſum. Et iſto modo, quod ab homine liberè cõtingit, quanuis ſecundũ rationem rectam, naturale nõ erit. Quod ſi quintum modũ vis addere,

5 S. Th. p. p. q. 9. a. 3. erit naturale, quod motui, & tranſmutationi ſubiectũ eſt. Vnde omnis res quæ creata eſt, naturalis dicitur. Nam nulla eſt, quæ non ſit ſubiecta, etiam ſi ex materia, & forma non ſit compoſita.

¶ Sexto modo id dicetur naturale, quod alicui à natiuitate conuenit.

¶ Secundo eſt notandum, quod ſcientia multipliciter ſumitur. Primo pro cuiuſlibet veri notitia: quomodo ſumit Liconienſis, quãdo. 1. Poſte. dicit. Scire, eſt credere firmiter ſine hæſitatiõe, cùm hocita ſit exparte rei. Secũdò. Scientia ſumitur pro notitia cuiuſcunq; veri neceſſarij ſic prima principia, & præmiſſæ, in demonſtratione ſciuntur. Quo ſenſu ait Ariſto. 1. Poſte. Præmiſſas, magis ſcimus, quam concluſiones. Tertio ſumitur ſcientia, pro notitia alicuius neceſſarij, habita per demõſtrationem ſic ſciuntur cõcluſiones, quæ habentur per demõſtrationem, ſiue ſit propter quid, ſiue quia: Quartò proprijſsimè capitur pro notitia habita per demonſtrationem propter quid. Et ſic loquitur. 1. Poſte. & 1. Phyſico.

S. Th. 3. p. q. 2. ar. 12 Nota. 2. Liconienſis. Multis modis ſumitur ſcientia. Ariſto. 1. Poſte. Poſte. text. co. 1. Ariſto. 1.

¶ Prima concluſio, Capiẽdo rem naturalem pro compoſito ex materia & forma, nõ ſolũ habetur ſcientia generaliter, & communiſsimè, ſed propriè. Probatur. De homine (qui ex materia, & forma compoſitus eſt) non ſolũ habetur notitia quod ſit, ſed habetur qđ ſit admiratiuus, q̃ ſit diſciplinabilis, q̃ eſt habere propriè ſciẽtiã. Patet: Tũc habetur propriè, quãdo in demõſtratione propter quid, propria paſsio de ſubiecto cõcluditur: ſed ſic eſt de homine: vt ſi quis argumentetur, omne animal rationale eſt admiratiuum: ſed homo eſt animal rationale: ergo admiratiuus erit. Etſi de homine probet eſſe cõpoſitum ex materia & forma, vel ex cõtrarijs, qa omne quod corrũpitur, ex materia & forma cõpoſitum eſt: ſed homo corrũpitur: ergo ex materia & forma compoſitus eſt.

1. Conclu. Ratio.

¶ Secunda conclu. Capiendo naturale. 2. modo, de re naturali, habetur ſciẽtia propriè. Patet: quia demonſtratur calorem igni, & frigiditatẽ aquæ naturaliter cõuenire: & homini riſibilitatem: vt patet ex prima concluſione

2. Conclu. Ratio.

¶ Tertia conclu. De omni re naturali, tertio modo capiẽdo, quę nõ eſt miraculoſa ſciẽtia haberi poteſt propriè, ſicut & de naturali, q̃ diſtinguitur cõtra liberũ. Patet, de omni creatur haberi poteſt ſciẽtia, & de omni tali quod

3. Conclu.

competat ei secundùm naturam: vt de graui quòd descendat, sicut de leui quod ascēdat, probatur, & demonstratur, vt constat: sequitur ergo quòd scientia potest haberi.

4. Conclu. ¶Quarta cōclusio. De re naturali quia à natiuitate est, scientia large haberi potest: vt quòd homo cum duobus pedibus nascatur, & cū duobus brachijs, &c. quia scientia largè sumpta, notitia est alicuius veri: sed talis notitia de tali re naturali haberi potest, vt cōstat sequitur ergo quòd de tali re naturali potest esse scientia.

Ratio.

Ad argu. ¶Ad primum negamus singulare non esse scibile, nam sicut est intelligibile, erit scibile. Et quod sit intelligibile patet, tam in intellectu speculatiuo, quàm in practico. Et quia est iudiciū singulare, & intellectus habet notitiam Sortis: syllogizatur circa ipsum, & cōcludit isto modo. Omne animal rationale risibile est. Sortes est animal rationale: ergo risibilis erit. Et in practico. Omnis fornicatio est fugienda: hæc est fornicatio: ergo hęc est fugienda. Illius minoris in singulari, oportet sit nota, & iudiciū, & intellectus: aliàs non posset concludere. Ecce quomodo singulare intelligitur, & potest sciri. Et ad Aristote. dicimus: eum intelligere directè, non intelligi singulare, & de per se, & sic neque sciri: cum species intelligibilis, quæ abstrahitur à phātasmatibus, denudatur ab hic, & nunc & ab omni ratione singularis, qua mediāte, in intellectu sciētia est: sed tamē q̄ in illa vniuersali abstracta virtute cōtinetur singulare, & cognoscitur similiter. Et etiā ob aliud, quia necesse est intelligēntem phantasmata speculari: & posita specie ad phātasma oportet fic cōuersio, quod singulare est, & alicuius singularis. Sequitur quod singulare, posit intelligi, & illius haberi posit scientia: at non directè per propriam speciem intelligibilē singularē quia hæc non datur. Et in hoc sensu Arist. dixit, vniuersale secundum rationem est notū & singulare secundum sensum. De quibus infrà in tertio de anima, vbi etiam probabile apparebit posse cognosci etiā singulare, per propriam, speciem.

S. Th. p. p. q. 86. ar. 1. & in 4. dist. 50. q. 1. ar. 3. & de ueri. q. 5. ar. 6. & q. 10. ar. 5. et 3. de anim. lect. 8.

Arist. 3. de anima, tex. co. 39.

Arist. 1. Phy. t. 49. Infrà 3. de anima Specula. 10. concl. 4.

Ad 2. ¶Ad secundum, concedimus maiorē, negatur tamē minor: imò omne ens naturale est intelligibile, vt dictū est: & nō solū in vniuersali, sed etiā in particulari. Neque obstat q̄ sit sensibile: imò adiuuat, cū (pro isto statu) nihil sit in intellectu, quin priùs fuerit in sensu. Ne que sequitur q̄ sensus sit intellectus: neq; sensatio sit intellectio. Nō sequitur (inquā) quia sunt diuersæ potētiæ, quæ diuersificātur penes sua obiecta formalia dist incta. Et licèt sensibile, possit intelligi, non tamen sub eadem ratione obiectum est sensus, intellectus: quia erit sensibile: secundum quod in se habet aliqualē rationē formalē illius sensus, quo sentitur: & si intelligitur, erit in quātū illius est species intelligibilis abstracta à phantasmate: & sic non sub eadem ratione aliquid sentitur, & intelligitur: vnde sensus, non est intellectus, neq; sensatio est intellectio: cum vna sit operatio virtutis corporeæ, & alia sit à corpore aliena. Et quadoargumentum tenet à coniugatis, est quando est comparatio superioris, & inferioris: vt si quis dicat. Album est coloratum, ergo albedo est color: sed nō valet: album est frigidum: ergo albedo est frigiditas. Sic in proposito: cum sensibile, & intelligibile non se habeant vt superius & inferius, nō valet consequētia: nā licet intelligibile sit cō munius, quā sensibile, nō tamē est superius, quia non essentialiter prædicatur de eo.

3. & q. de anim. ar. 13.

Arist. 3. de anima. tex. 7.

S. Th. p. p. quæ. 77. ar. 5.

Nota.

Ad 3. ¶Ad tertium concedimus ita esse, vt probatur. Snō esse propriè scientiam, nisi de perpetuis, & ęternis: & si de corruptibilib⁹ (vt sunt res naturales) datur scientia, nō est de ipsis in quantum corruptibilia, & possibilia sunt nō esse, sed inquantum habēt aliquid ęternum, quale in quolibet tali corruptibili inueniri potest: vt est hominē esse rationalē: aquā esse frigidā: ignem esse calidum: omnē rē corruptibilem, ex materia & forma componi. Omnia ista sunt perpetua, & necessaria: quare ista ꝓpositio est perpetuæ veritatis. Ignis est calidus. In quo sensu dicitur essentias rerum perpetuas esse.

Arist. 1. Post. tex. 9 S. Tho. p. p. q. 84. ar. 1. ad. 3. & de ueri. q. 15. art. 2. ad. 3.

D. Augu.

¶SECVNDA SPEculatio proœmialis. Vtrùm corpus mobile sit subiectum scientię naturalis.

1. Argu. PRobatur quod nō. Natura est subiectum adæquatum scientiæ naturalis: ergo non ens mobile. Patet cōsequentia: quia duo subiecta adæquata vnius scientię non dātur. Probatur antecedēs, quia illud est subiectum adæquatum sciētię naturalis, quod est principium operationum naturalium: sed natura est huiusmodi, vt patet ex Ari. in isto primo Physicorū: sequitur ergo quod natura ipsa est subiectum.

Arist. 1. Physi. tex. 52.

¶Secundo. Si corpus mobile esset subiectum huius scientię, sequeretur quod & corpus, esset subiectū huius sciētiæ: sed corpus, nō est subiectū sciētiæ: ergo neque corpus mobile. Probatur sequella: quia corpus omne mobile est: & sic si corpus mobile subiectū est, & corpus, subiectū erit. Quòd omne corpus sit mobile, patet ex Arist. 6. Physicorū. Sed q̄d corpus nō sit subiectū huius sciētiæ, cōstat: quia Astrologia, esset philosophia naturalis & multæ aliæ sciētię distinctæ ab ista, quę de corpore cōsiderāt: sequitur ergo, quòd subiectum huius non est corpus mobile.

Aristot. 6. Physi. tex. 32.

Argum. 3. Aristot. 1. Topic. tex. 2. & 1. Phy sic. tex. 23. 1. de Cœlo. tex. 1.

¶Tertiò. Nulla sciētia, suū subiectū probat, sed præsupponit illud, de quo proprias passiones demōstrat: sed hæc sciētia, in uestigat naturā, & cōditionē corporis mobilis: vt patet in libris de cœlo, & mundo: sequitur ergo non esse subiectum huius, corpus mobile.

Incontrā. ¶In contrarium tamen est. Illud est subiectū alicuius scientiæ, quod principaliter consideratur in scientia, & ad quod omnia alia reducuntur, & sub cuius ratione omnia cōsiderātur: sed ens mobile, est huiusmodi: quia omnia quæ cōsiderātur in physica sciētia, demobili enti sunt secūdū aliqualē cōsiderationē motus: & est Arist. 6. Metaphysicæ, text. 10. & 11 lib. cap. 3.

Nota. 1. Subiectum multis modis sumitur

¶Pro solutione quæstionis notādum, quod subiectum capitur multis modis. Est quidem subiectū primò, quod omni trāsmutationi subijcitur, vel præsupponitur: sic materia subiectū est formę: quia in generatione præsupponitur, & ens naturale, subiectū erit alterationis, augmētationis, &c. Et tādē cuiuslibet accidētis, subiectū dicetur. Sic Arist. 1. physic.

Aristot. p. physi. text. 61. In. 2. de anima tex. 64. & 66.

¶Secundò modo subiectum sumitur pro obiecto quod vitaliter potētiam immutat: sic Arist. in. 2. de anima dicit, colorem, esse subiectum visionis.

Arist. præ dicamentorum. c. 3.

¶Tertio modo subiectum, dicitur propositionis: in quo sensu in prædicamentis loquitur Aristo. quando dicit. Quandocunque alterum, de altero prædicatur vt de subiecto. &c. Et primo priorum similiter. Subiectū est de quo aliquid dicitur.

¶Quarto modo subiectum sumitur pro subiecto attributionis: sicut quando dicimus, lineam esse subiectum Geometriæ: quia omnia quæ in Geometria considerantur, ad lineam reducūtur. Et in Theologia Deus erit subiectum attributionis: quia quæ ibi considerantur, vel de Deo sunt, vel reductionē habēt ad ipsum, Et de isto subiecto est in præsentiarum quęstio: vtrum corpus mobile, sit subiectum philosophiæ naturalis.

S. Thom. p. p. q. 1. ar. 3

Nota. 2. ¶Secundò notādum est, quod totaipsa Philosophia naturalis, in octo partes diuidi solet iuxta aliā, & aliam rationem motus considerati in re naturali: Nā si corpus naturale consideretur solum vt mobile est, non ex aliquo speciali motu: prima pars est, quæ de physico auditu est, quæ per octo libros Physicorū patens est. 1

2 ¶Consideratur secundò corpus naturale, vt mobile est secundum locum, vel circa locum & est secunda pars, quæ in libris de cœlo, & mundo: quę per quatuor libros distenditur.

3 ¶Tertio, sese offert consideratio de corpore vt mobile est ad formam: & tertia pars sequitur, quæ de generatione, & corruptione per duos libros tractat: & quomodo motus non solum sit ad formam substantialem, quæ est per generationem, sed etiam ad accidentalē, quod contingit in alteratione, vel augmētatione: quapropter ibi tractatur de alteratione, & augmentatione.

4 ¶Quarto. Corpus cōsideratur, nō vt perfectū est, sed impērfectū, quale est ros, pruina, & cętera alia meteorologica: de quib⁹ in in quarta parte, quę meteororūest, p libros tres Quinto. Sequitur cōsideratio corporis, mixti quidē, sed inanimati: vt est plūbū, argētū, & aurū: & ad hanc spectat tractatus mineraliū. De quo Arist in quarto meteororum.

5 ¶Sextò. Corpus, consideratur vt animatum est, & est sexta pars: quæ de anima est, vbi per tres libros Philosophus disputat.

6 ¶Septimo. Consideratur corpus, animatum quidem, sed solum vt habet operationes animæ vegetatiuæ, quę sunt augmentatio, & nutritio: & est septima pars, quæ de vegetabilibus, & plantis intitulatur.

7 ¶Octauo & vltimo, consideratur corpus, animatū anima sensitiua: & vt tales habet operationes, quæ sunt videre, audire, reminisci: & est vltima pars, quæ paruorum naturaliū dicitur: vbi de somno, & vigilia, memoria, & reminiscentia agitur.

8 ¶De ista quæstione variæ sunt Philosophorū opiniones. Quidā enim dicūt, quod corpus naturale, sit subiectum. Alij, quod substantia finita. Alij, quod ens mobile. Nos tamen per conclusiones respondentes dicimus.

Variæ opiniones.

1. Conclu. ¶Prima conclusio. Corpus mobile, non videtur esse subiectum huius scientiæ. Probatur. Illud est subiectum adæquatū scientiæ, ad quod omnia reducuntur, quæ in scientia tractātur, & omnia participāt de ratiōe subiecti: sed in scientia est cōsideratio de anima, quæ nō est corpus mobile, neq; ad id reduci

Aristote. Ratio.

potest,nisi ea ratione,qua principiū formale corporis animati:sequitur ergo quòd nō est subiectum adæquatum.

¶Secunda conclusio.Corpus naturale non videtur esse subiectum adæquatū huius scientiæ.Probatur,propter rationem suprà dictā quia ad hāc scientiā Physicam spectat de anima consideratio,quæ tamen corpus naturale non est:Hæc propositio est contra nonnullos,qui id affirmant in isto libro Physicorū, qui allegant Auicennam pro se. *Conclus.2.*

Cōtra Paulū Venetū. ¶Tertia conclusio. Subiectum adæquatum philosophiæ naturalis est ens mobile,proba tur,Illud est subiectum adæquatum scientiæ,quod est communissimum in illa scientia,&omnia considerata in ea reducuntur ad illud:sed ens mobile est huiusmodi:ergo erit subiectum adæquatū.Patet,discurrendo per omnes octo partes numeratas, quę faciunt hanc scientiam totalem:vbi de corpore mobili,& de mobili secūdū locum,& de mobili ad formam,& de mixtis imperfectis,& de viuentibus.Omnia ista in partibus scientiæ cōsiderata reducūtur,& ordinem attributionis habent ad ens mobile: quia ipsa cōsideratio de anima ad ens mobile reducitur. Nālicèt non sit corpus,ipsa tamen ens est,& mobile, quandoquidem mouetur per suas quas habet,sibi proprias operationes,& ad motum corporis,cuius est forma:sequitur ergo hoc esse subiectum adequatum.* Et mobile non sumitur vt dicit passionem,vt risibile in homine, sed vt dicit rationem formalem , qua ens contrahitur ad considerationem Physicæ:& talis ratio formalis non constituit vnū per accidens,sed per se,vt differentia,addita generi. *3.Conclu. 1.Ratio. S.Th.p.p. q.1.ar.7. & 5.Met. lectio.6.*

¶Secundò.Illud est subiectum adæquatum scientiæ,de quò demonstrantur propriæ passiones in tali scientia:sed ens mobile, est huiusmodi:nam in scientia naturali,de ente mobili propriæ passiones probātur ex discursu totius scientiæ,sequitur ergo hoc esse subiectum adequatū:& quod ad hoc tāquā ad vniuersale,subiecta particularia partium huius scientiæ reducūtur:nā quod est corpus mobile,est etiā & ens imobile,& illius q est mobile secūdū locū,est ens mobile,& sic de omnibus alijs partialibus subiectis, sic videtur dicēdū,quod quāuis doctor fundamētalis Ægidius dicat esse corpus mobile,etiā dicit cōtraria opinionē,q sit ens mobile esse probabilē *Ratio.2. Ægi.in p. lo.phy.dubio.4.*

¶Neque obstat dicere,quod ly ens,sit subiectū Metaphysicæ,& non debeat esse inferioris.s.physicæ.Nō obstat (inquā)quia nos nō ponimus absolutè ens,subiectū philosophię naturali,sicut absolutè in Metaphysica subiectum est:sed cū cōnotatione,ens mobile. Ens(inquam)non absolutè,sed prout mobile est. *Obiectio. Solutio.*

¶Quod si quis adhuc instet,non posse stare: quia mobile,quod est propria passio subiecti attributionis,in scientia hac non demōstratur:quia mobile,vel motiuū demōstrari non potest,cū nō sit mediū,per quod probetur, nō obstat,quia sufficit quod propria passio probetur de subiecto,vel de cōtento sub subiecto: at vero mobile probatur de contento sub ente mobili:vt si quis argumētetur. Omne ens est mobile:brutum est ens:ergo brutum est mobile. Ecce quomodo passio illa, mobile,probatur de aliquo cōtēto sub subiecto,putà de bruto,quod cōtinetur sub ente mobili.Sic similiter de alijs entibus naturalibus exemplum dari potest. *Instantia. Solutio.*

* Aduertendum tamen,quod doctor.S.in isto loco subiectum ponit ens mobile,& tamē in primo cœli dicit esse corpus mobile: quapropter Pomponatius putat contradictionem esse in dictis Sanct.Thom.verum si exacta fiat cōsideratio,diluitur cōtrouersia per hoc,quod hic Sā. Tho.loquitur de subiecto adæquato , & in libris de cœlo loquitur de principaliter subiecto cōsiderato,& quia corpus mobile est huiusmodi,vocat subiectū huius scientiæ:& potest adhuc efficacissimè probari,quod ens mobile sit subiectū: nā idē est subiectū scientiæ,& propriæ,& primæ passionis illius scientiæ,at motus, qui prima passio est,subiectū ens mobile est:nā ab Arist.definitur,est actus entis &c.& nō dicit corporis, infra.3.libro.tex.6. *S.Thom. Instantia. Solutio. Aristot.6. Topi.& 1 & 2.Post.*

¶Ad primum argumentum,negamus natura esse subiectū adæquatum huius scientiæ: neq; corpus mobile,est subiectū:sed ens mobile, vt dictū est.Et quando dicis naturā esse subiectū,quia est principium operationum, negamus causalem.Nā ratio subiecti,nō est, quia sit principium effectiuum,vel susceptiuum:sed ideo,quia omnia quæ in scientia cōsiderantur,sub tali ratione considerātur sub iecti.Et quia scientia naturalis nō de natura considerat absolutè,vel de re aliqua,quia natura est,sed de ipsa,quia ens mobile est.Definitio enim(vt patet ex Arist.6.Topicorum. & primo,& secundo Posteriorum)omnium passionum sequentium causa,& principium est.Attamen ipsa definitio nō est subiectum passionis :sicut risibilitatis non est subiectum , animal rationale,sed homo. Non ergo ex *Ad argum. S.Th.p.p. q.1.ar.7. & 2.2.q. 1.artic.1.*

go ex ratione causæ, vel principij sumenda est ratio subiecti.

Ad.secun. ¶Ad secundùm,cōcedimus: quòd nec corpus,neque corpus mobile,subiectū erit adæquatū,sed solū ens mobile:sed dato concederemus(sicut aliqui cōcedunt)corpus mobile esse subiectum, argumentum non probaret, quòd eo esset corpus absolutè.Nam licèt omne corpus,eò quod corpus mobile sit aliqua specie motus,nō tamen absolutè corpus subiectum est scientiæ Physicę:quia alia est consideratio dcly corpus absolutè,quā dcly corpus mobile,quod restringitur.

Ad.3. Aristo. 1. Post. ¶Ad tertium dicendum,ita esse , scientiam supponere suum subiectum,vt Arist.o.in primo Poster.probat. Quare ens mobile,præsupponitur in hac scientia:& præsuppositio, probat,& demonstrat aliam & aliam passionem competentem huic enti mobili:Et quidem si inquirit de ente mobili, non inquirit de ente mobili absolutè,sed de mobili vel secūdùm locum,vel ad formam, vel de aliqua specie motus.* Et hac ratione Sanc.Thom. in proœmio Physicorū:probat ens mobile subiectum,quia nunquā scientia probat suū adæquatū subiectū,sed præsupponit Ari. 1. Poste.sed tamen in.6.Physicorum,infrà probatur corpus mobile esse,quia probat omne mobile,esse corpus,quia cum mouetur,partim est in actu,& partim in potentia , quod non nisi corpori cōuenit:& licèt non sit idē, mobile esse corpus,& corpus mobile esse, tamen vnum sequitur ad alium,quia mobilitas non repugnat corpori,imò conuenit ei. Vnde manet,quod ens mobile est subiectū adęquatum in scientia naturali, & non materia, neque forma,neque aliquod aliud accidens: quia motus non competit materiæ, nec formæ per se,imo non potest materia,neq; forma esse subiectum :quia ens in recto nō potest prædicari,neque de materia , neque de forma:quia de sola substantia in recto dicitur. At materia & forma nō sunt substantię: quia neque prima , neque secunda, sed sunt principia substantiæ.Nam quod per se subsistere non potest, rationem substantiæ propriè non sortitur:sed materia per se non potest esse,cùm nuda nō reperiatur,vt inferiùs erit manifestū.Neq; sola forma,cū nō cōtingat formam naturalē nudā absq; materia esse:nisi anima rationalis,quæ non educiturde potentia materiæ,sed à solo Deo per creationem est. *S.Th.p.p. q.118.ar. 2.& q.90 ar.2.quol. 12.ar.11.*

¶Aduertendum , quod licèt de materia , & forma,& loco,& tempore,& centro mundi, & polis mundi,corpus mobile, in recto non prædicetur,quia de ratione eorū immobilitas esse videtur,tamen adhuc hęc ad scientiā Physicam expectant,& de eis ens mobile,in obliquo prædicatur,quod sufficit: nam & si materia,neq; forma nō sint ens mobile, sunt tamen principia intrinseca eius,& tempus& locus sunt eius mēsura,& centrū & poli sunt fines, vt est sub motu locali recto vel spherico.

¶SPECVLATIO Tertia,An quælibet scięria habeat cōsiderare quod quid est, sui subiecti,vel solum sit superioris, putà metaphysicæ.

VIdetur quod sic.Ad quālibet scientiā de directo expectat cōsiderare principia, & causas sui subiecti:sed principia & causę subiecti cognoscuntur, quando q quid est,cognoscitur de subiecto:ergo quælibet scientia debet id cognoscere.Maior patet:quia in scientia,passiones demonstrantur de subiecto: q fieri nō potest, ignoratis principijs & causis eius.Sed principium & causæ,quod quid est subiecti est:nam medium , in demonstratione propter quid , & potissima est : vt docet Arist.o.in primo poste.nā si risibile de homine demonstrādum est:sic est processus. Omne animal rationale est risibile,omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis:ecce quomodo quod quid est,subiecti scilicet, animal rationale,quod est definitio eius:medium est in demonstratione. *1.Argum.*

¶Secundo,physicus inquirit quid sit natura, quid sit motus,quid sit anima , & alia huiusmodi:vt notum erit in processu huius physicę disciplinæ : sed hoc est considerare quod quid est,sui subiecti:scilicet , entis mobilis, seu corporis mobilis,quomodo sit naturale, quomodo sit motus,propria passio &c.ergo ad quālibet scientiam expectat consideratio quod quid est,sui subiecti. *2.Argum.*

¶Incontrariū videtur philo.in.6.meta. tex. 1.vbi loquēs de alijs scientijs,inquit , nec de ipso quod quid est,vllam faciunt mētionem.

¶Primò est notandum, quod quid est, apud physicū, est significatū definitionis, sicut ad apud logicū, qui de secūdis intētionibus tractat, est definitio qdditatiua: cui⁹ significatū physicus intelligit per quidditatē, vel essentiam, vel substantiam rei: vt animal rationale, quod quid est, hominis est: quia est eius definitio quidditatiua, & significatū huius est essentia, substantia, & quidditas hominis: & quidem quod quid est, non potest constitui exprædicatis per accidens: quia ad interrogationem factam quid est homo, non est respōsio quod sit albus, vel dialecticus, quia hęc prædicata per accidens ei conueniunt: imò neque componi potest exprædicatis per se secūdo modo, qualia sunt accidētia propria: non enim quod quid est hominis: est risibile esse, quanuis risibile sit proprium eius, tamē est accidens, quod fluit & consequitur quod quid est, eiusdē hominis: nā eò quod animal rationale est, habet quod sit risibilis: oportet ergo quòd quid est, fit ex prędicatis, quę per se primo conueniunt, in quo quidditas et rei essentia manifestatur: vt cōtingit per definitionem, vbi genus & essentialis differētia ponitur.

2. Nota. ¶Secūdò etiam notādū, quod q̄ quid est, in concreto, prædicatur de eo cuius est: quia id est, per qđ respōdetur ad interrogationē facta, quid est: vt quid est homo: est animal rationale. Dixi in cōcreto, quia in abstracto nō est ipsum qđ quid est, neq; prędicatur humanitas non prædicatur de homine in recto, sed habet rationem principij formalis.

3. Nota. ¶Tertiò est aduertendum, quod sunt sciētiæ quædam speciales: & alia est communis sciētia: & cum omnes scientiæ de ente, quædam de ente considerant, vnam partem eius solū, vt si de ente mobili fiat cōsideratio, sicut physicus considerat, & de quātitate continua discreta: & de qualitate alia est consideratio de ente in vniuersali, & de illis quę vniuersaliter ei conueniunt, non contrahendo ad aliquā specialem rationem, sicut metaphysicus considerat: & primæ illę scientiæ, quæ de quibusdam in particulari prædicatis entis considerantur ab Aristot. in. 4. metaph. tex. 1. vocantur scientiæ in parte. 1. particulares. Ad quę-

1. Conclu. stionem.

¶Prima cōclusio. Quælibet sciētia specialis specialiter considerat quod quid est, sui subiecti: quo ad sua prædicata propria, vt physicus naturalis in scientia de homine considerat genus, & differētiam sui subiecti, per quæ definitur quidditatiue, & explicatur eius essentia: nam si non cōsideraret, neque definiret: quod si non definiret suū subiectum, neque propriam passionem de eo posset demōstrare: cùm definitio debeat esse medium: & consequenter si non esset demōstratio, non esset scientia: quia per demonstrationem acquiritur. Hæc sunt nota ex Aristote. in. 1. poste. & compertissima in se. Dixi quo ad propria: nā si de homine sciret quod mortale est, quod flebile est, & quod ratiocinatiuum est, vel q̄ subtilissimi tactus sit, non eò haberet cognitionē de eius quidditate: quia ista non sunt prædicata propria essentialia per se: sed sunt quæ accidunt ei: & eo modo quo exemplum in scientia de homine, de eius subiecto in qualibet alia scientia apertissimum est. Ar. 1. pos.

¶Secunda conclusio. Sic cuiuslibet scientiæ specialis, est cognoscere quod quid est, quo ad prædicata specialia essentialia sui subiecti vt eius non sit quo ad prædicata cōmunissima in quodquid est. Patet, nulla scientia egreditur limites suos, neque potest vltra se extēdere: sed si prædicata communissima consideraret, egrederetur & excederet. Nā sicut in artibus ars inferior, vt frenefactiua, nō cōsiderat quod superioris est equestris, neq; equestris illorū quæ ad architectonicā expectant, quo ordine sit ad bellū procedēdū, & quomodo milites ad cōgressum sese habeāt quia hoc ad militarē: non enim cōsideratmusicus de vnitate, an ipsa distinguatur ab vno transcendentaliter, vel sit idē in quantum est numeri principium: quia illud superioris est. Physicus in scientia de homine cōsiderat genus animal, & differētiam rationalē, in quantum talis: non superiora genera, neque differentias eorum: quia alterius scientiæ, id est: nam ad suum quod quid est, sufficit illa specialis suorum prædicatorum in speciali consideratio. 2. Conclu.

¶Tertia conclusio, prædicata cōmunissima quidditatiua entis considerare, ad metaphysicā expectat: scilicet, quod ens sit vnū, aliqd, res, verum, bonum, quomodo in eo actus, potentia sit, & cætera huiusmodi: hæc consideratio entis ad perfectam scientiam necessaria est, & non est necessaria in scientijs inferioribus subalternatis: quia de speciali subiecto contento sub ente sunt: ergo erit in suprema & subalternante, cuius subiectum in cōmuni non contractū est: sed hæc scientia metaphysica est, ergo ipsa est, ad quā prędicatorum, in vniuersali consideratio spectat: imo & ipsa est quæ inferiorum scientiarum: principia probat, quæ in propria, & in inferiori, 3. Conclu.

riori, non demonstrantur, sed supponuntur.

Ad prim. ¶Ad primum argumentum solutio ex conclu. patet: si quidem in omni scientia requisita est cognitio quod quid est, subiecti: siue id sit cognitum in eadem scientia, vel traditum à superiori, nō refert: vt docet Phi. in. 6. Met. tex. 1. quādo ait, sciētię speciales aut accipiūt quod quid est, manifestum, sensu: aut suppo nunt ipsum, scilicet, iam probatū in alia sciētia. Ob id, oportet considerare quod nos diximus, cognitionem requisitam quod quid est, subiecti: sed non diximus in eadem sciētia esse necessarium probare, & in hoc sensu verba Philosophi sunt interpretanda.

Ad secund. ¶Ad secundum cōcedimus, quòd Physicus considerat de natura & motu, &c. nō quidē tanquā de subiecto ad æquato physicè, quia nullum tale est: sed ens mobile, vt dictū est. Sed de prædictis inquirit tanquam de partibus subiecti, sicut & de prędicatis quidditatiuis particularibus: quanuis communia à superiori & subalternāte habeat: & de subiecti parte, vel de subiecto inadęquato, non incōuenit inuestigare quid esset: tamen inconueniens de subiecto adæquato, quia præsupponitur, vt docet Phil. in primo posterior. quo suppositio, de prędicatis essentialibus conuēnientibus inquirimus: & sic nō obstat dictis.

Intelligentia Aristot. ¶Ad dictum Aristote. in contrarium, solutio est: quòd aliæ scientiæ inferiores sub Metaphysica, de quod quid est, subiecti; non faciunt mentionem, quo ad prędicata communissima subiecti: quia id superioris scientiæ, & supræmæ est: cū hoc tamen stat, quod expressam habeant considerationē de suis particularibus prędicatis essentialibus, vt definitionem habeant sui subiecti proprij, per quā tanquam per medium ordinatè procedēdo, propriam passionem probet competere ei.

2. Solutio. Secundò potest intelligi Philo. quod scientiæ inferiores, non faciant mentionem de q̄p quid est subiecti: quia cū in inferiori & subalternata sciētia, sit progressus à communioribus & vniuersalioribus, ad particularia: & hæc communia & vniuersaliora tradita sint in superiori, in virtute etiam videntur tradita illa particularia, quæ in inferiori probantur: sic in superiori scientia videntur tradita: qua propter dici potest, quòd nulla inferior scientia, considerat q̄p quid est, de suo subiecto: quia explicitè vel implicitè à superiori habet.

¶SPECVLATIO Quarta procemialis. Vtrùm scientia Physica, sit necessaria homini, videtur quòd non.

SI esset necessaria homini, esset propter cognitionem rerū naturaliū, quæ habetur per ipsam: sed hoc non solum necessariū homini non est, verum neq; vtile videtur, ergo non est hæc scientia necessaria. Probatur minor. Necessariū est homini cognoscere ipsum Deum ad quem tanquam ad finem ordinatur, vt patet ex illo Ioan. Hæc est vita æterna. &c. sed ad hoc non pertingit homo per scientiam naturalem, neque conducit rerum naturaliū cognitio: quippe cum videamus plures rusticos bonis moribꝰ prædictos, in quibus non est hæc sciētia: contrà, quam plurimos Philosophos prauos, vt ex Paulo ad Rom. 1 constat. Qui reprehendit eos, qui cùm cognouissent Deum, non vt Deum glorificauerunt. 1. Argu. Ioan. 17. Ad Ro. 1.

¶Secundò: Probatur q̄p nō solū ipsa non sit necessaria, neq; vtilis, sed (quod amplius est) sit pernicioſa: nā multa fides habet (sine qua non contingit salus, neq; Deo placere) quæ tamē cognitio rerum naturalium dissuadet: imò contrarium probat: ergo non solum nō est vtilis, sed videtur esse pernicioſa. Patet de vnitate diuinæ essentiæ, cum Trinitate personarum: quòd Deus factus est homo: quod virgo peperit absq; corruptione: quod mūdus sit ex nihilo, & alia similia, quæ philosophus negat, & de mundi æternitate probat. 8. Phy. sequitur ergo, quòd non solum hæc scientia nō est necessaria, neque cōducit, sed potiùs in scādalum Christianoest: vt cognita natura rerum, per eam in fide dubitet, vel cum formidine assentiat. Secundò. Ad Heb. 11. S. Tho. 2. 2. q. 1. Aristot. 8. Phy. tex. 6. 52.

¶Tertiò. Illa scientia non videtur necessaria sine qua contingit salus: sed absque scientia physica salus contingit. Patet. Nam ipsa cœpit (vt dicunt) quando illi septem sapientes apud Græcos cœperunt: sed ante hos fuit salus, vt constat: sequitur quod ipsa non fuit necessaria: aliàs Deus non permisisset homines absq; re tā necessaria per tot secula antè. Tertiò. Cœperunt. 7. sapiētes anno. 600. ante in car na.

¶In contrarium tamen est, quod Paulus ait ad In contra.

Ad Ro. 1. ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur: sed inuisibilia cognoscere, est necessarium: ergo.

Necessariũ multis modis.

¶Pro solutione notandum, q̃ necessarium dicitur multis modis. Primò dicitur esse necessarium, quod est intrinsecè ex natura rei: sicut esse risibilem, est necessarium homini: quia fluit ab essentia hominis, tanquã à principio intrinseco. Alio modo aliquid dicitur esse necessarium in ordine ad finem & hoc dupliciter. Vel simpliciter: vt ad vitam animantis cibus est necessarius, vt fiat restauratio humidi radicalis deperditi peractionem caloris naturalis. Ad consequendam vitam æternam est charitas necessaria: quia absque ea non contingit salus.

Aristo. 1. Cor. 13. S. Tho. 1. p. q. 19. ar. 3.

¶Aliquid etiam dicitur esse necessarium ex fine, non simpliciter, sed vt cõmodius: sicut equus dicitur esse necessarius ad itinerandũ: non quòd non contingat itineratio absque equo, sed quia non commodè fiat sine eo.

Notan. 2. Academici dixerũt nõ esse scientiã de natura libus.

¶Considerandum est etiam (vt in prima speculatione diximus) physicam disciplinã quę de ente mobili, & de rebus naturalibus agit, verè scientiã esse: cuius cõtrariũ dogma Academici docuerunt: inter quos Heraclitus, & Cratilus, quos Arist. 4. Met. cõmemorat. De quo Cicero scripsit Academicas quæstiones. Et B. p. Aug. tres libros composuit aduersus hos Academicos. Si quidem (vt probatũ est superiùs) in ista scientia verè demonstratiuè plura de rebus naturalibus ostenduntur.

Arist. 4. Met. t. 22. Cicero. D. Aug. Concla. 1. 1. Conclu.

¶Prima cõclusio. Capiendo necessariũ primo modo, rerum naturaliũ scientia homini est necessaria. Probatur. Omne illud, ad q̃d natura hominis integra, & corrupta inclinat est necessarium primo modo: sed scientia naturalis est huiusmodi. Maior patet: quia non videtur vnde magis cõstet aliquid esse de cõditione, & integra ratione rei: sicut risibilitas probat esse de natura rei, & necessitate eius, quia in homine inclinatio ad ridendum repe

Ratio.

ritur. Sed minor probatur ex illo Met. lib. 1. Omnis homo naturaliter scire desiderat. Videtur ergo quod hæc scientia sit necessaria.

Arist. pri. Meta. c. 1.

Conclu. 2.

¶Secunda conclusio. Capiendo necessariũ vt est in ordine ad finem, hæc scientia Physica est necessaria, non tanquam vltimus finis, sed tanquam medium ad consequutionẽ vltimi finis. Probatur. Illud dicitur necessariũ ad finem, sine quo non stat finis, vel non cõmodè haberi potest: sed absque Philosophia non potest haberi finis, saltim non commodè: sequitur ergo eam necessariam. Patet: quia necessarium est cognoscere Dei inuisibilia: sed ista (ex Paulo) ex creaturarũ cognitione habetur. Inuisibilia enim Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, &c.

Ratio. 1.

Ad Ro. 1.

¶Secundò. Naturale est homini per effectus in cognitionem causæ peruenire: sed omnia ista sensibilia sunt effectus primæ causæ, id est, Dei: ergo ex cognitione horum (in quo stat scientia) venit quis in cognitionẽ ipsius Dei: sic velut medium est necessarium, ad finem consequendum. Et probatur exemplo Arist. Per cognitionem motus, venitur in cognitionem primi motoris: & ex intellectus operatione, quæ à materia non pendet, cognoscitur immortalitas animæ: & ex magnitudine cœlorum, eorumq̃ affluentia, & influentia in inferiora ista argumentari possumus ad illa bona, quæ nec oculus vidit, neque auris audiuit.

Ratio. 2. Arist. 2. Post. c. 25

Arist. 8. Physi. t. 49

Est. 64. 1. Cor. 2.

¶Dixi in conclusione, non tanquã finis, sed tanquam medium, vt reijciamus sententiam illorum, qui in rerum contemplatione summam fœlicitatem collocauerunt. De quibus Arist. in Ethic. decimo.

Arist. 10. Ethi. c. 7. & 8.

¶Et quidem hæc nostra conclusio suaderi etiã potest ex eo, quòd Deus protoplastũ Adam patrem omnium creauit: & omni ornatũ scientia decorauit: quod (nisi ipsa necessaria esset) non videretur sic à Deo factum.

S. Th. 1. p. q. 94. ar. 3

¶Et hinc est quòd à Philosophis tam laudata sit philosophia. Vnde Cicero li. 1. Tuscu. quæstio. donum Dei esse dicit, aut inuentum Deorum. Et li. 5. O vitæ (inquit) philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixq̃; vitiorum. Nõ modò nos, sed nec omnino vita hominum sine te esse potuisset, &c. Atque subscribit Seneca lib. 2. epist. ad Lucillum, epist. 16. Philosophia nos tueri debet. Hæc adhortabitur, vt libenter Deo pareamus, vt fortunæ contumaciter resistamus. Hæc docebit, vt Deum sequaris, feras casum, &c. Et li. 14. epist. 91. Deorum immortalium munus est quòd viuimus: philosophiæ autem, quòd bene. Vnde tãtò plus philosophiæ, quàm Dijs deberemus, quantò maius beneficium est bene viuere, q̃ viuere: nisi & philosophia ipsa munus esset Deorum. Et Arist. 10. Ethic. Per philosophiam (inquit) homines sese immortales faciunt. Cuius delectationes & firmissimæ sunt, & purissimæ: quippè cùm de rebus sint incorruptibilibus, & à sensibili materia abstractis. Hæc ex Arist. Quibus verbis dilucidum apparet, physicam disciplinam non solum perutilem, sed quoddammodò necessariam esse. Quod ostendit Arist. qui fœlicitatẽ posuit in operatione nobilissima, & perfectis-

Cicero.

Et Sene. 4. lib. epist. epist. 2.

Arist. 10. Ethic. c. 7.

fectissimæ potentiæ: qualis erit, quę emanat à virtute non morali, sed intellectuali: quia intellectuales virtutes ipsis moralib⁹ supereminent simpliciter, licèt in ratione virtutis sint inferiores: eo quòd solùm dẽt facultatẽ boni operis, non tamen perinde prębeant vsum, cùm tamen morales vtrunque subministrent. At philosophia moralis omniũ virtutum intellectualium comperhensio est: vt in tractatu dediuisione philosophiæ Algazelus tradit. Et philosophorũ facilè princeps in. 6. Meta. &. 6. Ethic. Merito ergo ista disciplina necessaria dicetur, quę viuere sub ministrare probatur, cum eius sit munus dare intelligere, & intelligere, quoddã viuere est, vt in secundo de Anima.

S. Tho. 1. 2. q. 66. ar tic. 3.

Algazelus Aristo.

Arist. 2. de anima.

Ad argum. S. Th. p. p. q. 12. ar. 1 et. 3. cõtra gen. c. 50. Sco. 1. q. p lo. pri. sen. & in. 4. d. 49. q. 10. Ad. Ro. 1.

¶Ad primum solutio est, beatitudinem consummatam, & perfectam in Dei cognitione cõsistere, & clara eius visione: quia ipse Deus finis naturalis ipsius hominis esse videtur: quia inquietum est cor nostrum donec ad ipsum deuentum sit: quanuis viribus naturę ad id pertingere possit nemo, nisi diuina fuerit gratia præuentus, adiutus, & eleuatus. Et ad hanc Dei cognitionẽ ipsa naturalis philosophia viam proponit: vt in eam quodammodò introducere dicatur: vt ex Paulo probatum est. Quod si philosophorum sapiẽtes, in via positi declinauerunt, voluntati eorum peruersæ (in quo insipientes se prodiderunt: & infatuatum esse cor eorũ) tribuendum est. Poterant quidem vt cognouerunt, glorificare: sicut & fecerunt nõ pauci ex illis probatissimi: vt (author est Abulẽsis) Socrates, Plato, Arist. & Cicero:) sed mortem potius eligentes, quàm vitam, pessimè præuaricati sunt, commutãtes gloriam Dei in honorem corruptibilis hominis: colentes creaturam, potiùs quam creatorem, qui est benedictus in secula.

Abu. 5. Paradox. ca. 132.

Paulus. 2. Cor. 10.

Ad secun.

¶ Ad secundum. Fatendum est fidei nostræ via arcana sic omnem exuperare sensum, vt via naturali ex physica disciplina cognosci non possint, cum supra naturam sint: atque ob id solo Deo reuelante tenemus inconcusse. Si enim humana ratio præberet experimentum, fides suo careret debito merito. Captiuamus enim intellectum nostrum in fidei obsequium. Sed quanuis ipsa philosophia, hæc quæ supra hominis captum sunt eleuata (quæ intus per Dei gratiam in cor descripta retinemus) non ostendat: ex alijs tamẽ via naturali cognitis, hæc sic acceptanda, & indubiè tenenda, manifestantur: nam oculos philosophia proponit vnum esse Deum, & hunc esse immortalem, æternum, infinitum, summum bonum, imò ipsam summam bonitatem. Quòd si summè bonus, & summè verax, & veritas prima, & summa erit. Quòd si prima & summa veritas, neque mentiri, neque aliquem decipere potest: sicut neque ab alio decipi. Et ipso reuelante se trinum in personis, & verbum caro factum amplexandum, & honorificè susciped̃um. Ecce quomodo ipsa physica disciplina necessaria ad id probatur, non solum in illis, quæ terminos proprios non excedit, sed in alijs, quæ solo Deo præceptore tradi possunt. Atque diligẽtibus Deum sic cognitum: nullum remanet scandalum, sed pax est multa. Si enim Arist. nõ cognouit ex nihilo aliquid fieri posse, quia omnen creaturę, potentiam excedit: prime causę cuius cognouit potẽtiã infinitam, tribuit tamen quæ per os prophetæ Moyses dixit. In principio creauit Deus cœlum & terram. Et ipso dicente, facta sunt, & quæ videntur, & non videntur. Atque si non attingit ad illam supra angelicum intellectum, emanationem: qua à patre filius coæternus, & consubstãtialis emanat: & spiritus sanctus ab vtroque spiratur: cognita potentiarũ in creatura rationali, Trinitate, scilicet, in essentiæ vnitate, assurgat ad incognita, quę non vidit: & neque impossibile, neq; irrationabile suspicetur. Quod si intellectus capere refugit, quomodo illa tã dissimilia, tam infinitè distantia, Deus, & homo in vnam filij Dei conueniant personam: in mentem veniat ex philosophia notum: animam rationalem immortalem, impartibilem, & indiuisibilem, spiritualem, simul in vnum conuenisse cũ mortali, corruptibili, & corporeo figmento, vt vnum constituant hominem. Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo (quantum ad esse vnum personę) sic Deus, & homo vnus est Christus dicit Athanasius in simbolo fidei catholicę, de quo S. Tho. tertia parte quæst. 2. art. primo. Nam quanuis quia hoc, cœleste, illud terrenum in similitudine aptissima sit, & dissimilitudo, introducimur tamen per hanc quam speculamur scientiam.

S. Th. 1. p. q. 7. & 9. & 10.

Psal. 118. Arist. 1. Physi. ex. 34. et. 11. Meta. c. 5. S. Th. p. p. q. 45. ar. 5 Gene. 1. Ioan. 1. S. Tho. 1. p. q. 93. ar tic. 6.

Ad. 3.

¶Ad tertium. Fatemur sine hac scientia naturali posse esse salutem æternam: sicut contingit in paruulis, qui ante Christum in lege naturæ in fide parentum, & post: circũcisione data, per circuncisionẽ masculi Genesis decimo septimo. Et post fidem reuelatam vterque sexus per baptismi lauacrum. Ioãnis tertio capitulo, & Matthæi vltimo capitulo,

Eun-

Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturę, baptizãtes. &c. Et de adultis in omni statu multi salui facti sunt sine tali scientia in actu: sed tamẽ virtute habent homines qui vtuntur libero arbitrio, qui ex creaturis cognitis assurgunt vt cunque ad cognoscendum Deum altissimũ, sed tamen videtur fuisse necessariam huiusmodi scientiam in actu, & si nõ in omnibus, in aliquibus tamẽ: qui velut magistri, & præceptores erant aliorum: sicut & à Deo, primo parenti datum est (vt suprà diximus, de
S. Thom. quo doctor sanctus theologorum omnium facilè princeps in prima parte quæstione nonagesimaquarta articulo tertio) vt hanc, & alias, quæ per industriam hominum acquiri possunt, haberet scientias. Et sic ante illos septem, quos Græcia iactat sapientes, fuerunt & multi alij eis sapientiores, maximè in illis, in quibus fides erat: vt de Abraham, & alijs patribus antiquis constat. Et tandem cõcluditur apertissimè, quod licet nõ sit omnibus necessaria hęc scientia naturalis philosophia, saltim ipsa populo videtur necessaria: vt scilicet aliqui sint tales, qui velut duces sint aliorũ, & doctores. Et cũ fuerit exploratissimũ, nunq̃ aliquos defuisse, in quibus talis scientia fuerit arrogãter nimis, & falso Græci sciẽtiarum originẽ sibi vẽdicãt affirmantes, Dialecticam à Zenone, à Platone profectam & naturalem hanc scientiam à Thalete, quem
Meta. c. 3. Aristo. 1. Meta. principẽ huius philosophiæ appellat, quam post auctam à Phytagora intellexerũt. De quo Diogenes Laertius de vita philosophorũ lib. primo, & Sanctus Thomas primo Meta. lectio. 7. Hanc nostrã confirmat sententiam Iosephus. 1. libr. aduersus
Iosephus. Eusebius. Appionem: & Eusebius Cæsarien. in illo præclaro opere de præpara. euange. lib. 10. qui ait. Scientiarum inuentionem non à Græcis, sed à Chaldæis, & Hebræis, quin potius à Deo per Adam dimanauit, & semper in eius posteritate scientiarum fuit seminariũ: vt Berosus lib. 3. autor est *. (Si tamen fictus Berosus nõ est, vt probati viri docẽt, maximè Barrerius Lusitanus.) Et ibidem Ioã. Annius Viterbicensis. Vnde Noe postquàm Armenos
Berosus. Ioã. Annius sciẽtijs, & virtutibus instituit, venit Italiam, qui etiam humanarum, & diuinarum rerum dedit notitiam. Cui & nomen Iani dederũt, ob quod post multa tẽpora Romæ Iano tẽplum dicatũ legimus: cuius filius Saturnus scientiarũ Deus dictus. Vnde illa solennis, & venerãda religio perpetui ignis Deæ Vestę: eo q̃ Noe vxor Vesta diceretur. Postmodũ verò Abrahã, & Moyses in Ægyptũ peregrini effecti, Astrologiam, & alias sciẽtias tradiderunt. Ob quod Historici omnes fatentur Astrologiam ab Ægyptijs euenisse, vt Diogenes in vita Thaletis, & in vita Pythagorę, & in vita Platonis affirmat. Atque illi nomi
Laertius. Vide Aug. de perenni philoso. nati patres Deo chari ante legem scriptam, ante quam septem sapientes essent in Græcia floruere. Nam (vt in suo chronico Eusebius) illi sapientes ab Olimpiade. 38. vsq; ad 50. floruerũt, id est, per. 600. annos ante Christi desideratissimum ab eis patribus aduen-
Quando sẽ ptem sapientes inceperunt. tum, post diluuium Thessalicũ, qui sub Deucalione totam deleuit Græciam, quod per multa tempora post Moysem contigit: at illi septem sapientes sciẽtiarũ inuentores sunt
Themistiꝰ dicti, vt asserit Themistius: quia post illud diluuium scientias videntur ibidem in Græcia reparasse, & maxime studium Philosophiæ, ad quod alios incitauerunt fœliciſsime. De quorum dictis apud Beroaldum multa. Hęc sic dicta intelligantur, vt sicut Deum authorem huius scientiæ, & principium vnicum, ipsam physicam etiã intelligamus velut medium, quo ad ipsum Deũ, tanquàm ad finem in quo summa quies collocata est, peruenia-
Eccles. 1. mus: aliàs si hanc scientiam, & cæteras alias ad Dei amorẽ, & ampliorẽ cognitionẽ nõ referamus, quid nisi vanitas, & afflictio spiritus in eis? vt eleganter Salomon proclamat.

¶ Sed quia sese obtulit occasio, vt de initio ipsius sciẽtiæ physicæ fuerimus loquuti, per modum appendicis, operæpretium videtur quam paucis de illis tribus distinctis, Stoicorum, Academicorum, & Peripateticorũ vijs quò ad originem aliqua tradere.

Sectarum initia. ¶ Duo fuerunt capita, & philosophiæ initia, Alterum Ionicũ, à Thalete, qui Ionicus fuit à Mileto. Alterum fuit Italicum: à Pythagora, qui regnante superbo Tarquino apud Romanos Italiã venit, quę tunc magna Græcia vocabatur, & modo Calabria, & Apulia
Cicero. dicitur. De quo Cicero lib. 1. Tuscula. quæs. Pythagorę successerunt Xenophantes, Parmenides, Xenocrates, Leucippus, & Democritus. Et Thaleti successores fuere, Anaximãder, Anaxagoras, & Socrates, à quo istæ tres sectæ ortum habuerũt. Nam Plato discipulus Socratis fuit, in quo cum deficeret nomen Ionicum, cœpit à nomine Gymnásij, quod academia, in qua legebat: & Academi
Academici quando inceperũt, & ci sunt dicti discipuli. Et à Xenocrate, & Aristo. Platonis discipulis Academicorum, & Peripateticorum diuisæ sunt viæ. Nam Xenocrates cum in Gymnasio eodem, Platoni magi-

unde sunt dicti. magistro succesisset, nomen retinuit Scholę, vt discipuli Academici dicerẽtur: at Aristote. qui in Liceo docebat: quia eius magister Plato deambulando docebat, ab hoc Peripateticus est vocatus, id est, deambulatiuus, & eius sectatores peripatetici dicuntur, sic à principio Academici, & Peripateticis solo nomine distabant vt Cicero docet, vbi suprà.

Peripateticiunde dicti.

Arist. ¶ Sed Aristotel. fuit discipulus Antisthenes cui successit Diogenes ille Cynicus, mũdi contemptor. De quo multa in apophthegmatibꝰ. Deinde fuit Zeno, qui princeps fuit Zenonæ sectę, quæ Stoicorum est, qui sic dicti à Stoa, q̃ est porticus: quia legebat Zeno in porticu pœcili. De quo Laertius lib. 7. in vita Zenonis. Huius sectæ sectatorum præcipuum fuit dogma, in sapientem nullam cadere passionem: quia eos solum vocabãt sapientes, qui virtutes in heroico habebãt gradu. De cuius dogmatis intelligẽtia apud Augustũ. & S. Tho. in. 1. 2. Huius viæ præcipuus insequutor fuit Seneca. Et sic tres fuerunt viæ philosophorum antiquorum, & quælibet suum videtur habere patronum. Academici Platonem, & Peripatetici Aristo. & illa tertia, quæ Stoicorum est, habet Zenonẽ.

Zeno. Stoici unde dicti.

Aug. 9. de ciuit. Dei. S. Th. 1. 2. q. 24. ar. 2 & 3. et. q. 59. ar. 2.

QVINTO QVÆRITUR. Vtrũ hæc scientia (quæ necessaria probatur) sit speculatiua, an practica: videtur quod practica sit.

Argum. 1 Aristot. 3. de anima. cap. 49. & 2. Met. co. 3.  Lla dicitur esse scientia practica quæ ad opꝰ est ordinata: sed hæc scientia naturalis physica est huius modi: nam eò nos perducit, vt cognoscamus ex creaturis ipsum creatorem: & ex cognitione creaturarũ venit, vt ipsas omnes cõtemnamus, & nihili faciamus: siquidem ex defectu huius euenit, quòd homines magnifaciant huiusmodi tẽporalia, & finem suũ cõstituant in eis. Quod
Sapien. 14 probat Sapiens, quãdo ait. Omnes creaturas esse in scandalum insipientium. Et hac ratione dixit Eccle. Qui addit scientiam, addit dolorem (vt alia habet translatio) eò quòd quãto crescit scientia, & cognoscitur defectibili
Eccles. 1. tasin ipsis rebus, & magis inflãmãtur homines ad dolendum de conuersione ad creaturas, & incitãtur peramplius ab auersione ab eis, & conuersione ad ipsum Deũ: at ista omnia sunt operabilia: ergo hæc scientia practica est, & non speculatiua.

Arg. 2. ¶ Secundò. Illa est scientia practica, quæ tractat de rebus practicis: sed hæc sciẽtia est huiusmodi, quia est de illis, quæ in nobis fiunt: & pars eius est de actibus, & habitibus, qui per actus nostros generantur.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Eadẽ est ratio totius, & partis: sed medicina, quæ est pars philosophiæ naturalis, cuius subiectum est corpus sanabile, contentum sub corpore mobili, vel ente mobili, est practica (vt docet S. Tho. in opus. 70. & su
S. Tho. per Boetiũ. q. 5. art. 1.) Ergo si medicinæ ars, quę effectrix sanitatis est, est practica, & philosophia erit.

Incontra. ¶ In contrarium est Aristote. 6. Metaphysi. comment. 10.

Notan. ¶ Pro solutione huius quæstionis oportet notare differentiam vnicam, & potissimã in
Arist. 3. de anim. & 2. Met. c. 3. Arist. 2. Ethic. 2. ter scientiam prãcticam, & speculatiuam, esse ex fine: quia scilicet, speculatiua ob contemplandum, & practica ratione operis. Ob quod Arist. 2. Ethic. eleganter probat, partẽ illam philosophiæ, quæ moralis est, practicã esse: quia non vt cõtemplemur, & cognoscamus virtutem, sed vt boni efficiamur, traditur. Respondetur vnica conclusione.

Conclus. ¶ Naturalis philosophia, quæ scientia est, & vna ipsa speculatiua, & non practica est. Prima pars conclu. quod ipsa sit vna, probatur ex Arist. qui in. 6. Meta. ca. 1. distinguit ipsam physicam scientiam à Meta. & alijs tanquàm vnam, & non plures.

Secundò. Arist. p. Poste. 42 S. Th. p. p. q. 1. ar. 3. et. 2. 2. q. 1 per totam. ¶ Secundò. Vnitas scientię sumitur ab vnitate formali obiecti: sicut & vnitas potentię sumenda venit. Dicimus enim vnam esse potẽtiam visiuam omnium colorum, & nõ diuersas ponit: quia vna ratio formalis omnium est colorum, quamus penes materiale longè sit distantia: vt inter albedinem, & nigredinem contingit: verum sub vna ratione formali cadunt sub potentia visiua: at physicæ sciẽtiæ vna est ratio formalis siue sit subiectum adequatũ, seu obiectũ corpus mobile (vt Auicẽna Auerro. Albertus Magnus, & Ægidius
Auicena. Auerro. Albertus. Mag. c. 3. Ægidi. in prologo dubio. Romanus dicũt,) siue sit substãtia finita sub ratione naturalitatis, vt aliqui ex Scotistis: siue sit corpus naturale, sicut aliqui etiã ex factione doctoris subtilis putãt: siue sit ens mobile, vt ex D. S. nos in. q. 2. tradidimus, vnũ sorũ probatur obiectũ, & vna scientia: eò quòd omnia

omnia quę cõsiderantur in tali scientia, per reductionem ad illud vnum subiectum, aut obiectum considerantur in tali scientia: sicut omnia illa, quę sub consideratione potentię visiuæ, ratione coloris: sicut & quæ sub potentia auditiua, ratione soni. Si enim physicus cõsiderat de lapide, in quantum ens mobile est, aut motu alteratiõis, aut localis, aut aliquo alio: & si de cœlo consideret aut plantis, aut brutis animãtibus, ad hoc tẽdat oculũ oportet, quod corpꝰ illud mobile sit seu ens mobile.

¶ Atque hæc concluſ. satis constare videtur ex inconuenienti quod sequeretur, si plures diceremus esse scientias naturales. Nã sic tot essent multiplicandæ, quot & res naturales, quorum numerus non datur: sed quid ridiculosiùs, quàm asserere vnam scientiam, quæ de materia, aliam quæ de forma, aliam quæ de motu, esse? Sicut & defectuosus sensu appareret qui diceret vnam Geometriã ponẽ dam, quę delinea, & aliam quę de superficie, atque distinctam, quę de corpore: sicut & aliam quæ de triangulo, aliam quę de quadrãgulo, & aliam quæ de pentagono esset. Sicut non est opus ponere aliam temperantiã ad temperatè se habendum comedẽdo carnes, & aliam ad moderatè se habendum comedẽdo oua, vel pisces: in quo non ignobiles authores sunt decepit: sicut nos probabimus in nostris resolutionibus, & ostendemus, si dominus dederit. Et quantunuis ista obiecta materialia: circa quę temperantia ipsa versatur, specie differẽtia sint (quod & probat Arist. multis exemplis) non incõuenit aliquid esse vnum in vno genere, quod plura in alio est, vt domus quę plura in genere substãtiæ, vna est tamẽ in prędicamẽto qualitatis. Hęc ergo vnica est scientia, quæ tamen secundũ diuersas species motus in pluribus libris cõtinetur, scilicet, in libris de cœlo, & generatione. De quibus suo loco dicendum erit. Et quidem in istis libris phy. in quibus de physico auditu, est consideratio entis mobilis in vniuersali: cùm tamen in alijs libris in particulari fiat.

¶ Secunda pars concluſ. probatur. Illa dicitur esse scientia speculatiua, quę nõ ad opus, sed ad contemplandum est: sed Physica sciẽtia est huiusmodi: quia ob contemplationẽ inuenta, vt rerum naturam cognoscamus, & ad Deum authorem amandum assurgamus. Aristot. 6. Metaph. physicam scientiam, inter contemplatiuas ponit.

¶ Secundò. Si hæc scientia practica esset, maximè quia derebus factibilibus est: sed hoc non sufficit ad scientiam practicam, sed requisitum est, quòd à nobis sit factibilis: at res naturalis à nobis non est factibilis: quòd & docet Aristo. cùm differentiam ponat inter res artis, & naturales: quia istę habent in se principium, sed illæ in nobis. Si enim lignum in quo statua per artẽ fabricata est, in terra condas, non inde statua nascetur, sed lignum: quia natura ligni habet lignum producere. Cùm ergo à nobis natura ligni non sit factibilis, vt constat: nemo enim (vt ait Christus noster saluator) poterit pilũ nigrum album facere, aut ad statură aliquid superaddere: sequitur quòd solùm sit hæc scientia, vt ipsam rerũ naturam cognoscamus, operemur autem minimè. (Posset quidem ingenium valere ad res naturales, solũ actiua passiuis applicando, ponendo semen aptum generationi in loco competenti iuxta passiuum susceptiuum: sicut & de Magis Pharaonis scriptum est, quòd Scinifes, & ranas, & cætera alia viuentia, quæ diuina virtute apparebant, ipsi & similiter viderentur operari) veruntamen per virtutem etiam angelicam, aut dęmoniacam id fieri potest minimè, nisi per solum Deũ. Quapropter manet hanc esse scientiam, & vnã, & speculatiuã, quæ meritò propter se expetenda, & amplectenda, & prosequenda est.

¶ Ad primum argumentum, concedimus ita esse, quod ex cognitione rerum naturalium exacta euenit: vt ista velut stercora (cũ Paulo) reputemus, & nimis à tergo reliquentes, ad anteriora nos conuertamus: verũ hoc non sufficit, ad hoc quòd dicatur scientia practica: quod Scotus concederet facile, cùm ipse in. 4. quæstio. prologi sententia. Theologiã ipsam practicã affirmet etiã in illis quæ tradit de speculabilibus: quòd Deus sit trinus, & vnus, & similia: eo quòd etiã ista nos excitent ad Dei amorem. Nos tamen affirmamus ad practicam scientiã non sufficere, quòd ex cognitione rei, de qua est scientia, quis ad operandum moueatur: sed requisitũ est, quòd sit & scientia de re operabili, & modo operabili, id est quòd de se immediatè doceat operari, quod non potest cõuenire sciẽtiæ philosophiæ naturali. Ad cognitionem enim directè hæc scientia ordinata est, sicut & moralis ad operandum: quanuis ex ipsa, quæ moralis est cognitio, & cõtemplatio eueniat: quia tamen non ad id directè ordinata, non speculatiua, sed practica est: sic neque ista practica dicenda, quanuis cõtingat huiusmodi

Differẽtia materialis obiecti non diuersificat potẽtiã, nęque habitũ Ari. 5. Meta. tex. 7. S. Th. 2. 2. q. 141. Deceptio aliquorum.

Differẽtia inter res naturales, & artificiales Ari. 2. phy sic. t. p. et. 2

Matth. 6.

Exod. 3.

S. Th. 1. p. q. 10. ar. 4

Ad. 1.

Ad Phi. 3.

Scotus.

S. Th. p. p. q. 1. ar. 4.

modi scientem operari ex tali cognitione.

Ad secun. ¶ Ad secundum dicendum, quod dato physica disciplina tractet de habitibus, & actibus nostris, tamen non modo operatiuo, sed contemplatiuo, definiendo, & diuidẽdo, scilicet, quod habitus sit qualitas de difficilè mobilis, & actus de facili: & quod intentio sit in intellectu & electio, sit actus volũtatis, supposito actu intellectus: verùm moralis philosophia de istis tractat practicè: pro quanto ex electione secundum regulas virtutis fit operatio, & suppositio fine: ob id hæc practica, & illa speculatiua scientia est.

S. Thom. 1. 2. q. 49. S. Th. 1. 2. q. 12. ar. 1 Idẽ. 1. 2. q. 13. art. 1.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium dicendum, medicinam nõ cõtineri sub physica, sicut species sub genere: quia corpus sanabile, vt subiectum medicinæ, non est quidditatiuè inferior ad ens mobile, vel corpus mobile: nam corpus sanabile à natura, est species corporis naturaliter mobilis, sed corpus sanabile ab arte, est subiectũ medicinæ. Sed si in ipsa medicina partẽ consideres, quæ est cognoscitiua herbarum & medicinarum, est speculatiua, & ad physicam spectat: si tamen illam partem attẽdas, quæ applicatiua est medicinarum, est practica, & non ad physicam pertinet.

Medicina practica, et specula.

¶ SPECVLATIO sexta proœmialis, vtrùm à cognitione principiorum sit inchoandum, & ab vniuersalioribus ad minùs vniuersalia procedendum.

Argum. 1. VIdetur quod non: quia eò esset, q̃ cognitio totius, pendens est ex cognitiõe principiorũ, & elementorum, & suarũ causarum: sed non ob id quia nulla res esset naturaliter cognoscibilis: cũ quælibet res habeat infinitas partes quantitatiuas.

¶ Item. De homine, & qualibet alja re dici possunt infinita prædicata essentialia: quia inter quæcunque duo essentialia prędicata, vnum medium potest signari: vt inter hominẽ, & animal, quod sit perfectius animali, & imperfectius homine. Itẽ. Possunt in infinitũ & passiones, & proprietates multiplicari: & sunt infinita accidentia, & effectus, qui homini possunt conuenire: at consequens est falsum, quod nulla res sit naturaliter cognoscibilis: quia ens est obiectum intellectus, & quælibet res creata finitæ, & limitatæ entitatis est: poterit ergo naturaliter cognosci.

S. Th. p. p. q. 5. ar. 5.

Argu. 2. Aristot. 1. Phys. te. 2. Et. 1. Ethi. ca. 4. Arist. 3. de ani. tex. 41 Aris. 1. Phy. t. co. 2. cr. 1. Ethi. c. 4. & 1. Poste. t. co. 5. Quanuis cõtra Marsil. 2. de gener. q. 6. Aris. in. 2. de generatione animalium. ca pit. 3.

¶ Secundò. Probo quòd non ab vniuersalioribus sit procedendum: quia in omni scientia oportet (vt tradit Aris.) à nobis notioribus ꝓcedere, ad minus nota: sed singularia sunt nobis magis nota: quia omnis nostra cognitio à sensu habet ortũ ergo nõ ab vniuersalioribus, sed à singularibus est procedẽdum.

¶ Tertiò. Si à notioribus ad minus nota, maximè esset, quia (vt docet Aristot.) quædam sunt nobis magis nota, quæ sunt minùs nota in natura: sed eadem sunt nobis notiora, & naturę, quia magis vniuersalia sunt nobis prius nota, vt hìc docet Aris. in. 2. conclusione, & eadem sunt notiora in natura, vt ait, Commentator, à quibus natura incipit operari, quæ sunt vniuersalia, vt patet: eò quòd embrio priùs viuit vita plantę, quã bruti, & priùs vita animalis, q̃ hominis, vt ait, Aris. ergo æquè nota sunt nobis, & naturæ ipsa vniuersalia. Et apparet in colore, qui notior nobis, q̃ sit species ab eo manans, cum ipsę sentiatur, & non species, & ipse idem color in natura notior sit, quam species, cum specierum sit causa.

In contra. Aris. hic.

¶ In contrarium est Aristot. in textu, qui docet à principijs, & causis, & elementis procedẽdũ, & ab vniuersalioribus & magis notis nobis, ad minùs nota, & magis particularia.

Notan. 1.

¶ Pro decisione. q. est considerandum, apud Arist. in textu posita in sententia duas conclusiones, quæ videntur adinuicem stare nõ posse: siquidem ait, procedendum esse à notioribus nobis, & minùs nota in natura: ad magis notai n natura, & minùs nota nobis: & cum singularia sint nobis magis nota, & minùs, in natura, videtur quod ab ipsis sit procedendum. Et post infert, quòd ãb vniuersalioribus ad minùs vniuersalia sit procedendum: in quo stat repugnantia.

Notan. 2.

¶ Secundò est notandum, quòd de notioribus in natura, & minùs nota nobis, variæ acceptiones ponuntur à doctoribus, maximè à Paulo Veneto, in summa, in proœmio. cap. 3. Ait ipse. Primo modo dicitur aliquid notius natura: quia maioris est perfectionis, & entitatis in natura, sic Arist. 1. Metaph. c. 1. loquitur dicens, quod intellectus noster se habet ad manifestissima in natura, sicut oculus noctuæ ad lumen solis. Secundo modo

Paulus. Venetus li. 1. Phy. c. 3 Aris.

est

est,quod prius intenditur à natura:sicut species est magis intenta,quàm individuum,sic loquitur Auicenna.1.suæ Metaphysicę.Tertio modo,id quod naturaliter potest cognosci sine alio,& non econtra,sic Arist.2.Meta.co.16.Genus est notius natura,quàm species, & species,quam individuum.Quarto modo id est notius natura,à qua natura incipit operari,sic Commentator.1.Physic.loquitur dicens,quod causæ rerum naturalium sunt notiores apud naturam,quam res naturales cõpositæ : quia natura facit composita ex causis.

Text.3. Obiectio. Arist.1. Post.1.co. 43. Ægidij. solutio.

¶Ægidius Romanus in isto loco (declarata mente Aristo.)dubium proponit. Primum, obijciens,quod cum nostra cognitio à sensu incipiat(vt dicit Arist.)sic deberet à singularibus ad vniuersalia esse processus.Et ipse soluit nodum dicens,quod Aristo. non intẽdit dare prioritatẽ,vel posterioritatẽ inter intellectiuam,&sensitiuam cognitionem:sed intẽdit ostendere,quòd cognitio intellectiua vniuersalis,& confusa,præcedat huiusmodi cognitionem singularem , & distinctam: quod etiam circa sensum veritatem habet:quia sensus prius apprehendit rem sub modo confuso,quam sub distincto.

Ægidius.

¶Secundò etiam dubitat,& velut argumentatur contra hoc.Quia si intenderet comparare notitiam intellectiuam ad intellectiuam & non ad sensitiuam , non diceret ,cognitionem vniuersalium præcedere , cognitionem singularium:quia singulare est,dũ sentitur. Particularia enim directè obiecta intellectus

Cõmme.4.

essenon possunt.Respondet,quod secũdum Comm.per singularia nõintendit individua, sed intẽdit species vltimas,vel quasi vltimas. Vult ergo philosophus,quòd prius cognoscimus vniuersalia,quam singularia,id est,genera,& communia quam species , quorum vtrumq; est obiectum intellectus.Hæc Ægidius:qui in commen.3.dubio primo asserit, quòd per se loquendo:semper confusa, & indistincta sunt nobis prius nota,quam distincta.Tendit enim nostra cognitio ab imperfecto ad perfectum:& à potentia ad actum : & per consequens ab indistincto ad distinctũ. Et quia cognitio rei(vt est quoddam totum) est indistincta,& quasi confusa respectu cognitionis eius,vt distinguitur per partes: ideo cognitio totiùs præcedit quo ad nos cognitionem eius,vt distinctè cognoscitur in suis partibus.

Notan. 3.

¶Etiam pro debita intelligentia considerandum,quòd modus probandi, & progressus in aliqua scientia,vel est habitis ipsis principijs,& cognitis: vel est antequã sint ipsa principia cognita:nam si principia ipsa doctrinalia nobis nõ sint nota,oportet fiant nota per aliqualem inductionem:vt si quis hoc principium velit cognoscere.Omnem rem naturalem in suo loco optimè conseruari:poterit probare.Pisces,qui non respirant,optimè in aqua conseruantur : & animalia respirantia optimè in aere;& ignis iuxta orbem lunæ:ergo omnis res naturalis in suo loco conseruatur.

Arist. 4. phy. tex. 4.

¶Iam cognitis ipsis principijs,ab ipsis tãquã ab vniuersalioribus fit progressus in scientia ad particularia:& cognito illo , poterit quis probare,graue optimè in inferiori loco esse.

Ari. 1. Post.

¶Vlterius notandum,quod aliquid esse notius in natura,nihil aliud est,quam quòd secundùm naturam sit magis cognoscibile: sicut aliquid nobis notius est,quod magis nobis secundum naturam cognoscibile est. Et esse magis cognoscibile,est magis habere de entitate:quia nil cognoscitur nisi inquãtum participat de ratione entis,cùm ens sit obiectum intellectus:vnde cum illa quæ à materia sunt abstracta,magis habeant de entitate magis habebunt de perfectione:sic notiora sunt secũdũ naturã:ob quod Deus secũdũnaturã maximè cognoscibilis est:& post Deũ intelligentia quælibet , secundum gradum suæ perfectionis:& deinde anima rationalis: & post homo,ratione animæ:deinde cætera alia viuentia.Ad dubium sunt quinque conclusiones,quarum prima.

Notand.4.

Arist.5. Me.co.22 S.Th.p.5. q.5.arti.2.

1.Conclu.

¶Prima conclusio.Loquendo de notitia intellectiua,modus procedendi est ab vniuersalioribus ad minùs vniuersalia: quia à confusioribus,& indistinctis,ad minùs confusa, & magis distincta,quæ nobis minùs nota,cũ tamen notiora sint in natura.Probatur conclusio:quia noster modus procedendi à potẽtia ad actum,& ab imperfecto ad perfectum est:sed id quod potentia,& imperfectum est confusius,& vniuersalius,& indistinctius est: & illa quę actu & perfecta,magis distincta,& minùs vniuersalia dicuntur,sic testatur Auicenna primo Metaphysic.capitu.quinto, q & Doctor Sanctus profundamento capitu. Primum enim quod intellectus de re concipit,ens est.

Ratio.1.

Auicena. S.Tho.in prin.de ente & essen.

¶Item. Intellectus in cognitione vniuersalium eo ordine procedit,quo sensus in cognitione singularium:sed sensus ab vniuersalioribus progreditur:vt si quempiam à remotis videamus,primo iudicamus quod sit ens,Secundò

Ratio.

Secundò quòd viuens. Tertiò quòd homo. Quod & exemplo probat Aristot.in litera de pueris,qui primo omnes homines vocãt patres:sequitur ergo quod intellectus hunc habet ordinem.Primus enim conceptus, & adæquatus intellectus ens est: vt ex Arist.9. Metaphysi.text.22.quantò prædicata sunt vniuersaliora,tantò priora sese offerunt.

Aristo.

Ratio.3. 6.Th.p.p. q.85.ar.3. Aristot.2. de gene.ani ma.c.3.

¶Etiam probari potest conclusio , vt Doctor.S.probat sub istis verbis.In omnibus illis , quæ de potentia ad actum reducuntur, ab imperfectioribus ad perfectiora est progressus:vt embrio prius vita plantæ viuit: ergo cùm intellectus in cognitione rerum,per species de potentia ad actum procedat , ab imperfectioribus erit:sed cognitiones magis vniuersales sunt minùs perfectæ,eò quod cõfuse magis,naturam rerum attingunt: sequitur ergo,quod ab vniuersalioribus sit procedendum.

Ratio.2.

¶Secunda pars conclusionis probatur:quia istli conceptus , & notitiæ,quantò vniuersaliores,& confusiores,minùs habent de entitate:& secundum naturam minùs de cognoscibilitate. Quapropter sequitur , quod illa, quæ vniuersaliora , minùs nota in natura dicantur,cùm tamen nobis magis nota: quia in nobis ab imperfecto,& confuso ad distinctum,& perfectum est progressus.

2.Conclu.

¶ Secunda conclusio . Non solùm hîc progressus secundùm naturam est,quando cognitione confusa , sed etiam quando distinctè cognoscimus,vt ab vniuersalioribus etiã sit progressus : quia (vt docet doctor sub.) non possumus distinctè cognoscere hominẽ, quin distinctè cognoscamus animal:neque distinctè animal, quin & cognoscamus corpus:neq; corpus,quin substantiam : itaque prius est ordo ille superior notitiarum in confuso,& deinde ad inferiora fit resolutio:& quousque supremum distinctè cognoscamus,non cognoscitur infimum,vt alt Aristo.sic modo definitiuo contingit : si hominem definias,per animal rationale ostendẽs: vbi oportet sit prius cognitũ, q animal sit.

Doct.sub.

Vide Marsil. 1.Phy.q.5

Arist.8. Met.t.10

3.Conclu. Aristo.3. de anima. tex.39.

¶ Tertia conclusio . Si fiat comparatio notitiæ intellectiuę, & sensitiuæ,quia ipsa sensitiua, prior intellectiua est , & à singularibus ad vniuersalia,& proinde à nobis notioribus ad minùs nota nobis,magis tamen nota in natura, erit progressus.Hæc conclusio tam aperta est,vt probatione non indigeat. Nihil enim in intellectu est , quin prius fuerit in sensu,atque intelligentem,phantasmata speculari necesse est:quæ etiam in singulari considerantur : ex quibus intellectus agens,species intelligibiles in vniuersali,sine conditionibus individuantibus abstrahit. Et quòd hæc singularia sint minùs nota in natura constat:quia minùs à natura intenta, & minùs de entitate,quantò magis de materialitate : quia magis de potentia, & minùs de actu.Et in isto sensu posset intelligi Aristot.dictum in isto loco:quando concludit, à singularibus ad vniuersale procedendum esse.Neque est in dictis contradictio, quando dixit:quod ab vniuersalioribus,& confusioribus,ad particularia, & singularia : quia ibi notitiæ intellectiuæ ad notitiam intellectiuam fit comparatio.Et singulare, & particulare vocat speciem respectu generis:vt ex Commentatore, & Ægidio dictum est. Et quando dicit à singularibus ad vniuersale,intelligit comparãdo notitiam sensitiuam intellectiuæ:per singulare,intelligendo ipsa individua,quæ nobis sunt notiora, quàm ipse species,quarum sunt individua.

Aristo.nbi supra.

Aristot.1. Physi. Intelligẽtia Aristo. Nota.

¶ Quarta conclusio. Sicut ante cognitionem principiorum,inductione probando, à singularibus ad vniuersale est processus: sic, ipsis cognitis,ab vniuersalibus, ad particularia ratiocinationis progressus est.Hæc conclusio intendit insinuare alium sensum dictorum ab Aristot. & verborum consistentiam,quæ videntur repugnare. Nam (vt in notabilibus adduximus) si aliquod principium non sit notum, cùm non possit demõstratiuè probari,inductione opus est : sic à singularibus ad vniuersale, & magis nobis notis,& minus secundùm naturam,vt in exẽplis adductũ est. Verum cognito ipso principio,ab vniuersalioribus ad minus vniuersale,& magis particulare oportet procedere:vt si quis ignoret principiũ, Omnis ignis est calidꝰ,sic inductione probabit. Iste ignis est calidus:& iste ignis est calidus: ergo omnis ignis est calidus.Et cognito hoc, quando de aliquo igne fuerit dubium, probabitur ex illo vniuersali.

4.Conclu.

Sic Themistius,& Cõmentator.

¶ Quinta conclusio . Quanuis in scientijs, in demonstratione quia,à nobis notioribus ad minus nota nobis, fit progressus , in demonstratione tamen propter quid, & potissima , à minus nota nobis , & magis nota in natura , ad minus nota in natura, & magis nota nobis procedi est compertissimũ. Hæc conclusio probatur : quia in demonstratione quia,ab effectu ad causam procedit:at secundum naturam causæ ipsæ notiores sunt,& simpliciores,& magis de entitate

5.Conclu. Aristo.1. Poste.co.3

Ratio.

tate habent, quam effectus, quippe qui nobis magis innoteſcunt generaliter: ſed in demonſtratione potiſſima, & propter quid, ex cauſa ad effectum deuenimus: quæ cauſa (quanuis nobis minus nota) magis tamen nota in ſe: ſed in tali ratiocinatione contingit, quòd quanuis cauſa in ſe notior in natura dicatur, tunc tamen in tali progreſſu eadem nobis nota, & ſimpliciter intelliguntur: quia cauſa eſt nobis magis nota, quando per eam effectum probamus, & ipſa ſimpliciter notior eſt. Sic docet Paulus Venetus in ſua ſumma. cā. 3. in ſolutione ad. 2. ſicut color ſuis ſpeciebus notior eſt, quæ ſpecies ſunt effectus coloris.

Albertus de Saxon. 1. Phy. q. 4.

Paulus Venetus.

* ¶ * Itaque reſolutorie conſiderandū, quod licèt Commentator aliqualem repugnantiā in dictis Ariſt. intelligat in. 1. & 2. propoſitione, ſed apud S. Tho. nulla eſt repugnantia: quia intelligit Ariſto. in. 1. propoſitione ponere modum procedendi in ſcientia naturali, & vult vt à cauſis & principijs incipiamus, & in. 2. propoſitione docet, quod à cauſis vniuerſalioribus, quia vniuerſaliora ſunt nobis primo nota, & ſic in ſecunda propoſitione non dat Ariſtotel. modum procedendi aut demōſtrandi, vt putat Cōmentator.

Ad Argu. ¶ Ad primum argumentum, concedimus rem eſſe naturaliter cognoſcibilem: & quāuis in quolibet continuo infinitæ partes intelligantur in potentia; ratione diuiſionis, non obſtat quominus continuum ſit intelligibile: tamen illarum partium, quæ ſe tenēt ex parte materiæ, neceſſaria cognitio non eſt ad cognoſcendam rei naturam: quia cognoſcuntur eo modo, quo & ſunt in potentia tales partes. Nec eſt neceſſarium cognoſcere omnia accidentia communia, ſed ſufficit cognoſcere naturam ſubiecti: ſicut neque eſt opus cognoſcere omnes effectus, qui produci poſſunt, ſed ſufficit potentiam actiuā nō ignorare. Negamus etiam infinita prædicata eſſentialia dici poſſe de re creata: nā (vt in dialectica tractari ſolet,) quādo de ſpecie ſermo eſt, & nos ibi tetigimus ſumpta ſpecie humana, de homine poterunt multiplicari eſſentialia prædicata, vſq; ad generaliſsimū ſubſtātiæ: videlicet, q̄ eſt animal, q̄ eſt corpus, quod eſt ſubſtātia. Et ſi vltrà progrediaris, vſq; ad ens deuenies dū erit. Et dato genus (vt animal) in multas diuidatur ſpecies: vt in canē, leonē: &c. nō tamē eſt neceſſariū inter quaſlibet ſpecies mediū dare: conceptū, qui nouā repræſentet ſpeciē, & cōſtituat: nam quanuis in infinitū dicātur diſtare

Ariſt. ca. 2 lib. prædic.

duæ ſpecies ſpecialiſsimæ, ſic q̄ vna nō poſſit ad alterius perfectionē peruenire: non eò ſequitur, q̄ ſit dabilis ſpecies media in infinitū, & hoc ex Ariſt. qui ſpecies dicit habere ſe ad modū numerorū: quia quanuis quinarius in infinitū excedat quaternariū, in hoc ſenſu, quod quaternarius nunquā ad perfectionem quinarij peruenit, non tamen eſt dabilis medius numerus: ſic & in ſpeciebus dicendum. Neq; dantur infinitæ paſsiones eſſentiales rei. Et ob id dicit Ariſto. quòd reſolutio definitionis, non procedit in infinitum.

Ariſtot. 8. Metaphy.

Ariſt. Vbi ſuprà.

¶ Et vt planè ſatisfaciamus argumentis, dicendum: quod cognoſcibilis ſit vnica creatura ab alia: imò & comprehendi poteſt: vt ab angelo quæcunq; alia infra ipſum. Comprehendere enim eſt rem cognoſcere quantum cognoſcibilis eſt paſsiuè, quod & poterit angelus facere. Non enim requiſitū eſt ad comprehenſionē, q̄ res cognoſcatur ſumma notitia, qua cognoſci poteſt: quia ſic ſolus Deus poſſet comprehendere creaturam: quia notitia (quæ eſt ipſemet Deus) poteſt cognoſcere. In quo videtur Ocham, & alij decepti. Nā ſi id requiſitum eſſet ad comprehenſionem, iam ſic videntur facere creaturam finitam, & limitatam, incomprehenſibilē: ſicut vocamus ipſum Deū, cum de ipſo peculiariter dictum ſit per Hierem. c. 32. quod ſit magnus cōſilio, & incōprehenſibilis cogitatu.

Quid addō prehēſionē requiratur.

Deceptio aliquorum in. 4. q. 13.

Hiere. c. 32

¶ Dixi, quod Angelus poteſt comprehendere creaturā: quia homo pro iſto ſtatu videtur non poſſe attingere ad talem gradum cognitionis, vt de aliqua creatura quantumuis minima cognoſcat, quantum ipſa cognoſcibilis eſt: quia neq; in ſubſtantijs, neq; in accidentibus intelligere valet homo vltimas differentias, neque omnes proprias paſsiones, quæ fluunt ab eſſentia rei, neque paſsiones quæ reſpiciunt rationem individui ratione cōplexionis. &c. Quod euenit: quia noſter intellectus immerſus in materia ſit, & quodā modo in corpore ſepultus, vel ſaltem in carceratus. Secus de anima ſeparata dicendum. De quo ſuo loco, in. 3. de anima.

Nullus homo poteſt cōprehendere aliquam creaturam.

S. Tho. p. p. q. 12. ar. 7.

¶ Neq; obſtat quod ab homine creatura non poſsit comprehendi, tollenda, aut reijcēda eſt hæc ſcientia naturalis, vt Heraclitus dicebat: quia ad ſcientiam proſequēdam ſufficit quod cognitio haberi poſsit de re, humano modo: ſicut & ſcientiā dicimus eſſe de Deo, cum tamen à nulla creatura poſsit comprehendi, ſed à ſe ſolo: & cū ſit infinitus, infinita notitia ſeipſum cōprehendit, & cognoſcit.

¶ Ad ſecundum ſolutio ex dictis in. q. patet: quia

Ad. 2.

quia ſingulare, & particulare intelligit Ariſtot. non individua ſpecierū, ſed ſpecies ſpecialiſsimas: & iſtæ ſunt minus notæ nobis, & magis notæ natura, & tantò quanto confuſiora, & vniuerſaliora, primò ſeſe offerūt. Si tamen de ſingulari pro individuo ſumendo eſſet ſermo, potius eſſet procedēdum ab ipſis individuis & ſingularibus nobis magis notis, & minùs ſecundum naturam ad ipſas ſpecies, & ad vniuerſalia, quæ ſunt magis nota in natura, licèt nobis minùs.

1. Poſt. t. 5

Ad. 3. ¶ Ad tertium patet ex dictis ſolutio. Et eſt conſiderandum, quòd Ariſt. non ponit regulam quòd omnia illa quæ ſunt notiora natura, ſint nobis minùs nota, & econtrà, ſed ponit ſolùm negatiuè, quòd non omnia illa, quæ ſunt nobis notiora, ſunt notiora naturæ, & econuerſo: & tamen cū hoc ſtat, quòd aliqua ſint nobis æquè nota, & naturæ, vt ſuprà dictum eſt, de colore reſpectu ſpeciei: quia eſt nobis notior quàm ſpecies: quia ſenſibilis, & non ſpecies: & eſt naturæ etiā: quia cauſa magis nota ſecundùm naturam, quàm effectus: vt cœlum eſt magis notum quàm influentia: ſed tamen aliqua ſunt notiora in natura, quæ nobis minùs nota ſunt: vt ſunt ſubſtantiæ immateriales: quæ cùm ſint ſpirituales, ſunt magis notæ in natura, ſed nobis minùs: quia per ſenſum habet ortum cognitio noſtra. Sed dato in natura illa vniuerſaliora, & confuſiora (vt argumentum probat) ſint priora (vt quod embrio viuat priùs vita plantæ) non ſequitur quòd illa ſint magis nota in natura: quia natura, ſicut priùs intendit totum phyſicum, quàm partes, cùm tamen priùs ſint partes: ſic & primò intendit ſpeciem, quàm genus: non enim faceret animal, aut corpus, aut ſubſtantiam, niſi quia intendit certam facere ſpeciem. Et ſic dato priùs ſit vita plantæ in embrione, quàm vita rationalis, non ſequitur quod illud vniuerſale, & commune ſit in natura notius: quia id quod perfectum, & id quod actu, eſt natura notius & quod imperfectum, & in potentia, quamuis priùs via generationis, eſt poſterius via perfectionis: & minùs in natura notum: quia minùs de cognoſcibilitate, & minùs de entitate habet, cum ſint vniuerſaliores cauſę. At ſi cognitione diſtincta, & non confuſa cognoſcantur, priores ſunt natura, vt dictum eſt.

Ariſtot. 1. Poſte. text. 40. 43.

Natura prius intendit ſpeciem quā genus.

Obiectio. ¶ Neque ex hoc ſequitur quòd individua ſpecierum ſint magis nota, quàm ſpecies, quia ſpecies non per ſe reperiuntur, niſi in ipſis individuis: quia natura nō producit ſpeciem, niſi individuum. Non ſequitur (inquā) quia natura nō intendit niſi perpetuare ſpeciem: & quia individua in quibus perpetuatur ſpecies ſunt corruptibilia, de per accidēs intendit individuum. Vnde in perpetuis nō producit niſi ſolum vnum individuum: vt in cœlis, & ſole apparet. De quibus ſuo loco dicendum erit, & diximus in Dialectica.

Solutio.

Ariſto.

¶ * Hic poteſt eſſe dubium, an poſsit eſſe modus procedendi per regreſſum, ſcilicet, à cauſa ad effectum, & rurſus ab effectu ad cauſam, vt hic Ariſt. videtur inſinuare, quia ſic idem eſſet minus notum & magis notū: quod Ariſto. 1. poſte. reprobat. Dicendum diſtinguēdo, quod talis regreſſus tripliciter poteſt fieri. Primò quando ab effectu ad cauſam eſt proceſſus, & econtra demonſtratione vniformi. Secundò modo, demonſtratione difformi, vt ab effectu ad cauſam: demonſtratio quia, ſit: & à cauſa ab effectu propter quid, & potiſsima. Tertius modus eſt, quando à cauſa ad effectum & econtrario, ſed à noto vno modo ad ignotum, & rurſus à noto, ad id quod cognoſcebatur, ſed vt melius ſit notum. Primus modus reprobatur. Secundus & tertius modus eſt vtilis, quo Ariſtot. eſt vſus. 2. cœli. text. 34. vbi probat dextrum cœli eſſe in oriente, quia inde incipit motus: deinde probat cœlū moueri ab oriēte, quia in oriēte eſt dextrū. Et. 2. cœli tex. 58 probat ſtellas ſphæricas, quia ſunt immobiles per ſeipſas, & probat eſſe immobiles, quia ſphæricæ: & hìc regreſſus non eſt inutilis, quod & docet S. Thom. 2. cœli, lectio. 16. defendendo Alexādrum contra Simplicium. Atque de cognitione vniuerſalium quomodo priora dicātur, vide. S. Thom. p. p. q. 85. artic. 3. ad. 1. & de hijs in poſterioribus dictum eſt.

Dubiū.

Solutio.

SPECVLATIO SEPTIMA Procemialis. Vtrùm totum ſit ſuæ partes.

Argum. 1. Ariſto. 5. Meta. tex. 19.

VIdetur quòd nō. Primò: quia ſi totum eſſet idem quod ſuæ partes ſex eſſent bis tria: ſed hoc eſt contra Ariſtotelem. Dicit enim quod ſex nō ſunt bis tria. Et. 7. Metaphy. tex. 60. ait. Syllaba nō eſt elementa, putà literę ex quibus conſtat: vt ba, nō eſt: b. a.

Et lib.8.tex.15. Totū nō est partium coacervatio: vt aceruus, sed aliquid præter partes.

Argum.2. Scotus in 3. d.2.q.2. ¶ Secundò arguitur, & est docto. sub. Si totum compositum ex materia & forma non distingueretur à suis partibus, sequeretur nullam esse differentiam inter totum, quod est per se vnum: vt animal, aut homo: & totum quod est per accidens vnum: vt aceruus lapidum: consequens est contra Aristo. qui. 7. Metaphy. text. 60. & in. 8. text. 15. ponit differentiam. Et quod sequatur patet: nam sicut aceruus est multi lapides simul: ita & homo, suæ partes.

Aristot. 7. Meta. text. 60.

Argum.3. ¶ Tertiò. Quando duobus datis, vnum corrumpitur, alio manente incorrupto, oportet ponere distinctionem inter ea, qualem ponimus inter animam rationalem, & corpus: quia corrupto corpore, anima rationalis manet immortalis: sed contingit totum corrumpi, quando partes non corrumpuntur: vt patet in domo, & patet etiam in Christo in illo triduo mortis, quando fuit totum corruptum: quia non mansit homo (quicquid dicat Magister senten. & Hugo) & tamen partes manserunt incorruptæ, quia anima rationalis, nullam passa est corruptionem, neque datum est corpori, vt corrumperetur: iuxta illud psalmi. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Et argumentum posset esse, quia totum generatur, quando tamen partes non generantur: vt patet in compositione domus ex lignis, & lapidibus. Et in Christi resurrectione fuit homo, & tamen partes non fuerunt de nouo.

Magister sent. d. 22. ca. 1. Hugo. Damascen. li. 3. ca. 25.

In contra. Aristo. ¶ In contrarium est quod ait Aristot. hîc text. 17. & 22. vbi Commentator ait, quòd licèt quælibet pars est aliud à toto, omnes partes simul sumptæ aliud à toto non possunt dici.

Nota. Paulus Venetus. ¶ Pro solutione est considerandum, totum dici multis modis. Et quanuis Paulus Venetus in libris physicorum super comm. 17. notabili. 2. ponat. 8. modos, ad pauciores tamē reduci possunt: vt totum sit vniuersale, quod est genus respectu specierum: quæ species partes subiectiuæ vocantur: quia genus, seu vniuersale de eis prædicatur, & ei subijciuntur: vt leo, homo, & asinus, de animali: sicut docet Porphyrius. Et eo modo species respectu suorum indiuiduorum totum vocatur.

2. ¶ Totum potentiale est: anima totum est, & partes eius potentiæ: vt intellectus, voluntas, & memoria. Et sensitiua anima, quæ habet suas.

3. ¶ Totum essentiale est, quod ex partibus essentialibus cōstat. Quod & duplex est, Physicum, & Metaphysicum. Physicum, est cōpositum ex materia, & forma. Et Metaphysicum, ex genere, & differentia.

4. ¶ Totum integrale quod ex suis partibus integrantibus constat, est duplex: Homogeneū, quod ex suis partibus eiusdem rationis. Ethero geneum, quod ex diuersis constat.

5. ¶ Est & totum per accidens, quale aceruus & domus. Non ergo quæstio est in præsentiarum de omnibus totis, an à suis partibus distinguantur: quia de primo in Dialectica tractatur, quomodo ratione à suis partibus distinguatur. Et de toto potentiali, & Metaphysico alibi. Nunc de toto Physico, & integrali, tam de per se, quàm de per accidēs fermo est.

Variæ opi. Sco. in. 3. d. 2. q. 12.

¶ De quæstione variæ sunt opiniones. In primis se offert Doctor sub. qui tenet, totum distingui à suis partibus etiam coniunctis, loquendo de toto Physico, & integrali. De toto tamen per accidens (vt est aceruus) dicit non distingui à suis partibus. Subscribit Doctori sub. Capreo. eadem. d. & nonnulli alij ex Thomistis, credentes eandem esse sententiam Sanct. Thom. qui id videtur affirmare in. 3. d. 2. q. 1. art. 3. Et quæstiuncula. 1. ait de Christo loquens, quod in eo fuit anima, & corpus, & vlteriùs forma totius resultans ex coniunctione vtriusque, quæ dicitur humanitas. Et quæstiuncula. 3. dicit, quòd totum propriè loquendo nō est suæ partes.

Vide domi. 7. meta. q. 27. arti. 3. S. Tho. in. 3. dist. 2. q. 1. arti. 3.

2. Opinio. Venetus. ¶ Alij sunt, qui putant in Homogeneis, nō esse distinctionem inter totum, & partes, sed benè in Ethero geneis: sic Paulus Venetus in loco citato dicit: secundùm aliquos, totum distinguitur à suis partibus: & secundùm aliquos non distinguitur.

Argum. cōtra Scot. ¶ Contra opinio. Doctor. sub. est argumentum satis efficax: quia aliàs sequeretur contra Damascenum, quòd id quòd Christus semel assumpsit, dimisit. Patet: quia assumpsit totum, id est, esse hominem, quod reliquit in passione: & illud distinctum à suis partibus est.

Solutio. ¶ Hoc argumentum soluitur ab opinantibus contrarium, per hoc, quòd Damascenus solùm de partibus essentialibus sit intelligendus, quas nunquam dimisit.

2. Argum. ¶ Sed fortius. Si totum distingueretur à suis partibus, sequeretur quòd naturaliter, corruptum idem numero posset redire, contra doctrinam philosophantium. Patet. Si te vas

vas aqua plenū, & auferatur aqua: quæ & conseruetur: rursus apponatur in vase eadē numero aqua, totum illud quod non est suæ partes, fuit corruptum: & rursus idem numero redit: quia sicut identitas totius consurgit ex conformitate partium, eodē modo se habentium: sic & identitas numerica erit partibus eodem modo se habentibus: ergo idem esse resurgit. Nam si aliud numero, oportet sit ex partibus alio modo dispositis: sed suppono in hoc nullam factam variationem.

Confirm. ¶ Confirmatur: quia illa entitas, vel substantia, vel accidens est, sed neque est substantia: quia non dantur partes ex quibus componatur, neq; est accidēs: quia nō videtur tale dari

Conclusio. Come. ibi. t. 17. Aegidi. ibi. t. 17 & 2. deani ma. tex. 10 Arist. t. 17. & 23. Themistius Auicen. ¶ Ad quæstionem ergo sit conclusio. Omne totum, essentiale, Physicum, & integrale, homogeneum, & etherogeneum, siue sit totū per accidens, est suæ partes simul sumptæ. Hoc probatur ex Aristo. qui hîc id affirmat, & clarius in. 4. Et Themistius, & alij. Et Auic. 3. Metaphysic. capit. 2. ait. Homo est anima, & corpus, & neutrum per se. Neque valet huiusmodi dicta in causali exponere sensu: vt contrarium opinantes dicunt. Partes sunt totū, id est, causant totum: nam sic eadem ratione possent dicere hanc esse causalem, homo est sapiens.

S. Tho. p. Phy. lect. 4 p.p. q. 11. art. 1. ¶ Hæc conclusio est Doct. S. qui ait de partibus, quod sunt vnum in actu, & multa in potentia.

¶ Etiam probatur ex modo concipiendi, & modo loquēdi: nam bis ter, nihil aliud intelligimus, quàm senarium ipsum. Et ligna, & lapides sic coniuncta nō aliud, quàm domum ipsam. Et lapides congregatos non nisi aceruum. Ergo simili modo, materia, & corpus non nisi animal, aut homo: neque aliud ipse homo, quàm animam & corpus sic coniuncta.

2. Ratio. ¶ Secundum est argumētum: quia si totum aliqua entitas est, quæ non sit partes sic iunctæ, posset Deus talem entitatem separare, manētibus partibus sic vnitis: nam nulla est repugnantia, illa quæ adinuicem distinguuntur separare: posset ergo esse quod partes essent iunctæ, & quod totum nō esset, sed hoc contradictionem implicat, cùm non sit aliud partes cōiungi, quā totum constituere: neq; sit aliud totū constitutum, quàm partes coniunctas esse.

¶ Et de toto integrali, etiam probari potest. Si enim domui addas aliquam partem minimam, quam primò auferas, non ob id domus dicitur corrupta, & de nouo genera

ta, magis quàm si à mari guttam aquæ abstrahas: & rursus superinfundas. Si tamen aliud est esse totius, ab esse partium: cum partes varientur, etiam in minimo, oportet & variari totum. Sed tamen quia partes sic manentes, subtracta aliqua parte, totū sunt, & constituunt, non fit variatio in toto, quæ necessario esset intelligenda, si aliud esse, totius esset quam partium. Hanc conclusionē probat, & tenet Marsil. tertio physicorum quæstio. 9. & Albertus de Saxonia primo physicorum quæstio. 7. & est opinio nominalium.

Marsil.

Conside. ¶ Hic tamen aduertendum est, non tam proprias esse huiusmodi loquutiones: Partes sunt suum totum: & totum est suæ partes: sicut sunt hæ, totum resultat ex suis partibus: partes constituunt totum. Quod notat diuus Thom. & ratio est: quia partes sunt totū & non explicant compositionē, qua faciūt totum: nam (vt docet Aristot. in. 1. libr. physico. text. 31.) partes omnes habent se vt subiectum & materia, respectu totius: & totum velut forma est respectu partiū, tā de partibus integralibus, quàm de essentialibus loquēdo: nam quanuis forma substantialis respectu materiæ forma dicatur, quia informat & actuat eam: tamen ipsa forma respectu totius, habet se velut materia, & quid imperfectum: & totum, velut forma existens in vtroq;, scilicet, in materia, & forma: sicut domus est vna forma existens in suis partibus: ob id Aristotel. quarto physico. text. 13. dixit totum esse in partibus: vnde licèt totum & partes iunctæ, sint idem propter modum significandi diuersum terminorum: quia partes vt causa, & totum vt effectus: significantius, & proprius, dicitur totum componitur ex partibus, quam partes sunt totum.

S. Th. p. p. q. 87. Aristot.

Aristo.

¶ Ad primum argumentum, dicimus prono bis esse id quod ex Aristote. nam dicit quod sex non sunt bis tria, sed semel sex. Potest etiam dici, quòd bis tria non sunt sex, eodem modo: quia bis tria sunt partes, & .6. totum. Vel aliter, quia de numeris possumus loqui materialiter, vel formaliter. Formaliter, loquendo, prout quilibet numerus suam constituit speciem, sic est, quod bis tria nō sunt 6. magis quam duo homines, & vnus Angelus: vt intelligamus (quandoquidem species sicut numeri se habent) quòd humana, sit vt ternarius, & Angelica species sit senarius. Si tamen intelligatur materialiter, nullo modo negare potest Aristote. quin bis tria sunt 6. nam bis tria continet. 6. vnitates, quæ numerum

A dargum.

10. Meta. tex. 8.

merum senarium cõstituunt,& adæquant.

¶Et ad id quod ex.7.Meta.tex.60.quod ba. non est.b.a.intelligit,quod non est sicut cumulus,aut aceruus.Non enim syllaba est litera absq; ordine(vt lapidum cumulus)sed ordinatè dispositæ.

Ad secund. ¶Ad secundum,dicimus esse differētiam in ter totum per se,& totum per accidens, non per hoc quòd totum per se,sit suæ partes:& totum per accidens non sit:vel è contra: sed eo est differentia,& distinctio:quia totũ per se,constituitur ex suis partibus,& terminatur ad esse essentiale,& substantiale:quia forma non habet per se esse substantiale : neque materia sola absque forma, & simul iunctæ constituunt vnum totum substantiale, & essentiale:quia non aduenit esse totius , enti cõpleto:sed in toto per accidens, vt est in domo,vel in lapidum aceruo: nam esse huius totius,aduenit iã completo,& existẽti:sic est alia ratio totius,in isto toto quod est essentiale de per se , & in illo quod de per accidens.Hanc differentiam ponit Aristote.

Aristot. 1. Physi. tex. com 69.

Ari. 8. Metap. t. 15. 1. Solutio.

Ad tertiam ¶Ad tertium,concedimus sic esse,vt probatur,q̃ distinctio sit ponẽda inter duo,quorũ hæc est conditio,vt vno incorrupto manente,aliud corrumpatur.Et quando probatur, quod totum corrumpitur,partibus ipsis remanentibus,primũ posset dici sic esse: quia dato esse totius sit esse partiũ,& quò ad hoc non sit distinctio est tamen in hoc,quòd partes constituunt totum : & constat ex eis & nõ econtra,partes ex toto:& ob id potest intelligi id quod prius,absque posteriori: non tamen è contra.

2. Solutio. ¶Secundò dici potest, toto corrupto , per partium dissolutionem:& partes corrumpi, non quidem inquantum esse habebant aliàs ante compositionem & constitutionem totius,sed in quantum erant partes unitæ , & ordinatæ,quæ constituebant totum : quia non manent vnitæ,sed dissolutæ potius : & in isto sensu,corupto toto constituto,& corrumpuntur constituentia: quia non erat aliud esse,constituti , & esse constituentium: quod sic explicari potest.Certum est, quòd non eò quod corpus,neque eò quod anima, totum hominem aut animal constituũt:sed eo quod sic adinuicem conueniunt,& vniũtur.Si ergo ista vnione facta , totum quod constituitur corrumpatur,& desinat esse: & partes dici possunt corrumpi , pro quanto non habent rationem componentis,aut cõstituentis,dissolutione facta:& in morte hominis corrumpitur materia:quia non informatur forma illa,& corrũpitur forma: quia non informat materiam illam : & corrupto,corrumpuntur & partes,in hoc sensu , in quo esset verùm dicere , in morte Christi in illo triduo,quod desinente esse toto , id est homine,& corrupta humanitate per veram mortem in Christo,& partes sunt corruptę non in se quidem:quia anima immortalis,& corpus mansit incorrumptum , & vtrumque diuinitati coniunctum: sed inquantum erant partes constituentes hunc hominem Christum,corrupto homnine ,dicuntur & partes corrumpi:quia esse totius,non est esse partium absolutè:quia aliàs etiam si partes essent seiunctæ,constituerent totũ,quod est falsum:sed eo dicitur partium esse,esse totius,& esse totius,esse partium:quod quanto adinuicem partes sunt coniunctæ, & conueniunt in vnum,in constitutione totius:& esse totius:& quod est partiũ,vnitarũ,non manet ipsis partibus separatis.

S.Th.1.2. q.4. art.5. ad secundũ.

Theo.in. 3. sen.dis.21. S.Th.3.p. q.50.

¶Aliter potest dici:quando aliqua sunt vnũ non potest vnum manere,alio non manente,distinguẽdum est. Vel sunt illa vnum omnibus modis,& vno corrupto,aliud non manebit. Vel non sunt vnum omnibus modis: & non inconuenit quod vno ablato , aliud maneat.Exemplum est.Species humana in Petro,idem est cum in diuiduo,& esse,vnum est & non duo:nam nõ vno esse habet quod sit homo,& alio,quod sit Petrus,aliàs duo esse simpliciter,& substantialiter essent in eo: sed quia non omnibus modis sunt vnum,abstracta specie manet indiuiduum . Abstracta(inquam) per intellectum:sic suppositũ, & natura sunt vnum in Deo re:sed quia aliquo modo vnum potest intelligi sine alio,cõceditur,quòd Deus generet:cum tamen negetur,essentia generat.Partiũ esse,& totius est vnum , sed non omnibus modis vnum: sed partes vt constituentes,& totum vt constitutum:vnum vt materia,aliud vt forma: & potest intelligi vnũ corrũpi,quando aliud manet integrum:non in illa ratione in qua conueniunt,sed in illa in qua differunt. Et partes manere possunt corrupto toto : pro quanto intelliguntur,non vt vnum , & non vt coniunctæ,quomodo constituebant totũ Ferè ista solutio coincidit cum prima,sed declaratamplius rem.Neque ex hoc sequitur, quod partes, causent se ipsas,cùm causent esse compositi vel geniti , quod nõ est aliud, quàm esse partium,sed solùm sequitur quod componunt totum quod ipsæ sunt,quòd cõponunt

S.Th.p.p. q.39.ar.4. & 5.

3. Solutio.

ponunt totum quod ipsæ sunt, quòd ex earum coniunctione resultat : quia terminus illius constitutionis, vel generationis nihil est aliud,quàm ex coniunctione illarum partium fiat vnum totum,quod ante non erat,quia antè coniũctæ non erant. Et quanuis esse partium,sit esse totius compositi,dicitur causare nouum esse: quia hoc esse, quod est partium coniunctarum,anteconstitutionem totius,non erat.

Tartaret⁹. ¶Qui teneret opin.Scoti(vt defendit Tartaretus in.1.phy.q.3.)responderet ad argumẽta,quæ fiunt contra,vt ipse ibidẽ respõdet.Illud Damasceni intelligi quantum ad partes essentiales,quas cùm Christus assumpsit,nũ quã dimisit,vt ibi dictum est.

Ad.2. ¶Ad secundum posset esse solutio,negando quòd idem numero reddat:nam dato esse totius,esse sit aliud,ab esse partium,posito corrumpatur per additionem,aut diminutionẽ, aut partium transmutationẽ:si pòst pars illa addatur,vel partes rursus coniunguntur, eodem modo vt antè , erit aliud esse numero productum per aliam numero,partium coniunctionem.

PRIMA SPECVLAtio libri primi phy. De principijs rei naturalis, an solum sint duo.

Quia de principijs prima consideratio venit in traditione sciẽtiæ vt ex Ari. probatũ est,quæritur,vtrũ rerũ naturalium principia solum sint duo , vel plura.

1. Argum. ¶Videtur,quòd solum sint duo principia.Illud dicitur principium rei naturalis,quod intrat eius compositionem,& essentiam:sed solũ materia,& forma substantialis,sunt huiusmodi,vt docet Arist.in isto.1.libr.ergo non sunt nisi solum duo principia.

Aristot. 1. Physi.tex. 65.

Confirma. ¶Et confirmari potest ex definitione principiorum posita ab Arist ot.quæ talis est. Quę non fiunt ex alijs,neq; ex alterutris,sed omnia fiunt ex eis:sed materia,& forma sunt huiusmodi: quia materia nõ fit ex alia materia cùm ipsa sit ingenerabilis,& incorruptibilis vt infrà probabitur.Nec forma similiter generatur,neq; corrumpitur,sed totum,est q̃ generatur,vel corrumpitur.Neque materia ex materia,neque forma ex forma:neq; materia ex forma,neq; è contra.Et omnia fiunt ex istis:quia nulla res naturalis est,quæ non cõstet ex materia & forma:sequitur ergo q̃ solũ sunt duo principia rei naturalis.

Specula.4.

¶Probo quod sint.4.principia.Illud dicitur esse principium rei naturalis,quod est causa, sed causæ sunt.4.& non solùm duæ, scilicet, finalis,efficiens,formalis,& materialis; ergo tot erunt principia rerum naturalium : non ergo solum sunt duo.

2. Argum. Arist. 2. Phy. sit. tex. 11 & 2. Phy. t.cõ 27.28 & 1. Met. tex. 3.

¶Tertiò.Non sunt solùm tria principia rerũ naturalium.Patet.Si essent solum tria , esset materia,& forma,& priuatio:sed priuatio nõ potest esse principium.Patet.Illud dicitur esse principium,quod dat esse,aut causa principiati est,& compositionem intrat:sed priuatio,non dat esse,neque intrat compositionẽ rei:quia esse solũ potest dare,quod actu est: quia omne quod agit in tantum agit,inquãtum actu est:sed priuatio,actu non est : imò actu priuat,& nihil dicit,sicut tenebræ dicũt absentiam lucis:ergo neque intrat compositionem:quia quod non est,pars copositi nõ erit.

S.Th.1.2. q.9.

¶Probo quòd principia rerum naturalium non sint contraria.Quia si contraria, vel esset,quia materia,& forma sunt principia,vel quia materia,& forma,& priuatio:sed nullo modo istorum potest intelligi contrarietas: nam si materia,& forma intelligantur principia:cùm maneant in eodem subiecto:cõtraria(ipsis manentibus simul)constituerent rẽ naturalem:quod repugnat.Item quia materiæ nulla forma contraria est,cum ipsa susceptiua dicatur esse cuiuslibet formæ. Neque potest intelligi contrarietas materiæ ad priuationem :neque formæ ad priuationẽ:quia cõtrarietas inter positiua est:sed priuatio positiuum non est:ergo non potest esse contrarietas.

4. Argum.

¶In contrarium est quod ait Aristote. quòd principia dicẽda sunt quodammodo vt duo, & quodammodo vt tria,& quodammodo vt contraria.

In contra. Aristot. 1. phy.t.67.

¶Pro solutione notandum primò, quòd nõ est idem quærere,quot sunt rerum principia & quot sunt rerum causę:nam hoc ad.2.Physic.& illud ad primum.Principium enim dicit ordinem:causa tamen vltra hoc & influxum ostendit.Et quanuis principij nomen ad causam se extẽdat omnem,hic tamen solùm ad partes rei essentiales , vnde princi-

Nota quòd nõ sunt idẽ causa, & principium

principium motus. Quapropter cum Deus, & intelligentiæ, & sol, causæ dicãtur rerum: in præsentiarum principium non dicuntur.

Notan. 2. Arist. tex. 42. 1. phy. ¶Secundò, considerandа venit principij definitio, quam Aristot. sub istis ponit verbis: Principia sunt, quæ neq; sunt ex alijs, neque ex alterutris, sed omnia fiunt ex illis: vbi ly ex, quanuis soleat dicere principium causalitatis in omni causarum genere, hic tamẽ specialiter de essentialibus principijs intelligitur, aut termini à quo.

Corolla. 1. Elemẽta nõ sunt principia prima. ¶Ex ista definitione sequitur, quòd elementa nõ sunt principia prima, quia ipsa ex alijs tanquam ex principijs essentialibus, scilicet, ex materia, & forma fiunt, ex quibus quodlibet elementorum constat. Item, quia mixtũ cum fiat ex elementis, non fit ex ipsis sicut ex partibus essentialibus: ut inferiùs in libris de generatione erit differendum, licèt ex eorum actione mutua mixtum consurgat per generationem. Materia ergo principiũ erit, quia non ex alio tanquam ex parte essentiali, & forma similiter non ex alia: tamen omnia fiunt ex ipsis.

Corolla. 2. ¶Sequitur secundò, non repugnare naturæ principiorum primorum fieri ex alijs, si ly, ex, dicat principium alterius causæ ab essentiali: quia forma fit ex materia tãquã ex subiecto: nam educitur de potentia materiæ: & materia fit ex forma, proquanto actuatur, & perficitur per formam, cùm non possit esse naturaliter sine forma.

Corolla. 3. ¶Tertio, sequitur non repugnare quod ipsa principia prima sint composita ex suis partibus integrantibus: nam partes integrantes non habent hic nomen principij primi. Nec repugnat principia esse ex alio tanquam ex causa efficiente: nam forma ab agente est, dato Aristotel. materiæ, non cognouerit causam efficientem: quia modũ creationis, (quę à solo Deo,) non intellexit: eo modo quo fides tenet ob quod eam in generabilem, & incorruptibilem posuit, de quo infrà.

S. Th. p. p. q. 44. 1. phy. tex. com. 28.

3. Notand. ¶Tertio notandum, quod cõtrarietas dupliciter sumitur, scilicet, cõmuniter, & propriè. Communiter, illorum est, quæ non possunt simul denominare idem, sed bene successiuè sic ait Aristo. 5. Physico. quod motus est de contrario in contrarium, intelligitur contrarietas inter albedinem vt. 4. & albedinem vt 8. quando motus de albedinis ab albedine (vt. 4. ad albedinem, vt. 8. fieret. Et isto modo priuatiuè oppositа, cõtraria dicũtur: & cõtradictoria similiter: vt videns, & cæcus: album, & non album.

Aristot. 5. phy. 4. tex. 48. usq; ad 53. tex.

¶Secundo modo, contrarietas sumitur propriè, quando est oppositio maximè distantium in suo genere, non potentium simul denominare idem, sed bene successiue: vt albedo, & nigredo: caliditas, & frigiditas, de quibus infrà.

Nota. 4. ¶Quartò notandum, quòd priuatio dupliciter dicitur. Propriè, & impropriè. Propriè est illa, quæ carẽtiam dicit, nullam per se habentem entitatem: vt cæcitas, & tenebræ: licèt subiectum aptum natũ dicant: sicut loquitur in. 1. physi. & 5. Metaphysic. Impropriè priuatio, est, forma positiua, ad perfectiorem cõparata: vt loquitur Commentat. 3. de anima, quod nigredo, est albedinis priuatio: & frigiditas, caliditatis. His dictis, sex cõclusionibus respondetur.

Aristot. 1. physt. text. 79. & 5. Meta. text. 26. Commenta Aristo. hic tex. 50.

¶Prima concl. Principia prima, rerum naturalium nõ sunt infinita. Patet: quia aliàs principia non essent cognoscibilia, cum infinitũ, non sit cognoscibile, quod si non esset cognita, neque res naturalis cognosci posset: neque scientia naturalis esset.

1. Cõclusio Ratio. 1. Physi. 1. t. 45. & 3. physt. text. 65.

¶Secundo. Frustà per plura fiunt, quæ possunt fieri per pauciora: & à fortiori frustrà per infinita, quæ per finita: sed res naturalis fieri potest, & essentialiter constare ex finitis, & numero paucis principijs primis: ergo non sunt ponenda infinita principia. Aristote. hîc.

Ratio. 2. Ari. in præ di. ca. 6. 2. Cõclusio

¶Secunda conclusio. Principium rei naturalis primum, non est vnũ solum. Patet. Principia rei naturalis prima, sunt contraria, vt probabitur: at contrarietas in vno non reperitur, cum sibi ipsi nihil contrarium sit: sequitur ergo quod non est vnum solùm principium. Quod principia sint contraria, constabit infrà.

1. Ratio. Ari. in præ di. capit. 6.

¶Secundo, Principia rei naturalis prima, illa sunt, ex quibus constat res essentialiter: sed non ex vno constat solùm: quia nõ ex materia solùm, neque ex forma sola, neque ex priuatione sola: ergo nullo modo vnum solùm principium rei naturalis est ibidem Aristot.

Ratio. 2.

¶Tertia cõclusio. Principia rei naturalis prima, essentialiter constituentia rem naturalẽ, & intrãtia eius compositionem, sunt solùm duo. Patet. Illa solum sunt principia rei naturalis, quæ constituunt rem naturalem, & dãt, esse substantiale: sed hęc solùm sunt duo, scilicet, materia, & forma substantialis: ergo solum sunt ista duo principia.

3. Conclu. 1. Ratio.

¶Secundo. Si essent plura quam ista duo, vel

vel esset, quia intraret rei compositionem, essentialem aliud à forma substantiali, & materia: vel quia solùm esset causa ab extra rei naturalis: si primum datur: vel illud est forma, vel materia: si forma: ergo vel in formãs materiam, vel non: si in formans, & simul cũ alia forma, iam res naturalis ex duabus formis substantialibus esset composita, & esset in duabus speciebus, & esset vna res, duæ. Quòd si forma alia sit ibi, & nõ informat, nõ intrat compositionem & substantiam eius, neque forma rei dicenda est. Et de materia alia, si ibi esset similiter, qa vel informata, vel non: si informata: vel ab vna eadẽ forma, quę aliam informat materiam. Et quidem non potest stare, quòd vna forma duas immediatè differentes informet materias, maximè cùm vna sit rerum omnium, licèt. S. Thom. aliter sentiat. Quòd si dicas hoc aliud, non est se formam, neque materiam, & intrare constitutionem essentialem rei naturalis, iam sequeretur, quòd materia & forma nõ sufficerent ad constituendum, quòd repugnans est. Neque potest dici quòd sit aliud principium per hoc ab extra. Ratio est: quia hîc solùm de principijs intrinsecis est sermo. De alijs autem accidentalibus principijs, quæ esse dant accidentale, non est curæ in præsentiarum, quando de rerũ constitutione, quod ad essentiam earum loquimur. Dixi, principium constituens intrinsecè: pro quo fit.

S. Thom. p. q. 66. ar. Abulen. super gen. & b. Bona. in. 2. dis. 12. Ochã. in. 2. q. 22. Argen. Ægidius. in. 2. distin. 12.

4. Conclu. ¶Quarta conclusio. Principia rei naturalis intrinseca sunt tria, materia, forma, & priuatio. Probatur. Principia intrinseca rei naturalis sunt materia, & forma, vt suprà dicta. 3. conclusio probat: sed vltra etiam priuatio est principium intrinsecum rei naturalis. Patet: impossibile est aliquid naturaliter transmutari, nisi concurrat priuatio formę acquisitæ, vel deperditæ: quia in acquisitiua (qualis generatio est) priuatio, intelligitur terminus à quo, vt principium intrinsecum: nam si ibi in materia illa, quæ subiectum est transmutationi, intrinsecè, priuatio nõ esset formæ generandæ, nunquam esset transmutatio: vnde res naturalis: non fieret.

Ratio.

S. Th. 1. p. q. 66. ar. 5

Quapropter cœlũ non generatur, nec transmutatur: quia huiusmodi principium intrinsecum deest. Et si ex albo fiat album, priuatio, intelligitur in termino à quo: quòd si sit deperditiua transmutatio: etiam ibi priuatio intelligenda in termino ad quem: nam si nõ intelligeretur priuatio formæ præexistentis, nũquã esset transmutatio per acquisitionem nouæ formæ.

¶* Aduerte Platonem in Timeo tria posuisse principia, vt docet Aristo. at non eadem: ille enim materiam, ideam, & Deum posuit, hic tamen materiam, formam, & priuationẽ. Platonis sensus ex sequentibus erit notus.

5. Conclu. ¶Quinta conclusio. Dicta priuatio licèt dicatur principium intrinsecum, vt docet Paulus Venetus in sua summa lib. 1. capit. 6. conclusio. 1. non tamen debet dici principium constitutionis: quia talis priuatio (licèt sit intrinseca) non constituit rem naturalem, neque in transmutatione acquisitiua, nequein deperditiua: sed solùm constituitur intrinsecè res naturalis ex materia, & forma: vt in. 3. cõclusione dictũ est: & ideo nulla est repugnantia inter. 3. & 4. cõclusio. Ob quod non esset absurdum dicere, priuationẽ principium quidem esse rei naturalis, ext rinsecũ tamen, in hoc sensu, quia non constituit: sed tamen aliter extrinsecè quam causa efficiẽs dicitur, vt constat, eò quòd priuatio in subiecto est: & ob id Aristo. priuationẽ priacipiũ per accidens dicit.

Venetus. Aristot. hic text. 66.

*Et potest dici principium per se quo ad fieri rei naturalis, sed non primò: principiũ inquam per se, quia præcedit priuatio ipsum fieri: & est necessariò coniunctum subiecto principali, ipsius fieri: quia si materia non esset priuata forma rei producendę, non sequeretur productio: & quia materia est primum subiectum per se. Priuatio secundò dicitur principium, & Aristotel. vocauit principiũ per accidens, quia solùm ex proposito principia rei naturalis essendi inquirit, & nõ fiendi, & est in primo modo perfeitatis, quia priuatio est de ratione motus, & fieri: nõ omne quod mouetur, & fit, ideò mouetur & fit, qa tendit ad aliquẽm terminum quo erat priuatum ante motum & productionẽ: vt si ex nõ albo, fiat album: &c.

6. Conclu. ¶Sexta cõclusio. Principia rei naturalis sunt vt duo: sunt vt tria: sunt vt contraria. Prima, & secũda pars probata est. Nam sunt vt duo: quia materia & forma, solũ sunt quæ intrinsecè, & essentialiter constituunt rẽ naturalẽ, vt. 3. probat conclusio.

1. Ratio. Comment. ¶Secũda pars (quòd sunt vt tria) patet: quia priuatio est etiam principium intrinsecũ rei naturalis, licèt non constituat. Intelligitur enim ipsa priuatio in omni transmutatione, vt docet. 4. conclusio. et. 5.

¶Tertia pars est, quòd ipsa sint contraria, quæ modò probanda venit. In omni generatione, concurrunt aliqua principia cõtraria: quia (vt ait Commentator) nihil generatur,

nisi vbi aliud contrarium corrumpitur.

2. Ratio. ¶ Item. Cuiuslibet transmutationis principium intrinsecum, cõsideratur forma, & priuatio: sed ista cõtraria sunt, contrarietate communiter dicta: quia simul idem denominare non possunt: sequitur ergo contraria esse principia. Maior probatur: quia si non esset formæ priuatio, & forma aduenies, nũquã esset transmutatio, vt probatũ est. Et minor ex notabilibus constat, quia nõ stant simul priuatio albedinis in præsentia nigredinis, & albedo ipsa.

¶ Dixi, priuationem, esse contrariam formę, non tamen intelligas quamlibet, sed proximam, quia non ex quolibet fit quod libet. Si enim priuationẽ, intelligamus in generatione alicuius formæ substantialis, & in transmutatione accidentali formæ accidentalis, oportet proximam considerare, velut necessarium principium, & per se requisitum: vt equus non est immediatè ex ligno, sed ex semine, neque ex semine immediatè: quia multæ mediant formę ante introductionem formæ equi. Si ergo dicimus, quòd equus sit ex non equo: intelligas ex non equo proximè, putà ex embrione: aliàs si non sic intelligamus priuationem proximam, equus esset ex ligno: quia non equus lignum est, & ex lapide: quia non equus lapis est. Et sic dici solet, quòd non equus, & non albus possunt capi vel infinitanter, pro quocunque quod nõ est equus, & non albus. Alio modo capiũtur priuatiuè, pro illo subiecto, quòd est aptum proxima dispositione ad formam. Et isto modo accipitur priuatio ab Aristotel. quando dicit eam esse principium rerum naturalium. Dicitque quòd priuatio, & forma

Aristot. 1. phys. t. 70 sunt duo contraria necessaria ad generationem, ergo ipsa principia generationis contraria, dicuntur esse requisita infieri, & non in facto esse: quia cùm res facta est, iam non manet priuatio eiusdem rei, quæ fuit principiũ illius generationis: vt si ignis generetur, oportet sit priuatio in subiecto, scilicet, non ignis, & si nõ esset talis priuatio, nunquam in carbonibus generabitur ignis, sed ipso igne genito, iam non est ampliùs priuatio non ignis, quia iam est actu ignis forma.

¶ Dixitque conclusio ex ipso. Aristote. ipsa tria principia rei naturalis esse velut tria, & contraria, quia contrarietas non est propria inter formam, & priuationem, quam ponit Aris. nam non est contrarietas in transmutatione naturali inter formas substantiales, neque inter accidentales: sed inter formã, & priuationem põnit huiusmodi contrarietatem: nam ipsa forma quæ expellitur inquantum est quid positiuum, nõ habet rationem principij in generatione, cum potiùs corrumpatur, tanquam generationi obuians. Sed quia de ratiõe generationis est nouum esse acquirere, optimè dicitur priuationem formæ præcedentem, esse principium tanquam terminus necessarius à quo, in ordine generationis.

Aristot. in prædica. ca. 5. & t. 14. Meta. c. 1. ¶ Atque cùm substantiæ nil sit contrarium (teste Aristot. in prædicamento substantiæ) hic ponit contrarietatem inter formã & priuationem: sed tamen est contrarietas, cõmunis, & impropria: quia cõtraria propriè sunt duo extrema, contra se posita, quæ nõ sunt nisi respectu alicuius certæ latitudinis: vt albedo, & nigredo in latitudine colorum: & calor sumus, & summum frigidus in alteratione: & contraria propriè sunt, quæ maximè distant, & quæ per se ipsa mutuo se expellũt ob quod in eodem subiecto non possunt esse nisi in gradibus remissis simul, vt vnũ possit cõtra aliud prçualere: ex nigro per mediũ fit album, & ex amaro dulce: & quia in prædicamentis sola qualitas recipit magis, & minus, solùm ibi propriè contrarietas: cæterũ, substantia pro toto non recipit, & sic nulli erit cõtraria. Et cùm forma substãtialis (quæ etiam dici potest substantia) non sit intensibilis, & remissibilis, nec se compatitur in eodem subiecto simul cum alia forma substantiali: sequitur quòd non poterit proprie habere contrarium: ob id contrarietatem dicimus esse impropriè inter formã ipsam substantialem, & priuationem formæ, de quibus infrà latius & supra in principio.

Contrarietas inter formam & priuationem.

Duocontraria possunt esse simul, remisse.

Duæ formæ substantiales nõ possunt esse simul.

Ad argum. ¶ Ad primum patet solutio ex dictis in quæstione: siquidem ita est, quòd principia intrinseca constituentia rem naturalem, solũ materia, & forma sunt: quia ex eis tanquam ex naturis constat: sed quia priuatio, intelligitur principium intrinsecum in re, ratione cuius fiunt naturales transmutationes, non solùm sunt duo principia, sed tria: nam (vt ait Ægidius Romanus exponens quomodo album fit ex nigro) sialbedo nunquàm separaretur à subiecto, nunquàm generaretur album: quia si generaretur, vel esset ex nigredine, vel educeretur de potentia subiecti, quod esset potentia album. Ex nigredine enim generari nõ posset: quia est per se con

Aegidius. t. 44. du. 3.

Nec ex potentia subiecti educi posset. Hæc Ægidius. Ecce quomodo requisita est priuatio, vt principiũ: & ob id (vt diximus) in cœlo non est naturalis transmutatio: quia forma non separatur à subiecto, neque est priuatio ibi.

S. Th. p. p. q. 9. ar. 2.

Ad confir. ¶ Ad confirmationem etiam patet respõsio: nam licèt ad constitutionẽ sufficiens sit materia, & forma: tamen ad huiusmodi naturalẽ transmutationem, requisitam, ante rei naturalis constitutionem, oportet intelligere priuationem. Ad id autem quod tangitur in argumento, quòd forma substantialis nõ generatur, sed totum, infrà respondebitur, quia erit locus propriùs: demus nunc sic esse: semper tamen manet verum, priuationem esse etiam principium simul cum materia: & forma.

In hoc. 1. specula. 8.

Ad secun. ¶ Ad secundum ex primo notabili respondetur. Non enim idem est principium, & causa hîc: quia principium dicit rationẽ prioris, & intrinseci, & non influxum: & quia causa efficiẽs, & finalis dicunt influxũ, & non quid intrinsecum, nõ habẽt quòd tales causæ, hic nomen principij sortiantur.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium dicẽdum, priuationẽ esse principium intrinsecum, vt probatum est: & in tãtum est verum, quòd ea secluſa, nõ esset trãsmutatio: non tamen constituit, quia non manet facta transmutatione. Et nõ dicitur principium priuatio quia agit, cùm materia sit principium rei naturalis, tamen non agit, sed potiùs patitur: sed dicitur principium, quia præsupponitur priuatio, & absq; ea nõ esset naturalis transmutatio.

Ad quartũ ¶ Ad quartum dicendum, quòd principia rerum naturalium dicuntur esse contraria, nõ quia materia, formæ, vel materia priuationi opponatur, vt bene probat argumentũ: sed quia forma, priuationi contraria est. Et dato cõtrarietas propriè dicta, in qualitatibus positiuis inueniatur sed largè, & cõmuniter quãdo duo mutuò se expellunt, rationẽ habent contrariorum: sic forma, & priuatio contrariãtur: quia albũ ex nõ albo fit, tanquã ex termino à quo: & quãdo est albi forma, iã nõ album quod erat albi priuatio, nõ manet. Et

Arist. ubi suprà. Aristote. nõ dixit absolutè, huiusmodi principia esse contraria, sed vt contraria. Et quanuis duę formę substantiales diuersæ dicãtur, quia nõ simul se compatiuntur in subiecto, sed non contrariè, quia substantiæ nihil est contrarium, neque primæ substantiæ: quia non recipitur in subiecto, nec formæ substãtiali, quia non intensibilis, & remissibilis, sed indiuisibiliter est: quia sicut numeri, se habẽt formæ specificæ: tamen forma, & priuatio, contraria dicuntur in isto sensu: quia agens peractionem contrariorum accidentiũ, expellens formam diuersam, expellit priuationem, introducendo propriam formam ad modum contrariorũ: vt si in ligno sit priuatio formæ ignis, ignis per calorem expellendo formam ligni, introducit formã propriã: & priuationem formæ ignis aufert, ad modũ quo contrarium expellit contrarium.

Aristot. 8. Meta. tex. com. 10.

¶ Quia de principijs sermo est, in ista speculatione, paucis dicemus, quæ latè Aristot. de principijs adducit contra philosophos, qui variè de rerum naturalium principijs sunt loquuti.

12. Opiñ. de principijs.

¶ Duodecim fuere opiniones. Sex ponentium vnicum principium, & tres ponentiũ infinita principium, & tres ponẽtium in finita principia. Et isti opinantes fuerunt in extremis. Alij tres fuerũt in medio, qui posuerunt non vnum: vt illi qui primò sunt opinati, neque infinita, vt illi qui in. 2. loco.

Primò. Melissus.

¶ Primò sese offert Melissus, qui vnicũ posuit principium infinitum, & immobile, qui nullam posuit contrarietatem in principijs.

Parmeni.

¶ Secũda opinio fuit Parmenidis, qui vnicũ ponens principium, secundùm rationem dixit esse finitum: & secundùm apparentiam posuit cõtrarietatem calidi, & frigidi, quam appellauit ignem, & terram.

3. Thales.

¶ Tertia fuit Thaletis, qui aquam solùm posuit principium.

4. Diogenes.

¶ Quarta. Diogenis, & Anaximenidis, dicentium esse aerem.

5. Heracli.

¶ Quinta fuit Heracliti, qui posuit ignem.

6. Anaxi.

¶ Sexta fuit illorum, qui ponebant vnũ principium, sed medium inter aquam, & aerem, vel aerem, & ignem.

¶ Omnes vnum solum posuerunt principiũ rerum naturalium. Contra quos Aristo. latè in isto. 1. Physicorum ad nauseam disputat, atque sine fructu. Nunc huiusmodi opiniones non est qui in aliquo putet habere apparentiam: licèt tempore ipsorum philosophorum fuerint alicuius momenti: vt videtur ex vehementia, qua impugnat Aristo. eas.

7. Anaxi.

¶ Anaximander. 7. & deinde Anaxagoras principia posuit infinita similaria in vnaquaq; specie, vt infinitas particulas carnis: infinitas particulas ossis, &c. quę separatę ab vno Chao, vbi omnes ab initio fuerũt permixtę. Sed Anaximãder putauit Chaos fuisse principium primum similarium particularium.

8. Anaxo.

¶ Octaua fuit Anaxagorę, qui, putabat illas partes

partes ſimilares fuiſſe principium Chaos illius. Et non ponebat principia cõtraria, quia ponebat quodlibet latitare in quolibet actu quod eſt contra naturam contrariorum.

9. Democr. ¶ Nono loco ſe offert Democritus, qui infinitas ponebat atomos, omnes omnium rerum eiuſdem ſpeciei eſſentialis, ſed ſolum poſitione & figura differebant, vt in tex. 41. Ariſt. Et iſti tres fuerunt in alio extremo, ponentes principia infinita.

10. Plato. ¶ Decimam opinionem habuit Plato, & eſt media inter extremas, qui poſuit principia finita, & contraria ex parte materiæ: magnũ, & paruum. Et principium formale ponebat ideam cuiuſcunque ſpeciei. De quo tex. 32.

11. Pytha. ¶ Pythagoras ponebat principia contraria, par, & impar. De quo tex. 48.

12. Empe. ¶ Duodecima & vltima, que proxima verò, fuit Empedoclis, qui poſuit rerum principia, 4. elementa, in quibus eſt cõtrarietas, ex quorum mutua actione mixta generantur.

¶ Iſti tres vltimi contraria ponebant principia: ſed poſt omnes philoſophorũ princeps Ariſtote. rerumque meritò naturalium indagator exactiſsimus, & velut mõſtrũ in natura (vt ait Hieron.) poſuit (lynceis oculis cõtemplans res naturales) principia, finita quidem, & non vnum, ſed tria, & hæc contraria, materiam, ſcilicet, formam, & priuationem, vt declaratum eſt. Hanc omnes poſtea philoſophantes ſunt amplexati ſententiam, tanquàm veram, omnibus alijs longè à tergo relictis.

Hieron.

¶ *Et Ariſto. tex. 50. de principijs loquens ait, ſemper manere in hoc ſenſu, quia prima materia nõ eſt ex alia materia, neque prima forma ex priori: neque prima priuatio ex priori priuatione, neque ſunt ex alterutris, & in hoc diſtinguuntur hæc prima contraria à poſterioribus, & dictum Ariſtotel. non

Burleus. rectè intelligitur in ſenſu quo Burleus in iſto primo adducit Liconiẽſem, quia, ſcilicet, manet ſemper forma corporeitatis cùm materia, quæ eſt ingenerabilis & incorruptibilis, quia talis forma corporeitatis non eſt neceſſariò ponenda, vt infrà ſuo loco. Aegidius

Aegidius. Roma. intellexit Ariſto. de permanẽtia principiorum loquutum in hoc ſenſu, vt maneat ſemper, non in particulari, ſed in communi: quia ſicut iſta eſt vera ſemper erit homo, nõ tamen hic homo, ſic iſta ſemper erit materia

Qualiter principia ſemper manent. forma, & priuatio. Sed tamen non videtur hic ſenſus Ariſto. quia eſſet permanentia rationis non realis: ob id primus ſenſus videtur conueniens, in quo ſenſu etiam eſt verum, primum efficiens manet, quia non ex alio priori, & primus finis, quia non pendet ex alio fine.

SECVNDA SPECVlatio primi Phyſi. Vtrùm materia, quæ vnum ex principijs rerum naturalium eſt, ſit potẽtia pura, & materia nuda, et ipſa, ſit res naturalis.

1. Argum. HIT videtur quòd non. Quod nõ habet eſſe, nõ poteſt eſſe principium eſſendi: (quia nemo dat quod non habet) ſed materia non habet eſſe: cũ ſit pura potentia, vt docet Ariſto. ergo non poteſt eſſe principiũ rei naturalis.

Ariſtot. 1. Phyſi. tex. 79. & 2. de gen. tex. 11.

Secundò. ¶ Secundo. Illud quod eſt principium alicuius rei, poteſt intelligi, & inueniri ſine tali re: ſed materia prima nunquam inuenitur, neque intelligitur per ſe, quia pura potẽtia eſt, ſed ſemper cũ forma: ergo non eſt principiũ rerum naturalium.

Tertiò. ¶ Tertiò. Aliqua eſt res naturalis, quæ nõ habet materiam: ergo non eſt materia rerum naturalium principium. Patet de anima rationali, quæ eſt res naturalis, maximè à corpore ſeparata, & tamen nullam habet materiam, cùm ſit ſpiritus, & abſque quantitate molis.

Ariſ. 1. de cœlo. t. 10. ¶ Item. Cœlum eſt res naturalis, & tamen non habet materiam: quia aliàs cùm omne quod habet materiam ſit corruptibile, cœlum poſſet corrumpi, quod eſt contra Ariſtotelem.

Quartò. ¶ Quartò. Color, & alia accidentia ſunt res naturales: tamen nullam habent materiam, vt principium ſui: quia color eſt qualitas, vt docet Ariſto. ergo non includit materiam, quæ ſubſtantia eſt: ergo non omnis res naturalis ex materia eſt. Idem deluce, quę eſt qualitas actiua, conſequens formam ſolis, vel corporis lucidi.

Ariſto. Ariſtote. p. phy. t. co. 80. & 2. phy. te. cõ. 88. & 3. phyſi. t. 66 1. ph. t. 82

¶ In contrarium eſt quod Ariſtot. in multis locis tradit.

¶ Pro ſolutione oportet primo proponere materiæ quidditatem, & definitionem, quæ talis

talis eſt. Materia eſt ſubiectum primum cuiuſcunque rei, ex quo fit aliquid, cum inſit, & non ſecundum accidens. Primùm, in definitione ponitur, ad differentiam ſubiecti accidentis: quia ſubiectum quo, eſt quantitas: quia omnia accidentia in quantitate ſubiectãtur: vt in prædicamento quantitatis probatum eſt: & in ſacramento Euchariſtiæ (ſecundum doctrinam Sanct. Thom. ſapor, color & cætera alia accidentia nõ ſunt abſque

S. Th. 3. p. q. 77. ar. 2 Ariſt. 1. de generat. te. 24. ſubiecto: quia in quãtitate ſubiectantur, quę ſola abſq; ſubiecto manet. Et ſubiectũ quod accidentium eſt totum compoſitum, quia accidentia ſunt in toto compoſito, & ipſum denominant, & actuant, & in formant: ſed tamen vtrumque, & quo, & quod, non dicitur ſubiectum primum, cùm præſupponatur eſſe compoſiti, quòd eſt per formam ſubſtantialem, cui ſubijcitur materia.

¶ Alia particula, ex quo fit aliquid cũ inſit: ponitur ad differentiam priuationis: ſiquidẽ dato priuatio ſit principium rei naturalis, nõ tamen manet: & non eſt conſtituens rem naturalem: vt in præcedẽti ſpeculatione probatum eſt. Materia tamen eſt principiũ, eò, quòd ipſa intrat rei conſtitutionem, & manet in cõpoſito. Et excluditur etiã terminus

Infrà. 1. de gene. ſpecu latio. 20. à quo, qui includit formam contrariã, quia non manet: vt ex vino fit acetum, & tamen vinum nõ eſt hoc modo materia aceti: quia nõ manet vinum in aceto. Et mixtum fit ex elementis: ſed tamen non manẽt formaliter in mixto, vt in libris de generatione probabitur: ob id nõ dicũtur materia mixti, modo, quo hîc de materia loquimur.

¶ Illa particula (& non per accidens) ponitur ad differentiam ſubiecti accidentium, quòd cum forma, aliquid conſtituit, nõ ſubſtantiale, ſed accidentale. Sed materia de qua in præſentiarum, principium primum eſt, eo quòd recepta forma ſubſtãtiali, cũ inſit, nõ de per accidens, ſed ſubſtantiale eſſe, reſultans eſt.

Differẽtia inter materiã, & ſubiectũ accidentium. ¶ Et quidem latiſsimè patet differentia inter ſubiectum, quod materia eſt, & ſubiectũ accidentium: quia ſubiectum accidentium dat accidẽtibus eſſe: quòd de ratione accidẽtis eſt in eſſe: at materia ipſa (quę formæ ſubſtantialis ſubiectum eſt) non dat formæ eſſe, ſed recipit potiùs: quia per eam actuatur, & exit de potentia ad actum: quamuis ipſa materia dicatur ſuſtinere, & cõſeruare formam: tamen eſſe non dat, ſed recipit potiùs.

Diſcri. 2. ¶ Ex hoc ſequitur vnum aliud diſcerniculũ quòd ex materia, & forma ſubſtantiali vnũ fit ens per ſe: nõ tamen ex ſubiecto, & accidẽ

Ariſt. ti. Ari. 8. Met. tex. 15. quia aduenit accidẽs. enti cõpleto. Ex hoc modus loquendi dimanat, vt licèt vtrunq; materia dicatur, & quæ ſubiectum accidentiũ, & quæ rei naturalis principium: hæc dicatur materia ex qua, & illa in qua. Ratio eſt: quia eſſe ſubiecti, non conſtat ex eſſe accidentis ſed potius cõmunicat accidenti ſuũ eſſe, ob id materia in qua, vocatur: ſed eſſe ſubſtantiale conſtat ex materia tanquam ex aliquo: à quo habet totũ eſſe, ob id illa materia vocatur ex qua, & nõ in qua. Vnica eſt concluſio, quæ talis eſt.

Materia ex qua. Materia in qua.

¶ Materia quæ principium eſt rei naturalis neceſſario ponẽda eſt. Probatur: illud eſt neceſſariò ponendum, ſine quo res naturalis conſtare non poteſt: ſed abſque materia, tãquam principio intrinſeco res naturalis cõſtare non poteſt: ergo ipſa neceſſariò ponẽda eſt. Maior nota eſt. Minor probatur: quia ſi conſtare poteſt, ergo vel ex ſola forma, vel aliquo alio cum forma: ſed nõ ex ſola forma, quia ipſa perſe non facit rem naturalem: neque per ſe ſola ſtare poteſt (ſecluſa anima rationali.) Neque cum aliquo alio: quia quęro de illo alio: vel materia eſt: & habeo quod intendo: vel non eſt materia: & tunc quæro, vel illud habet aliàs eſſe, vel ſolùm per informationem formæ nunc habet: ſi aliàs habet eſſe, ſequitur quòd nunc per formã non cõſtituitur vnum per ſe, & neque res naturalis erit: ſi non habuit eſſe, ſed ſolùm erat in potentia, & nunc primò actuatur: hoc ego voco materiam: ergo materia neceſſariò ponẽda eſt.

Concluſio. Ratio. 1.

¶ Secundò. Determinatus effectus producitur in rerum natura ab vno agente determinato: ergo neceſſario eſt ponendum id, per quod talis contingit in natura determinatio, ſed hoc ſola materia eſt: ergo materia neceſſario ponenda eſt. Conſequentia prima eſt bona, quæ habet vicem maioris, ſed minor probatur. Omne agens naturale productiuum alicuius effectus de ſe, eſt productiuum plurium ſimilium: quòd ergo vnum ſolùm producat, & non plures, oportet dare cauſam: ſed hæc ſola materia eſt: nam ſi igni applicentur plura combuſtibilia, in omnibus producit ignem: & ſi vnum ſolùm, ſolũ vnũ ignem producet, & non ex alio, niſi quia materia vna vbi vnum: & plures materiæ (licèt eiuſdem rationis) vbi plures ignes: ergo materia ponenda eſt.

Ratio. 2.

¶ Tertiò illud eſt ponendum, quod omni actioni naturali præſupponitur: ſed hoc materia eſt, quæ omni ſubſtracta eſt actioni. Patet:

Ratio. 3. Ariſt. 8. Met. t. cũ. 4.

tet: quia si actio aliqua naturalis absque præsupposito esset: iam sequeretur contra illud receptissimũ omnium philosophorũ, quod ex nihilo, nihil fit: sed hoc est verum, ex nihilo nihil fieri: ergo est necessarium, vt quod fit, ex aliquo fiat: sed hoc materiam dicimus ergo necessariò materia ponenda est: & Aristote. eam ponit, & præsupponit vt necessariam. Atque in re tam compertissima nõ est opus adducere varias rationes, quę à S. Tho. & doctore subtili adducuntur, probantes necessitatem materiæ, eò quod nullum agens naturale creare possit: & oportet materiam præsupponi actioni. Erit enim inferius tractandum, an creaturæ virtus ad creationem se possit extendere: nunc solùm contendimus explicare, qualem locum in rebus naturalibus teneat materia, & quàm necessariò, vt principium intrinsecum sit ponenda: sed quod per similitudinem possit intelligi videamus.

1. Phy. tex. cõ. 34. & 11. Me. 1. commen. 5. Aristot. 2. & 3. phy. S. Th. p. p. q. 45. Scot. 2. sen.

¶Materia enim intelligi debet in mundo hoc visibili, & sensibili, velut quædam informis massa, seu cera, quæ cùm sit informis, nullam in se habẽs determinatam formam; potest tamen aliam, & aliam recipere, secundũ quòd alia, & alia eiusdem materiæ pars contrahitur, & actuatur per formam aliquã, seu figuram: vt si intelligamus sigillum impressum dare formam sigilli: sic materiæ; vt iam illa pars ceræ quæ antè informis erat, dicatur quoddam figuratum, & sigillatum: cùm ipsa forma, vel figura sigilli, antequam forma, vel regis figura, aut stemmata eius essent impressa in cera, aut massa, solùm materia erat absque forma tali considerata: per aduentum tamen sigilli, iam res aliqua dicitur constituta, cuius pars ipsa cera est, & essentialiter, & substantialiter rem constituit. Et sicut in illa parte ceræ regis figura est recepta: recipi potuit ducis aut Imperatoris: erat illa pars in potentia ad hãc, sicut ad aliã, & quãlibet poterat suscipere. Quòd si tale subiectũ tu secludas, vbi illa sigilli impressio recipiatur, nunquam aliquod dabis sigillatum, aut figuratum: sic si hanc, quam vocamus materiam, principium rerum naturaliũ secludas, nihil erit formatum, aut constitutum in rebus. Proposita ergo ipsa materia, per aduentum alterius, & alterius formæ, intelligere res naturales cõstitui, difficile non est, sed absque ea capere est impossibile. sic Arist. susceptiuum omnium formarum vocat. Atque hæc de materia, quæ prima est, vt olo sint dicta. Nam materia, quæ secunda vocatur, ex qua res per artem constituuntur, & suas habet formas artificiales accidentales, pura potentia nõ est, neque pura materia, sed potius res naturalis actũ existens ex sua prima materia & forma, substantiali.

Arist. 1. de Generatiõe t. 43. & 8. Meta. t. cõ. 4. Aristot. 7. Me. tex. 22. & 24.

*Idem sentit de materia Plato in Timeo, cũ Aristote. & Plotinus in lib. proprio de materia. Materiam ergo ponimus cùm rectè philosophantibus neque excludimus eam, sicut Iustinus martyr in suo libro contra Aristo. & Lactantius Firmianus in. 2. de origine erroris: & Theodoretus in Epitome diuinorũ decretorum, & ponimus eam necessariò subiectam omni trãsmutationi: vt pars sit quiditatis, & essentiã ipsa actuata per formam. Et in hoc deficit Commenta. 7. Metap. cõ. 21. qui solam formam dixit totam quidditatem esse rei: licèt Iãdunus in. 7. q. 12. nitatur interpretari Commentatorem. Tenenda ergo est sententia S. Tho. & doct. sub. vt refert Anto. Andrea. 7. Metaphysic. q. 1. quod materia, quæ est pars potentialis in substantia composita: accepta absolutè, & non contracta ad materiam indiuidualem, pertinent ad quidditatem specificam: quia cũ homo, non sit homo sine materia, necessario est de intrinseca ratione speciei.

Plato. Iustinus. Lactantius Theodoret. S. Thom. Scotus.

¶Ad primum, dicimus in hoc stare pũctum rei, quòd materia prima cùm nullum habeat contractum esse, sed potentiam ad omne esse creatum recipiendum per aduentum sigilli, seu formæ substantialis, habet quòd ipsa principium sit constituens rem naturalem: vt absque ipsa non posset stare sicut figura hæc, vel illa non posset stare: nisi impressa esset, & recepta in hac vel illa parte ceræ: quæ cera cum aliàs indifferens sit ad omnem formam, & nullum esse actuale habeat alicuius figuræ, principium constitutiuum est rei iã figuratæ, & habentis actuale esse. Tantum enim potuit facere forma, vt informando illam partem inanem, & vacuam ipsam actuaret. Et tantum præstat ipsa cera (quanuis informis) vt nisi ipsa esset, neq; forma ibi reciperetur, & neque figuratum aliquid esset, neque res aliqua naturalis cõstitueretur. Et talis cera, recepta figura, & impressione sigilli manet, & vnum per se facit, cum insit, quia ipsa materia prima recepta forma, rem constituit naturalem, & vnum per se, cùm insit. * Et consideratio de materia, quæ ad physicum expectat, de prima materia est, & non solùm de propria cuilibet naturæ, vt dicit Auicen. in primo suæ sufficientiæ, deceptus, eò quòd quælibet ars solum propriam materiam consideret sui artifici, sed tamen, quia physica omnia entia naturalia considerat, non est extra limites materiam primam considerare: & in hoc melius Commentato. in. 2. cõment. 22. nam ars frænorum nõ est, quare consideret materiam lignorũ, sed sufficit materiam ex qua sua artificiata, &c.

Ad argum.

variæ opi. utrum materia fuerit aliquando sine forma.

¶In. 2. argumento tangitur difficultas. Vtrũ materia possit esse, vel aliquando fuerit denudata ab omni forma? De quo sunt variæ opiniones, quas nunc adducere operosum esset nimis, & nescio an fructuosum. Omnes quidem & probant, & experiuntur, materiã quantuncunque minimam non destitui àliqua forma: sed solùm in controuersia est, an possit contingere, quod tamen nũquam cõtingit, & hoc per Dei potẽtiam: quia per naturalem potentiam sicut non dant aliquando distitui de facto, neque dant posse esse, vt ab agente naturali denudetur ab omni forma, materia: vt resolutio cùm fiat ad materiã primam, maneat destituta omni sua forma. Sed de diuina potentia, cui omnia subiecta esse dicũtur, loquentes, inter Theologos primipilus doctor. S. putat non esse factibile per diuinã potentiã, quia repugnans est: cui subscribit Duran. in. 2. d. 12. quæstio. 2. & alij De quibus infra.

S. Tho. p. p q. 66. ar. 1 & quoli. 3. art. 1. Durandus S. Tho. Bona. 2. d. 12. q. 2.

¶Ratio dictũ hæc est. Id quod contradictionem implicat, à Deo factabile nõ est: sed materiam esse absque forma implicat: nam materia pura potentia est: quod si actu est, per formam est. Materia est, ergo informata aliqua forma est. Patet. Quia actu esse non habet, nisi per formam: ergo implicat quod sit, & quòd forma in ea recepta non sit: quia esset actu, & non esset actu simul & semel: esset actu, quia ponitur quòd sit, & verè manet & non esset actu: quia hoc non habet nisi per formam, qua dicis materiam priuatam: sic esset, & non esset, quod est contrarium primo principio illo, Quodlibet est, vel non est: ac si quis diceret: albũ esse posse absque albedine, per quam actu, & formaliter est.

Aristot. 4. Meta. t. co. 27.

Confirma.

¶Atque confirmari potest, quia implicat contradictionem, aliquid esse, & sub nulla specie determinata contineri: sed posita materia absque omni forma, esset aliquid, & sub nulla specie. Patet. Quia determinatio ad certam speciem, per formã substãtialẽ est: imò forma hoc sonat q. species; vt Arist. docet.

2. phy. tex. cap. 67. & prædi. c. 2.

¶Secundũ. Omne quod est, vel est quid, vel quale, vel quantum: sed materia absque omni forma, neque quid est, neque quale, neq; quantum, vt Aristo. docet: ergo ipsa sola nõ est: neq; potest esse absq; omni forma: quia esset quid, & non esset quid: esset quale, & non esset quale, esset quantum, & non esset quantum.

Aristot. 8. phy. t. 81. Aristot. 7. Met. tex. 8.

¶Item: quia si materia est absque omni forma, finitum quid, erit: sed omne finitũ oportet sit figuratum aliqua figura, sed hoc sine quantitate non est: ergo nullo modo potest dari materia destituta omni forma.

Ratio. 3.

¶Opinionem contrariam defendit doctor Sub. quem sequitur Gregorius de Arimino. Ait ipse, posse fieri per diuinam potentiam, quod maneat materia omni forma denudata: quia duobus datis distinctis realiter, quorum vnum pars alterius non est, potest vnũ ab alio separari: sed materia, & forma sunt huiusmodi, quia sunt realiter distincta, & vnum pars alterius non est: poterit ergo esse materia absque forma. * Et quidem de facto, ita creatam à Deo absque forma: fatetur physi. & Calcidius.

Sco. in. 2. d. 12. q. 1. A. Greg. Arimin. ibid. Ratio Sco. & Grego.

¶Ad hoc argumentum tenẽdo opinionem S. Tho. est solutio, id verum esse quando vnũ ab alio non dependet essentialiter: sicut in simili respondet Tartaretus, defendendo doctorem subtilem, ponentem distinctionem totius à suis partibus. Quando ergo contra eum fit argumentum: Poterit ergo Deus separare partes à toto manente toto: respondet quod non: quia essentialiter totum à suis partibus dependet: sic in proposito: materia distinguitur à forma, sed non potest separari ab ea, quia essentialiter pendet ab ea, & actu est per ipsam.

Ad argum. S. Scot. Tartaretus defendit Sco. & tenet cum eo.

¶Secundum argumẽtum eius est: Quicquid Deus facit per causam secundam ipse solus, potest: sed Deus facit per formam, vt materia sit actu, & cõseruetur in esse, vt cõstat in omni re naturali: ergo per se ipsum poterit: & sic habeo, qđ per diuinam potentiã poterit esse materia sine forma.

Argum. 2. Tartareti.

¶Atque confirmari potest ratio, eo quod si Deus potest in id quod est magis, & in id qđ minus: sed potest facere quod accidens sit absque subiecto, vt in sacramento altaris: ergo poterit id quod est minus, quod materia sit absque forma: quia maior est dependentia accidẽtis à subiecto, à quo habet esse, quam materiæ à forma, à qua solùm recipit actuari, & esse talis.

Confirmat. Theolo. in. 4. disti. 47. S. Th. 3. p. q. 77.

¶Sed ista similiter soluuntur argumenta, cõcedendo quidem, quod Deus potest supplere causalitatem efficientem, & finalem, sed non formalẽ, neque materialem, quia implicat: nã nõ potest Deus esse forma alicuius rei neque

Solutio ar. Tartar. S. Th. p. p. q. 3. art. 8.

neque materia, quia ista intrãt essentiam, rei naturalis. Secus est de causa efficienti, quæ non intrat, & ab extrinseco consideratur.

AEgidius de eucharistia ther. or ma. 37. Quapropter sicut non potest facere album formaliter, sine albedine: licèt posset supplere causalitatem albi respectu potentiæ visiuę mouendo eam, sicut album mouet: sed quòd album sit formaliter, oportet sit per formam informantem album: sic materia, si est actu, oportet formaliter informetur per formam dantem esse.

Ad confir. ¶Ad confirmationem sanct. Thom. respondet, quòd alia est ratio dependentiæ accidentis a suo subiecto, quæ est causalis quodammodo, conseruans, & effectiua, quã Deus potest supplere: & alia est dependẽtia materię à forma, quæ est formalis.

S. Th. quolibe. 3. ar. 1 Sol. arg. S. Tho. & sequacium. ¶Tenẽtes opinionem doctoris sub. respõdere possunt ad argumenta adducta pro conclusione docto. Sanct. negantes huiusmodi repugnãtiam: quia dato materia sit pura potentia respectu huius, & illius formæ, quia hanc & illam potest recipere, tamen habet esse materiæ: quia verè, & realiter, & non fictitiè materia est. Et licèt denudata ab omni forma, sicut intellectu percipitur, potentia est pura: materia tamen est reale quid, & potest à Deo per suam potentiam sic conseruari. Et tũc illud haberet esse, quod materia est, & secũdum hoc aliquod esse: quia verè materia est. Quapropter sit conclusio.

Conclusio. ¶Per diuinam potentiam repugnans nõ est, dari posse materiam denudatam ab omni forma, tam substantiali quam accidentali: nam

Ratio Sco. hoc ostendit ratio, quod duobus datis distinctis realiter differentibus vnum ab alio Deus posset separare. Et non solum hoc est verum in absolutis (vt probat Scotus) sed etiam in relatiuis: nam si ponamus paternitatem esse realitatem ab ipso patre distinctam, non est quare negemus subiacere diuinæ potentiæ, vt possit ipse illam separare realitatem à patre, & ipsum conseruare absque ea. Sic in præsentiarum, si damus materiam, & formam

Prædicabi. de proprio q. 2. ad. 2. differre, sicut in veritate est, quare non concedemus posse Deum ipsam hanc materiam absque forma conseruare, sicut posset Deus (vt quando de proprio loquuti sumus) risibilitatem, vel aliam quancunque passionem propriam ab ipso homine separare, quando quidem verè accidens proprium, est ab essentia distinctum: & cum fluat ab ea, maiorem videtur habere connexionem cum essentia, quam habet materia, cum forma: sed eo quod res realiter alia est, posset per diuinam potentiam fieri: & hómo talis esset risibilis: tamen nunquam sine risibilitate superadita rideret. Poterit ergo Deus materiã separare à forma, quando quidem tam ex diametro (vt aiunt) distant. Et ipsa materia esset materia, & verè in potentia ad formam proximam: & actu esset absque omni alia considerata forma.

¶Et tunc oportet intelligere, quod quanuis materia habeat esse naturaliter per formam non tamen hoc adeò illi est intrinsecum, vt esse album, per albedinem formaliter esse tale: quia esse album, neque dicit essentiam, neq; partem eius: sed solum hoc, quòd est albedine informariat materia, dicit aliquã essentiam distinctã à forma: quia aliquã naturã & partẽ essentialem rei naturalis, quæ ex naturis constat: & hoc non repugnat, cum tamen aliud factibile non sit: sicut cum de ratione quantitatis sit extensio, tamen supra naturã Deus potest seruare corpus extensum absque quantitat.

Dubium. ¶Sed posito hoc esset verum, quid sentiendum de tali nuda materia: an esset sibi deputatus locus, vel esset in puncto? Dubium videtur potius curiosum, quàm fructuosum, cùm non contingat: tamen consequenter loquendo ad diuinam potentiam, dato isto cõuenienti ipsi Deo, & danda essent alia: videlicet quod Deus posset, sicut vellet illam seruare materiam, & extensam, & non extẽsam, & in puncto, & non in puncto: nam non magis repugnans hoc videtur, quàm primum, scilicet, ipsam materiam sine forma conseruare: sed per diuinam potentiam sine forma potest conseruari: ergo & in puncto posset, vel in aliqua certa extensione: vt si Deus, amoueret à me quantitatem, quia partes motum non haberent, non est quare necessariò

S. Th. p. p. q. 67. ar. 2 dicamus eas fluere ad punctum, sed Deus cõseruaret eas, sicut erant, quando erat quantitas, quanuis locum non replerent: & ob id illa secum compatiuntur: vt de luce dicitur, cùm non sit corpus.

¶Et illo concesso, & posset concedi, posse Deũ tunc sustentare accidentia omnia, quæ erant quando erat forma substantialis, tenẽdo quòd accidentia, in materia subiectãtur: sicut si ante erat leo, ablata forma substantiali leonis appareat vt leo. Qui tamen dicunt in toto subiectari accidentia, oportet asserant, ablata forma substantiali, manente nuda materia non magis posse ibi manere accidentia, quam possint in substãtia aliqua spirituali subiectari.

¶Ad

Ad. 3. ¶Ad tertium dicendum, animam rationalẽ neque coniunctam, nec separatam dici rem naturalem: siquidem coniuncta est pars rei naturalis, scilicet, hominis: ergo ipsa non est res naturalis. Et separata à corpore habet, qđ forma sit corporis, & semper retinet illam inclinationem ad informandum corpus. Et tandem cùm ipsa ex naturis composita non sit,

S. Th. p. p. q. 90. ar. 2. & q. 118. artic. 2. non potest dici res naturalis: quia non per actionem naturalem, sed solum per creationẽ à Deo habuit esse.

¶Quod de cœlo tangitur, quòd si res naturalis, quanuis sit incorruptibile, & suam habet

S. Th. p. p. q. 66. ar. 2. materiam, vel vnum cũ istis inferioribus (vt aliqui asserunt) vel aliã, vt putãt esse de mẽte Aristotelis, inferius erit dicendum. Tandem

In li. de cœlo. spec. 2. est verum, cœlum habere materiam. In quo Auerro. aberrauit, dicendo esse corpus simplex sine materia.

¶In quarto argumento tangitur dubium, vtrum accidentia dicantur habere materiam sicut & dicimus de ratione esse substantiarũ. Nam cũ sit de ratione formæ informare materiam, & accidentia sint verè & realiter formæ, videtur quod debeãt habere materiam, quam informent.

Ad. 4. Tripliciter dicitur materia. ¶Dicendum pro nunc breuiter (forte alibi latius) quod materia tripliciter dicitur. Ex qua, inqua, circa quam. Ex qua vocatur: vt in rebus naturalibus dicimus materiam ex qua fiunt. Circa quam, vt potentiam visiuam dicimus habere materiam circa quam, scilicet, colorẽ: & hæc scientia habet, ens mobile: & Metaph. ens: & virtutes quæ sunt circa passiones: Materia in qua, vocatur illa, quæ est subiectum alicuius quod ineſt. Accidens habet materiam in qua: quia subiectiuè in alio est: & per se non stat. Habet & materiam circa quam: sicut potentia visiua circa colores, & scientia circa suum obiectum: sed tamen non habet materiam ex qua: quia non componitur ex ea, tanquam ex principio intrinseco: nequeres naturalis dicitur, quia ex naturis non constat: cùm non ex forma substãtiali, neque ex materia substantiali, licet dica-

Accidẽs nõ habet materiã ex qua. tur res naturæ. Ob id non dicitur accidens generari, aut corrumpi de per se, sed solum de per accidens: quia omne illud quod corrumpitur, vel generatur de per se oportet habeat materiam ex qua. Subiectum tamen accidentis ad accidens ipsum comparatur, sicut materia ad formam: sed non ob id sequitur, qđ subiectũ sit vera materia accidẽtis: sed est differẽtia, quia materia substẽtialis nõ habet esse nisi per formam, vt probatum est tamen subiectum accidentiũ, habet esse substantiale, absque accidente: suppositio in toto composito subiectentur accidentia, & esse communicat accidentibus. De quo infra redibit sermo.

SPECVLATIO TERtia primi physi. Vtrùm materia de se habeat aliquẽ actum.

1. Argum. VIdetur quòd sic. Illud dicitur habere aliquem actũ, quod est secluſa omni operatiõe intellectus à parte rei: sed materia est huiusmodi: nam omni secluſo intellectu operante, intelligitur materia sicut altera pars cõpositi: sicut intelligitur cera, vel massa ante omnem figuram: & sigillationẽ: & ob id Arist. to. hic posuit distinctionem inter priuationem, & materiam quia priuatio est non ens, & materia prope substantiam est, in composito manens.

Vide Ægidium quodlibet. 2. q. 12 Aristot. 75. & 79.

¶Secundò. Materia dat esse in actu: ergo habet actum. Patet, Dat esse substantiale, rei naturali: non enim esse totius resultat nisi ex esse partium: sed partes rei naturalis (vt probatum est suprà) non solùm forma, sed etiam materia est: ergo ipsa habet actum, aliàs non daret esse: nemo enim dat quod nõ habet.

Argum. 2. ¶Tertiò. Illud quod habet suas proprias passiones, & propria prædicata essentialia, oportet habeat actum ex se, sed materia prima est huiusmodi: quia habet appetitum ad formã: vt Aristo. in tex. 81. Habet potentiã ex qua formæ educibiles educuntur per actionem agentis naturalis. textu. 78. Est etiam per se principium: vt probatum est in præcedenti tex. 65.

Argum. 3. Aristo. ¶Incontrarium est Aristote. qui ait, tex. 69, Materia est principium, non sic vnum, neq; sic ens: vt hoc aliquid, Vnum autem scilicet, forma secundùm quod ratio. Ex quo videtur ostendere, quod materia si esse habet, à forma mutuet.

Incontrar. Aristo. ¶Pro solutione notandum, quod esse actu, potest intelligi dupliciter. Vel esse actu, id est: quod per se stet absq; aliquo alio: vt dici

1. Notand. mus

mus substantiam habere actum, quia per se stat. Alio modo dicitur esse actu, quod re vera est, quanuis seorsum actu non sit, sed vel in alio subiectatur, vel cum alio aliquid componit: accidens est in actu isto modo: quia dato in se, & secundum se non sit, tamen in subiecto, vel cum subiecto, facit vnum per accidens.

Notan. 2. ¶ Secundò notandum: quod quæstio potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligamus de materia in prima rerum conditione. Alio modo de materia post creationem, respectu propagationis rerum. Potuit enim esse, quod à principio habuisset aliquē actū, post tamen in rerum formatione ex ea, ipsa dicatur pura solum potentia. Respondetur quinque conclusionibus.

Conclu. 1. ¶ Prima conclu. Licet materia ex qua fiunt omnia, nō sit actu per se stans, est tamē actu, in alio existens. Prima pars patet ex suprà

Ratio. p. p. dictis, quia ipsa solum res naturalis est quæ per se stat: & actu est, qualis est substātia: sed materia non est res naturalis, neque substantia dicitur propriè: quia non prima, neque secunda substantia.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars, quod sit actu in alio existēs, patet: quia est verè & realiter pars substātiæ, de qua verè prædicatur, esse. Patet: quia sicut hęc est vera, homo est: & in homine forma est: sic & hæc, materia est: sed primę prædicationes sunt de actu realiter existente: ergo & vltima erit de re habente actum.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Materia prima in primā sui conditione à Deo creata si informis, id est, absque omni forma creata est, verum habuit actum per se existentem: quem non habet materia post in propagatione. Patet conclusio. Nam si verum est (vt multi opinā tur non irrationabiliter) quod Deus materiā nudam ab omni forma tunc creauit veluti massam, aut ceram, ex qua vniuersa post cō stituenda, vel saltim potuit creare, oportet in telligere habuisse pro illo, vel instanti, vel tē pore paruo, suam actualitatem, & per se exi stentiam antequam alia componerentur. Si ipsa prior à Deo creata est, nō potest intelligi in quo existeret, vsque dū ex ea alia forma ta sunt: sicut si cera nunc creata esset ad finem omnium illorum, quæ formari deberēt ex ea: ante alicuius figuræ impressionem oporteret intelligere actum illius ceræ per se sine hoc, quod in alio existeret. Si tamen materia à principio non informis, id est absque omni forma fuerit creata, sed cum sua forma iam oportet dicere, quod nunquam fuit materia actu per se stans, sicut neque post in rerum propagatione: vt probatum est in præcedenti speculatione.

Scо. in 2. d 12. q. 1. Mar. q. 8. Gab. & Gre. d. 12. & est communis opi.

Conclu. 3. ¶ Tertia cōclusio. Materia eò dicitur esse in potētia, quia non includit in sua ratione formali intrinseca, actum aliquem, à quo formaliter sit: nam materia eò dicitur materia, quia

Ratio. 1. in potētia est ad omnem formam suscipiendā successiuè: sed esse sic in potentia, est non habere aliquem actum ex sua ratione formali: quia si in potentia non est ad omnem formā, ergo actuata est per aliquā: quod si actuata est per aliquam, iam pura materia dicēda non est, sed admixta actui.

Confirma. ¶ Confirmatur: quia si de sua ratione formali materia aliquem includeret actum, quo formaliter sit, non posset esse sine eo: neque per aliquam creatam potentiam posset tali actu priuari. Tunc, vel existente tali actu posset actuari per aliquam formam substantialem, vel non: si non ergo materia non est in potentia ad omnem formam, cōtra supra dicta: si sic, ergo illa forma aduenīret iam actu existenti, & aliquid per accidēs constitueret & non per se, quod certe est falsum: ergo dicendum est, quòd materia in sua ratione formali non includit actum aliquem.

Ratio. 2. ¶ Secundo. Dicitur pura potētia, sicut ex posito dicitur purus actus: sed purus actus dicitur, in quo nulla ratio potentialitatis est: neque inuenire potest, qualis Deus benedictus in secula, qui purus, & simplicissimus est actus, vt nullam admittat potētialitatem: ergo ipsa pura potentia, (qualis materia est),

S. Th. p. p. q. 3. arti. 7. talis intelligitur, in qua nulla ratio formalis actualitatis in se consideranda sit: & pura potentia vocatur. Quod & declarat id quod dicitur communiter. Duo fecit Deus, vnū pro

D. Aug. in suis confes. li. 12. c. 7. pe se: aliud prope nihil Prope se, angelica natura est, quæ licèt purus actus nō sit, sicut ipse Deus est, nimis tamen prope est: quia de potentia in angelo parum est: nam simplex substātia est: & secundum aliquid, semper in actu est: licèt secundum aliquid, exeat de potentia in actum. Materia prima tamē dicitur

Conclu. 4. Ratio. 1. esse propè nihil: non nihil, quia aliquid est: quia realiter ens est, & reale esse habet: materiætamen. Prope nihil verò, quia nullam sibi determinat actualitatem: sed actuatur nūc per hanc, nunc per illam formam.

S. Th. p. p. q. 58. ar. 1. ¶ Quarta conclusio. Materia prima non est nisi per formam. Patet. Materia verè, & realiter est: vt dicit prima conclusio, & secunda ampliùs manifestat: & non determinat in se, & secūdū se aliquē actum, vt docet tertia: ergo

go est quod dicit quarta, per formam: quia à forma substantiali, qua informatur, habet esse actu illo substantiali. Et hoc est quod ait

Aristot. Tex. 83. Aristo. 3. Phy. tex. 67. Materia continetur à forma: & primo de Gen. Materia efficitur, vt sit in actu per formam.

Ratio. 2. ¶ Secūdò: quia esse actu, idem est, quod esse formaliter: sicut dicimus Petrum esse actu albū, quia formaliter est albus: & est actu musicus, quia formaliter est musicus: ergo cùm fit per formam actu, sequitur quòd materia prima, non sit nisi per formam.

Ratio. 3. ¶ Potest etiam probari ratione nominis: nā materia Græcè dicitur hyle, & forma entelechia: & hyle, in artificijs significat materiam non quancunque, sed informem: vt sunt ligna, & lapides antequam dolentur: quæ tamē pro ædificio construendo sunt congregata. Et optime datur hoc nomen primæ materię in naturalibus, quę omni forma destituta intelligitur, & omni actu priuata entelechia: quam malè aliqui scribunt, endelechia: cùm apud Græcos per t. & non per d. scribatur: quanuis in pronuntiatione sonet vt d. significat formam, non eodem modo quo idos significat, sed potiùs formam totius: vt hominis, aut equi: sed entelechia significat propriè formam, id est, actum, & perfectionem corporis: vt distinguitur contra meram potētiam, qualem materiam intellegimus.

Conclu. 5. ¶ Quinta conclusio. Cum omnibus dictis stat, quòd materia, etiam omni secluſa forma (per quam actu est) ad sensum supradictum, dicitur esse actu, etiam sine additamento, & à fortiori quam cum forma est. Proba-

Vide Buri. 1. physi. q. 20. tur prima pars: quia si per se existat per diuinam potentiam (vt probabile esse clarum fecimus in præcedenti specula.) Iam oportet

Sco. d. 12. q. 2. in 2. Mar. q. 8. dicere, quādoquidē est, quod actu sit. Quod si sit informata aliqua forma, etiam actu est, & per illam formam actuatur: ergo materia prima, etiam si pura potentia est, actu est: aliàs non magis esset ens materia prima, quam Antichristus, qui futurus est. Respōdeamus argumentis.

Ad argum. ¶ Ad primum cōcedimus ita esse, materiam non esse ens rationis, quod constat solū per operationem intellectus: vt solet de vniuersalibus dici, de generibus, & speciebus, sed est verè ens reale à parte rei, omni secluſa operatiōe intellectus: & si de hac actualitate fit sermo, materia actu est: vt in cōclusionibus probatum est: si tamen de actualitate loquamur quam includit in sua intrinseca ratione formali, negandum est: quia pura potentia est, neque hanc vel illam actualitatem sibi vendicat, magis quam cera hanc, vel illam figurationem: nisi fit per aduentum sigilli. Sic materia, nisi fiat per informationem formæ, nullo modo habet talem actum. Et quia materia verè, & realiter materia est, à priuatiōe differt: & prope substantiam est.

Ad. 2. ¶ Ad secundum dicēdum quòd ita est, vt argumentum probat: ex quo sequitur, quod materia habet esse reale: tamen non sequitur quòd sit actu: & ipsa nō dat talem actum, sed recipit potius à forma. Habet enim se vt potentia, & subiectum receptiuum: at quia realiter est, reale esse, dat, inquātum pars rei naturalis est.

Ad. 3. ¶* Et quidem quod sit ens reale, ex philosopho adhuc clarius manifestū fit, quia est substantia sensibilis, vt in. 8. Phy sic. probatur, & in hoc primo, & est subiectum transmutationis, vt probatur latè, & primum receptiuum formarum, atque hocita erat euidens apud antiquos, vt ipsam solam materiam substantiam dicerent: (vt inquit Arist. 1. de genera. & 1. physi. & 7. meta.) & formas substantiales vocabant accidentia, ob id Com. 7. meta. com. 8. dixit. Materia, videtur magis esse substantia, quam alia.

¶ Ad tertium facilis est ex dictis responsio: eò quòd materia in quantum est ens reale: & habet illud quod entia realia habent: scilicet suas proprias passiones, inter quas est vna hæc, quod pura potentia sit: quod nullam sibi actualitatē vendicet in rebus naturalibus ad certam speciem, vel genus, nisi per formā informantem. Vnde manet, quod materia, cum nullum habeat esse determinatum specificum, posset in omni specie esse actuata per formam: sicut pupilla oculi, quæ nullo affecta est colore, potest omni specie coloris actuari: actuata tamē per formam, habere dicitur actum, & effectiua causa est accidentiū, quæ consequuntur rei naturam, vt bene probat Ægidius quolibe. 6. q. 12. in quo sensu angelus, & anima dicuntur esse efficiens, suarū potentiarum.

SPECVLATIO QVARTA: An materia quę omniū formarū receptiua dicitur, habeat quātitatē secundum se.

POstquàm in. 3. speculati sumus in hoc. 1. libr. Physicorum de materia loquuti sumus, quo pacto potentia sit, & receptiuum primum formarum: ens reale tamen quærit, vtrũ materia habeat ex se aliquam quantitatem ante receptionẽ formæ substantialis ad quã est in potentia.

1. Argum. ¶Videtur quod sic ex auctorit. Com. in lib. de substãtia orbis. c. 1. vbi ait, materia prima nunquam denudari à dimẽsionibus interminatis, vt dixit, quia credidit, quod si incorruptione rei corrumpitur quantitas, quod corpus generandum, fieret ex non corpore, & dimensio ex non dimensione.

2. ¶Secundò, materia, vt probatum est, vere & realiter est: quanuis in potentia ad formam, sed non videtur realiter esse nisi per quantitatem: ergo hanc sibi determinat: nam actu est, non solũ obiectiuè, sed realiter, quia hæc est vera, materia est.

3. ¶Tertio, quia philosophus in isto primo materiam ponit ingenerabilem, & incorruptibilem, ergo verè materia est: & non videtur, nisi per quantitatem &c.

¶In contrarium est quod dicit Arist. & nos diximus, & inferius magis explicabimus, qđ materia sit pura potentia.

Notandum ¶Pro solutione quæstionis oportet animaduertere, fuisse opinionem communẽ, quantitatẽ, sic coæuam esse materię, vt nullo modo ab ea sit spoliata, & Gregor. Ariminen. in. 2. sentent. distinct. 11. q. 2. art. 1. de mente comment. tria dicit. Primum, quod quantitas materiæ, dum rarè fit aut condensatur, non corrumpitur. Secũdum cum aliqua res corrumpitur, quantitas non corrumpitur, Tertium, quando aliqua res augetur, nulla quantitas de nouo acquiritur, neque præcedens augetur: & idem Gregor. in. d. 12. q. 2. ponit, opinionem fuisse Commentatoris, & multorum sequatium, quod cum nulla forma sit inseparabilis à materia: quantitas tamen ipsa sola est quæ nunquam seperatur: & fundamentũ Comment. fuit, quia quando lapis corrumpitur, non potest intelligere aquo corrumpatur quantitas lapidis: quoniam vel à suo contrario, & hoc non, quia quantitati nihil est contrarium: vt in prædicamento quantitatis docet Philosophus, & nos ibidem declarauimus: vel corrumpetur à forma substantiali lapidis, & hoc non, quia non contrariabatur sed potius ea cõseruabatur forma substantialis lapidis: neque id fit concomitanter seu cõsequenter, corrupta forma lapidis: quia licet alia forma substantialis non possit introduci, ante quàm abijciatur forma lapidis, quia repugnat duas esse formas substantiales simul: tamen forma introducenda non repugnat quantitati præexistenti, imò cõfert: quia ea, distincta est materia, ab alia materia & ad hoc est exemplum: quando ignis ex aere generatur, qualitas symbolica, inqua ignis cum aere conuenit, non expellitur vel corrumpitur, sed perficitur potius: ergo idem de quãtitate. Ex ista consideratione motus est Cõmẽtator & sequaces ad tenẽdum quantitatem materiæ coæuam, vt nullo modo ab ea separari possit: & pro tuenda hac opinione Comm. plures rationes formantur, quas adduxit Capreol. in secundo sent. d. 18. q. 1. cõtra. 6. conclusionem. Capreolus

1. Conciu. ¶Nulla quantitas est coæua & inseparabiliter inhærens materiæ, sed in introductione nouæ formæ substantialis, comproducũtur & accidentia & quantitas noua, sicut corrupta forma substantiali, corrumpuntur accidentia, inter quæ quantitas est, & ipsa pura potẽtia est subiectum. Probatur: Nam si quantitas est coæua & inseparabilis à materia, vel est forma substantialis quantitas vel accidentalis: non substantialis, ergo accidentalis: & cum omnis forma accidentalis cum suo subiecto constituat ens per accidens, materia cum sua illa inseparabili quantitate erit ens per accidens & secundum quid, materia cum sua quantitate præcedit formam substantialem, introducendam, & materia est ens per accidens: ergo ens per accidens vel secundum quid, præcedit esse substantiale: ergo ens secundum quid, est prius ente per se: sed hoc est contra Philosopho, & contra omnem physicam disciplinam: ergo nullo modo datur inseparabilis quantitas à materia.

Secundo. ¶Si quantitas esset inseparabilis à materia, sequeretur quod intimius & essentialius materia respiceret quantitatem, quam formam substantialem quam appetit, & adquã in potentia simpliciter est: sed hoc consequens est falsum, ergo id ex quo sequitur, patet sequela. Quia materia respicit quãtitatem inseparabiliter per te, & substantialem formam seperabiliter: ergo intimius illam quàm istam. Et quod consequens sit falsum, quia materia intimius actum sui generis debet attendere quam alterius, sed sui generis actus: forma substantialis est: & cõstituit esse sim-

pliciter: & actus quantitatis est accidentis actus, qui alterius generis à substantia est: & esse solum per accidens, & secundum quid, constituit: non ergo potest dari talis quantitas coæua materię, & ab ea inseparabilis.

2. cõclusio ¶Secunda conclusio: & si non ponatur quantitas coæua in materia, & ab ea inseparabilis manet distinctio in partibus materiæ, ad introductionem determinatæ formæ. In hac conclusione volumus explicare quomodo dato ad corruptionem formæ substantialis lapidis, omnia accidentia, & quantitas etiam corrumpantur, quę erant sub forma lapidis, & ab omni accidenti præexistenti denudata sit materia: sicut & denudatur à forma substantiali, tamẽ forma determinata introducitur de nouo in hac materia signata, & simul cum ea noua accidentia quæ concomitãtur, vel consequuntur ipsam formam substantialem quæ de nouo introducitur: & distinctio est in materia per quantitatem, non quæ præcessit, sed per illam quæ de nouo modo producitur: & ex hoc totale fundamentum Commentatoris corruit: supposito quod nulla accidentia maneant in genito, quæ fuerunt in corrupto. Probatio stat, supposito quod secundùm communẽ philosophantium doctrinam dicitur, (& nos insuperioribus & infra etiam adducemus.) quod in permanentibus, ex parte corruptionis, non datur vltimum esse sui, sed primum non esse: & ex parte generationis datur primum sui esse, & non datur vltimum non esse.

Com. con. ¶Cum ergo in aliqua parte materiæ verbi gratia, huius materiæ sub qua est forma lapidis, & debet ignis forma introduci, toto tempore præcedenti instans formæ introducendæ, est materia quanta sua quantitate, quæ erat cum forma lapidis: & in vltimo instanti illius temporis, quod est instans introductionis formæ generandæ: est quanta, quantitate concomitãte formam quæ de nouo generatur: nam in eodem instanti, forma abijcienda, & sua quantitas habent primum sui non esse, & forma generanda habet primum sui esse, ex præsuppositio. Cùm ergo inter tempus, & instans, non detur tempus neque instans medium, & idem instans sit in quo materia desinit esse quanta, quantitate formæ corrumpendæ, & in eodem instanti materia incipit esse quanta, quantitate formæ generandæ per positionem de præsenti: sequitur quod illud idem instans in quo quantitas abijcitur, quæ erat introducta, est quæ de nouo cum forma genita est: & sic materia quantitate sua determinatur: sine hoc, quod illa quæ habebatur ante inseparabiliter, maneat ei coęua, quod si neges, iam oportet dare formãm substantialem de nouo genitam, & introductam esse in materia: & tamen absque quantitate: quod est contra omnem physicam disciplinam: vel dandum erit instans, in quo materia maneat sine forma substantiali. Ecce ergo quomodo probatur contra Comen. quod quantitas materiæ coęua non sit, & latè probat Herueus in quęstione de pluralitate formarum. Herueus.

Instanti. ¶Posset esse instãtia & ad hominẽ ex supra dictis contra hæc in. 2. conclusione dicta: nã cum substantia prior natura sit accidente. 7. Metaphysi. textu. 4. ergo forma substantialis generandæ prior erit cum sit substantia ad modum quo forma & materia substantia dicantur, & quantitas, erit posterior cum sit accidens: tunc quæro, in illo priori, vel materia est quanta, vel non: secundum non potest dici, quia sic materia non erit diuisa ab alia ad introductionem formæ cõtradicta: si est quãta, vel quantitate præcedentis formæ quæ corrumpitur, & hoc nõ: quia dictum est omnia accidentia, simul cum forma corrumpi: vel quantitate formæ genitæ, & hoc non: quia nos loquimur de illo priori, in quo prius forma substantialis, forma accidentali est: ergo oportet dicere, vel quod materia cum illa coœua quantitate manet, vt dicit Comẽtator: vel quòd manet indiuisa in illo priori, quod est inconueniens.

Solutio. ¶Soluitur obiectio dicendo, quod in illo priori est diuisa materia, non quantitate formæ corruptæ, neque formæ generandæ, neque coæuæ, sed manet diuisa quantitate extrinseca ab hac materia, id est, quantitate quæ in alia materia est: ad hunc sensum, vt hæc materia sit indiuisa in se, & diuisa ab alia materia, quia illa habet quantitatem, quam non habet hæc materia: et sic in illo priori diuisio erit per habere & non habere: id est, per non habere huius, & habere illius, & in instanti introductionis erit diuisio per habere, in hoc sensu, quia hæc materia in hoc instanti hanc quantitatem concomitantẽ hãc formam.

Ad argu. ¶Ad. 1. quod ex Commẽ. adductum, est primo negatur, quod in aliquo tempore vel instãti sit materia sine quantitate: quia quãdiu durat forma substantialis, etiã manet sua quãtitas, & in illo instanti in quo est forma gene-

randa,quod & est instans expulsionis formę corruptæ,est & quantitas noua: quæ consequitur eandem substantialem formam.Et ad id quod pro inconueniente ponebat Comẽ. quod corpus fieret ex nõ corpore,nullũ est: quia fit ex nõ corpore actu,sed tamẽ ex corpore in potentia,&hoc in omni Physica generatione contingit,vt ens fit ex non ente in actu,& fit ex ente in potentia.

Ad.2. Grego. Arimi. Scotus.

¶ Ad.2.relicta imaginatione Gregorij Arimi.quin.2.sent.d.12.q.1.tenet,quod materia sit actu existens in se ipsa,non solum obiectiuè,vt docet Sco.sed actu existentię.Respõdeo quod materia habet esse in potentia: tamen:vt dictum est in præcedentibus:&nõ est opus ponere ad actuandum eam quantitatem coæuam,&inseparabilem:quia adhuc si poneretur,esset actu secundùm quid,&nõ simpliciter:sed materia prima est,& verè est: tamen in potentia ad formam recipiendã & substantialem,& accidentalem,quæ consequitur substantialem,& hoc sufficit.Et similiter soluitur.3.argumentum:nam eo quod ipsa materia sit ingenerabilis & incorruptibilis,non cogimur ad ponendum quantitatẽ coæuam,&inseparabilem.

Obiectio cõtraprędicta.

¶Sed tamen contra dicta,adhuc pro plenio ri intelligentia sese offert argumentum,maximè pro illis qui in doctrina doctoris sancti sunt versati:nam videtur quod quantitas nõ sit quid consequens ipsam formam substantialem introducendam,sed potius antecedẽs ipsam:nam quãtitas,consequitur materiam, & qualitas formam:ergo ante formam introducendam intelligitur quantitas,cumprimũ intelligitur materia:&sic. Sanct.Thom.in. 3.Physicorum,&.5.Metaphysic.quando loquitur de ente, sic videtur esse vera opinio Commenta.quam reprobauimus:&.4. libr. contragẽtes.cap.81.dicit quod remanet materia in mortuo,& in viuo,sub eisdem dimensionibus. Ex hoc est argumentum, quod si materia manet in mortuo sub eisdem dimensionibus sicut in viuo,quod eadẽ manet quãtitas:& videtur inseparabilis & coæua materiæ.Ad hoc respondetur, verum esse quod consequitur quantitas solam materiam, sed tamen nõ sequitur ex eo quod formam præcedat quia solum consequitur materiam, vt rationẽ receptiuã,& nõ vt suũ subiectũ quia subiectũ quantitatis est totũ licet alia accidẽtia de mente.S.Tho.subiectentur in quantitate. Quod bene Herueus quolibet.2.q.10. ait enim esse subiectum quantitatis,est habere quantitatem inhærentem sibi,qua fit quãtum primo & per se,& vt quod:&hoc modo corpus,est subiectum:esse tamẽ rationem susceptiuam quantitatis,est esse illud,quo,quãtum,est quantum,& hoc est materia:quia remota materia,nõ posset assignari principiũ essentiale,quo substantia composita sit subiectũ quantitatis.Ecce quomodo non sequitur materiam habere coæuam quantitatem, vt dixit Comenta. ad id quod exlib.contragentes:dicendum quod quando S.Thom.affirmat,easdem dimensiones manere in mortuo,quæ erant in viuo,intellixet radicaliter & in potentia,quia in materia stant vt in radice ratione dicta:sicut dicitur vegetatiuum manere radicaliter in anima separata : non quia ibi sit actu,sed quia ipsa cum vnibilis sit materiæ,radicaliter habet in se vegetatiuum Non tamen me latet aliquos ex Thomistis respondere.S.Tho.in illo contra gentes contrarium habere:verùm standum est posteriori sententiæ,quia illa fuit posterior,sicut dici solet in conciliandis locis,quę in D.sancto repugnare videntur:Vt siquid in scriptis ordinem Magistri sent.sequutus dixerit cuius contrarium in partibus,quod in partibus tenendum tanquam proprium,&primũ quod in scriptis reijciendum:hæc solutio non potest stare,neque nodum soluit:nam summa illa contra gentes inter vltima & exactissima ab eodem doctore computatur. Alij asserũt in loco citato contra gentes, agens contra eos qui resurrectionem negabãt,voluisse ex concessis ab eis arguere:&ob id ad opinionẽ Commen.accessisset quanuis contrarium ipse ex propria sententia:sed tamen nequehoc satisfacit,quia idem Doctor Sanct.in loco citato contra gentes soluendo rationem adductam,loquendo de corporeitate, quæ nõ est aliud quam tres dimensiones,dicit,& si hæc corporeitas in nihilum redit,corpore humano:corrupto , tamen idem homo resurget, quia corporeitas quæ est forma substãtialis, &idem est,cum anima intellectiua,manet. &c:ob id standum est primæ solutioni, vt intelligat radicaliter dimensiones manere in mortuo,&c.

Contragentes.

Solutio.

3.p.q.77. ar.2. Herueus. quol.2.

Summa cõtra gentes.

¶Et vnum consideratione dignum duxi,opportunè , quod sicut in corruptione,per abiectionem formæ substantialis , quantitas non manet, neque qualitas,neque alia accidentia,sed de nouo producuntur , seu comproducuntur potiùs,quia esse secundũ quid accidentiũ,presuppositio esse simpliciter substantiale:etiã est intelligendum,quod qualitates,& dispositiones quæ fuerunt in subiecto ante

ecto ante expulsionem formæ substantialis, puæ erant præuiæ ad nouam introducẽdam in materia,statim definente forma substantiali,& desinũt ipsæ:& nulla qualitas manet, sed omnes de nouo per aduentum nouæ formæ veniunt:quia remota forma corrumpenda,non manet ens in actu materia,forma priuata:& fit actu per generandam,quæ introducitur.Et cum hoc tamen est verum quod materia,manet dispositа ad formam recipiẽdam per illas qualitates,etiam si abijciantur cum forma:neque fuerunt vanè priùs ante formam generandam,quia sic requirit rerũ ordo in generatione & corruptione rerũ naturalium:neque vanè introducuntur nouæ cum noua forma:quia etsi quę de nouo comproducuntur,nõ agant ad introductionem formę,vel ad expellendum contrariam,agũt tamen ad conseruationem formæ quæ introducta est:etsi probabile sit vt diximus,nõnulla accidentia manere in corrupto & genito &c.

S.Thom.

¶Ex quo etiam intelliges quod de mente doctoris.S.in.2.de generatione in expositione textus.25.in elementis symbolicis,in quibus dicitur facilis transitus , non solum qualitas contraria corrumpitur,quãdo ex vno alterũ generatur,sed vtraque,neque ex hoc sequitur essefalsum,transitum esse faciliorem,quã quando contrarietas est in vtraque qualitate.Primo,vt Ægidius in loco eodem.2.de generatione tex.25.docet,quia in non symbolico,vtraque qualitas corrũpitur per se à contrario,& in symbolico,cõtraria per se , & alia per accidens:ob id facilior trãsitus, vel vt ibidem.S.Tho.quia in nonsymbolicis,vtraque qualitas agit & repatitur & est resistẽtia,sed in symbolicis,illa in qua conueniunt,sine resistentia & reactione corrumpitur.Hæc pro plena intelligentia sint dicta,quanuis hæc vltima suum habeant proprium locum infrà In.2.de generatione,vbi de transitu elementorum ad inuicem ex professo.

Secundo. Ægidius.

¶SPECVLATIO QVINta.Vtrũ materia,quę purapotẽtia est,& principium primũ rerum naturalium,ingenerabilis sit,& incorruptibilis.

1.Argum.

ET videtur quòd sit generabilis. Omnis forma existens in aliquo, verè denominatipsum, cui ineest sicut albedo existens in subiecto,denominat subiectum album, & consequenter omnes aliæ formæ : sed generatio est ad formam,& inhærens subiecto generationis,quod materia est : ergo verè denominat ipsam,& sic materia generatur. Et cum vnius generatio sit alterius corruptio,& contraria circa idem fiant,eodem modo probatur quòd corrumpitur.

Arist. 1.de Gene. tex. co.17.

2.Argum.

¶Secundo.In præcedentibus probatum est, esse totius,non esse aliud ab esse partium:sed totum , habet esse per generationem:ergo& partes:sed pars totius,materia est:ergo ipsa est generabilis.

¶Tertiò.Illud dicitur generari,quod de non esse,habet esse:&corrumpi,quod de esse,tendit ad non esse:sed materia,quæ pura potentia est,habet esse,per aduentum formæ , per viam generationis:& esse tale,perdit per corruptionẽ:ergo materia est generabilis & corruptibilis.

In contr.

¶In contrarium est Aristoteles hîc text.82. & alibi in multis locis.

Notand.1.

¶Oportet primò notare , quòd generatio, est mutatio de non esse ad esse,aliquo subiecto præsuppositо. Et differt ab alteratione: quia generatio est ad esse simpliciter substãtiale,& alteratio ad esse accidẽtale. Vtrobiq; tamen subiectum prærequisitum est.

Creatio.

¶Vltra huiusmodi mutationem naturalem (quæ ad substantiam est, quæ generatio dicitur , subiecto aliquo substracto) fides catholica habet aliam mirabilem, quam creationem dicit. De qua Aristoteles nullam fecit mentionem eo modo quo fides docet, (de quo infra) quæ est mutatio de non esse simpliciter,ad esse simpliciter :sed tamen nullo subiecto præsuppositо :sicut in principio Deus dicitur creasse cœlum,&terram, cum nihil aliud præcesserit, in quo eiusmodi actio reciperetur,vel ex quo cœlum,& terra formarentur.

Gene.1.

Notan.2.

¶Secundo est considerandum , apud antiquos Philos. hoc fuisse receptissimum axioma.Ex nihilo,nihil fit.Ex simpliciter non ente,non fit ens.Quapropter suppositо hoc vno principio,consequenter loquentes , quia posuerunt materiam esse subiectum,& principiũ primũ passiuum omniũ rerũ naturaliũ ipsam posuerunt nunquam cœpisse,& ideo

1.Physi.t.34. 11.Meta. tex.5.

ingenerabilem dixerunt. Nam si ipsa cœpisset per generationem, oportet materiam præsupponi, vt principium primum: & ipsa quæ generabatur, prima non esset, sed alia ea prior: & de illa quærendo, vel erat ingenerabilis, & sic habeo intentum: vel est generabilis: & tunc oportebat aliam dare priorem illa: & sic vel erat dandus processus in infinitũ vel erat deueniẽdum ad ipsam vnam, quæ cũ esset principium primum generationis, in generabilis esset, & incorruptibilis: quia in aliquo deberet corrumpi, & nõ nisi in materia: ergo semper ipsa maneret. Sit, hoc supposito, prima conclusio.

1. Cõclusio ¶ Materia prima, quæ primum principium rei naturalis est, non habuit esse per generationem, quapropter ingenerabilis est. Hæc

Ratio. est Aristo. in loco citato, & omnium philosophantium. Ratio est in promptu: quia alias esset processus in infinitum, vel materia non haberet rationem primi principij: sed vtrũq; est falsum: ergo & id ex quo sequitur. Non enim est dabilis processus in infinitum: neq; est negandum materiam principium primũ. Atque eodem modo probari potest materiã esse incorruptibilem: quia non potest desinere esse, nisi in aliquo subiecto præsupposito: & sicut non habet esse per generationẽ: quia

Albertus Magnus. 1 phy. tract. 3. c. 18. primum principium: nõ corrũpi potest, quia si posset corrumpi, cùm nõ posset generari, iam sequeretur quòd materia non esset: qđ si materia (quæ primum principium est) non esset, nihil esset.

2. cõclusio ¶ Secunda cõclusio. Licèt materia prima sit incorruptibilis, quod neque minima pars illius quæ à principio fuit, desierit esse per actionem agentium naturalium, non dicitur perfectionem habere, hac ratione: sicut, habet angelus, qui incorruptibilis, vel cœlum:

S. Th. p. p. q. 9. ar. 2. nam incorruptibilitas, à natura rei est, & nõ ratione conseruationis perpetuę, quę à Deo est: vt malè dixit Gab. in. 2. d. 2. q. 1. quia nullam habent materiam. Et cœlum est incorruptibile: quia licèt habeat materiam, non tamen habet priuationem alteriùs formæ. Et

Cõtra Grabiel. isti duo gradus incorruptibilitatis arguunt perfectionem: quia ratione actus incorruptibilitas per naturam suam dicitur esse: sed materia est incorruptibilis: quia est primum principium: quia pura potentia est: & nullũ gradum vlterioris perfectionis acquirit, magis quam habet.

3. Cõclusio ¶ Tertia conclusio. Dato materia prima sit ingenerabilis, & incorruptibilis, habuit tamen esse, post non esse simpliciter per creationem à solo Deo. Hæc fide tenenda est. In principio enim creauit Deus cœlum, & terrã. Et ex nihilo facta sunt omnia per Deũ creatorem visibilium, & inuisibilium. Non ergo repugnat eam esse ingenerabilem (vt dixit Aristote. & eam incepisse per creationem. Repugnaret tamen, si cœpisset esse per generationem, quia iam non haberet rationem primi principij. Sed quia Aris. nõ attingit ad creationem hanc, quia in lumine naturali loquebatur, asseruit materiam nũquã incepisse: quia ignorabat modum creationis.

De fide. Gene. 1. In symbolo

4. Cõclusio ¶ Conclusio quarta. Sic materia prima à solo Deo dicitur esse creata, vt hucusq; per varias rerum transmutationes, & generationes nihil sit de ea deperditum, nihilque possit in toto, vel in parte anihilari: quod est etiã apertum in lumine naturali: Nam in lumine naturali probatum est, quòd nullius naturalis agẽtis potentia, se extendat ad materiæ corruptionem: quia si posset corrumpere, & posset generare: & sic manet & eadem, quod mirabile est, & contemplatione dignum. Tamen Deus potest in nihilum reuertere materiam ipsam: sicut & omnia alia ipso auferente manum conseruatricem in nihilum reuertentur suum.

Psal. 103.

5. Cõclusio ¶ Quinta conclusio. Materia prima, quæ à Deo per creationem, & ab ipso solo per annihilationem, potest deficere, non solum vna specie est, sed vna numero, omnium rerum, quæ sub cœlo sunt. Probatur: quia si materia est vna (vt fatentur plurimi) & non est aliqua ratio quare non sit vna numericè, oportet hanc vnitatem assignare. Nam materia in se (cum sit pura potentia) nõ habet vnde distinctionem sortiatur, vel specificam, vel genericam. Quod si ratione formæ sit sumenda, cũ informetur diuersis formis genericis, differẽs non solum numero, neque solum specie, sed genere: posset poni: at eam solũm vnam genere ponere non est ausus aliquis philosophorum: dicamus ergo vnam esse numerice. In quo videtur defecisse, Ludouicus Coronel, aliàs vir ingeniosus, & doctus, qui in primo physicorum de materia loquens, in motiuo. 4. reprehendit Ioannem de Ianduno, qui in primo physicorum quæstio. 24. dixerat, esse vnam materiam omnium, numero, & reprehendit rationem, & asserit ipse Coronel quòd sit in vna specie. Qui probat omnia quæ cõtingunt in trãsmutationibus naturalibus saluari possunt, non posita specifica differentia in materijs: ergo post quam con-

Ratio.

Cõtra Coronel.

Ratio cõtra Coronel.

stat materiam primam esse, rationabiliter dicitur omnium materias, vna specie esse. Hæc est eius ratio. Sed potest probari contra eum eadem ratione nostra conclusio. Omnes transmutationes, quæ in natura contingunt, saluari possunt, posita vnitate numerica in materia: ergo ipsa vnitas ponenda est. Patet, in materia in qua est forma terræ, statim erit herbæ forma, & statim bos comedet herbam, & erit sub forma bouis, & pòst homo comedet bouem, & erit sub forma hominis, & homo morietur, & erit sub forma cadaueris: & rursus in terram ibit, & in puluerem conuertetur. Ecce quomodo tam variæ formæ, non solum specie, sed genere sub vna materia numero: ergo vna ponenda est.

Corollariũ. Antonius Andræas.

¶ Ex dictis in conclusione prima, & secunda sequitur malè loquutum Antonium Andræam, qui propter debiles rationes, vt adducit Dominicus de Flandria. 7. Metaphy. quæst. 12. ar. 6. posuit conclusionem, quòd materia prima generatur per se, subiectiuè: quæ si vt sonat intelligatur, expressè est cõtra Aristot. & veritatem, vt abundè probatum est: nisi veniat intelligenda conclusio in

Paulus Venetus de cœlo & mũdo cap. 6. Commeta. 1. Phy. tex. 60. isto sensu, quòd materia per se generetur subiectiuè, id est, ad generationem totius: quia cùm totum dicatur per generationem habere esse simpliciter, post non esse: & materia similiter, quæ nouam per generationem acquirit formam, & nouum esse. Sed tamen licèt sit sentiendum vt pauci, loquendum est tamen vt multi loquuntur: & simpliciter est affirmandum, materiam primam

Nota. esse ingenerabilem, & incorruptibilem. Dixi materiam primam, quia materia secunda generatur, cum sit totum compositũ, quod dicitur materia secunda, respectu formæ artificis.

6. Conclu. ¶ * Sexta conclusio. Licèt materia non sit corruptibilis per se, est tamen per accidens. Hoc probatur ex Aristot. hîc text. 82. vbi ait de materia loquens, corrumpitur autem & fit, est autem vt fic, est autem vt non, &c. Et probatur ratione, supposita distinct. Aliquid dicitur corrumpi dupliciter. Primò ve-

Dupliciter aliquid dicitur corrumpi. rè & propriè, secundò transumptiuè, siue similitudinariè. Primò modo solùm id quod habet esse actu, dicitur corrumpi, quia est non esse, post esse. Secundo modo, id dicitur corrumpi, quia licèt non habeat esse, tamen primo denominat aliquid, & deinde cessat denominare ipsum tali denominatione, ac sic esset ens in actu. Tunc est ratio. Id dicitur transumptiuè corrumpi, quod cessat denominare tale quod ante denominabat, sed materia est huiusmodi, quia cum esset sub forma ignis, verbi gratia, modo non est, sed sub alia forma, & cessat priuatio illius formæ quam habet: sequitur ergo, quod corrumpatur, & sic intelligit Commentat. Arist. comment. 82. huius.

Ad argum. ¶ Ad primum argumentum, quãdo dicitur, quòd omnis forma inhærens, denominat. Primùm hoc est falsum: quia calor remissus in aqua tepida non denominat ipsam, quia remissè participatur. Secundò. Dato quod totaliter participaretur, non est generatio in ipsa materia inhærẽs, sed in subiecto: quia

Aristot. 3. Phy. te. 18 cum motus sit in re quæ mouetur: & quod mouetur per generationem totum est, ibi erit, & totum denominabit. Item: quia dato esset in materia, & generatio esset, forma nõ denominaret, si nomen ad id non esset impositum: vt locus est in locante subiectiuè, cum sit eius superficies extrema, & tamen non denominat ipsum: vt locans dicatur esse in loco: quia locus, non est nomen impo-

Aristot. 4. Phy. te. 40 situm ad denominandum locantem, sed locatum. Sic generatio est nomen impositum ad denominandum quod generatur, & non id in quo fit generatio: vel quod præsupponitur generationi. Non concludit ergo argumentum, sed multis vijs solui potest.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum, Demus ita esse, quod esse totius, aliud non sit ab esse partium coniunctarum: sed non sequitur, quòd si totum generetur, & partes similiter: nam non est eadem ratio partium, & totius: Sicque aliquid potest conuenire toti, quod tamen partibus repugnat: vt domus constat ex lignis, & lapidibus, & domus habet esse partium: non tamen sequitur: ergo & ligna, & lapides. Neque valet, ligna & lapides habent esse naturale, & constituunt domum: ergo domus, habet esse per naturam: sic etiam totũ habet esse per generationem: cuius pars est materia, ipsa tamen non generatur, quia repugnat ei, & non toti.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium. Concedimus id generari simpliciter: sed quando infers, sic materiam generari, quod de non esse simpliciter, habet esse tale, quia de non esse simpliciter, acquirit esse: nego: quia quantum ad hoc, quod materia est, esse habet simpliciter, ante talẽ generationem: & simpliciter etiam manet facta tali generatione: tamẽ esse, quod acquirit non est esse materiæ, sed esse tale speciei, vel hominis, vel equi, secundùm rationem

formæ quæ acquiritur per talem generationem: ob id materia non dicitur generari, cũ simpliciter ipsa præcesserit, & ipsa etiam maneat: sed meritò totum dicitur generari, vel genitum esse: quia pòst non esse simpliciter, habet esse: quia compositum ante non fuit: quia dato materia compositi fuit, tamen, quia non actuata, neque informata ista forma qua nunc actuatur, istud compositum non fuit.

¶ SPECVLATIO sexta. Vtrûm materia sit cognoscibilis per analogiam.

Primũ arg. VIdetur quòd non. Illud dicitur cognosci per analogiam ad aliud, in quo aliqualis reperitur similitudo ad ipsum: sed materię ad formam nulla est, quia in materia est aptitudo: est potentia, & est appetitus, quæ non reperiuntur in forma, vt cõstat: saltim in forma nõ est priuatio, nec aptitudo ad esse susceptiuum.

Argum. 2. ¶ Præterea. Si materia esset cognoscibilis, esset vel per sensum, vel intellectum: sed nullo istorum modorum cognosci potest. Non per sensum, quia nec est quale, nec quantũ, *Arist. 7. Met. text. co. 8.* vt docet Aristotel. Nullum enim participat obiectum formale, alicuius sensus: sic nec sensibile proprium, nec commune erit: nec per se, nec per aliud: quia materia nuda nihil habet. *Aristo. 3. de anima tex. co. 36.* Nec est cognoscibilis per intellectum: quia (pro isto statu) nihil potest esse in intellectu, quin prius fuerit in sensu.

Argum. 3. ¶ Item. Quod non est ens, non est cognoscibile: sed materia prima non est ens: ergo non est cognoscibilis. Maior est manifesta: quia sicut se habet res ad esse, se habet ad cognosci: ergo si nihil habet de esse, nihil habebit de cognosci. Minor patet ex Aristote. *Aristot. 2. Meta. text. 4.* & ex superioribus, vbi dictum est, quòd materia prima sit vt pura potentia: sicut Antichristus non est, quia pura potentia est: quia vel esset ens existens per se: & esset ens in actu, vel existens in alio, & non esset primum.

In contra. Aristo. ¶ In contrarium est Aristot. in text. 69. qui dicit, eam cognosci per analogiam.

Notand. 1. ¶ Notandum, quòd quæstio potest habere duplicem sensum. Primò: vtrùm per se sit cognoscibilis materia, siue à nobis, siue ab angelo: quia à Deo non cadit sub dubio. Secũdus sensus est de modo cognoscẽdi pro isto statu, an per similitudinem, an per aliquam attributionem ad aliud. *Vide Ægidium quolibet. 2. q. 13*

Notand. 2. ¶ Secundo. Notandum est, quòd vbicunq; inuenitur analogia, oportet intelligere vnũ tanquam primum, ad quod alia reducũtur, secundum diuersitatem analogiæ: sicut si sanum de vrina, & medicina, & dieta, & aëre dicatur: oportet sit per attributionem ad sanum, quod in animali formaliter est. Sit prima conclusio. *S. Th. p. p. q. 13. ar. 5.*

Conclu. 1. ¶ Materia prima per se est ignota. Hæc est Aristo. Cuius est ratio. Tanto aliquid per se est notum, quanto habet de entitate, vt argumentabamur: sed materia prima in se, & secundùm se, considerata, nihil habet de entitate, sed pura potentia est, vt dictũ est: non ergo habet in se vnde cognosci possit: & Cõmentator in isto loco affirmat ipsam nõ cognosci per se. *7. Meta. text. 36.* *Cõmet. in de substantia orbis.* *Comment. tex. 69.*

Ratio. ¶* Hic tamen aduerte, quod qui materiam ponunt actum sine forma, vt Scotus & Gregorius, vt suprà tetigimus, consequenter loquentes, & dicunt materiam posse cognosci sine forma, cum res sicut se habet ad esse, se habeat ad cognosci, sed quia Philosoph. & Commenta. quoties de materia loquuntur, de pura potentia sermonem faciunt, nos dicimus per se ignotam: & idem tenet Henricus cum Scoto.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Materia prima non est cognoscibilis sine argumentatione, & discursu. Patet. Illud non cognoscitur absque discursu, quod non est sensibile per se, nec per accidens: sed materia prima nec est sensibilis de per se, nec de per accidẽs: ergo nullo modo potest cognosci sine discursu. Maior probatur: quia cùm non immutet sensum per se, vel per aliquid quod inhæret, nõ poterit cognosci sine discursu aliquo. Minor est manifesta, cum pura materia intelligatur denudata ab omni illo quod potest mouere sensum. Ista conclusio non solùm intelligi debet de materia seorsum considerata, sed etiã vt in rebus naturalibus est: quia dato ipsa materia pro vt in compositis est, afficiatur aliquibus sensibilibus qualitatibus, non deminuãt tamen ipsam, sed totum: non enim dicitur materia alba, vel nigra, calida, aut frigida.

Cõfirmat. ¶ Et confirmatur experiencia. Nullus est quantumuis Lynceos habeat oculos, & sit ingenij perspicacissimi, qui asserat se cognoscere, aut cognouisse materiam in se: sequitur ergo quod si cognoscitur, erit mediante aliquo discursu.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio. Nullus discursus, per quem deuenimus in cognitionem materiæ primæ, demonstratiuus est. Patet. Non potest demonstrari quod mundus non fuerit ab æterno, sed solum fide tenemus. In principio creauit Deus cœlum & terram. Nec potest demonstrari quod illa quæ generantur, non secundùm se tota generantur, quanuis ex aliquo fiat: & sic non sit euidens per demõstrationem materiam esse.

Ratio. *Genes. pri.*

Conclu. 4. ¶ Quarta conclusio. Materia cognoscibilis est per negationẽ, sic: nec materia est quid, nec quale, nec quantum. Patet ex Aristotel. qui sic de materia loquitur: per quod cognoscitur, quòd ipsa non sit per se stans: vt substantia, nec sit quantitas, neque qualitas. Ratione sic. A nobis magis remota est prima causa efficiens (quæ Deus est, quo ad cognitionem, quanuis secundùm naturam, & in se maximè cognoscibilis) quàm sit materia, quæ rerum sensibilium principium ponitur: at cognoscitur Deus per negationem, vt diuus Dionysius, & alij Theologi in primo, dicendo. Deus non est lapis non est terra: ergo poterit à fortiori prima materia per negationem cognosci: vt scilicet, non sit hoc, nec illud, sed aliquid istis imperfectius: quia quodcunque istorum demonstratum, habet esse, quod non habet materia. Ad modum quo si cæco velimus ostendere lignũ, & quid sit: per tactum ostendemus arcam, lectum, scamnum, & omnia alia quæ fiunt ex ligno: vt intelligat lignum subiectum istorum: sic istam, aut illam creaturam ostendentes, dicamus non esse hanc, nec illam, sed subiectum primum omnium, & puram potentiam ad omnia, esse.

Ratio. *Diouy. c. 7 de diui. no.* *S. Tho. p. p q. 12. artic. 12. Theol. in. 1. dist. 3*

Conclu. 5. ¶ Conclusio quinta. Materia potest per analogiam ad formam artificialium cognosci. Sicut se habet lignum ad arcam, sic se habet materia prima, ad formam substantialem: ac si diceremus, sicut experimur sensu, quod in lapide, in quo erat prius sculpta, & cælata Cæsaris figura, postea est Pompeij imago: sic materia, quæ prius sub forma ligni erat, postea sub forma ignis, & deinde sub forma cinerum: quia eadem videtur proportio, & analogia. Hæc conclusio probatur ex eodẽ Aristot. qui in isto loco expresse asserit cognosci materiam per hanc analogiam ad artificiata.

Conclu. 6. ¶ Sexta conclusio. Materia est cognoscibilis per formam, etiam si id non asserat Aristote. sed additum sit ei. Probatur. Omnis definitio, & partes definitionis dant cognoscere ipsum definitum: sicut animal rationale declarat hominis naturam, & dat cognoscere: ergo & materia ipsa cognoscetur per eius definitionem, vel per id quod definitur: sed materia per formam definitur, & intrinsecè. Patet. Omnis res per hoc intrinsecè definitur, quod dat esse actuale ei: sed materia prima à forma habet esse actuale: ergo per ipsam definitur. Sicq; materiam possumus dicere receptaculum esse formæ, & eius susceptiuum. Et ratio alia dari posset. Per hoc res cognoscibilis erit, per quod actu est: quia tantum habet de cognoscibilitate, quãtum de actualitate, cùm sic se habeat ad cognosci, sicut ad esse: sed materia actum habet per formam: ergo per ipsum est cognoscibilis: sed tamen quia forma habet in se actum, & non recipit à materia, non habet quòd forma sit cognoscibilis per materiam, sicut è contra.

Ratio. 1. *Aristot. 2. Meta. tex. co. 4.*

¶ In hoc sensu sunt intelligendi, qui dicunt quòd absolutè materia est cognoscibilis per formam, licèt Aristote. solùm dicat esse cognoscibilem per analogiam ad artificialia. Quòd si per formam intelligas esse cognoscibilem, impropriè per analogiam cognosci dicitur: quia non videtur aliqua ratio proportionis materiæ ad formam, in quo consistit analogia: quia per hoc quòd subiectum sit formæ, nulla est similitudo: nam si aliqua esset similitudo, eodem modo dici posset formam cognosci per materiam: quia sicut materia recipit formam, & ob id cognoscitur: sic etiam forma recipitur in materia. ¶ Aristotel. tamen in illo loco solùm voluit ex sensibilibus dare cognoscere materiam insensibilem, & non per formam substantialem: nam antiqui cognouerunt quòd lignũ in cineres conuertebatur: & non eo poluerunt differentiam inter formam, & materiã: ob id non videtur materia cognosci per formam substantialem, sed per analogiam: sed tamen sensu cognitum est quod fit per artem, & per analogiam ad artificiata, modus cognoscendi materiam positus ab Aristote. quanuis si intelligant per analogiam ad formam artis, posset stare dictum, quod materia sit cognoscibilis per analogiam ad formam: & forte sic intellexerunt qui addiderunt, ad formam.

¶ Ad

Argum. ¶ Ad primum concedimus in materia esse potentiam, esse aptitudinem, appetitum, & priuationem, quæ quidem solum ratione ab materia distinguuntur. Est potentia in materia, quæ denotat genus causabilitatis in ea respectu formæ, quam recepit: & hanc præcedit aptitudo, quæ est proportio quædam ad formam: vnde qui hanc habet aptitudinem, & habet potentiam recipiendi. Atque hæc aptitudo in materia ad formam causa est quare in ipsa dicatur esse priuatio respectu formæ, quæ non est, ad quam tamen habet aptitudinem: sicut dicimus cæcitatem esse priuationem in subiecto apto nato: & non dicitur lapis cæcus, quia deficit ipsa aptitudo: & quia materia habet ad omnem formã hanc aptitudinem, in ea est priuatio: sicque priuatio ponitur principium rerum naturalium. Ex hac priuatione insurgit appetitus naturalis ad consequendam talem formam, cuius est priuatio. Non enim materia appetit formam, quam habet, sed quam non habet. Quapropter non est aptus modus loquendi illorum, qui dicunt esse appetitum in materia respectu formæ quam habet, qui complacentiæ dicatur: siquidem impropria est loquutio, cum appetitus motum dicat: at respectu formæ habitæ, & præsentis, est quies. Omnia ergo ista sunt ipsa materia, quanuis per operationem intellectus ponamus distinctionem. Quando ergo dicitur, quòd nulla est analogia, seu proportio ad formam, quia ista nõ sunt materia, dicimus, analogiam non esse ex ea parte: sed quia per formam artis, quæ est sensibilis ad suam materiam, cognoscimus materiam rerum naturalium: non tamen est analogia ad formam substantialem, licèt per ipsam formam substantialem: possit cognosci materia, vt dictũ est: quia habet actum ab ipsa, & ab ea potest habere, & posse cognosci.

Aristot. 4. Meta. tex. cor. 4.

Suprà speculatione. 1 In materia non est appetitus ad formã quã habet.

Ad secũdũ. ¶ Ad. 2. dicendum, quòd argumentum probat materiam non esse cognoscibilem in se, & per se: quia non habet vnde possit immutare potentiam. Illa enim quæ per se cognoscuntur, oportet per sensum, aut intellectũ possint cognosci, sed sufficit nostra ratiocinatione cognoscantur: & sufficit per alia quæ per se cognoscuntur, potentias possint mouere, qualia sunt artificiata, vt veniamus in cognitionem materiæ, quomodo ipsa sit vna omnium rerum: & quomodo omnibus substernatur: vt cognoscimus eam non esse vnum continuum, quanuis sit ipsa vna: tum per diuersitatem, & discontinuationem rerum, in quibus materia est: tum propter diuersitatem motuum, quod potissimum est. Non enim in continuò vno, simul posset quis intelligere alterationem, generationẽ, augmentationem, & secundùm locum lationem.

¶ Cognoscimus enim de materia, quod nullius sit actiuitatis, cùm pura potentia sit: quia dicit Aristote. quòd materiæ conuenit potiùs moueri, & pati. Ratio est: quia agere præsupponit esse, & actu esse, quod non est in materia. Atque si materia alicuius esset actiuitatis (vt cætera agentia) sibi simile produceret in specie: & materia esset generabilis, contra supradicta, & in aliqua esset certa specie, quod falsum est.

Arist. 2. de generatione. tex. 50.

¶ Cognoscimus etiam de materia, quòd infimum locum entium habeat, in quo illud Augustin. explicatur, quod superius adduximus. Cœlum, & terram fecisti domine: vnũ prope te: aliud prope nihil: per cœlum angelicam naturam, & per terram materiam primam intelligentes. Cognoscimus tandem de materia quòd formam appetat, & quamlibet velit recipere: & cùm vnam solùm actu habeat, priuata dicitur omnibus alijs.

Augu. lib. 12. confes. c. 7.

¶ * Aduertendum, quòd Auicenna in primo libro sufficientiæ. c. 2. ait non intelligere quomodo possit stare, yle, appetit formam, per yle, intelligendo materiam: nam ait ipse desiderium animale non est, neque naturale, quia si non est vacua forma omni, neque affecta tædio formæ, quomodo potest esse appetitus. &c. Et dicit multa ibi, sed decipitur, quia putauit appetitum naturalem esse aliquid super additum essentiæ. Sed tamen nos ipsam rem, vt in potentia est, appetitum habere dicimus, & quia materia in potentia est, ad hanc & illam formam habendam: & si sit actuata vna, neque hoc est ex aliquo super addito suæ naturæ: dicimus quòd materia est in potentia, & formam appetit.

Auicenna.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium ex dictis patet solutio.

¶ SPECVLATIO septima. Quando quidem materiam necessariam ponimus: quia ex nihilo nihil fit: vtrùm creatura possit de nihilo aliquid facere, quod est creare, per diuinam potentiam.

Videtur

Videtur quòd sic, Deus potest quicquid nõ implicat contradictionẽ: sed quod creatura per virtutem à Deo communicatam creet, nullam includit repugnantiam. Maior est nota, & minor probatur. Si repugnaret, vel esset ex parte creaturæ, vel ex parte Dei: non ex parte creaturæ: quia cùm creatura sit finita, & limitata, non excedit potẽtiam eius, quòd alia creatura finita, & limitata possit emanare ab ea: cùm simile suum producat simile. Nec ex parte Dei, cuius potentia illimitata est.

Argum. 2. ¶ Secundò. Creare est nullo subiecto præsuppositio aliquid producere: sed de facto creatura aliquid producit, nullo subiecto præsuppositio: ergo potentia creandi nõ repugnat creaturæ. Patet. In sacramento altaris suppositio illo miraculo mirando, quod in consecratione non manet substantia panis, sed solum remanent panis accidentia: illa accidentia producunt substantiam: quia nutriunt vere, & generant vermes, & non in aliquo subiecto præsuppositio, quia ibi nullum est: ergo agens naturale creat.

S. Th. 3. p. q. 77. ar. 5. et 6.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Gratia communicatur per diuina sacramenta: & non habetur gratia nisi per creationem, cùm non educatur de potentia materiæ: sequitur ergo, quòd creare non repugnat creaturæ. Maiorem affirmant doctores Theologi, & ab Ecclesia determinatũ est in concilio Florentino, & nũc diebus nostris in Tridentino.

In 4. dist. 1 S. Th. 3. p. q. 62. artic. 1. & 3. Conci. Flo. & Trident. sessio. 7.

In contra. ¶ In cõtrarium est, quòd id quod soliùs Dei est proprium, & infinitã requirit potẽtiam, & creaturæ non potest communicari, quale est de nihilo aliquid facere.

Notandum. ¶ Pro solutione est considerandum, quòd quæstio dubia non est, nec apud Philosophos in lumine naturali, nec apud Theologos in isto sensu, an creatura per suam virtutem naturalem possit creare: nam sicut pro principio dixerunt illi antiqui: ex nihilo nihil fit, dicimus & nos creaturam non pertingere ad hoc: vt ex nihilo aliquid facere valeat: & hac ratione sicut illi necessariam posuerunt materiam præsuppositã omni actioni, ex qua fiunt omnia, & nos asserimus, vt probatum est in superioribus. Quod ergo vertitur in dubium est, an dato ex naturalibus ad id creatura non perueniat, an solus Deus (quia infinitæ virtutis est) possit creaturæ hanc superadere virtutem, vt ad id pertingat, ad quod per naturam non posset. Quod est alijs verbis dicere: vtrùm potentiã creandi Deus possit creaturæ cõmunicare. Nec esset inter catholicos controuersia, si compertum esset repugnantiam includere, alicui creaturæ communicari talem virtutẽ: sed quia quidam putant, includere repugnãtiam, alij contrariũ opinantur, facta est quæstio ambigua inter catholicos: & Theologi eam in. 2. solent disputare, & in. 4. sentẽ. quãdo de sacramentis fit mentio. Idem Ciruelus in Parado. q. 3. com. 3. disputat.

¶ Doctor. S. & Scot. tenent, nullo modo posse hanc creandi potentiam creaturæ communicari, quod repugnantiam includere videatur: siquidem vniuersalissimus effectus, qualis est essendi, in causam vniuersalissimã, qualis Deus est, oportet reducere, nec instrumento potest concedi, cùm oporteat instrumentum attingat per propriam actionem ad dispositionem, vt securis ad incisionem: at in creatione nulla præcedens est dispositio, cùm nullum sit præsupponendum subiectum: quapropter videtur quòd nullo modo creaturæ possit conuenire, & repugnet quòd ipse Deus communicet hanc creandi virtutem. Multæ aliæ adducuntur rationes pro tuenda sententia.

Ciruelo. Prima opi. S. Th. p. p. q. 45. ar. 5. Sco. in. 4. d. 1. q. 1. Vide Ægidium quodlibet. 5. q. 1.

¶ Contrariam opinionem defendit Duran. Gabr. & Aliaco, & alij plures, dicentes per diuinam potentiam fieri posse, vt creaturę detur posse creare: quia non magis repugnat, quàm dare vnam aliam virtutem: nam infinita potentia videretur esse requisita, vbi esset infinitus effectus productus, vel producendus: sed data quacunq; creatura & in omnibus simul nõ probatur infinita virtus, sed terminata, & finita: poterit ergo fieri.

Opi. 2. Durand. in. 2. d. 1. q. 4. et Gabri.

¶ Et confirmari potest: nam cùm Deus possit se solo conseruare formam absque subiecto: quare non poterit cum causa secunda id facere? Et pro illo instanti, quo producitur ab igne, posset etiam materiam corrumpere. Adde quod si materia ab agente creato produceretur, esset creatio: sed cùm tam infimum sit in entibus, & nullius actiuitatis, ex hoc non infinita arguenda esset potentia in agente: sicq; creaturæ posset dari talis potentia. Ad quæstionem ergo respondentes, sit prima conclusio.

Cõfirmat.

¶ Prima conclusio. De facto in rerum propagatione, & in tot mutationibus, & transmutationibus, quæ naturaliter contingunt, nihil creatur ab agente naturali. Hæc ex supradictis patet: quia omnia quæ fiunt de nouo,

Conclu. 1. Nihil creatur ab agente naturali.

uo, per generationem præsuppositа materia fiunt, & ex aliquo fiunt, vt constat: & eo posita est materia necessaria: & Aristotel. dixit in generabilem, quia in omni generatione subintelligitur. Hoc est opus Dei excelsi, quod dato à principio Deus creauerit rerum naturas perfectas, vt sunt quæ possint sibi similes producere, & fieret ex tali propagatione perpetuitas, vel si solùm à principio creauit materiam primam nudã, informem, velut ceram, aut massam quandã, ex qua fierent omnia, vt nunc sunt: nullo pacto in actione alicuius agentis creati inuenta est creatio: quia semper materia præsupposita est, de cuius potentia educuntur formę omnes: (anima rationali excepta,) quam cùm nõ ex traduce dicamus, à solo Deo per creationem esse fatemur.

Ratio.

D. Tho. p. p. q. 118. ar. 2.

Concl. 2. Probabile est non posse communicari creaturæ potentiã creandi.

¶ Conclusio. 2. Probabile est hanc creandi potentiam tam esse excellentem, & præeminentem, & solius Dei propriam, vt creaturæ alicui communicari non possit, quia repugnat: sicut non potest facere, quod creatura non dependeat ab eo. Hanc probant omnia argumenta, quæ adducuntur à doct. S. & à doc. sub. & ab alijs, qui hoc opinantur: quæ ob euitandam prolixitatem omnia tuntur.

Concl. 3. Probabilius nẽ opi. quod potẽtia creãdi posita creaturæ dari.

¶ Tertia concl. Cum probabilem existimamus potentiam creandi non posse communicari creaturæ per diuinam potentiã, probabiliorem reputamus opinionem quæ asserit quod potest communicari, & velut certã affirmamus: si quidem quicquid repugnans non est, Deo tribui potest, vt argumentabamur ex Durando: at quod creatura per Dei virtutem aliam possit producere, nullo subiecto præsuppositо, ex nihilo, non videtur repugnare, vt in solutione argumentorum ostendemus.

Ratio. 2.

¶ Ex hoc probatur secunda pars conclusionis, quod hæc pars tenenda sit. Nam Deo nõ debemus denegare, quod concedere, diuinã superextollit potẽtiam: sed quod possit hoc dare creaturę, & quod non solùm ipse creet, magis superextollit Dei potentiam: ergo id affirmandum est: nam infinitam exigere potentiam ad creationem propter distantiam inter ens, & non ens, non videtur: quia illa distantia, non erit maior, quam alterum extremorum, quam. s. ens: atque cum omne ens creatum, sit finitum, non erit distantia infinita.

Corolla.

¶ Ex ista conclusione sequitur, quod possit Deus creaturis iam productis dare, vt absque subiecto aliquid producãt: vt igni quod calorem producat extra subiectum. Et non solùm puto probabile, quod nunc possit superaddere, sed posset facere, quod id conueniret secundùm naturam eius: vt si à principio quando Deus ignem creauit, daret hanc virtutem, vt cum concursu generali, aliquid extra subiectum produceret: non enim videtur repugnare: & à fortiori nullus deberet negare, quin Deus possit nunc de nouo creaturam producere, vel creare, quæ haberet virtutem producendi aliquid nullo præsuppositо subiecto. Dicendum est tamen, quod si Deus nunc det igni talem virtutem, non esset dicendum, id ei conuenire secundum naturam suam: quia modus operandi sequitur naturam rei: sed ante hanc communicatam virtutem, cum solo generali concursu Dei non poterat ignis aliquid extra subiectum producere: ergo si modò producat per diuinam virtutem, de nouo nunc datam, nõ erit naturale ipsi igni, sed supernaturale datum: dato Gab. & alij putent id in casu dato secũdum naturam esset ipsius ignis.

Deus posset nunc creaturã creare quæ posset aliquid producere sine subiecto.

Gab. in. 4. d. 1. q. 1.

¶ Ad argumenta. Ad primum patet solutio: quia nos concedimus quod probat.

Ad argum.

¶ In. 2. tangitur vnum quod non dubitandum est, proposito miraculo cõsecrationis, scilicet, quod prolatis verbis nõ maneat substantia panis (vt fatetur fides catholica.) De summa trinit. & fide catho. & de cele. miss. c. cum Marthe. & in concil. Trident. de Eucharist. can. 2. & quod manent accidentia, vel ipsa quantitas: tamen absque aliquo subiecto: quantitas (inquam) est panis, quia de quantitate Christi non loquimur, quæ est in ipso Christo ibi realiter existenti: quanuis ipse ibi in sacramento non sit modo quantitatiuo: vt (Deo duce) dicemus in. 4. sentent. quando de hoc sacramento dignissimo erit sermo in nostris resolutionibus. Posito ergo quod accidentia manent sine subiecto, nullo alio præsuppositо, formam producunt: imò & integram substantiam: quia vermes generantur ibi. Hanc quæstionem mouet & tractat curiosè Petrus Ciruelo vir moribus, & doctrina nostris temporibus probatissimus, doctor egregius in suis paradoxis. Atque de modo, quo ibi ab agente naturali proposito miraculo consecrationis materia producatur, dicit ipse: quidam dicunt, quod hoc fiat nouo miraculo, alij quod sine nouo, & primi sunt diuisi. Quidam dicunt, quod miraculum fiat in effectu: ita quod Deus se solo materiam, & totam creet substantiam occultè agens, & sic nullo modo ab accidentibus

Ad arg. 2.

Ciruelo in paradoxo. 4.

tibus aliquid creatur. Alij dicunt, quòd miraculum contingit in causa: quia Deus tunc dat quandam virtutem nouam agenti naturali, qua data, potest producere substantiam totam. Secundi etiam sunt diuisi, non ponẽtes miraculum nouum dicunt, quod illa productio materiæ non fit ab agente naturali, sed à Deo miraculosè, non nouo miraculo, sed virtute prioris, qua facta est transubstantiatio panis, & vini, manentibus solis accidẽtibus. Interim quantitas materiæ vicem supplet, & ex ea fiunt cineres, vermes, & carnes, nutritiones, & augmentationes in virtute prioris miraculi.

S. Th. 3. p. q. 77. ar. 5. & 6.

¶ Alij dicunt, quod illa productio nouæ materiæ nullo modo est miraculosa, neque nouo neque antiquo miraculo, sed est operatio ab agente naturali ex virtute actiua naturali, quam in prima rerum creatione à Deo accepit: & ad producendas illas substantias, post consecrationem non accepit nouã virtutem à Deo. Hanc sententiam fateor mihi placere: aliæ tres opiniones pro libito positæ sunt. Hæc Ciruelo.

Corolla.

¶ Ex hoc habes, quomodo naturaliter potest esse, quod aliquod agens naturale possit producere substãtiam, suppositо aliquo miraculo. Et sequitur non esse impossibile, quod Deus hanc virtutem creaturæ communicauerit.

Ad tertiũ.

¶ In. 3. argumento tangitur grauis difficultas de casualitate sacramentorum, de qua non est in præsenti animus disputare, suo loco enodabitur: siquidem vir potest intelligi quod causent sacramenta gratiam nisi vt dicant hanc esse veram: quia iste recipit sacramenta, & non est impedimentum aliquod, consequitur gratiam, quam Deus dat in susceptione sacramentorum ex pacto diuino.

Victoria. Soto. Cano. Mantius.

* Sed melius, si dicas esse causam gratiæ, moralem tamen, & nõ naturalem: quia sanguis Christi causa est moralis, quem sanguinem sacramenta continent virtute. De quo vide cano. in relectione de sacramentis in cõmuni. (Etsi alij causam Physicam dicant.)

S. Th. 3. p. q. 62. artic. 1. & 3.

¶ Nam quod attingat ad dispositionem, vel ornatum, vel characterem, vel ad ipsam gratiam, non ita facilè intelligitur, licet certo habeam quod Ecclesia tenet, quæ docet ipsa sacramenta nouæ legis continere, & causare gratiam. De modo tamen causalitatis dubiũ est. Quod si demus in sacramentis causalitatem directam circa gratiam, quæ creatur, iã oportet diuinam in hoc considerare potentiam, quæ talem vim aquæ contulit, vt tangendo corpus, abluat & cor, vt dicit Beda. Quod latè disputauimus in nostris Resolutionibus Theologicis.

Conci. Flo. & Triden. sessio. 7. & in Cõstan. sessio. 45. Beda.

¶ SPECVLATIO octaua. Vtrùm secundum mẽtem Aristotelis detur creatio.

POstquam dictum est de creatione, quomodo creaturæ non possint cõuenire, & quod solius Dei sit, opportunè erit disserere an creatio possit probari de mẽte. Aristo. & eam conuenire Deo.

¶ Primo, probatur quod nullo modo creatio sit de mente Arist. patet vbicunque philosoph. loquitur de principijs rerũ de generatione. &c. in omni actione naturali subiectum præsupponit, vt patet in hoc primo in multis locis, &. 8. metap. & in. 7. & in. 12. text. 12.

Primũ arg. Aristo.

¶ Secundo, Arist. materiam dicit ingenerabilem & incorruptibilem: vt nos de mente eius latè disputauimus: sed hoc non est ex alio, nisi quia apud eum repugnat aliquid ex nihilo fieri, absque materia præsuppositа: ergo nullo modo creatio potest probari de mente philo.

Argum. 2.

¶ Tertiò, si ad mentem Aristot. posset dari creatio, maximè esset in productione animę rationalis, suppositо ipse tenet non educi de potentia materiæ, & esse immortalem, vt in fine. 3. de anima deducemus: sed ex hoc non probatur creatio: quia cũ apud ipsum philo. quicquid Deus producit, de necessitate producit: ne mutabilis appareat, Deus ergo ab æterno producit, quia ab æterno intelligit, vel si in tempore intelligit mutabilis est: ergo si Deus animam creat, ab æterno creauit & non de nouo, & sic non datur creatio, vt aliquid habeat de nouo esse, ex nihilo. In contrarium videtur, quia intelligentiæ sunt à Deo, & non potest esse nisi per creationẽ, cum sint immateriales vt probabitur ex mẽte Philo. ergo & creatio.

Argum. 3.

In contrã.

¶ Resolutio huius pendet ex vno alio, vtrũ de mẽte phil. Deus sit causa effectiua omniũ corruptibiliũ: & incorruptibiliũ & quia pro pri⁹ locus hui⁹ est in. 8. phil. infra, modo supponam⁹ esse id de mẽte Arist. & in trib⁹ locis videtur

Deus causa effectiua omnium.

videtur id expresse ostendere. Primo. 8. phy. t. 15. & 2. metap. t. 4. & in. 5. metap. cap. de

2. Not. necessario: & sic interpretatur phi. S. Tho. in lo cis citatis. 2. considerandū quod cū creatio sit productio rei ex nihilo, per quod distinguitur à generatione, & ab alijs motibus li,

Ex, duplicē ordinem dicit. ex, potest ordinē dicere ad nihil, dupliciter: positiuè, vt sit sensus, res producitur ex nihilo, vt ex materia: ita vt nihil subijciatur productioni, sicut in productione domus lapides subijciūtur in fundamēto. 2. modo dicit ordinē negatiuè, vt sit sensus, res producitur ex nihilo. i. nullo sui presuppositō. In. 1. sensu nullus loquitur de creatione, quia nō est qui nihil materiā faciat positiuè, ex qua aliquid cōstituatur in esse: nisi materiā, quā cō muniter dicimus esse subiectā & præsuppositā omni actioni, vocē nihil. In. 2. sensu intelligibile est, modo sit agēs tātæ virtutis vt possit fine aliquo præsuppositō. &c. de quo est in præsenti disputatio: in præcedēti specul. probatū est Deū esse tātæ potētiæ vt id fecerit & faciat: verū modo de sensu philo. peculiaris nra hæc speculatio est: & quidē cū mūdū fuisse in tēpore & de nihilo, teneat fides catholica: loqui possum⁹ de creatione, vt sit habere nouū esse ex nihilo, sic q̄ in tēpore acceperit esse. Et cū Arist. posuerit mūdum ab æterno, poterit intelligi creatio, sine nouitate esse in tempore: & tam id quod in tēpore, quā id quod in æternitate, si ab alio ex nihilo est, creatū dicitur. his suppositis ad quest.

1. Conclu. ¶ Prima, conclu. creatio, sine nouitate essendi est de mente Arist. nam de mente Aristo. est, quod primum illud efficiens (quod nos Deum dicimus) produxit cœlum, & produxit intelligētias, quæ sunt immateriales: sed hoc est creare: quia de nulla materia, cū nullam habeant, quia immateriales sint: sed tamen quia æterna hæc dixit, & mundum ab æterno, sine nouitate essendi: ponitur talis creatio: quia semper intelligentiæ fuerūt, ad mentē Arist. & nunquā nō fuerūt, q̄ requiritur ad nouitatē essendi: de quo philo. 12. metaphy. te. 29. & in hoc nulla est difficultas.

2. Conclu. Creatio de mente Arist. ¶ Secunda cōclu. Creatio cum nouitate essendi (quæ propriè creatio dicitur) ab Arist. cōceditur, & secundū eius doctrinam probatur. Ad probationē huius oportet aduertere in doctrina Arist. quod anima rationalis est immortalis, & incorruptibilis: vt nos in. 3. de anima ex dictis eiusdē philo. clarū fecimus. Secūdo etiā est supponendū, quod anima rationalis, sic corpori infundatur, & ei vniatur vt sit forma eius informās, non sicut motor, mobili applicatur: & intelligētia motrix, cœlo quod mouet: & hoc nō solū est supponendū quia fides catholica habet, & est ecclesiæ determinatio: sed est expressa sentētia Arist. in multis locis, maximè in loco proprio vbi de aīa exprofesso: de quo. 12. meta. t. 16. Ex istis, cōclu. clarè deducitur, anima rationalis Petri vel Pauli de nouo, producitur à Deo; & nō nisi per creationē de nihilo: ergo creatio est de mēte phil: cū nouitate essendi. Probatur antecedens, quia cū sit forma, vt suppositū est, nō præcedit id cuius forma est: ergo cum Petrus vel Paul. sint de nouo forma per quā actu sunt, est etiā de nouo: sed nō est de nouo educta de potētia materiæ & pendens à materia: patet quia sic nō posset stare sine materia, sed sinē haberet cū corpore: sed est immortalis, vt præsupponitur de mēte eiusdem phil. ergo sequitur quod est à Deo per creationē & per nouū esse quod erat probādū: & hæc cōclu. ex actè cōsiderando doctrinā phil. nō potest esse dubia, neq; obstant dicta eiusdē Arist. quando ait, in omni actioni materiā præsuppositā: nā de anima rationali nō intelligit: cū specialiter de illa sit specialis cōsideratio distincta ab alijs formis subst ātialibus, quæ deducūtur ex potētia materiæ, & pendēt ab ea & corrūpuntur, & finē habēt deficiente dispositione in materia à quibus pendebant; & per quas conseruantur.

Ratio ad conclusionē

3. Conclu. ¶ Tertia cōclu. Qnāuis aliquibus videatur, Cōmen. sensisse creationē dari in. 1. sensu sine nouitate essendi. Videtur dicendum eum absolutè negasse, in vtroq; sensu creationē. Prima huius cōclu. pars posita est, eò quod

Herueus. Socinas. Capreolus Herueus. 4. quol. q. 9. & Pau. Socinas. 12. meta. q. 15. & Ioan. Capre. in. 1. sen. d. 3. q. 1. tenet Com. Deum facere causam productiuā omniū, & cōsequenter creationē concedere in. 1. sensu primæ cōclu. sine nouitate essendi. Sed tamen nos dicimus, quod Cōmen. negauit in vtroq; sensu. 1. & 2. Et huius opinionis est Greg. Arimi. in. 2. sen. d. 1. & Iāduin.

Gregorius. Ianduinus. 2. meta. q 4. & D. S. qui exactè intellexit mētē Cōm. 8. phy. c. 4. qui adducit Cōm. deridē vulgū, credentē creationē. &c. probo ergo quod in vtroq; sensu neget Cōm. creationē 1. negat in. 1. sensu, vt intelligūt doctores citati: quia nō potuit capere quomodo ex nihilo aliquid fiat: & quod in. 2. sensu etiā neget; quia negat animā intellectiuam esse formā informantē materiā: sed ponit intellectū vnū separatū omnium: de cuius fatuitate in suo loco differendum erit in. 3. de anima: cū ergo creatio. 1. & 2. modo ex mente Aristo. constet,

S. T hom.

Fatuitas Cōmen. ponentis vnicum intellectum in omnibus. constet, & quia causam primam omnium effectricem dicit, & animam rationalē immortalem formam informantem corpus affirmet, & vtrumque neget Commen. vt probè philosophantes intelligunt: sequitur inquā apud Commen. nullam esse creationem.

Ad argum. ¶ Ad. 1. argumentum respondetur concedendo quod Arist. in doctrina sua expressè materiam dicit prærequisitam, velut subiectum in generatione. &c. sed hoc nō obstat dictis: nā nos ex doctrina eius, damus: quod substantias spirituales. 1. causa produxit: in quibus non est materia: & damus etiā, quod anima rationalis cum ab extra veniat, & separari possit, sicut perpetuum à corruptibili, fit à Deo: & nullo alio modo potest esse nisi per creationem: & eodem modo soluitur secundum argumentum.

Ad tertium ¶ Ad. 3. respondemus. 1. dando quod Deus de necessitate naturæ agat, non sequitur, quod anima rationalis sit ab æterno creata quia & si ex suppositione sequatur, quod illa quæ immediatè ab eo & sine causæ. 2. cooperatione fiūt, essent ab æterno: non sequitur tamē q̄ illa quæ concurrente causa. 2. nō fiant in tempore de nouo: & ob id cum anima rationalis sit à Deo, quæ tamen non producitur sine naturali agente cooperante, ad vnionem cum corpore: quia cum sit forma corporis vt probatum est: non est à Deo, nisi dispositō corpore quod debet informare: & huiusmodi producta, non est necesse sint ab æterno: sed oportet sint in tempore, tūc, quando subiectum sit vltima dispositione dispositum, ad receptionem quia talia nō sunt volita à Deo ab æterno, pro æterno: sed in tempore oportuno iuxta concursum agentis secundarij. Commen. tamen qui animam intellectiuam negat formam informantem, concedendo à Deo produci, & consequenter affirmaret quod ab æterno.

¶ Sed quomodo stabit verum, quod homo generet hominem: suppositō quod anima rationalis creetur: pro nunc aduerte, quod

Gre. Arim. Quomodo homo hominem generat. Gregor. Arimi. in. 2. d. 16. &. 17. quæst. 2. ad 6. argumentum dicit, ideo homo, hominem generat: quia homo producit animam sensitiuam quę est dispositio ad introducendam animam intellectiuam: vel dic quod saluatur vera generatio, per hoc quod homo causat in materia sufficientes dispositiones: & in hoc est ratio generationis vniuocè: quia de ratione generantis in viuentibus, nō est, quod generās producat formam geniti: sed actione sua agere, vt genitum participet formam generantis, nō eadem numero, sed specie, & per hoc quod diximus animam rationalem non educi de potentia materiæ, sed à Deo creari, apparet error qui attribuitur Auicennę: vt docet Com. 8. phy. Com. 46. & Albertus Magnus. 3. li. metheo. existimauit Auicen. quod omnia animalia, tam imperfecta quam perfecta, (inter quæ homo connumeratur) posse generari non solum ex semine, sed sine semine: & sic opinatus est homines, post diluuium genitos fuisse ex terra, per virtutem determinatum aspectum stellarum: sed de huiusmodi stultitia alibi locus proprius.

Vide Cœlii li. 1. cā. 40 & li. 4. ca. 19 lec. an. Auicenna dixit hominem sine semine posse generari.

¶ SPECVLATIO nona. De alio principio rei naturalis, nempe de forma, vtrū educatur de potētia materiæ.

Primū arg. VIdetur quod non. Anima rationalis forma est, & maximè substātialis forma, quæ dat homini esse, & in propria specie constituit seipsam: non tamen educitur de potētia materiæ, sed à solo Deo creatur: ergo simili modo nulla alia forma educitur.

Argum. 2. ¶ Secūdo. Per actionem agentis naturalis ve rè, & realiter aliquid generatur, q̄ ante non erat: & nō materia, cū ipsa sit ingenerabilis, vt dictū est: ergo forma; at illud quod generatur, ante generationem nō erat, cū sit productū in esse post nō esse: ergo forma geniti nō erat: sed esset, si de materia educeretur: ergo nō educitur forma, de potentia materiæ.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Si forma educitur de potentia materiæ ab agēte in actione naturali, eo esset, ne dicatur, q̄ agens naturale creat, de nihilo formam producendo: sed non repugnat agenti naturali, non solùm per diuinam potētiam, sed etiam posito vno miraculo, q̄ naturaliter ei cōueniat: vt in solutione ad. 2. probatū est in præcedenti speculatione: ergo nō educitur forma de potentia materiæ.

In contra. ¶ In cōtrarium est q̄ Arist. tex. 78. & libr. 3. tex. 20. & primo de gene. text. 11. dicit.

Nota. 2. ¶ Ante solutionē speculationis oportet supponere (q̄ aliàs nō semel repetitū est,) per se notum fuisse apud antiquos, ex nihilo nihil fieri, saltim simpliciter, & per se: nam ex priuatione, per accidens non inconuenit, ho-

minem, ex semine, quod non est homo, fieri.

Nota. 2. *Diuersæ opiniones.* ¶ Secūdò notandū, quod ratione huius principij multi post Arist. crediderunt, aut formas, aut aliquā particulā, aut accidens in materia latitare, antequā ab agēte manifestetur per eius actionē. Istorum (vt refert Durand.) *Prima opi. Duran. in 2. d. 18.* quidā dixerūt, in materia ipsa latitare quasdā possibilitates: vt si dicamus, quod in materia aquæ est possibilitas ignis: & ratione illius possibilitatis, ignis possit forma educi: & sic de omnibus alijs possibilitatibus: & in actum, exibant per actionem agentis.

Opinio. 2. Albe. Ma. 1. phy. tra. 3. c. 3. & 15. ¶ Secūda opinio fuit Alber. Mag. qui posuit formas latere in materia secundū quasdā inchoationes: quā inchoationē vocat formam esse secundū essentiā: sed per actionē agentis naturalis forma, quæ erat solùm secundùm essentiam, acquirit existentiā. Itaque cum laterent formæ secundum habitum, postea apparent secundùm actum distinctè.

Opinio. 3. Aureo. ¶ Alij dicunt, vt adducit Aureo. 2. sen. d. 18. quod forma est in materia secundū partem, quę pars per actionem agentis naturalis perducitur ad effectum, ad modum quo accidētia reducuntur per intensionem.

Opinio. 4. ¶ Quarta fuit opinio, dicens in materia esse formam corporeitatis, quę facit materiā corporeā, & extensam: ex cuius virtute producuntur specie, formæ. Hanc recitat. S. Tho. *S. Thom. Scotus. Ægidius.* in. 2. d. 18. q. 1. ar. 2. quā opinionem Sco. in. 4 d. 11. q. 2. ar. 2. defendit. Contra quam edidit elegantem tractatum Ægidius Romanus. De quo erit disputandum suo loco. Quāuis quo ad formam introducendam nulla sit differentia inter S. Thom. & Scotum vt probat Anton. Andræa. 7. metaphy. quæst. 11.

Opinio. 5. Comment. ¶ Quinta opinio est Commentatoris hîc li. 1. tex. 63. & latiùs in li. de substantia orbis. c. 1. & 4. qui tenet, in materia esse perpetuas quasdam dimensiones, & illimitatas coæuas materiæ, & incorruptibiles, quæ faciunt materiam extensam, & diuisibilem: sic vt in diuersis partibus materiæ, diuersæ formæ specificæ recipiantur.

¶ Omnes istæ opiniones ponunt aliquid reale præexistere in materia ante generationē quod sit ingenerabile, & incorruptibile, adiuuans causam agentē ad generationem.

Suprà specculat. 1. ¶ Has varias opiniones impugnare non esset difficile ex Arist. qui solū tria ponit principia, vt suprà probatū est, scilicet materiā, formam, & priuationem. Isti tamen omnes aliquid aliud ponūt, scilicet, quod perpetuū intelligunt in materia, siue sit hoc, siue illud: sic nō solum de ipsa materia diceretur, quod ingenerabilis, & perpetua esset: sed prolixitatem vitantes, accedere oportet ad rē ipsam, declarando in quo cōsistat ratio eductionis de potentia materiæ, quod potissimū in hac *Physica sciētia.* est. De quo sit conclusio prima.

Conclu. 1. ¶ Formā educi de potentia materię non est (vt aliqui iuniores affirmāt) formam produci in materia, certis dispositionibus disposita, quæ naturaliter ordinantur ad talem formā, sine quibus forma nō produceretur. Probatur: quia si hoc sufficeret ad hoc quod forma dicatur educi de potentia materiæ, sequeretur quòd anima rationalis educeretur de potētia materiæ, & nō à solo Deo crearetur, quod est erroneū. *Formā educi nō est ipsam in materia produci.* Probatur: quia positis dispositionibus illis certis in materia, introducitur anima à Deo: sicut positis dispositionibus in ligno introducitur forma ignis.

Obiectio. ¶ Nec valet dicere ad vitandum inconueniens (vt dicunt contrarium opinātes) quod illæ dispositiones in embrione non sunt ordinatæ ex sua natura ad animam rationalē, sed solum ex pacto diuino. Nō valet (inquā) *Solutio.* quia vnde constat, quòd dispositiones in ligno sint magis ordinatæ à natura ad formā ignis, quam in embrione ad animam rationalem? non habemus vnde: & dicimus illas in ligno naturales: quia semper ipsis existentibus, forma introducitur: & esset contra naturam si non introduceretur, à simili. Disposito embrione ad animam rationalem sufficienter, si anima rationalis non introduceretur, esset contra naturam, dato ab ipso Deo solo creetur anima, & introducatur. Quapropter videtur dicendum, quod educi de potentia materiæ non sit positis illis certis dispositionibus formam introduci, vel recipi in materia. Et quidem cùm propriè homo generet hominem, sicut equus equum, & aliàs verus pater non diceretur, sequitur, quod virtus seminalis hominis ita attingit generationem hominis, sicut virtus seminalis equi equum: *Etiā si contrariū dicat Marsilius.* quia ita attingit ad introductionem: ob id si sufficeret in equo, ad hoc quod dicatur forma equi educi de potētia materiæ, sic ad hoc quod anima rationalis diceretur educi.

Conclu. 2. ¶ Secunda cōclu. Formam educi de potentia materiæ, non est dispositiones attingere ad introductionem, & ad productionem simpliciter esse, formæ. Volo dicere in hac conclusione, quod dato daretur differentia inter animam rationalem, & alias formas, *Hoc dixit Coronel. Vide Spi. fol. 32.* per hoc quod in alijs formis dispositiones attingunt, non solū ad introductionem, sed ad productionem esse formæ, & dispositiones animæ

animæ rationalis solum ad introductionem: dico non sufficere ad hoc, quod dicatur forma educi de potentia materiæ. *Ratio.* Probatur. Quia huiusmodi dispositiones sunt velut instrumenta, quæ se tenent ex parte causę agētis, & non ex parte materiæ: ergo potiùs deberet dici, formam educi de potentia agentis efficientis, quam educi de potentia materię: quia hoc, quod est de potentia materiæ educi, vltra cōcursum agentis, significat aliqualē concursum eiusdem materię ad productionem formæ: etiam si ipsa materia pura potētia sit dicta: tamen nomen hoc sonat.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclu. Formam educi de potentia materiæ nō est ipsam recipi in materia, quia in ea potentia receptiua erat. *Ratio.* Patet. Si hoc sufficeret, sequeretur quòd anima rationalis educeretur de potentia materiæ, quia ipsa susceptiua est: nā dato anima rationalis sit spi- *S. Th. p. p. q. 78. ar. 1.* ritualis, & ad corpus nullā habeat cōuenientiā, tamen est forma corporis, & pro isto statu talis est connexio, & conuenientia, vt intelligere non valeat sine corpore: quia nihil *Aristo. 3. de anima tex. co. 90.* est in intellectu, quin priùs fuerit in sensu. Et necesse est intelligentem, phantasmata specularí. Anima. n. actus corporis est physici, *Aristot. 2. de anima tex. c. 6.* organici, &c. vt Arist. ait. Ergo in materia est susceptibilitas, & potentia: cùm tamen ipsa non educatur, de potentia materiæ: sequitur non sufficere hoc in alijs formis.

Conclu. 4. ¶ Cōclu. 4. Educi formam de potentia materiæ nil aliud est, quam actu fieri quod erat in *Ratio.* potētia materię. Probatur. In veritate formę *Vide Ægidiū quolib. 2. q. 12. & melius quo li. 3. q. 10. & 11.* oēs (aliæ ab anima rationali) educi dicuntur de potētia materiæ, & nō est quia aliquid sit positiuè in materia, coæuū materiæ: neq; secundū partē formæ, neq; secundū totū: neq; est dispositiones, introducere formā: neque est formā ipsam, producere, neq; est formā recipi in materia: & cū aliquid sit, oportet sit actu fieri per generationem, quod erat in potentia materię: sicut si dicamus nunc actu fit planta per generationem: quia forma plantæ erat in potentia talis materiæ seminis: ob *S. Th. p. p. q. 90. ar. 2. ad. 2.* id forma educta est. Educi enim nō est aliud, quàm actu fieri quod erat in potentia materiæ: & quia anima rationalis non erat in potentia materiæ, non dicitur educi de potentia materiæ.

Quid est forma educi de potentia materiæ ¶ Nūc restat declarare quod est esse in potētia materiæ, & quomodo omnes formæ alię à rationali dicantur esse in potētia materiæ. Est enim formā omnē dependere à materia in fieri, & in conseruari, in genere causæ materialis, scilicet, receptiuæ, & passiuæ. Et probatur quod hoc sit esse in alio tanquā in causa. Sic Arist. 4. phy. tex. 23. dicit, vnū esse in *Greg. Arimi. in. 2. di. 16. & 17.* alio, quando est in eo tanquā in causa: quia ergo hæc est rerū natura; vt nulla forma fiat nisi in materia, meritò omnis forma dicitur esse in potentia materię. Et quādo agēs natu- *Vide Iacobum Naclātum to. 2. theoremate 11. de inchoatione artificialis formæ.* rale aliquid producit, facit q sit actu, id quod erat in potentia cōtentum in materia. In eà (inquā) tanquā in sua receptiua causa materiali. Neq; est nouus iste loquendi modus, vt dicimus mundum fuisse in Deo, tanquam in effectiua causa: & omnia dicantur in sole, quæ generant: sic ergo omnia sunt in potentia materiæ. Et quia anima rationalis non sic est in potentia materiæ: quia dato ita sit, quòd quando à Deo creatur, in materia disposita recipiatur; non tamen habet quod sic sit in materia, tanquam pendens ab ea in fieri, & conseruari: quia posset Deus animam creare rationalem ante corporis formationem multò antè, licèt non creet: tamen non repugnaret naturæ eius, magis quam modò repugnat, quando à corpore separata est, & non pendet à materia in conseruari, quandoquidem absque miraculo cō- *Anima rationalis dicitur esse in potētia materiæ.* seruatur separata, ob id non dicitur esse in potentia materiæ: esset tamē miraculosum, quod aliqua forma, sustentaretur absq; materia: ob id omnis forma dicitur educi de potentia materiæ: & omnes tales fiunt à materia dependenter, id est concurrente materia in genere causæ materialis. Et sola anima rationalis fit independenter à materia, quanuis non creetur à Deo, nisi in materia, seu corpore disposito. Et quidem quanuis inter Aristotel. expositores controuersia sit, quid Aristotel. senserit de animæ rationalis natura, an educatur de potentia materiæ, an deforis sit: de intellectu apertè dicit: vbi ani- *Aristot. 2. de gen. an. c. 2.* mam vegetatiuam, & sensitiuam ait educi de potentia materiæ, intellectum verò venire deforis. Sed de hoc in libro tertio de anima differemus.

¶ Inter animam rationalem, & formas alias distinctio hæc est, quòd omnes aliæ dependeant à corpore, vt sine eo conseruari non possint. Anima rationalis verò sine cor- *Obiectio.* pore conseruatur. Nec obstat, si quis dicat, quod dissolutis dispositionibus in corpore ad animam rationalem, ipsa non manet, & *Solutio.* sequitur mors. Non (inquam) valet: quia dato ampliùs non animet, non tamen desinit esse, sed separata conseruatur. Et quod non animet est, quia suum animare est certis positis, & conseruatis dispositionibus: & ip-

sis ablatis, non amplius animat: & hoc declarat, quod dispositiones in corpore ad animam rationalem concurrunt ad introductionem in corpore, sed non ad eius productionem: ob id ipsis ablatis, non est ibi anima: sed non definit esse; quia non attingebant dispositiones ad productionem, sed

S. Th. p. p. q. 118. ar. 2. solùm à Deo per creationem fuit. Et Deus aliter concurrit ad productionem animæ rationalis, quæ non educitur, quam concurrat ad productionem aliarum formarum, quæ educuntur: quanuis vtrobique requisita sit

Differentia inter animã rationalẽ, et alias formas. dispositio. Et differentia est in hoc, quod animam rationalem Deus producit in corpore disposito, quod eodem concursu posset in vacuo producere, quia est forma per se subsistens: sed formas alias producit cum agentibus naturalibus, vt illo eodem concursu non posset producere in vacuo, nisi specialiter supplendo vicem materiæ. De quo

S. Th. p. p. q. 90. ar. 2. vide doctorem. Sanct. qui ponit differentiã, & probat formas alias non produci, sed comproduci ad productionem totius. Et non est opus dicere (vt aliqui putant) quod prius intelligatur forma substantialis, & quod prius sit quàm inhæreat: imò in hoc consistit differentia animæ rationalis, & aliarum formarum: quod anima rationalis dicitur prius esse, quàm inhæreat corpori: quia esse prius

Ratio discriminis inter animam rationalẽ, & alias. formæ quàm inhæreat, est habere esse independenter à materia, & per se stare, quod animæ rationali conuenit: at aliæ formæ omnes substantiales, & accidentales nullum habent per se esse, nisi esse in supposito: ob id non sunt antè, neque intelliguntur antequam inhæreant: sicut in artificialibus, si statua in lapide fiat, non prius natura est forma artificialis, quàm inhæreat: sed fit forma statuæ per hoc quod fit statua: & dato forma det compositio esse formale, non est opus ob id prius intelligatur ipsa: quia licèt in causa efficienti id sit prærequisitum, & quod actu sit, si debet agere, formalis tamen causa non habet prius esse, quam det supposito: nam frigiditas dat esse frigidi formaliter, sed ipsa non est frigida: & albedo dat albo esse albi formaliter, sed albedo alba non est: ob id sufficit quod forma cum dat esse formale, si id in quo, supposità est tale, & non oportet prius habeat esse, & nec prius natura est, quàm sit pars totius. Et quia anima rationalis habet per se esse separatũ, quod non habent aliæ formæ, dicitur esse prius natura, quàm insit corpori. In hoc stat ratio creationis, & quod non sit forma quæ educitur de potentia materiæ. Aliæ verò omnes educuntur, vt dictum est.

Discrimen inter uiuentia, & non uiuentia. ¶ In eductione tamen de potentia materiæ est differentia notanda inter viuentia, & non viuentia: quia in solis viuentibus virtus actiua coniuncta est materiæ in eodem suppositorita vt in nucleo nucis, vel alterius fructus, ibi virtus actiua inclusa dicatur, quę de materia in qua est, sufficit ad educendam formam. Et in semine animalis existente in matrice fœminæ, virtus impressa ab agente est: at non viuentia, vt elementa, non generant per virtutem actiuam, quæ fit coniuncta in materia, vnde forma educitur: sed fit per dispositiones receptas ab agente in materia separata: sicut ignis generatur in ligno per dispositiones ibi receptas deficcando humiditatem, & introducendo calorem. Quapropter loquentes propriè, virtutes seminales solùm in viuentibus deberent concedi esse in materia: quia ibi virtus actiua cõiuncta est materiæ: sed in non viuentibus, non sic: quanuis loqui soleant philosophi in materia latere seminalem virtutem ad formam introducendam, etiam in non viuentibus. Quòd dicunt in hoc sensu: quia omnis forma (excepta anima rationali) siue de viuentibus, siue de non viuentibus, educitur de potentia materiæ, ad sensum suprà explicatum.

Vide Durã. 2. sent. d. 18. q. 2.

¶ Est tamen considerandum, quod aliquæ formæ magis dependent à materia, quàm aliæ: ob id quædam videntur sic esse in potentia materiæ, vt quasi non sint: vt lumen forma est, & tamen in instanti in aëre est, vt non videatur educi de potentia materiæ: idem de speciebus: sed in veritate educuntur: quia lumen non prius est, quàm sol faciat aërem luminosum, & in vacuo non posset producere lumen. Quare ait Aristo. 2. tel. Necessarium est mundum hunc esse contiguum: similiter & species in medio, quæ deferuntur ad potentiam, & multiplicantur, oportet dici quod educuntur de potentia materiæ: licèt minùs videantur dependere à suis subiectis, quam aliæ formæ: quanuis aliqui negent. * specialis hìc sese offert consideratio in educendo formam de potentia materiæ, quomodo se habeant semẽ de cisum auiuente in productione. &c. Sco. in. 2. dist. 18. q. 1. & Anto. Andræa. 7. Metaph. q. 11. tenet quod semen agit vt cõcausa & nõ vt sufficiens actiuum: & ratio est: quia virtus actiua agentis vniformis, nõ potest causare effectum difformẽ, in passo vniformi: & quia semẽ est vniforme, & materia similiter, sequitur quod nõ potest causare tantã deformitatẽ quantã videmus in organis animaliũ: sic dicũt quod diformitas, venit ab agẽte diformi. Influẽtia cœlorũ: & semẽ nõ attingit formã geniti. Nullũ. n. imperfectũ, est principiũ efficiens producendi perfectũ: sed semen est imperfectius animãte: & Anto. Andræ. dicit quod forma specifica animalis perfecti q̃ gignitur per propagationẽ immediate producitur à Deo: quia non est à semine neq; à patre, quia eo mortuo potest filius generari: neque à virtute cœli neq; à forma cœli, neque ab intelligẽtia & sic est à Deo. Com. tamẽ & Doct. S. dicũt q̃ semen nõ solũ disponit materiã ad formã, sed etiam producit formam animati, educibilẽ de potentia materiæ: quia vt ait Cõmen. 7. meta. com. 31. in semine est virtus cõmunicata à generante, per quam vt instrumentũ, generans sibi simile producit: & quia virtualiter est ipsum generans, disponit & format diuersa organa, & est virtꝰ quo dãmodo diuina occulta: & ibidem, idem. S. Th. sentit: ob q̃ nõ est necesse ad formã producendã in genito, recurrere ad ideas vel ad datorem formarũ, neq; ad Deũ specialiter, in formis quę educi possunt: qa aliàs si tales formę nõ producũtur ab agẽte, sed solũ dispositiuè crearẽtur à Deo tales formę sicut de anima rationali dicitur: quæ ideo dicitur creari adeò, qa homo nõ attingit ad animã rationalẽ sed solum disponit ad introductionem, de quo Paulus Socinas. 7. meta. q. 29. semẽ licet sit vniforme in se, est virtualiter multiforme: qa est ipsum generãs virtualiter: & licet secũdum semen cõsideratum, doctoris sub. ratio apparet, cõsiderando q̃ virtute est animal à quo deciditur, poterit agere quę videmus in genito: hęc sint pro maiori intelligentia illorum quæ dicta sunt in hac speculatione.

Comment. S. Thom.

Socinas.

¶ Ad argumenta patet solutio ex dictis.

¶ SPECVLATIO decima. An generatio terminetur ad formam.

Vide Ægidiũ quolib. 4. q. 1ª 1. & quoli. 5. q. 11.

VIa in præcedenti speculatione diximus de generatione, & eductione formarum de potentia materiæ, disputandum est de termino generationis, an sit forma, vel totum genitum.

Argum. 1. ¶ Videtur quòd sola forma sit terminus generationis. Id verè, & realiter est terminus generationis, quod habet de nouo esse per generationem: sed solùm forma est: ergo ipsa est terminus. Patet: quia terminus in generatione, vel est materia sola, vel totum, vel forma sola. Materia non potest esse talis terminus: quia ipsa ingenerabilis est, vt dictũ est. Neque totum. Patet: quia totũ non est aliud quam suæ partes: sed materia, quæ pars totius est, non est generabilis: ergo neq; totũ, saltim pro illa parte, qua materiam habet alteram partem sui: manet ergo, quod sola forma terminus sit generationis.

Supra speculatiõe. 4. speculat. 6. procemiali.

Ari. 8. phy tex. co. 7. et 5. Eth. c. 1. et. 4. Met. t. co. 4. et. 1 Tepi. c. 8. cr. 12.

¶ Secundò. Id erit terminus generationis, q̃ intelligitur esse corruptionis: quia cõtrariorum eadem est disciplina: sed corruptionis terminus solùm est forma, quia non corrumpitur materia, vt constat, neque totum, quã doquidem totum, non corrumpitur, si pars manet, ergo sola forma est.

¶ Præterea. Illud est terminus ad quem generationis, quod opponitur termino à quo, eiusdem: sed terminus à quo, priuatio formę est: ergo terminus ad quem, generationis sola forma erit. Maior nota est, & similiter minor: quia ex priuatione, tanquam ex termino à quo, fit motus.

Cõmẽ. 12. Meta. tex. co. 18.

¶ In contrarium est Commentator, qui ait. Formæ secundum Aristo. non producũtur, sed comproducuntur.

Arist. 12. Met. te. 12

¶ Pro solutione notandum, quòd terminus generationis in creaturis dupliciter accipi potest, sicut & principium. Primò. Principium est ipsum generans. Id enim dicitur principiũ, quod generat. A generante enim incipit generatio, & actio generantis est. Actiones enim suppositorum sunt: & huic respondens est, in termino ipsum genitum esse. Aliud est principium, à quo incipit generatio, & forma est: sicut in dealbatione, terminus à quo, nigredo est, quæ priuatio albedinis dicitur: & terminus eius albedo erit. Itaque quia principium à quo, generationis est forma, qua generans generat, in termino correspondet forma geniti.

Arist.

S. Th. p. sen tẽ. d. 5. q. 3. ar. 1.

¶ Est etiam notandum, quòd generatio nõ solùm tribuitur suppositio, sed etiam naturæ: tanquàm termino intento per generationem. Vnde Sanct. Thom. ait. quòd natiui tas, potest alicui dupliciter tribui. Vno modo sicut subiecto: alio modo sicut termino. Sicut subiecto tribuitur ei quod nascitur: & hoc propriè hypostasis est, & non natura. Nasci enim est generari. Et nascitur

Nota. 2.

S. Th. 3. p. q. 35. artic. 1.

aliquid ad hoc quod ſit. Eſſe autem hypoſtaſis eſt, & non naturæ. Sic natiuitas ad hypoſtaſim terminatur. Si tamen conſideretur natiuitas ſicut in termino: tribuitur naturæ. Terminus enim generationis forma eſt. Intentio enim naturę, terminatur ad formam, ſeu naturam ſpeciei. His notatis, prima concluſio ſit.

Conclu. 1. ¶ Per generationem, totum verè habet eſſe & nõ materia, neque forma. Patet. Illud dicitur habere eſſe per generationem, quòd verè per eam eſt: ſed totum eſt quod verè eſt: ergo totum acquirit eſſe: quia illud quod verè ſubſiſtit, eſſe acquirit per generationem: ſed hoc non eſt forma, quia ipſa non ſubſiſtit, neque materia eſt: ergo totum, quod & propriè ſubſtantia eſt.

Totum habet eſſe per generationem.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Item. Id dicitur verè per generationem habere eſſe, quod verè producitur: ſed materia non producitur, neque forma: quia id producitur, quod habet eſſe per talem productionem: ſed forma non habet eſſe, ſed potius dat ſuum eſſe compoſito, & per eam formaliter eſt: ergo ſequitur, quod totum habet eſſe per generationem. Hoc eſt quod dicit Commentator de mente Ariſtote. quod forma non producitur, ſed comproducitur. Producto enim toto compoſito, & id, quo formaliter eſt, oportet intelligi ſimul productum: quanuis de formis intentionalibus loquendo, poſſet concedi quod forma generatur, & quod forma generat, ſicut latè tradidit Ægidius quolibet. 5. q. 11. Sit ſecunda concluſio.

Comment.

Ægidius.

Conclu. 2. ¶ Forma terminus eſt per ſe generationis, licèt non ſit ipſa primum quod generatur. Quod ſit ipſa per ſe terminus generationis, patet: quia id eſt per ſe terminus generationis, ad quem de per ſe tendit generatio: ſicut terminus dealbationis, ad quod tẽdit dealbatio: ſed ad quod tendit generatio forma eſt, & intentio agentis eſt, formam producere.

Paulus Venetus. li. 1. cap. 9.

Ratio. 1. p.

Ratio. 1. p. ¶ Secunda pars probatur, vt in præcedenti ſpecul. dictum eſt. Forma non debet intelligi prior, ſed ipſa dicitur eſſe, toto exiſtente compoſito, qua, formaliter totum eſt: & quia in generatione compoſitum ſtat, per ſe, & non forma. & formam eo intendit, vt compoſitum, ea ſit: ſequitur ipſam formam nõ eſſe quod primò generatur. Itaq; iſta duo ſtãt ſimul, quòd forma dicatur per ſe generationis terminus, & quod non dicatur primum quod per ſe generatur, de hoc vide Iacobũ Naclantum. 2. thomo in theoremate. 10. de generatione compoſiti.

¶ In hoc videtur defeciſſe Antonius Andræas, ſequens Scotum. 7. Meta. quæſt. 9. qui in. 3: concluſione (vt citat Dominic. de Flandria) ait, quòd forma, non eſt terminus per ſe primus generationis, eo quod omne quod vt terminus generatur, generatur ex materia, vt ex parte ſui, & cùm forma non habeat partes, non erit terminus: Deficit ratio, capiendo terminum generationis, pro intrinſeco termino: nam forma ad quam eſt alteratio, quæ eſt terminus intrinſecus alterationis dans ſpeciem, non eſt compoſita ex ſubiecto alterationis, licèt ſubiectum ſit id quod alteratur: ita forma, quæ eſt terminus generationis, non eſt compoſita ex materia, quæ eſt ſubiectum, licèt totum compoſitũ ſit id quod generatur: ſicque ſoluta manent argumenta.

Antonius Andræas.

Domin. de Flandria. li. 7. q. 12. ar. 5. ſuæ ſummæ.

¶ * Conſiderandum, quòd & ſi Plato formam inhærentem materiæ etiam cum ea cõſtituere rem naturalem affirmet, verum ponit ideam à rebus abſtractam, & eã cauſam exemplarem dicit rerum effectarum, & formas coniunctas rebus effectus eiusappellat: imò partum. Ariſto. tamen, formam principium rei dicit: Ecce in quo conueniunt, & in quo differunt, & illa idea Platonis in mente diuina poſita infinita & æterna eſt: quæ ſingularium rerum ideas vnitate quadam in ſe comprehendit ſic in Parmenide: & Plotinus in ſuo de ideis, vt Simplicio & Themiſtio videtur. re idem. Ariſto. in. 2. Phyſico. aduerte, quod ex materia & forma fit vnum per ſe, licèt non ſit vnum ex ſe: quia ad eſſe vnum per ſe, ſuffiicit ſint principia intrinſeca ex quibus vnum reſultet: & hoc eſt forma & materia, quod non contingit in aduentu alicuius accidentis communis: cùm forma accidentalis, non ſit de quidditate rei, vnum ex ſe, eſt, quod eſt ex natura ſua ſimplex, ſine materia & forma.

Conuenientia & differentia inter Ariſtot. & Platonem.

Plato.

Plotinus.

Vnũ per ſe.

Vnũ exſe.

¶ Pro complemento tamen huius primi libri de principijs rei naturalis reſtant duo. Primum, de priuatione (cùm ponatur vnum ex tribus principijs, vt ſuprà probatum eſt) 20. erit quæſtio, vtrùm entia naturalia, quæ conſtant ex ſuis principijs, determinentur per naturam, per maximum, & minimum: vt detur maximum, vltra quod non poteſt maius: & detur minimum, citra quod non eſt aliud minus: ſic erit finis huius primi libri Phyſicorum.

¶ SPECV-

¶ SPECVLATIO vndecima. Vtrũ priuatio, quæ ponitur principium rei naturalis, ſit aliquid à materia & forma diſtinctum.

Primũ arg. ET videtur quòd ſic, illud eſt verè diſtinctũ, quod ſecluſa omni operatione intellectus eſt: quia hæc eſt vera, cæcitas eſt, & tamen hiæc eſt falſa, Chimæra eſt. Ratio huius: quia priuatio dicit aliquid quod tamen non dicit negatio.

ſ. priuatio eſt huiuſmodi.

Argum. 2. ¶ Secundò. Priuatio nihil aliud eſt, quã forma contraria: ſed contraria forma eſt ens verè: ergo & priuatio. Patet maior: quia non album eſt nigrum, & non albedo, eſt nigredo, vel color alius medius. Hoc enim declarat priuatio, formæ: nam nulla alia ratione materia, ſeu ſubiectum in quo eſt nigredo, dicitur priuatio, niſi quia non habet albedinem: ſed albedo aliquid eſt.

Argum. 3. ¶ Item. Priuatio principium ponitur rei naturalis, & ponitur & numeratur cum forma, & materia: ſed forma eſt aliquid reale, & materia ſimiliter: ergo & priuatio: non enim eſt maior ratio de vno, quàm de alio.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſtot. in multis locis.

Notand. 1. ¶ Pro ſolutio, notandum, quod non incõuenit aliquid eſſe vnum ſecundum rem, & plura, ſecundũ aliam rationẽ: vt domus eſt vna, in ratione domus, tamẽ eſt plura entia. ſ. ligna, & lapides, in quantum plura cõcurrunt ad cõſtituendum domum: ſic etiam vna res poteſt eſſe in actu, & in potentia. In actu, per reſpectum ad formam quam habet: & in potentia, quia habet aptitudinem ad aliam habendam. Vnde nõ incõuenit vnam & eandẽ rem & actum, & priuationem habere: licèt inconueniens eſſet reſpectu eiuſdem.

Notand. 2. ¶ Secundò notandum, quod hic in dubio eſt, vtrùm priuatio formæ, quæ non eſt niſi in ſubiecto apto nato, vt materia, ſit aliquid diſtinctum ab ipſa materia, ſicut ſolet resà re diſtingui: an ſolum ſit vna & eadem res, ſed per vnum reſpectum dicatur priuatio, & per aliud dicatur materia.

Conclu. 1. ¶ Priuationõ eſt quid poſitiuum à materia

Cõtra. Pau. diſtinctũ. Probatur ex nomine ipſo, Sonat enim rei priuationem, & non poſitionem. Id Ariſt. 4. Meta. tex. 4. ait, Priuatio, eſt negatio in ſubiecto apto nato: nam cæcitas, cum ſit priuatio, carentiam ſolùm importat.

Venetum in ſuã Me. c. 8

¶ Probatur concl. Si priuatio eſt aliqua entitas poſitiua, ergo tenebræ, cum ſint luminis priuatio, aliquid poſitiuũ eſſent: ſed hoc eſt falſum: quia, cũ aër illuminatur, per quod tenebræ expelluntur, aliquid poſitiuum expelleretur: ſed hoc conſtat eſſe falſum, ergo & id ex quo ſequitur: & eodem modo probatur de omni alia priuatione.

Ratio.

¶ Ex quo ſequitur perperã opinaſſe, qui dixerunt priuationem eſſe aliquid poſitiuum.

Corollari.

¶ Secunda concluſio. Priuatio in materia alicuius formę non eſt forma contraria. i. nõ eſt albedo: non eſt nigredo: non eſt ignis, non eſt aqua, imò nec eſt materia, nec forma. Probatur: quia ſequeretur quòd materia, & priuatio realiter diſtinguerentur. Patet: quia materia, & forma realiter diſtinguũtur: ergo priuatio eſt forma contraria, realis eſſet diſtinctio inter materiam, & priuationem: ſed hoc eſt contra Ariſt. qui in text. 60. ait, quòd materia, & priuatio ſunt vnum realiter.

Contra Iacobum Naclantum to mo. 2. theoremate. 14 2. Conclu. Ratio. 1.

Ariſto.

¶ Præterea. Priuatio intrat definitionem generationis, quæ eſt mutatio de non eſſe ad eſſe, cuius priuatio, tãquam terminus à quo, eſt velut principium: at forma impropriè dicitur principium ſui contrarij.

Ratio. 2.

¶ Tertia cõcluſio. Priuatio eſt idem re quod materia: ſolùm ab ea ratione diſtinguitur: quia materia ſecluſa operatione intellectus, eſt materia, & ſecluſa operatione intellectus, priuatur forma: ſed materia, & priuatio, ſolùm duo ſunt per operationem intellectus: per hoc quòd intellectus aliter capit hoc, quod eſt ſubijci formę: quod eſt eſſe materiam, & hoc quod eſt carere forma: ſic tenebræ non ſunt aliud quàm aër non illuminatus: & quia priuatio, ſignificat materiam in abſtracto, non prædicatur de ea formaliter, ſed identice: ſicut hæc eſt vera: aër eſt res, quæ ſunt tenebræ, & tamen aër non eſt tenebræ: ſic materia eſt res, quæ eſt priuatio, ſed materia, non eſt priuatio.

3. Conclu. Priuatioidẽ eſt re quod materia.

¶ Hæc concluſio ab Ariſt. multis probatur rationibus, quod diſtinctio ſit: & cùm non ſit rei diſtinctio, oportet ſit rationis: nam illa diſtingui oportet, quæ ſic ſe habent, quod vno manente, non manet aliud: ſed manente materia, non manet priuatio, facta generatione ergo diſtinguuntur.

Ratio. 1.

¶ Item. Materia eſt per ſe principium gene-

Ratio. 2.

Tex.59. rationis in fieri,& in facto esse: at priuatio nō est principium rei genitæ de per se, sed solū de per accidens, vt suprà diximus.

Tex.65.

Ratio.3. ¶Item materia habet potentiam de qua educitur forma, secundùm quod formæ educuntur de potentia materiæ: sed priuatio non habet talem potentiam, quia est negatio.

Ratio.4. ¶ Item. Materia habet se vt subiectum respectu priuationis,& priuatio velut forma quæ expellitur per generationem formæ contrariæ in eodem subiecto.

¶ Sufficiat adduxisse has rationes, ad probandam differentiam secundùm rationem, inter materiam,& priuationem: Realem, tamen vitare est necessarium: siquidem materia est, quæ subiectum dicitur formæ,& ipsa eadem considerata tanquam priuata forma, ad quam habet aptitudinem, vt recipere possit, dicatur priuatio: & ob id cū sint tria principia rei naturalis, solùm duo constituunt intrinsecè rem naturalem: quia in rei veritate solùm sunt duo re, cùm materia coincidat cum priuatione.

¶* Et cum materia & forma intrinsecè rem constituant naturalem, & hæc duo solùm substantia rerum sint: explodit opinio Platonicorum, & Pithagoricorum, qui ens & vnum, rerum substantiam dicebant. Contra quos ex proposito Philoso. in. 4. Meta. & in 10. & 12. Siquidem ponebant ens & vnum per se separata, extra res ipsas: nam si ens & vnum transcendem taliter summeretur rerum substantiam dicunt: cum de omnibus quidditatiuè prędicentur, quia quælibet res, & ens est & vna: quia indiuisa, & substantiam rei importaret sicut materia & forma: tamen non extrà rem, sed in re: sed ens & vnū, vt in prædicamento quantitatis ponuntur, cum sint accidens, non possunt esse rerum substantiæ, cum accidentia posteriora sint, & consequantur eam: & non distinguēs Plato & Pithagoras inter hæc, asseruit vnū principium numeri, esse rerum substantias, &c. de quibus alias.

Ad primū. ¶ Ad primum argumentum concedimus hanc esse veram, cæcitas est: sed intelligitur vera, pro quanto subiectum, in quo est cæcitas, aliquid est. Si verò velis eam verificare, vt eò sit vera, vt cæcitas secluso subiecto, aliquid sit reale, neganda est. Sed hæc est vera: priuatio est, sed eò vera est, quia materia quę est idem re quod priuatio, est, sicut sentit S. Th. p.p. q.48. ar. 2. ad. 2. Sanct. Thom. vbi notandum, quòd in. 1. parte dicit, quòd ens vno modo capitur, vt sufficiat ad veritatem propositionis: sic priuatio est ens, in quo differt à pura negatione: alio modo sumitur, vt ens, diuiditur in decē prædicamenta: sic priuatio non est ens, sed negatio formæ: ob quod sequitur, quòd priuatio est ens rationis: quia est carentia quædam distincta à subiecto, solùm, per operationem intellectus.

Ad secūdū. ¶ Ad secundum. Negamus priuationem esse formam contrariam: imò est ipsa materia: solùm ab ea differens ratione: quia per intellectus operationem distinguimus materiā, vt subiectum est, ab eadem, quando forma priuata esse dicitur. Non est albedo, non est nigredo, neque est alius color medius: sed est subiectum ipsum, priuatū albedine. Ob id non sequitur, quod priuatio, aliquid reale dicat distinctum à materia: quia si priuatio aliquid diceret positiuum suprà materiam, cum materia sit priuata non vna, sed multis formis, tot diceretur habere priuationes, & realitates, quot sunt formæ, quas potest habere: quod videtur falsum. In quo decepit (aliàs nobilis author) Paulus Venetus, *Venetus.* qui in sua Metaphysic. cap. 7. conclusione. 3. dicit. In materia prima est multitudo potentiarum respectiuarum ab ipsa, & inter se realiter distinctarum. Hæc ibi. Non videtur sanè dictum, in materia, huiusmodi ponere realitates, quandoquidem est vna materia, quæ intelligitur subiectum formarum, & intelligitur priuatio. Sufficiat ponere diuersos respectus, seu diuersas relationes rationis, respectu diuersarum formarum, ad vitandum rerum multiplicitatem, sine causa.

Ad tertium ¶ Ad tertium dictum est suprà: priuatio, sic ponitur principium rei naturalis, quòd non sit de per se, sed de per accidens: nam quia materia, est priuata forma, ratione cuius dicitur priuatio, contingit, quòd fiat nouę formæ introductio in materia: sic priuatio de per accidens principium est.

** Plato.* ¶ * Aduerte Platonem priuationem intellexisse, sed tamen causam non vocat, neque principium rei naturalis: quia aliàs etiam tēpus & locus principium rei naturalis dicerentur, cum generationes, neque fine loco, neque tempore fiant. Dicit ergo Plato occasionem, esse priuationem: & quidem religioni christianæ consentaneum est, vt etiā verbis ab hæreticis longè simus, priuationem non vocare absolute principiū, ne ad Manichæorū errorē accedere videamur, qui duo rerum initia ponentes, vnum boni, alterum mali dicebant, hunc tenebrarum, illud lucis, vbi vbi de tenebrarum initio loquentes priuationem videntur intelligere.

¶SPECVLATIO.XII.

Vtrùm res naturales terminentur per maximum, &c.

Vide Ægidium quolibet. 4. q. 6.

POst quam de principijs rei naturalis dictum est, scilicet de materia, & forma ex quibus constant res naturales, operę pretium erit scire. Vtrùm ipsæ res naturales terminentur per maximum quòd sic, & minimum quod sic, quod est dicere, vtrum in omnibus rebus naturalibus detur aliquod maximum, quo nullum maius, & aliquod minimum quo nullū eo minus: & hoc vel absolutè, vel in propria specie: & hoc vel secundùm naturam, vel secundùm diuinam potentiam. De ista specula multa tractātur, maximè à recentioribus, ingeniosè quidem, innumeris multiplicatis argumētis, sed cum minimo fructu. Quapropter abstinendum videtur ex proposito ab illis, sed solùm quæ vtilia videntur, & ad Physicam disciplinā spectant, conclusionibus certis explicabimus, quarum prima.

1. Conclu. ¶Omnia viuentia terminantur quo ad magnitudinem per maximum quod sic: quod est dicere. Dabilis est tantus homo, tantus Leo, tantus equus, quo maior per naturam dari non possit. Huius conclusionis ratio signatur à doctor S. p. p. q. 7. artic. 3. vbi ait. Forma quęcunque naturalis determinat sibi certa accidentia: vt ignis tantam intensionē caloris, tantam siccitatis: at inter alia accidētia est quantitas, & figura.

Omnia viuētia quoad magnitudinē sunt terminata.

1. Ratio. ¶Ratio sic formari potest. Quælibet res viuens habet formam, per quam terminatur in certa specie, sed quælibet forma habet determinata accidentia, & determinatam quantitatem: ergo quælibet res viuens habet determinatam quantitatem: sed hoc est determinari quo ad magnitudinem, per maximum quòd sic.

2. Ratio. ¶Secūdo. Quælibet forma viuētis intrinsecè certæ & determinatæ perfectionis est, vt, forma leonis sit, vt, 4. & elephantis, vt. 5. & hominis, vt. 6. Species ēm habēt se sicut numeri, vt dicit Arist. ergo & quælibet forma, quæ intrinsecè determinatę perfectionis essentialis est, determinatam habet quantitatem, & certam: quia maior dari non potest: siquidem accidētia oportet vt sequantur rationē formę: & si ipsa limitata est, accidentia non habent vnde sint absque limitatione. *Aristot. 8. Meta. text. 10.*

¶Tertiò. Anima viuentis, suppositum auget per nutrimentum, conuertendo alimentum in substantiam aliti: sed hæc virtus augmentatiua, finita est, cùm & forma, cuius est virtus, sit finita: ergo illius augmēti dari potest terminus: sed hoc est omne viuens, terminari ad maximum quod sic. *3. Ratio.*

¶Quartò. Quæcunque viuentia, determinātsibi periodum certam suæ durationis, vltra quam progredi non possunt: sicut videmus quædam animalia diuturniora esse aliis, iuxta speciem suam: vt de coruo, & ceruo. Et inter arbores palma nimis durat: & alię sicut citissimè fructificant, paucis durāt annis: ergo eodem modo in augmento, est dabilis terminus: quia quantunuis toto tempore durationis augeantur (quod tamen non ita contingit) non possunt in infinitum augeri, habentes periodum certam vitæ: sic Aristote. ponit minimam carnem, & maximam, ob terminum augmenti. *4. Ratio.* *Arist.*

¶Neq; est opus hic distinguere, vt de eterogeneis intelligatur cōclusio: nam quamuis omne viuens, eterogeneum videatur: sicut etiam in plantis, quæ habent corticem, folia, & fructus etiam apparent, non est ratio termini in augmento, quòd sit viuens, eterogeneum, vel homogeneum: sed quia vitam habens, oportet habeat finem augmenti: nam etiam si animal homogeneum daretur, haberet certum terminum augmenti, ratione formæ.

2. Conclu. ¶Secunda conclusio. Omnes partes cuiuslibet viuentis, & omnia accidentia, & omnes dispositiones tam precedentes, quam concomitantes, & subsequentes, determinantur ad maximum quod sic: & tandem in omni re naturali oportet hoc considerare: Hæc est sentētia. Arist. Dicit enim, quòd si partes non terminantur in augmento, scilicet, caro neque totum terminabitur: ex quo sequitur, si totū terminatur, quod & partes terminantur, sed totum terminatur, vt probat prima conclusio: ergo & partes. *Arist. in. 1 tex. 36.*

Ratio. ¶Ratio est. Quælibet forma sibi determinat certas dispositiones, & accidentia determinata. Non enim posset aquæ forma substantialis conseruari in tanta ratitate, quanta est

aer,neque aer,in tanta,quanta est ignis:Et calor non potest esse intensior vbicunque fuerit,quàm sit calor in igne:neque frigiditas,intensior alicubi quam in aqua:sequitur ergo quod omnes tales dispositiones, & huiusmodi accidentia, determinantur ad maximum quòd sic.

3. Conclu. Ratio. ¶Tertia conclusio. Omnia elemẽta,& orbes cœlestes,& omnia mixta,& non viuentia,determinata sunt per naturã ad maximum qđ sic. Probatur primò de orbibus cœlestibus: quippe qui cum sint per naturam incorruptibiles,& ingenerabiles,nullo modo naturaliter possunt augeri,neque possunt fieri capaciores. Ex quo de elemẽtis probatur. Quã docunq; locus est finitus, & terminatus, id quod locatur non potest esse infinitum, & interminatum: cum locatum,& locus sint ęqualia: sed locus ignis,Lunæ orbis est,qui est finitus: ergo & ignis,similiter erit. Et de aere eodem modo,qui locatur in igne,qui est finitus:& si oportet, quòd aer qui ibi locatur sit finitus:& eodem modo de aqua,& terra.

¶De mixtis apertissimè etiam probatur. Cũ enim mixta contineantur in elementorũ alio quo,sicut in loco,si ipsa elementa sunt finita vt probatum est,oportet similiter & mixta, non sint infinita.

4. Conclu. ¶Quarta conclusio. Non repugnat supradictis,ignem in infinitum crescere,si ei applicaretur in infinitum cõbustibilia: & sic,nõ terminaretur ad maximum,quòd sic,intrinsecè neque adminium quod non extrinsecè, Hæc est Aristo. in. 2. de anima. tex. 41. vbi dicit,quòd ignis,in infinitum creseceret si combustibilia in infinitum applicarentur: vbi ponit differentiam inter viuentia,& ignis naturam,quòd viuentia,habent certum terminũ augmenti,ignis verò non: quia tãdiu sine termino augetur,quandiu combustibile applicatur. Ratio quare quando viuens nutritur, non possit in infinitum crescere,est: quia ab intrinseco auget,& alit: & quia finita est virtus formæ, non potest in infinitum,fieri augmentum: sed hoc de igne nõ potest dici: quia si ignis augetur,non ab intrinseco est,sed ex aplicatione materiæ de foris: quæ continuatur: ob id applicando in infinitum, materiã combustibilem,nõ obstat quominus possit esse in infinitum augmentum, quòd impropriè augmentum est. Et quod de igne dicitur ita de aere dici potest, & de aqua. Sed an de omnibus mixtis homogeneis, vt de auro, & argento,non videtur ita certum: quia licèt non proprie ista metalla habeant animam vegetatiuam,sunt ei valde propinqua: & habent quodommodò,quia terram velut alimẽtum in se conuertunt. Si quis tamen dicat eãdem esse rationem de istis,non errabit. Neque propriè augmentum est, sed impropriè: quia ab extrinseco per additionem materiæ fit.

Aristo. Ratio.

Corolla. ¶Ex hoc sequitur,quòd illa,quæ ab aliquibus dicuntur de applicatione combustibilium,non sunt satis ad mentem Aristot. Quidam enim dicunt,quod illa applicatio in infinitum,non est possibilis naturaliter,sed hoc parum est,quia conditionalis nihil ponit in esse,ob id dicit conclusio,si fieret in infinitũ applicatio combustibilis.

Varięopi. ¶Alij dicunt, quòd datur ignis maximus, quod si stuppa applicetur,non inflammabitur: non ex defectu particularis agentis, sed ex ratione totius naturæ vniuersalis, ratiõe cuius graue non descendit,& leue non ascendit,vt est ad euitandum vacuum.

Opinio. 2.

Opinio. 3.

¶Alij dicunt,quod si stuppa applicetur,inflammabitur quidem,sed non vnietur, ne detur maius maximo. Alij dicunt, quod vnietur,sed tantundem corrumpetur ex igne prę existente. Omnes istæ solutiones,videtur voluntarię,absque ratione aliqua. Nos enim nõ loquimur supposita conditione rerum,sed si contingeret talis additio combustibilis,quid fieret: sic si talis stuppa applicaretur,& inflãmaretur,& vniretur igni.

Opinio. 4.

Obiectio. Sanct. Th.

¶Studiosus Sã. Thom. obijceret contra ista, quæ ipse ait. p. p. quæst. 7. art. 3. qui vniuersaliter negat,ens naturale,posse esse infinitum: tamen videtur sequi ex ista conclusione de igne,si in infinitum combustibilia ei applicẽtur. Caieta. in eodem loco ponit quãdam distinctionem,quæ non videtur sufficiẽs. Quapropter dicendum ita esse, quod non datur ens infinitum in actu, vt dicit S. Thom. & nos dicemus infrà. lib. 3. sed tamen ex hoc non sequitur contra. 4. conclusio. quia si in infinitum possit esse additio combustibilis, & infinitum fieret augmentum in igne,sed tamen nunquam deuenietur ad tempus, in quo sit ignis infinitus: sicut in diuisione continui cõntingit,

Caieta. Solutio.

Cerolla. ¶Ex omnibus istis sequitur corollariè quod ait Aristote. 2. de anima. text. 41. quod omnibus natura constantibus datur terminus, & ratione magnitudinis,& augmenti: quod omnes affirmant Philosophantes, & experientia constat. Nunquam enim in tanta rerum varietate, & multitudine contrarium inuentum est,sed omnia entia naturalia,sunt

¶*Et

Diuersa expositio. Commen. Ægidius. minata.

¶*Et aduertere quod illius propositionis omnibus natura constantibus,&c. diuersa à diuersis datur expositio & solennis est Com. & Ægidij eodem text. 2. de anima text. 41. sed eis omissis. S, Thom. ponitur,qui ait tam viuentium quam non viuentium dari terminatam magnitudinem: & quod de igne dicitur,quòd si combustibilia addantur crescet in infinitum: ait dupliciter consideratur,primo,vt per se vnus nume. 2. vt est vnus aggregatione plurium ignium,sicut aceruus lapidum quæ est vnitas per accidens quando cõbustibile,additur,fit alius ignis licèt ad sensum non appareat: & si centum combustibilia non potest dici primus ignis augmentatus,sed actus: quia quòd verè augetur manet idem,ante & post. 1. de genera. & ob id propriè in viuentibus inuenitur: sumendo ignẽ, vt est per se vnus,habet determinatam magnitudinem: & si apponatur combustibile fit nouus ignis,& si ignis vnus: per accidens sumitur, nõ habet determinatam magnitudinem se exgeneratione nouiignis,in infinitum potest augeri: neque hoc contra Aris. quia quãdo dicit omniũ naturacõstantium,&c. Intelligitur de illo,quòd est per se vnũ: vt vnus homo, vna planta: & quando dicit, quod ignis in infinitum augetur,si cõbustibile applicetur intelligitur de vno per accidens: & sic nõ est contrarietas in dictis Aristo.

Conclu. 5. ¶Conclusio. 5. Quanuis de natura rerum sic sit dicendum,& de potentia Dei ordinata: de potentia Dei absoluta tamen, videtur quod nullum datur maximum ens,neque inter viuentia,neq; inter non viuentia,neque in substantijs,neque in accidentibus: quia eius potentia absoluta solùm terminatur ad finitam creaturam exclusiuè: quia infinitum nõ potest facere,vt probabimus libro. 3. infrà: sed quocunque dato,potest maius. Et de inanimatis iam probatum est de igne. Probatur conclusio. Quicquid potest Deus facere cũ causis secundis. Potest & solus: sed conseruat Deus hominem mediãtibus dispositionibus accidentalibus,vt mediante calore,& quantite,& organizatione, ergo poterit sine illis conseruare: & sic potest hominem conseruare sub figura circulari,sub raritate aeris, sub frigiditate aquæ,sub siccitate terræ: solùm hoc nõ potest facere,vt maneat homo,& nõ sit animal ratiõale: quia hoc est de eius essentia,quæ consistit in indiuisibili: accidentia tamen potest variare,& augere manente natura.

De potẽtia Dei absoluta nõ datur maximum.

Aristo.

Aristot. 8. Metaphy. tex. 10.

¶Posset tamen quis contra hanc conclusionem obijcere, quòd doctor subtil. in. 3. sentẽ. distin. 13. quæstio. 1. ait, posse dari qualitatẽ finitam,summam tamen: sic, vt Deus etiam de potentia absoluta non possit eam intendere,qualem putat Christi gratiam: cũ quo Caiet. in. 2. 2. quæst. 24. arti. 7. &. 3, par. ques. 7. art. 11. &. 12. Verùm quanuis sit probabilis hæc opinio Scoti,in speciali loquendo de gratia animę Christi,eo quòd fuerit personæ in infinitum acceptæ: videtur esse tamen cõtra eundem Scot. qui in. 2. distinctio. 2. quæstio. 9. tenet quartam conclusionem positam de igne: sic videtur quod etiam de quacunque alia qualitate idem esset dicendum. Sed videtur hæc conclusio. 5. vera propter rationem dictam, quacunque qualitate data per diuinam potentiam absolutam, potest esse maior in intensione: si fiat per additionem, nouum gradum addendo: siue sit per maiorem radicationem in subiecto, tollendo magis de impedimẽto ex parte subiecti, siue alio modo.

Obiectio. Scotus. Caietanus. Solutio. Ad hominẽ

¶Neque sanct. Thom. qui. 3. par. q. 7. art. 12. ad primum dixit, gratiam fuisse summam, q maior non potuit dari, est contrarius huic cõclusioni, quia ipse loquutus est de gratia animæ Christi in genere gratiæ: quia nõ potuit esse maior gratia quam vniri hypostaticè: & quia per illam fuit Christus acceptatus ad quancunque gratiam conferendam hominibus, etiam si essent infiniti homines. In genere autem qualitatis fuit finita, licet summa de lege: quia non potuit esse maior. Sed de potẽtia absoluta non negat: & exemplum positũ declarans, ait quod cœlo non potest fieri additio: Non tamen negaret, quin de potentia absoluta Deus posset addere aliquid: sicut ipse ait, quod potentia obedientię creaturę respectu Dei est, quæ est talis, cuius capacitas implerinon potest.

Gratia christi potuit esse maior in genere quantitatis. S. Tho. de ueri. p. 29. art. 3.

¶Contra dicta in cõclusionibus est argumẽtũ commune. Si daretur maximus homo, ponatur in loco humido, vel quis pugno percutiat, vnde necessarium sit tumescere in aliqua parte: tunc oportet, vel quod detur maius maximo, per hoc quod intumescit, quod est contra dicta: vel sequitur si non datur, quod ille homo definit esse per vltimum sui esse: quod est contra Arist. Et probatur quo ad hoc vltimum: quia tumor per motum est & non potest incipere esse, nisi per vltimum non esse, vt in. 3. phys. erit dicendum. Detur illud instans. Bene sequitur, nunc nõ intumescit, & immediate post hoc intumescet: ergo

Argumen.

Aristot. 8. phy. t. 69.

nunc

nunc est homo, & immediatè post hoc non erit homo : sic desinit esse per vltimum sui esse.

Notand. 1. ¶Pro solutione argumenti notandum, quod omnis res, dupliciter potest incipere esse, sicut & quæ desinit. Primo, vel per primum sui esse: vel per vltimum sui non esse. Per primũ sui esse. Res nunc est, & immediatè ante hoc non erat. Et per vltimum non esse. Res nunc non est, & immediatè post hoc erit.

Dupliciter res incipit esse, & desinit esse.

¶Potest desinere esse dupliciter. Primo, per vltimum sui esse, Res nunc est, & immediatè post hoc non erit. Et per primum non esse. Res nunc non est, & immediatè ante hoc fuit.

2. Notand. ¶Secundo considerandum, quasdam esse res permanentes, & alias esse res successiuas. Permanens est illa res, cui non repugnat simul fieri, & simul omnes partes cõseruari, vt sunt cœli & elementa, & omnis substãtia. Res successiua est illa, cui repugnat & fieri simul, & omnes habere partes simul, sicut est motus, & tempus: quia partes temporis præteritæ non sunt, & futuræ, nondum venerunt. Et solùm de tempore datur nunc, continuans partes: sicut datur in motu mutatum esse, quod partes motus continuat.

¶Inter huiusmodi hæc est differentia: quod res permanens, communiter sicut incipit per primum sui esse, desinit per primum non esse, & non per vltimum sui esse: at res successiua, incipit per vltimum nõ esse, & desinit per vltimum esse. v.g. Homo, & quælibet res permanẽs, incipit esse per primum sui esse: quia nunc est homo, & immediatè ante hoc non erat: & desinit esse per primũ nõ esse qa nũc non est, & immediatè ante hoc erat. Et tempus, vel motus incipit esse: quia nunc nõ est, & immediatè post hoc erit: & desinit per vltimum sui esse: quia nunc est, & immediatè post hoc non erit.

Aristo. ¶Probatur ergo illud primum dictum, quod est Aris. quod res permanens nõ desinit esse per vltimum sui esse, sed per primum non esse: suppositio primò, quòd duæ formæ substantiales non possunt esse simul in eadẽ materia.

¶Secundò, quòd duo instantia, non sunt simul in tempore continuo, sed inter instans, & instans, mediat tempus: sicut inter punctũ & punctum linea.

S. Th. p. p. q. 76. ar. 4 & in. 2. se. ¶Tertio suppono, quod nunquam materia potest esse sine forma.

¶Quarto, quod duo contradictoria non possunt simul esse vera. Istis suppositis, probatur quod res permanens non desinit esse per vltimum sui esse: quia, sequeretur aliquod incõueniens prædictorum. Patet. Sit Petrus qui desinat esse per vltimum sui esse: sit instans. a. post mortem Petri erit in materia Petri forma cadaueris, & illa debet habere primum instans sui esse, cùm sit res permanens. Sit illud instans. b. Tunc quæro, vel. a. instãs, in quo est forma hominis, est idem instãs cũ. b. in quo forma cadaueris, vel non. Si idem instans: ergo simul, & semel in eadẽ materia duæ formæ substantiales: quod est cõtra suppositum, & contra veritatem. Si non sunt idẽ instans, vel illa duo instantia sunt immediatè, vel non. Si sic, est contra suppositum, & cõtra veritatem. Si non, sed est tempus mediũ, quæro de illo tempore medio, vel tunc est forma hominis, & sic sequitur quod non erat vltimum instans hominis in. a. Vel non est forma hominis, neque est forma cadaueris, quia. b. est primum instans neque aliqua alia forma: sequitur quod in illo tempore medio fuit materia sine forma, quod est contra suppositum, & cõtra veritatem. Si est ibi alia forma in illo tempore medio: vel est forma Sortis, vel alia. Si forma fortis: ergo Sortes est, & non est, & sic duæ contradictoriæ veræ. Patet: quia si forma eius in eadem materia, Sortes est, & non est: quia supponitur quod in instanti. a. desinit esse. Si dicis quod est alia forma: tunc quæram de illa, quæ est. Nõ potest signari nisi cadaueris, quæ tamen non potest esse, vt dictũ est. Manet ergo ex dictis, quod res permanens incipit esse per primum sui esse sed non desinit esse per vltimum sui esse, sed per primum nõ esse: quia vitantur ista inconuenientia. Hæc volui latiùs explicare semel: quia sæpe sese offert in authoribus: res permanens: non desinit esse per ultimum sui esse. Et oportet semel intelligere rem: vt in lectione authorum non hæreat lector, maximè qui incipit philosophari: quod in summulis adduximus. Et adhuc infrà est repetendum.

d. 13. ar. 4 p. p. q. 53. art. 3. & in 4. di. 11. q. 1. art. 3. q. 2. ad. 2.

¶Ad solutionem ergo argumenti: redeuntes vnde sumus digressi, supposita veritate conclusionum, ad casum. Si homo intumescat, dicunt aliqui (vt Paulus Venetus, quem multi ex iunioribus sequuntur) quod sic fieret: & ob id negant naturaliter augmentum per maximum quod sic, terminari, & putant esse de mente Commen. sed contrariũ est verùm: vt in. 6. huius text. 32. & in alijs locis nõ semel. Themistius & alij tenent res naturales terminari intrinsecè: quo ad augmentum in maximum quod sic, & decrementum in minimum quod sic.

Ad argũ. prima solu. Venetus.

Solutio. 2. Alij respondent ad argumentum, dicentes quod inflatio, non potest fieri nisi aliqua precedente alteratione: vt calefactione, aut putrefactione, aut quid simile: & in tali alteratione danda est minima dispositio, quæ sufficit ad inflationem, qui dicunt, quod illud instãs in quo primo illa qualitas est, est vltimum non esse inflationis, & primum non esse illius maximi hominis: & sic vitatur, vt non desinant esse per vltimum sui esse, quod argumẽtum inferebat.

Contra solutionem. 2 ¶Verùm hæc solutio non potest stare: nam si ille homo maximus: solùm ratione inflationis corrumpatur, quomodo potest intelligi corruptio, quando nondum est inflatio? Si enim per inflationem, ea non non existente, oportet sit & homo. Si enim nunc non est inflatio, & immediatè post hoc erit inflatio: ergo similiter nunc est homo: ergo male dicitur nunc non est homo. Quapropter alia solut. quærenda est. Maximum, de quo in conclusione, illud est, ad quod augmentum secũdum naturam terminatur, scilicet, illud qđ forma, in sua naturali dispositione facit ex alimento: ita quòd ille dicatur maximus, qui non potest dari maior, ex alimento ab intrinseco. Huic non repugnat quòd per viam corruptionis detur maior: vt esset ex tumore, & inflatione. Et tunc existente inflatione, erit distemperamentum in humoribus, & dabitur in illa infirmitate maximum distemperamentum, sub quo esse non potest homo, & potest sub quolibet minori. Quapropter licèt detur maximus homo, quem forma hominis in sua naturali dispositione potest facere, sed in via corruptionis nõ dabitur nisi minima inflatio, sub qua non potest esse, & sub qualibet maiori potest.

Solutio. 3.

¶SPECVLATIO. XIII.
De minimo naturali oportet etiam dicere, quid sit sentiendum Physicè loquentes.

SIN E argumentis respõdetur: & sit prima cõclusio. Omnes substantiæ, siue homogeneæ, siue etherogeneæ, tam in elemẽtis, quàm in elementatis siue habeãt vitã, siue nõ per naturam terminantur naturaliter quantum ad paruitatem. Hæc conclusio de animatis à nullo est dubitata: nã organizatio, quæ necessariò est requisita in viuentibus, non potest sub qualibet quantuncunque minima quantitate conseruari, Non enim potest esse homo, aut equus, aut pomum tam parum, vt est sinapis granum. De non viuentibus doctor Sub. putat in homogeneis, res non terminari quo ad minimum. Ait enim, nullam esse tam paruam quantitatẽ ignis, quin quæcunque eius pars possit subsistere: & dicit, Aristote. in. 2. de anima solum posuisse in viuentibus, augmenti, & decrementi terminum. Sed hęc opinio doctoris sub. singularis videtur: vniuersaliter verò loquutũ esse Aristote. probatur: nam tex. 38. expressè ait contra Anaxagoram, qui dixit, ex minima carne non est separabilis caro. Licèt Petrus Tartaretus in primo phy sic. defendendo opinio. Scoti dicat Aristo. ibi loquutum, secundum positionẽ Anaxagoræ, quem impugnabat, at vero contrarium sentiunt alij, & ex alis locis. Aristo. maximè ex. 2. de anima concludi tur, entia naturalia terminari quo ad maximum. Et quanuis non posuit Aristo: exemplum de aqua, eodem modo est intelligendum.

1. Conclu.

Scotus. in. 2 dist. 2. q. 9.

Aristot.

Tartaret. 1 Physic. Res naturales, etiã quo ad minimũ terminata est.

¶Et probatur conclusio ex Commenta. hic & libro. 6. text. 32. & 69. sic omnes expositores Aristo. Ratione probatur: quia videmus quòd res per contusionem, & quia in minutas rediguntur partes, corrumpũtur, & amittunt suam speciem, & esse naturale: vt apud Pharmacopolas est videre: & simplices res corrumpuntur. Et triticum in molendino, cum fit farina, mutare videtur speciem, cum sub puluere non posit triticum conseruari. Cùm ergo contingat, quòd aliqua quæ sunt in certa specie naturali, & nõ viuentia, in minima quantitate, non cõseruetur, oportet asserere cõsequenter per naturã, omnia esse determinata ad certã quãtitatem paruam: sic qꝫ sub minori non possint.

Comment.

Ratio.

¶Conclusio secunda. In rerum generatione videtur dari minima quantitas, sic quòd sub minori non possit esse generatio, v.g. Ad ignis generationẽ sic requisita est minima quãtitas,

2. Cõclusio

titas,qua existente,potest ignis generari,sed sub qualibet minori non potest: sic de aqua & alijs.Hanc ponit Commentat. Probatur.

Commē.6. phy.co.32 & libro.7. Phys.co.2.

In cęteris alijs dispositionibus datur minima, quæ requisita est: vt minima intensio frigiditatis ad aquam, & minima densitas,quia res incipiunt esse per primum sui esse,vt dictum est.Res (inquam)permanentes,ita vt illud instans, in quo est minima dispositio, sit primum instans esse rei.A simili ergo & dabitur minima quantitas,quæ requisita est ad generationem.

3.Conclu.

¶Tertia conclusio. In rerum corruptione, quæ fit naturaliter,non datur minima quantitas.Hæc conclusio probatur,supposito qđ in præcedenti speculatione.dictum est, quod res permanens non desinit esse per vltimum sui esse,sed per primum non esse maximè in viuentibus.Probatur cōclusio.Cum homo corrumpitur per diminutionem caloris,non datur minimus calor, sub quo conseruatur, sed maximus, sub quo non conseruatur: quia aliàs desineret homo per vltimum sui esse: quia dato illo minimo, iam tunc homo esset, & immediatè post illud non esset: quod est desinere esse per vltimum sui esse.

Ratio.

Eodem modo si per extenuationem,& consumptionem,per maciem corrumpatur homo,non datur minima quantitas sub qua potest conseruari:quia si daretur, desineret esse per vltimum sui esse. Et quando aer per condensationem,conuertitur in aquam,non est dabilis maxima condensatio sub qua potest conseruari aer:aliàs si esset continua condensatio,illud instans,in quo esset illa maxima condensatio,esset vltimum esse aeris: ergo eadem ratione non datur minima quantitas sub qua potest aer conseruari: nam cum per condensationem semper fiat minor, daretur eadem ratione vltimum instans esse aeris.

Notandum

¶Notandum erit hoc ad dissoluēda argumē. quæ fieri possunt in materia:non enim si datur minima quantitas,quę sufficit ad generationem,danda est minima,quæ sufficit ad cōseruationem.

Conclu.4.

¶Quarta conclusio. Ad potentiam Dei absolutam attendētes,res naturales quoad quātitatem,non terminantur quo ad paruitatē, siue in homogeneis,siue in etherogeneis,neque per minimum quod sic,neque per maximum quod non.Probatur.Deus potest se solo quicquid potest cum causa secunda:si ergo potest res conseruare cū certa quantitate poterit ergo sine ea:&sic quacunq; data,etiā minima sub minori poterit cōseruare de sua potētia absoluta:sicut de maximo dicebam⁹ in præcedenti speculatione. Atque hoc fides catholica manifestè contemplatur quotidiè in altaris sacramento.Ibi enim sub parua illa hostiæ quantitate,sub qua non posset naturaliter homo esse,est Christus Redēptor noster realiter,& verè,non solum sub tota hostia,se sub qualibet particula hostiæ quantūuis minima.De quo in.4.in nostris Resolutionibus Theologicis.

De potētia Dei absoluta quacūq; quantitate data,sub minori potest cōseruare res conseruari. S.Th.3.p. q.76.ar.3.

¶Notandum tamen,quod si Deus per suam absolutam potentiam in quantitate tam parua,qualis est granum sinapis, hominem conseruaret, non posset tunc ibi homo exercere opera vitalia, eo quod requirant huiusmodi opera,membrorum distantiam,& organorū dispōsitionem, qualis in tam parua quantitate non potest esse.

5.Conclu. in accidentibus non datur minimū

¶Quinta conc.In accidētibus tamen quāuis sit probabile quo ad intensionē,& extēsionē, etiā dari minimum:probabilius tamē est nō dari.Probatur,supposito quod in rebus successiuis hoc contingat,quod incipiunt per vltimū nō esse,& desinūt per vltimum sui esse. Cùm lignum incipiat calefieri,tunc est verū: nunc nō est calor,&immediate post hoc erit calor:sed in istis non datur minimū quo ad inceptionē:quia quocūq; instanti dato,in quo est motus,ante illud iā erat motus:ergo eadē ratione quocūq; gradu caloris dato extēso per lignū in aliqua parte,prius fuerat extēsus per partem minorem:&sic nō datur minima extēsio.Similiter quocūq; gradu dato intensionis,quātūcunque minimo,ante illum,fuit minor.Neque est eadē ratio de forma substātiali,quæ requirit certas,& determinatas dispositiones,quales,non requirit accidens.

1.Argum. cōtrariæ opinionis.

¶Contra istam quintam conclusionem quidam tenentes contrarium argumentantur, probantes dari minimam intensionem,& extensionem. Accidens enim, propter substantiā est:sed substantiales formæ sibi minimam determinant quantitatem, vt dictum est : ergo & determinabunt accidentia alia quo ad minimam extensionem & intensionem: vnde Aristote.textu.36. argumentatur. Si totum est terminatum, & etiam partes.

Aristo.

Solutio.

¶Ad hoc argumentum respondetur, tenen- quæ in conclusione quinta posita sunt, solum probare dispositiones requisitas ad formæ introductionem substantialis, esse determinatas per maximum, & minimum : si cut latè probatum est, tamen non proba-

tur, quod in motu alterationis detur qualitas remississima,primo per motum introducta,propter inconueniens dictum : sicut neque datur remississima pars extensionis primò calida.

1.Argum.

¶Adhuc grauissimum est argumentum ex dictis Aristo.qui vniuersaliter dicit(vt suprà diximus)quòd entia permanentia incipiunt per primū sui esse:at qualitas est ens per manens : ergo per primum sui esse incipit : ergo datur prima qualitas,minima tam intensione,quàm in remissione.

Solutio.

¶Ad hoc respondetur,quòd Aristo. id dixit de entibus,quæ per generationem habent esse substantiale,& de alijs accidentibus, quæ non habentur per motum alterationis : tamen accidens quod habetur per motum alterationis,non incipit per primum sui esse, sed per vltimum non esse,vt dictum est. Itaque sicut in motu nō datur primum instans esse, neque datur in qualitate quę per motum acquiritur.Quod si qualitas in instanti produceretur, sicut de spiritualibus contingit, & similiter de sensationibus,dato quod sine resistentia aliqua producantur,non successiuè sed in instanti habent esse,tunc esset dicēdū quòd haberent esse,per primum sui esse.

¶Multa alia solent hic argumenta multiplicari,quę ex proposito relinquuntur,vt serio sis locum demus.Sine fructu enim hęc cōgeruntur sophismata. Hîc ergo sit primi libri physicorum finis, in quo de principijs rerū naturalium agitur,nempè de materia,forma & priuatione.

Finis primi libri Physicorum.

SECVNDVS LIBER PHYSICORVM.

IN hoc secundo physic. Aristot. de natura agit, & de rebus naturalib⁹, quę cõstant ex naturis, scilicet ex materia, & forma, quarum qualibet natura dicitur. Et de quatuor generib⁹ causarũ, scilicet, finali, efficiẽti, formali, & materiali. Tractat etiam de fortuna, & casu: & quomodo cũ ista contingãt rarò, & nõ habeant causam per se, reducuntur ad causam efficientem.

¶ SPECVLATIO I. Secundi lib. Phy. Vtrùm rectè definiatur natura.

DEfinitio naturæ, in fronte secundi libri posita: talis est. Natura est principium mouendi, & quiescendi ei in quo est: primum, per se, & non secũdùm accidens: sed vtrum sit bona?

Argum. 1. ¶Videtur quòd nõ. In cœlo est natura, cum sit ens naturale, & tamen ibi non est principium motus: ergo definitio malè posita est. Maior nota. Et minor probatur. Quia principium motus in cœlo non est eius forma, sed intelligentia motrix: quia non posset esse talis motus tam regularis ab intrinseco quin viueret cœlum: sed cœlum nõ habet vitam: ergo neque motum ab intrinseco.

¶Nec eius materia est principium passiuum naturale motus: quia cœlũ naturaliter esset inclinatum, ad motum circularem, quem habet: sed hoc est falsum: vt in. 3. Metaphy. ostẽ-

Auicenna. dit Auicenna: & est manifestum, cum omnis mot⁹ naturalis oportet sit vel à medio, vt est leuium: vel ad medium, vt est grauium: sed motus ille cœlorum neque à medio, neque ad medium est, ergo nullo modo est naturalis. Item, quia non est in eo principium quietis, cùm non quiescat: ergo in eo non est natura.

Secundò. ¶Secũdo. In elementis est natura, tamen nõ est ibi principium motus ab intrinseco. Patet. Non est in igne tale principium actiuum quia haberet vitam: neque est passiuum per hoc, quod potest aliam recipere formã: quia sequeretur, quod ferrum respectu formę statuę diceretur natura: quia habet quod possit recipere talem formam artis, & ratione consistentię partium, & propter duritiem: sed hoc est falsum.

Tertiò. ¶Præterea. Si ratio naturæ in hoc consistit, quod sit principium motus eius in quo est, sequeretur quod sola viuentia haberẽt naturam: quia sola ipsa ab intrinseco habent tale principium: quia nutriuntur, & augentur: cõsequens est falsum: quia grauia mouentur à seipsis, sicut ab interiori principio deorsum: quia non videtur à quo alio: & semen animalis antequàm viuat, & aqua calida reducendo se ad frigiditatem.

In contra. ¶In contrarium est Aris. qui sic definit.

1. Notand. ¶Pro solutione speculationis oportet nota re ex Aristot. 5. Metaphysi. tex. 5. quòd hoc nomen, natura, prius fuit impositum ad significandum generationem nascentium: sic na-

Multis modis natura sumitur. tura idem est, quod nascitura, seu natiuitas: at nasci solum viuentibus conuenit. Et quia in generatione viuentium, in semine dicitur virtus inclusa intrinsecè, vtà sua virtute disponatur, & moueatur ad generationem animalis: deriuatum est nomen natura, nõ solum ad actum generationis, vt est natiuitas, sed ad principium intrinsecum motus eius in quo est: siue sit actium, siue passiuum principiũ: siue in viuẽtibus, siue in nõ viuẽtibus, siue motus sit alterationis, aut augmẽtationis: siue secũdum locũ: quomodocũq; id q̃ principium intrinsecũ est talis motus, natura dicitur: & in hac acceptione Aris. sumit quando ipsam definit, dicendo, esse principiũ mouendi, & quiescendi.

¶Et

¶Et quia ex principijs naturalibns essentia rei constat, nomen est etiam extensum ad significandam essentiã rei, quæ terminus principalis est generationis. * Vt ex materia & forma in homine, resultat, totius natura: scilicet, humanitas, quæ forma totius dicitur. In hoc sensu hîc in tex. 14. ait quod natura se habet ad naturam, id est, nascituram, vel natiuitatem, sicut sanitas ad sanationem: vt sicut sanitas, sanationis est terminus, & est per eam: sic natura, vel species rei per natiuitatem, quæ est terminus eius: & quia essentia rei principalius per formam, quam per materiam, dicitur, forma, magis natura, quam materia.

Duplex forma, quędã partis alia totius. ¶Ex ista consideratione naturæ, rursus emanauit alia distinctio formæ: vt quædã sit, quæ est forma partis, alia quæ totius. Illa quę partis est, contra materiam distinguitur: sed quę totius, est natura ipsa, quæ est essentia rei cõstans ex materia, & forma, quæ in abstracto declaratur: sicut humanitas in homine, & equinitas in equo.

2. Notand. Auerro. Ægidius. Aui. lib. 1. suæ sufficẽtiæ. c. 5. ¶Secundo notandum videtur, quod Commentator comẽ. 2. notat, hanc definitionem esse analogam, vel æquiuocam (vt explicat Ægidius Romanus in principio huius, dubio 2.) Quale est definitũ, talis est eius definitio: cum ergo natura in his, in quibus habet esse, sit quasi æquiuocè, quia quicquid est in super cœlestibus, & in istis inferioribus, totum est quasi modo æquiuoco, sic æquiuocè est data definitio. Non oportet ergo, quod secundùm eandem rationem, & vniformiter, cõueniat omnibus: sed in aliquibus, natura erit principium motus & quietis: in aliquibus vero motus tantum, & motus nõ eodem modo quia in aliquibus est principium motus secundum locũ solum, in aliquibus vero secundum augmentũ, in quibusdã autẽ secundum alterationem, vel etiam secundum generationem. Hæc ex Com. Respondeamus ergo per conclusiones. Et. 1. sit.

1. Conclu. ¶Definitio naturæ posita ab Aristote. est bona, & sufficiens. Probatur. Ad bonam definitionem requisita omnia, in tali definitione ponuntur: quia primò loco generis ponitur quòd sit principium, & causa: quia tam materia, quam forma, principium est vnde motus, & vtrumque in suo genere causę: quia

Causa supra principiũ dicit influxum. hæc formalis, illa materialis: & causa quidem supra principium, influxũ dicit: quod habet materia, & forma: licèt nõ eodem modo principium motus, & quietis: quia quando est principium motus, sit & quietis: quia per motum ad quietem. Quod dicit primum; est ad excludendas accidentarias formas, quæ quãuis sint principium motus, non tamen principium substantiale sunt, sed instrumentale: sicut est grauitas: & leuitas in elementis, & calor naturalis, in animalibus.

¶Quod additur per se, & non secundum accidens: siue sit ad excludendum casum & fortunam (vt aliquibus videtur) quę sunt causa per accidens: vel sit ad excludendum artem medici, quæ licet sit principiũ sanationis eius in quo est, non dicitur natura, quia non de per se sed de per accidens: quia accidit, quòd talis infirmus sit medicus.

Corolla. ¶Sequitur ex hoc, quod forma, cum sit natura: nõ dicetur natura, eo quod sit principium generandi sibi simile extrà: sed dicitur natura, quia habet principium motus ascendendi sursum. Sic forma animalis non dicitur natura, ab eo quod generet, sed ab eo quod animal per formam nutritur, augetur, & localiter mouetur. In hoc enim saluatur ratio naturæ, etiam si nunquã sit generatio extra. Et sic

Nota. ens naturale dicitur q̃ in se habet tale intrinsecum principium.

¶* Hæc est Aristote. intelligenda de natura 2. modo: quæ intrinsecè in rebus consideratur: nam ipse naturam aliam fecit primam, quam primum motorem appellat: de qua in. 8. infra, & hæc sic deffinienda esset vt natura nihil aliud esset quam dei voluntas causa efficiens & conseruans omnium de quo Antonius Turecremata multa in primo colloquio.

2. Conclu. ¶Secunda conclusio, quæ velut corollarium est præcedentis: tam forma, quam materia natura dicitur. Patet: quia id est natura, quod est principium motus, & quietis: sed tam forma, quam materia est huiusmodi: ergo. Cui enim conuenit definitio, oportet & cõueniat definitum: forma est principium actiuum, & materia passiuum. Forma quidem, vt patet discurrendo per omnia naturalia entia, principium actiuum reperitur, & intrinsecum: & materia susceptiuum principium demonstratur. Magis tamẽ forma, natura dicitur, quam materia: quanto nobilius est agere, quam pati. Et vniuocè hoc nomen natura, conuenit

Comment. Albertus. Magnus. materiæ, & formæ. Etiam si contrarium Com mẽ. & Alberto Magno videatur: quia dato aliter materia, sit pars, quã forma: tamen vtraq; est pars essentialis rei, vt suprà diximus in primo li. & sic habet q̃ proprie dicatur natura: quia natura abstrahit ab hac, vel illa parte, cũ solũ dicat, quòd sit principiũ per se: quod re-

peritur ita in materia, sicut in forma.

¶Probari potest vniuocatio ex Aristotel. qui dicit, magis esse naturam formam, quam materiam: sed comparatiuum omne positiuum præsupponit, & in eo fundatur. Si ergo magis est natura forma, quam materia sequitur materiam esse naturã, & propriè naturã, & non æquiuocè.

3. *Cõclusio* ¶Tertia conclusio. Sola viuentia, dicuntur entia naturalia ratione principij actiui, quod forma substantialis est. Patet. In solis viuentibus forma, est principium actiuũ eius in quo est: ergo sola ipsa dicuntur entia naturalia ratione formæ. Patet. Viuere (vt Aristote. 2. de anima tex. 13.) cõsistit in hoc, quòd res à sua propria forma mouetur, aut ad motum augmẽtationis, aut alterationis: vt in plantis, aut vltra, motu sensitiuo: vt in animalibus, aut vlteriùs motu locali progressiuo: vt in perfectis animalibus: aut intellectiuo, vt in homine: ergo viuentia, habẽt in se à forma substantiali, principium huiusmodi motus.

Ratio. Arist.

¶Sed probatur quod solùm viuentibus conueniat, quod principium huius motus sit intra, quia forma substantialis ignis non habet se mouere intrinsecè, neque aqua, existens in sua naturali dispositione se mouet, neque aurum, neque ferrum. Et in hoc posita est differentia inter viuentia, & non viuentia: quod viuentia, habent perfectionem sui status in motu: ita vt quandiu mouentur, viuant: non viuentia tamen, habẽt perfectionem sui status in quiete: & si sint in suo loco naturali, nõ mouentur.

4. *Conclu. Nõ viuẽtia dicũtur entia naturalia ratione materiæ.* ¶Quarta conclusio. Non viuentia, dicuntur entia naturalia, ratione principij intrinseci passiui quod est in eis, sed actiuum principiũ habent ab extrinseco. Probatur. Non viuentia dicuntur entia naturalia, & ex naturis cõposita, sicut dicuntur & viuentia: quia vtraque ex materia, & forma constant: ergo debent dici naturalia, vel ratione principij actiui, vel passiui intrinseci: sed non dicuntur ratione intrinseci princeipij actiui, quod est forma, cùm sola viuentia sic dicantur vt dicit tertia conclusio: sequitur quod non viuentia, dicãtur entia naturalia, ratione principij intrinseci passiui, id est, materia, q̃ docet hæc quarta conclusio.

Corolla. ¶Ex quo sequitur, quod calefactio passio, aquæ, non dicitur naturalis ratione formæ ignis, sed à natura aquæ, putà à materia, quę habẽt inclinationem ad recipiendum illum motum, Dixi, calefactio passio: quia si ipsa consideratur actio, vt ab igne procedit, est naturalis igni: quia secundum natutam eius est. Ecce quomodo viuentia, & non viuentia entia naturalia dicta sunt: & ex naturis constant, tamen est differentia latissima in hoc quòd sit intrinsecè principium actiuũ vt in viuentibus: aut passiuum, sicut in nõ viuentibus. Nunc oportet respondeamus ad argumentum.

Ad argum. S. Th. p. p. q. 70. ar. 3.

¶In primo argumento tangitur difficultas de cœlorum motu, vtrùm sit à principio intrinseco, & an sit naturalis. Sanct. Thom. dicit ante Aristote. quosdam opinatos cœlos moueri à propria forma: & dixerunt cœlum esse animal, & in hoc consequenter loquebantur. Sed tamen Aristote. qui negauit esse cœlum animal, (vt habet veritas quicquid Caiet. dicat de quo infra ex proposito)

Caie. super psal. 133. Ægidius.

motum cœlorum dicit ab extrinseco, scilicet, ab intelligentijs euenire. Sed Ægidius Romanus (quidoctor fundamentalis merito dicus est) in principio huius. 2. dubio. 1. ait. Motus cœli potest dici dupliciter naturalis. Primò, ratione motoris. Secundò, ratione mobilis. Ratione motoris quidem, quia motor cœli est quasi forma eius, & anima eius: non q̃ ex huiusmodi motore, & mobili, vnum fiat secundum esse: sed pro tanto cœlum dicitur esse animatum: quia motor eius approximatus influit ei motum, qui est quoddam opus vitę. Ex parte igitur motoris cœlum mouetur à principio quod est in ipso: tùm quia motor eius est àppropriatus sibi: tum quia est quasi anima ipsius. Tertio, quia huiusmodi motor est in ipso cœlo, quia vbi operatur substãtia separata, ibi est.

An motus cœli dicatur ei naturalis

¶Secunda via ex parte mobilis: nam cùm leuia per naturam moueantur à medio & grauia ad medium: cœlum, quod per naturam neque graue, neque leue est, habet ex natura sua, quod nec moueatur ad medium, neq; à medio, sed circulariter, circa medium. Motus ergo eius est naturalis. Et natura, in ipso est aliquo modo principiũ huius motus: quia ex natura sua habet quod sit aptum natum sic moueri. Et dicit vlterius, quod motor cœli, non potest dici extrinsecus, cum sit quodã modo anima eius. Sic enim cœlum mouetur à motore separato, quod etiam mouetur à principio intrinseco, Hæc Ægidius, qui sum psit hoc ex Comment. qui in primo de cœlo, commen. 41. & inde substantia orbis, &. 12. meta, id. affirmat, quam sequitur Paulus Venetus, & alij.

Comment. Pau. Vene.

¶Contrariam sententiã ad Cõment. & ad cõmunem opinio. Auicenn. 9. meta. tuetur, qui ait

Auicenna.

ait & probat, motum cœli non esse naturalem simpliciter: quia neque habet in se principium actiuum, neque passiuum illius motus, neque inclinationem ad illum: tamen nõ dicitur violentus, sed præter naturam: quia neque habet naturalem inclinationẽ, neque repugnãtiam. Huic opinio. Auicennę subscribit, doctor Sub. Opinio Auic. & doctoris subtilis secundum considerationem particularẽ videtur quod habeat probabilitatẽ, vt illemotus non dicatur ei naturalis, neque ratiõe formæ, neque ratione materiæ, solum habendo respectũ ad neutrã potẽtiã in eo: eo modo quode superficie, doc. sub. ponit exẽplũ, quæ non habet naturalem potentiam ad albedinẽ neque repugnantiã, sed neutram ad hanc, & ad illam. Pro solutione tamen argumenti ponamus propositiones.

Sc. in. 2. d. 2. quæst. 6. Quomodo motus cœli dicatur naturalis.

1. Posit.

¶Prima propositio, Cœlum mouetur motu circulari naturaliter. Probatur ex Arist. 12. meta. tex. 10. qui ait. Cœlum habet materiã non in potentia ad aliam formam, sed ad motum localem. Et. 1. cœli. tex. 13. &. 14. probat ex professo, quod motus cœli circularis sit ei naturalis.

S. Th. p. p. q. 70. ar. 3. ad. 4. Ratio. 1. Sapien. 8.

¶Ratio est, quia Deus sic attingit à fine vsq; ad finem fortiter, vt omnia disponat suauiter, disponendo quamlibet rem secũdum naturæ proprios motus: sed qui à principio dedit igni, vt calefaceret naturaliter, & aquæ, vt frigefaceret, & arboribus, vt fructificarent, de

Motus cœli naturalis.

dit cœlo, vt circulariter moueretur: at motus in suprà dictis cẽsetur, & dicitur naturalis, quare & non dabitur cœlo? Mirabile est hoc, q̃ Deus à principio creasset cœlum inter corpora nobilissimum, & velut causa inferiorum,

Ratio. 1.

& quod cum alijs daret naturaliter suos motus, solum cœlum priuaret?

¶Prætera. Quælibet res habet aliquam inclinationem secundum naturam: ergo & cœlũ habet: sed non videtur quæ fit, nisi ad motum illum circularem, quem habet à principio cõditionis suę: ergo talis motus erit ei naturalis Non enim melius alicuius ex natura inclinatio, cognoscitur, quàm quod à principio sem per habuerit.

Confirma.

¶Confirmatur: quia aut materia, aut forma, aut vtrunque simul, sunt in cœlo principium illius circularis motus, vel non: si sic, habeo intentum, quod ille motus sit naturalis: si non sequitur quod neque forma cœli, neque materia eius sunt natura, cùm, nullo alio modo (vt ex definitione naturæ patet) dicatur natura: & sic neque cœlũ esset res naturalis, quia non componitur ex naturis, quod contra Commentatorem probabimus libr. de cœlo. quæstio. 2.

¶Secunda propositio. Principium motus naturalis in cœlo nõ solùm materia est, sed forma, principalius. Patet: quia cùm nullus alius motus conueniat cœlo, nisi ille, qui est circularis, si solùm ratione materiæ conueniat ille motus, nullus alius ei conueniret ratione formæ, & forma cœli non esset natura: sed hoc non est dicendum: quia cœlum est naturalis res composita, non ex natura, sed ex naturis, scilicet, ex materia, & forma: ob id iste motus naturalis in cœlo non solùm ratione materiæ, sed ratione formæ, naturalis est: sic intelligit Aristotel. quod sicut graui, & leui conuenit naturaliter motus sursum, & deorsum ratione formæ, sic & cœlo conuenit motus circularis ratione formæ: cum & ratione formæ, illi conueniat illa figura circularis.

2. Propos. Ratio.

Aristot. 1.

Ægidius.

¶Et prouari posset etiam, quia (vt ex Ægidio dicebamus) corpori nõ graui, neque leui, per naturam, quale cœlũ est, cõpetit motus, qui circa mediũ est, qualis circularis.

3. Propos.

¶Tertia propositio. Quanuis motum, naturalem cœli, possimus dicere esse ratione motoris: quia à principio quo cœlum habet esse mouet, & dicitur ipsi cœlo affixus angelus mouens, & quia ex diuina ordinatione non desistit à motu. magis quam si à forma esset, tamen quia angelus forma cœli non est, neque intrinsecè mouet, sed extrinsecè: non debet dici propriè motus à natura, ob hoc, ne quæ cœlum viuere, vel habere vitam. Hæc propositio patet ex supra dictis: quia ad motum naturalem, oportet intelligatur à principio, quod natura est, quale intrinsecum est, ex quo constat res naturalis: sed angelus nõ est intrinseca pars cœli, neque ex ipso componitur, vt forma aut materia: & naturalis motus nõ potest dici propriè: nisi naturalem vocemus, quod à principio rei est, etiam si ab intrinsecis principijs non sit. Similiter probatur, quòd cœlum neque viuit, neque est animal: quia ad hoc est requisitum, vt sit id quo, viuens viuit formaliter in ipso. De quo infra latius.

Ad secun.

¶Ad secundum dicimus elementum habere naturam, & consequenter in se habere principium sui motus, non actiuum ratione formæ, sed passiuum ratione materiæ: ita, vt ignis corruptio, & aquæ calefactio, sit naturalis illis: quia passum confert vim patiẽdo. Et passum cõferre vim, est formã educi de potentia materię ad sensum suprà expositũ: aut saltim

In. 1. libro ſpecul. 7. quòd materia ſit in potẽtia naturali, quæ ad eius receptionem cõcurrit, vt in hominis generatione contingit, datoanima rationalis non educatur de potentia materiæ, vt ibi dictum eſt.

¶Sed reſpectu formæ artificialis materia nõ dicitur habere principium naturale. Quantũ uis enim per artem ſit diſpoſitum ferrum ad ſtatuam, non dicitur materiam habere appetitum naturalem ad talem formam artis: neque dicitur educi de potentia materiæ propriè: quia formam educi de potentia materiæ, eſt reſpectu agentis naturalis, & nõ artificialis. Ob id neganda eſt ſequela, quę in argumento fit.

Ad tertiũ. ¶In tertio argumento tangitur difficultas, quæ eſt diſputanda in proprio loco in. 8. infra, vbi Ariſto. probat: quod omne quòd mouetur, ab alio mouetur. Et ſi quod intrinſecus mouetur, oportet diſtinguere partẽ mouentem, à parte mota: vt in etherogeneis viuẽtibus cõtingit: in animali, cor mouet alia membra: & ob hoc grauia, & leuia non dicuntur intrinſecè moueri, ſed à generante. Et dato in lapide, verbi gratia, quis conſideret partem mouentem, formam: & partem motam, materiam, non poteſt eſſe: quia forma, nõ eſt quæ agit, ſed ſuppoſitum, mediãte forma: neque materia eſt quæ deſcendit, ſed lapis. Nõ enim forma animalis nutrit, neque materia nutritur, ſed totum animal nutrit, & auget ſemper formam: quòd ſi iſto modo cõcederetur de lapide, per hoc quod forma ageret, iam ſequeretur, quod lapis moueret ſe, ſicut animal mouet ſe: quod eſt contra Ariſtotelem:

Ariſt. 8. phy. t. 32. S. Tho. ibi.

Cõtra Gre. in. 2. d. 6. & Iad. de quo Capre elus. in. 2. d. 6. q. 1. cõ tra. 1. cõclu ſionem.

Quomodo inanimata dicũtur moueri à generante. ¶Dicuntur tamen iſta inanimata, à generante moueri, per hoc quòd habent à generante impetum, quo moueantur naturaliter ad locum ſuum naturalem, quãdo ſunt extrà: ſicut qui lapidem impellit, dicitur imprimere in lapide impetum: ſiue ſit qualitas diſtincta à lapide, ſiue non (eſt impertinens.) De quo in. 8. & Ægidius Romanus in principio huius dubio. 3. Sol enim mouet vapores ſurſum, dãdo vaporibus calorem: vapores non mouent ſeipſos: ſed mouentur à ſole: ita generans, dando grauibus, & leuibus formas ſuas dat mouere: nam graue, poſtquam habet formam grauis, quantũ eſt deſe, ſemper eſt deorſum. Quod ſi moueat ſe deorſum, quãdo eſt extra locum, eſt de per ſe, ſcindendo mediũ, remouẽdo prohibens, ergo graue antequam habeat formam grauis, eſt in potentia eſſentiali, vt ſit deorſum, & indiget cauſa per ſe vt moueatur ad talem locum. Generans ergo dando graui formam, eſt cauſa effectiua per ſe, vt grauè, de orſum deſcendat. Et grauia & leuia dicuntur moueri à generante, & mouẽtur à ſe, de per accidens. Vnde forma grauis poteſt dici principium actiuum reſpectu motus, qui conſequitur naturam formæ, ac ſi ab eo produceretur. Et in iſto ſenſu Sanct. Tho. dicit, formam grauis, & leuis, quodammodo eſſe principium actiuum ſui motus: tamen ſu per Ariſ. in loco citato in octauo ſimpliciter dicit in graui, eſſe principium paſsiuũ ſui motus: alibi latius.

S. Tho. de potentia. q. 5. artic. 5. S. Tho. 8. phy. & p. p. q. 32. ar. 4.

¶Ad id quod de ſemine in argumento tangitur, ferè ſimilis eſt reſponſio. Virtus enim ſeminis virtus generantis eſt, per quam generans ſe immutat vſque ad producendũ animal, licèt aliter quam in graui, & leui: quia grauitas, & leuitas, ſunt principia paſsiua: virtus tamẽ ſeminis, & eſt actiua: ſicut virtus in grano ad ſpicam producendam de hoc infra.

¶Ad id de aqua, quæ ſe reducit ad frigiditatem, quando calida eſt, Paul. Venetus in hoc libr. 2. Phyſicorum ponit opiniones varias. Prima eſt Auicennæ, qui dicit fieri à forma ſubſtantiali aquæ: at quia nõ declarat an mediante frigiditate, quidam dicunt mediante formali frigiditate: alij mediante virtuali: alij ſine ea.

Variæ opi. 1. Opinio. Auicenna.

¶Secũda eſt opinio Ægidij, quolibet. 5. quæ. 16. & 18. quod reductio fit à forma ſubſtantiali aquæ, non per ſe, ſed per accidens, quia intẽdit corrumpere caliditatem: & producit frigiditatem.

Opinio. 2. Ægidius.

¶Tertia eſt Burlei, quod illa reductio non fit à forma ſubſtantiali aquæ, ſaltim vbi plus eſt caloris, quam frigiditatis: quia à proportione minoris inæqualitatis non fit actio, ſed fit à medio circunſtante frigido paulatim frige faciente.

Opinio. 3. Burlei.

¶Quarta opi. eſt Iacobi de Forliuio, qui dicit quod aqua nunquam eſt vniformiter calida: ob id partes frigidiores frigefaciunt calidiores.

4. Opinio.

¶Quinta eſt eiuſdem Pauli Veneti dicentis, quod inclinatio naturalis aquę eſt certa denſitas: ob idque quod cũ calida ſit rarior quã debeat, reducit ſe ad dẽſitatẽ, & frigeſcit. Sed omnes has opiniones phyſicè loquẽdo oportẽt reijcere, & impugnare. Illa enim reductio a quæ calidæ ad frigiditatem fit à generante aquam: ſicut quando graue eſt extra ſuũ locum naturalem, motus ad talẽ locum tribuitur generanti, & motus, aquæ calidæ, quia vltra ſuam naturalem diſpoſitionem eſt, debet tri

Opinio. 5.

Quomodo aqua calida reducat ſe ad frigiditatem.

bui generanti. Et quidem aqua nunquam debet intelligi, quandiu manet ſua forma ſubſtantialis ſine frigiditate: ſicut ignis non poteſt intelligi abſque calore aliquo: imo non videtur improbabile aſſere, quod quanuis aqua eſſet ſumme calida, in ea intelligatur magis de frigiditate, ꝙ de calore: quia ſi ſumma frigiditas eſſet vt .8. requiſita, videtur ad cõſeruationem, ſaltim vltra gradum mediũ, vt. 5. ſcilicet, ita vt cum minori non poſsit ſtare aquæ forma. Et dato hoc non eſſet difficile intelligere, quomodo maior frigiditas poſſet prævalere contra calorem: ſed ponamus qđ tenendum eſt, quod in aqua, nimis calida minus ſit de frigiditate, quam de calore, tũc fiet reductio ad frigiditatem mediante tali frigiditate. Et dato ſit maior calor à proportione minoris inęqualitatis fiet actio: qa illud à proportione minoris inæqualitatis non fit actio intelligitur de accidentibus contrarijs exiſtẽtibus in ſua naturali diſpoſitione: ſed quando vnum accidens eſt extra ſuum ſubiectum, etiam ſi ſit fortius, poterit pati à minori, ſi ſit in ſua naturali diſpoſitione: quia calor extra, non habet vnde conſeruetur: ſic frigiditas in aqua calida quanuis ſit minoris intenſionis gradualiter, quam ſit calor in eadem aqua: quia tamen aqua eſt in ſuo ſubiecto naturali, & in ſua naturali diſpoſitione, conſeruatur ibi: & poterit agere, & prævalere contra calorem: quia extra ſuam diſpoſitionem eſt, & nõ conſeruatur à ſubiecto: & ob hoc dicunt medici, quod infirmum animal, quod ſemel eſt vltra ſuam naturalem diſpoſitionem, non ita facilè ab intrinſeco reducitur ad ſanitatem & integrum ſtatum naturalem: quia hoc fit per hoc, quod pars ſana mouet non ſanam: & cum in agendo repatiatur, calor naturalis fit dẽbilior, & indiget medicinis extrinſecus adiuuari.

Probabile quod in aqua ſummè calida ſit magis de frigiditate, quam de calore.

Aliquando à proportione minoris æqualitatis fit actio.

¶Ecce ergo quomodo aqua ad frigiditatem reducitur (quantunuis ſit calidiſsima) à ſua forma ſubſtãtiali, principaliter mediãte frigiditate actuali, quæ ſemper manet. Et iſte motus tribuitur generanti danti illam formam, quæ conſeruatur cum frigiditate, & non ſine ea. Qui in aqua negarunt frigiditatem actualem, ſunt decepti ex experiencia, eo quòd aqua calida magis, & vehementius adurat, & comburat, quam flamma ignis: cũ in ignis flamma, nulla ſit formalis frigiditas: ſic dixerũt de aqua: ſed decepti ſunt, quia nõ eſt ex eo, qđ ſit maior calor, in aqua calida quã in igne: ſed quia forma ignis eſt rarior, & aqua eſt denſior, fortius ſentitur calor in aqua cõdẽſata: nã fortior eſt virtus vnita ſe ipſa diſperſa. Vapor enim, qui ab aqua caliditſima exhalatur, tã intẽsũ habet calorẽ ſicut aqua, ſed nõ tãtũ adurit: quia cũ rarior ſit, minº de multitudine materię: habet & minº cale facit: digitus ferri incẽſi nõ habet tãtũ caloris quãtũ flamma ignis, aliàs ferrum eſſet ignis, ſed tamen quia magis de multitudine materiæ, magis adurit: cum ergo in aqua nunquã ſit ſumma caliditas, oportet intelligere actualem aliquam frigiditatem.

Non eſt neganda frigiditas in aquactiamſi ſit calida.

**Quotmodis dicatur natura.*

¶*Et quia de natura hic ſermo eſt, non erit ab re, loco apendicis in fine ſpẽculæ ponere modos omnes, quibus dicitur natura. Primo natura dicitur generatio viuentium, vt diximus in principio: & patet in textu. Secundò dicitur quòd eſt principium intrinſecus motus, vt hic diſinitur. 1. 2.

¶Tertiò, ſumitur pro quacũque eſſentia, ſeu quidditate, vt cũ dicimus, alia eſt natura ſubſtantię, alia qualitatis. 3.

¶Quarto. Pro quacunq; differentia ſpecifica. vt naturã hominis, dicimus eſſe rationalẽ. 4.

¶Quinto. Pro quacunque proprietate, quæ rem cõſequitur inſeparabiliter: vt homo natura ſcire deſiderat. 5.

¶Sextò. Pro cauſis motiuis vniuerſalibus ip ſius vniuerſi, tam intellectualibus, quàm corporalibus: vt cum dicimus, tota natura cõparatur Deo, vt inſtrumentũ, principali agenti. 6. 7.

¶Septimò. Sumitur pro eſſentiali ordine rerũ concurrentium, per ſe, & principaliter, ad perfectionem vniuerſi, vt cum dicimus ſolem ſtare eſt contra naturam. 8.

¶Octauò. Sumitur pro Deo, non in ſe conſiderato: ſed pro vt eſt dirigẽs omnes cauſas ſecũdas in actionibus ſuis naturalibus: & in quãtum eſt omnium motuum primũ principiũ, vt cum dicimus natura, inſtituit ſolem declinare in zodiaco, modo ad auſtrum, modo ad Septẽtrionem, ob alternam rerum generationem & corruptionem.

¶Nonò. Sumitur à medicis pro complexio, ne, vt rhebarbarum coleræ purgatiuũ natura eſt, & pro virtute formatiua, quæ deſeruit generatiuę, vt cum dicimus natura in generatione animalis incipit à formatione cordis. 9. 10.

¶Decimo, apud moralem philoſophum ſumitur, pro cõſuetudine: vt dicimus conſuetudo eſt altera natura, omnibus iſtis modis natura ſumitur: ſed in iſto loco, in ſecundo ſenſu tractat Ariſ. vt dictum eſt.

¶ SPECVLATIO secunda. Vtrũ forma sit principium actionis.

QVæritur hîc quia de actiuitate sermo incidit, & natura principium actiuum dicitur ratione formæ, vtrum sic attẽdatur penes formam, quod solum penes eam sit.

Argum. 1. ¶Videtur, quod non. Et sit argumentum vltimum quæstionis præcedentis de ferro candente. Si forma esset actionis principium, sequeretur quod actiuitas in agentibus, deberet attendi penes multitudinem formæ: quia diminuta virtute, oportet decrescere essentiam, sicut augeri, ea aucta: sed hoc est falsum Nam in ferro candente, minus est de calore, quàm sit inflamma ignis: & tamẽ ferrum magis adurit, ergo actiuitas, non est attendenda penes formam.

Secundò. ¶Secundo. Causæ secundæ nihil operantur, sed solum Deus: ergo actiuitas, non debet penes formam attendi. Antecedens probatur:

Arist. 1. de cœlo. te. 32 1. se. d. 37. S. Th. 1. p. q. 8. art. 2. quia Deus, & natura nihil faciunt frustra, sed causæ secundæ efficientia, est superflua: Deo concurrente, qui in omnibus est, per essentiam, præsentiam, & potentiam, vt Theologi affirmant: ergo nullo modo attẽdẽda est causalitas penes formæ actiuitatem.

Tertiò. ¶Tertio. Si forma substantialis esset per se principiũ quo, agens ageret, ergo & accidentalis, esset quo, instrumentale principium, ad eundem effectum: cõsequens est falsum, quoniã accidens produceret substãtiam, & vltrà perfectionem specei ageret.

Aristot. 2. physi. text. 29. & in. 3. t. 17. ¶In contrariũ est Arist. qui dicit formã esse principium & causam motus.

¶Pro solutione notandum, in præsenti speculatione, sermonem esse de efficientia formæ: & quia causa formalis, ab efficienti distincta est (vt infrà dicemus) hîc quæritur, vtrum causa efficiens, per formam agat, tãquã principio quo ita vt causalitas agentis sit ratione formæ. Et simul, & semel tangitur, q̃ in causa efficienti, sit causalitas, & quod in forma qua, agens agit.

2. Notand. ¶Secundo est notandum circa efficientiam, quàm præsupponit hæc speculatio, variam fuisse opinionem, non solum philosophorũ, sed etiam Theologorum.

Variæopi. ¶Prima opinio fuit quorundam tollentium omnẽ causalitatem causæ secundæ: siue vniuersalis, siue particularis, fuerit. Dicunt enim quod solus Deus est, qui omnia operatur ad præsentiam causæ secundę: ita vt ignis nõ calefaciat, sed Deus, in præsentia calefaciat, sed Deus, in præsentia caloris, & non aliàs, expacto posito, sicut ad præsentiam prolationis verborũ sacramentaliũ, in Eucharistia ponit in sacramento: vt si nunc statueret Deus, quod ad prolationem horum verborum: fiat ignis, tunc faceret ipse ignẽ. Hanc opinionẽ, si opinio dicenda est, tenet ex professo Gab. Licèt longè ante eum, vt citat S. Thom. aliqui tenuerint. Dicit ergo Gab. q̃ causę secũdę nihil re vera faciũt, sed Deus ipse. Hæc sentẽtia penitus est reijciẽda, & Sanct. Thom. in loco citato dicit eã esse stultã: nẽpè q̃ tollat ordinẽ vniuersi: nã si causæ secũdæ, nihil faciunt, iã esset cõpertissimũ res omnes esse otiosas, atque superfluas, & absq; aliqua necessitate: quod diuinæ sapientiæ derogat.

Gabr. in. 4. sent. q. d. 1, q. 1.

S. Th. in. 2 d. 1. q. 1. art. 4.

2. Opinio. ¶Alia in alio extremo fuit sentẽtia, vt tolleret omnẽ causalitatem, & concursum primę causæ, & tribueret secundæ: vt Deus nihil operaretur immediatè cũ ipsis, sed solũ ageret ipse Deus ad cõseruationẽ causarũ. In hoc extremo fuit Durãdus. Quòd sit erroneũ hoc asserere, aliàs clarũ faciemus in. 2. sente. in nostris Resolutionibus (si Dñs dederit.) Nũc tamen falsitas cõprobatur ex illo 1oã. 5. Pater meus vsq; modo operatur. &c. Et B. Gre. super illud Iob. 8. adnotauit: quẽ cõstituit aliũ super terrã, aut quẽ posuit super orbẽ, quẽ fabricatus est? Et est ratio ad hoc. Res omnis naturalis, per eãdem formam operatur, per quã habet & esse (esse enim propter operari est) ergo eo modo quo res à Deo pendent in esse, pẽdent in operari: sed ab eo pendent in esse immediatè, per suam præsentiam conseruando, vt etiã dicit Dura. ergo ab eo pendent in operando.

Durand. in 2. sen. d. 1. q. 5. Gregorius B. Au. lib. 48. sup. gene. c. 12. & lib. 5. c. 20

Confirma. ¶Cõfirmatur. Quia rẽ fieri, est esse acquire: sed res dũ sunt, cõseruãtur à Deo: ergo cũ fiunt, Deus attingit earum productionem.

Auicenna. ¶Alia fuit opinio in hac forma, quæ dicit, q̃ Deus creauit primum ens: ideſt, angelum primum, & ille per virtutem receptam à Deo creauit secundum angelum, & ille secundus tertium, & vltimus cœlum: & cœlum ista inferiora. Isti moti sunt, quia non poterant intelligere, quomodo causæ inferiores concurrerent immediatè simul cùm Deo: quia si Deus concurreret, ipse solus videretur sufficere, Hęc opinio Auicennæ tribuitur, vt docet

docet S. Tho. quæ etiam est contra fidẽ Christianam: maximè, quia creatio, est solius Dei, vt in superioribus probatũ est in primo, speculatione. 6.

¶Quo ad causam formalem est considerandum, quòd quædam est causa formalis substantialis, & alia est accidentalis: sicut in igne datur sua forma substantialis, qua formaliter est ignis & calor est formalis causa, sed non substantialis, sed accidentalis. Sit prima conclusio.

Conclu. 1. ¶De causa efficienti loquentes, ad omnem motum, & omnem actionem naturalem, nec Deus solus, vt dixit reprobata prima opinio, neque creatura sola, vt dixit secunda & tertia, sed Deus, simul cum causa vniuersali, & particulari concurrit. Hæc est via regia, qua oportet incedere, non declinando in vnã, aut aliã partem. Hæc ex reprobatione opinionũ probatur. Et addẽdum est, quia aliàs nulla esset causa efficiens, in istis inferioribus præter Deum.

Deus concurrit immediatè cũ cau. 2. S. Th. p. p. q. 8. ar. 1. Ratio. 2.

¶Secundo. Quia si nulla esset causalitas in istis inferioribus, nõ esset maior ratio, quare Deus ad præsentiam solis illuminaret solum, & frigefaceret, ad præsentiam aquæ, sed videmus, quòd ad præsentiam aquę sic frigefacit, quòd neque illuminat, neque calefacit: & ad præsentiam solis, calefacit, & illuminat quod non facit ad præsentiam aquæ: causa ergo est, quòd naturaliter ex conditione à Deo indita habent, quod operentur cum ipso Deo certos, & determinatos effectus.

Obiectio. Solutio. ¶Neque valet dicere ratione pacti hoc esse, quia Deus pepigit ad præsentiam solis illuminare, & ad præsentim aquæ frigefacere: nam quæro, aut illud pactũ est aliquid super additum naturę rerum, aut est de intrinseca ratione? Si primum: sequitur quod nõ est illud de natura rerum: & aqua ex natura sua non habet, quòd magis frigefaciat, quàm calefaciat. Si hoc est de essentia rerum, habeo intentum quod sit de intrinseca ratiõe solis illuminare. Quod si hoc est naturale, sequitur quòd naturaliter operatur Deo concurrente: & Deus non potuit ipsis naturis rerum manentibus, sine miraculo aliud facere, quin sol illuminet & aqua frigefaciat.

2. Conclu. ¶Secunda conclusio. Forma substantialis cuiuslibet rei, est formale principium, & principale, quo agens agit. Patet ex Aristo. infrà in. 3. tex. 17. vbi ait, quod species, seu forma, principium est, & causa motus.

Ratio. ¶Ratio est. Omne quod agit, eo agit, quo & actu est: sed quælibet res actu est per suam formam substantialem, per quam in specie constituitur: ergo sequitur q̃ ipsa, agens formaliter agit. Maior est nota: quia per hoc q̃d quid sit in potentia solum, nõ agit: vt si aqua in potentia calida est, non calefaciet, neque equus in potentia equum producet, nisi per id quod actu sit equus.

Ratio. 2. ¶Item. In omni agente intentio est, sibi passum assimilare: sed huiusmodi assimilatio in forma est: ergo sequitur, quod per ipsam, tanquam per principium formale agit.

3. Conclu. ¶Tertia conclusio. Forma accidentalis, est principium instrumentale quo, agens agit. Probatur. Quia vt dicebamus, per id agens agit, per quod actu est: sed sicut est actu per formam substantialem, & actu est per formã accidentalem: ergo sicut efficiens, operatur forma substantiali, tanquam principio quo, principali: & operabitur accidentali forma, tanquam principio quo, instrumentali: & ignis actu calidus, per calorem calefaciet, producendo formam ignis, tanquam instrumento, calore vtens.

Conclu. 4. ¶Quarta conclusio. Forma accidentalis, nõ solum instrumentum est quo, agens agit, sed est quo, attingitur forma substantialis productio: vt scilicet, ignis per calorem, non solũ calorem, sed formam substantialem producat: imo & posito miraculo in sacramẽto eucharistiæ, accidens attingit ad substantię productionem, vt in primo libro probatum est: quando ex hostia consecrata fiunt vermes, & nutritio. Prima pars conclusio: est contra nonnullos aliàs graues authores, qui habent pro inconuenienti asserere, quod forma accidentalis possit esse instrumentum ad producendam formam substantialem. Probatur.

Speeu. 6. Scot. in. 4. d. 13. q. 3.

Ratio. 1. Ferrum inflammatũ (cũ tamen nõ sit formaliter ignis, sed solũ habet calorẽ participatũ ab igne) stuppã applicatã inflamat; & causat ignẽ: ibi est forma substãtialis ignis, & non est à forma substãtiali ferri: oportet ergo sit à forma accidentali eius, scilicet, à calore.

Ratio. 2. Aristot. 2. de anima. t. to. ¶Item. Virtus seminis in matrice, immediatè producit animam tanquàm virtus generãtis: quia semen, est in potentia corpus viuens tamen illa virtus est accidens.

S. Th. 3. p. q. 77. ar. 3 ad. 3. ¶Et quidem in animalibus, quæ exputrefactione generantur, apertissima est ratio: vbi forma cadaueris, ab accidentibus producitur. Prædicta conclusio est S. Thom. qui ait Immutationes naturales, non fiunt immediatè à forma substantiali, sed ab ea mediãtibus accidẽtibus: ergo accidẽtia, sunt causa instrumentalis ad formę productionem attingẽtia

& agens agit forma substantiali, vt principio quo: & accidentali: sed tamē ista vt instrumē to, illa vt quo principale, per quam & habet esse substantialiter.

5. Cōclus. ¶ Quinta conclusio, Calor ab igne separatus (modo sit extensus in quantitate) eundem producet effectum, quem produceret si esset in igne. Hoc probatur in sacramento altaris.

Ratio. Nam naturaliter effectum habet, quem haberet, si panis adesset. Et cùm aqua calida calefacit manum, illius calefactionis non est danda causa forma substantialis aquæ, sed calor est, qui in virtute ignis agit. Probatur etiam. Calor (verbi gratia) vt. 8. est dispositio sufficiens ad introductionem formæ ignis: ergo vbicūque sit, poterit eodem modo id causare: sicut virtus seminis in absentia eius, àquo decisum est, generat animal.

¶ Dixi in conclusioue, si modò calor sit extē sus: quia cùm actio debeat recipi in quanto, & extenso: non posset exerceri nisi ab agente, quod sit extensum.

Corolla. ¶ Ex hoc sequitur, quòd si calor vt. 8. esset summus, qui suapte natura nō potest esse nisi in igne, si per miraculū esset separatus abigne eodē modo produceret formā substātialē ignis, sicut si non esset separatus.

6. Cōclusio ¶ Sexta conclusio. Actiuitas in agente, venit consideranda penes multitudinem formæ, tā substantialis, quam accidētalis. Itaque ignis bipedalis ea proportione, qua habet magis de forma substantiali ignis, & de accidentali caloris, quam ignis pedalis: poterit in eadem proportione effectū producere. Hęc ex superioribus constant. Cùm virtus agentis sit forma, qua actu est: ergo quātū habebit de actu,

Ratio. habebit & de virtute ad agēdū: sed actū habet secundùm rationem formæ, & substantialis quo ad actum substantiæ, & accidētalis quo ad esse accidētale. In tantum est verū, quod si forma esset infinita, & actiuitas infinita esset. Quapropter in creaturis non datur actu infinitum: vt infrà in tertio, speculasecunda probabitur.

Obiectio. ¶ Quòd si quis obijciat contra conclusio, eo quòd in prima cōclusione dictum est, causas vniuersales concurrere, & Deum cum particulari: & cùm eadem sit actiuitas ex parte vniuersalis, quāuis diminuatur de bipedalitate, semper actio erit eadem: vnde non sequitur, quòd actiuitas sit considerandapenes multitudinem formæ.

Solutio. ¶ Respondetur: dato ita sit, quòd vniuersales concurrunt causæ, sed quia determinatio actionis respectu vniuersalis causæ est pendēs à particulari causa: que videtur determinarè vniuersalem, ad concursum: actiuitas, venit consideranda penes actiuitatem ipsius causæ secūdæ, & particularis. Et sufficit, q̄ in ipsa sit diminutio in virtute, ad hoc quòd sit etiam in actione. Exēplum est Deus concurrit cū homine ad actionē, & ipse homo quodāmodo determinat ipsum Deum ad agēdū. Si tamen remissè agat homo conatu vt vnū, Deus concurrit vt vnum, neque facit maiorem actiuitatem in actu, quam sit in causa particulari. Ad argumentum.

Causa particularis determinat vniuersalem ad actionem

Ad. 1. Sco. in isto 2. q. 4. in solutio. ad. 5.

¶ In primo, in quo tangitur vnde dignosci possit actiuitas, penes intensionem, vel aliun de est notandum: quod multitudo formę, at tendi debet penes multitudinem materię: ita vt in eadem proportione, vbi plus de materia, plus de forma, & è contrà: quia forma educitur de potentia materiæ, & materia actuatur per formam.

Notand. 1.

¶ Secūdo notādū, quod multitudo materiæ, cognoscitur per extensionē, & intensionem, vbi est æqualis densitas, aut per densitatē, vbi est æqualis extensio & intēsio. V. g. Flamma ignis bipedalis, plus habet in duplo, multitudinis formę, quam flamma ignis pedalis: vbi vtraque esset flamma stuppæ æquè raræ: vbi verò flamma pedalis est densior: vt quando fumus ligni viridis inflammatur, non est dupla materia in igne bipedali, neque duplex forma: imò plus formæ & materiæ, potest esse in igne minori. Et in rebus calidis patet eui dentius, quæ non sunt formaliter ignis. In pruna pedali, querci, plus multitudinis est caloris, quam in pruna pini: quia quercus est lignum densius. Et multo plus in ferro æquali, quia densius: vbi sunt æquales quantitates & intensiones.

Notand. 2.

¶ Tertio notandum, quod multitudo formę non est cognoscenda penes intensionē: quia neque in ferro, neque in aliqua alia re, quę nō sit ignis formaliter, potest esse tam intensus calor, quā est in flamma rarissimi ignis: quia calor est dispositio naturalis ignis, nō potest esse fumus calor, nisi vbi sit ignis. Ex quo sequitur, quòd æqualis multitudo caloris in materia æquè extensa, intensior erit, vbi materia fuerit rarior: & hinc fit, quòd in ferro, & si non sit formaliter ignis, quia non est calor summus, si applicetur stuppa, incenditur, & fit ignis: quia illa multitudo caloris magis intenditur, quia in materia rara.

Notand. 3

¶ Ad formam igitur argumenti deueniēdo, negatur quod in ferro calidissimo sit minus multitudinis caloris, quàm in flāma stuppæ, licèt

licèt in flamma stuppæ sit intensior ob rarita tem materiæ. Neque est verum, quòd vbi calor est intensior, sit magis de multitudine formæ, & magis consequenter de actiuitate, nisi cætera sint paria in raritate: imò inferro pedali est multo plus multitudinis caloris, quàm in stuppa, ob id vehementius agit.

Nō ex intē sione maiori oportet metiri actiuitatem, si cætera non sint paria.

¶ Itaque ex ista solutione aduertendum est, quod ex intensione maiori, vel minori, non oportet metiri maiorem, vel minorem formæ quantitatem, & virtutem: quia si cætera non sint paria, poterit esse intensior calor, & non tantum de forma, & sic neque de actiuitate.

Ad secūdū. ¶ Ad secundum sufficienter respōnsum est. Non enim ponitur ipsius Dei causalitas superflua, neque similiter ipso concurrente, causalitas causæ particularis: quia sic habet rerum ordo, & diuina dispositio, vt cum eis

D. Augu. concurrat, & secundùm proprios actus earum agere sinat.

Ad tertiū. ¶ Ad tertium, similiter in quinta & sexta cōclusione respōnsum est. Non enim habemus pro inconuenienti, quod accidens vel ut instrumentum concurrat cum agente principali ad substantiæ productionem: & contingit in putrefactione, vt accidentia, cum Deo concurrant vt instrumentum, & in sacramento altaris, vt dictum est.

¶ Circa hanc causalitatem maiorem, vel minorem penes formam, multa multiplicantur argumēta à modernis, à Coronelo, & ab Spinosa, sed cum iactura temporis. Vide si placet ibi in. 2. physi. fol. 36. apud Spinosam, & Soto in. q. 4. 2. physi.

Coronel. Spinosa. Soto.

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm tantū sint quatuor genera causarum.

OVia de causa efficienti, & formali in præcedentibus dictum est, & de materiali multa in primo, & in isto secundo, & de finali solùm obiter mentio facta est, oportet inquirere, an solum sint istæ quatuor causæ.

1. Argum. ¶ Videtur quòd non sint tot causarum genera: nam causa, à causando dicitur: sed materialis causa non causat: quia materia, nullus est actiuitatis, vt dictum est. Neque formalis, causat: quia solùm habet esse formale, in compositō: & si aliqua efficientia deberet attendi: solùm esset efficere actu esse, quod est formalis effectus, finalis etiam non causat: quia de ratione causæ est, vt sit prior, effectu: sed finis, non est prior sed posterior.

Argum. 2. ¶ Præterea. Non datur causa efficiens: quia si aliqua esset, maximè illa, de qua Arist. po-

Aristo. nit exemplum text. 29. scilicet, consultor, pater: sed istæ non sunt causæ: quia stat consilium dari, quando non fiat: ergo consultor, non est causa: aliàs eo posito, poneretur effectus. Item. Stat patrem esse, quando non est filius: nam dum generat, filius non est.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Sunt plura genera causarum: ergo non sunt solum quatuor. Patet: quia fatum: fortuna, casus, sunt causæ: & non est aliquod genus istorum quatuor.

In contrs. ¶ In contrarium est Arist. in tex. 68. huius 2. libri.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd consideratio de causis, in quantum cognitionis sunt principia, ad Dialecticum spectat: sic tradit Arist. Et de ipsis in quantum sunt differentiæ entis, ad Metaphysicum: vt. 5. meta. tex. 2. quia ens, diuiditur in id quod se habet vt causa, & in id quod vt effectus.

Aristot. in 2. Poste. ca. 11. ¶ Consideratio tamen de causis, vt ad suos applicantur effectus, ad physicum spectat: sic Aristotel. in isto. 2. physicorum de causis agit.

Notand. 2. ¶ Secundò, notandum, quod de causarum numero, fuit varia opinio apud antiquos.

Prima opi. ¶ Primò, illi qui ponebāt vnum rerum principium aërem, vel aquam, ignorauerunt causam formalem, vt ait Arist. 1. Meta. quia illa

Aristo. entia ponebant vt causam materialem: & isti ignorantes causam formalem, ignorauerunt efficientem similiter, & finalem: nam efficiens, producit formam propter finem. Quod Cicero ostendit, quando de Democri

Cice. li. 1. Academi. to loquens ait: quia ignorauit causam efficientem, ignorauit & finem: & omnia à casu esse dixit.

Opinio. 2. ¶ Plato in Timæo in alio extremo plures quam quatuor posuit causas: nēpe sex, Materiam, finem: efficientem principalem, & instrumentalem, formam extrinsecam, & separatam ideam, & formam intrinsecam particularem.

Opinio. 3. Aristo. ¶ Aristot. tamen medius, meliùs quatuor solùm posuit causarum genera: qui exemplarem, ad causam formalem, & instrumentalē, ad efficientem reduc it.

De materiali causa. ¶ De materiali causa dicendū, q̄ ipsa sit subiectū primum quod generationi subijcitur.

Materia in qua. ¶ Materia triplex est: in qua, ex qua, & circa quàm. In qua, idem est, quod subiectum formæ: & hæc est triplex. Materia prima nudè considerata: sic est subiectum formæ substantialis. Et materia sub accidentibus: quæ in animalibus corpus Physicum. Et tertia materia accidentium, siue naturalium, siue artificialium, siue corporalium, siue spiritualium: vt anima, & lignum.

Materia ex qua. ¶ Materia ex qua secundùm Commenta. conclu. 31. est triplex. Compositionis tantùm: vt literæ sunt materia syllabæ: & lapides, & ligna materiæ domus. Alterationis tãtùm: vt vinum, ex quo corrupto, fit acetum: & panis, & pisces, ex quibus alteratis, & corruptis, animal nutritur. Alterationis, & compositionis simul: vt mel, acetum, & sal sunt materia oxymeli: quia fit ex ipsis, alteratis quidem, sed manentibus secundùm substantiam, vt putat Commen.

Corolla. ¶ Sequitur ex istis, quòd omnis materia, in qua forma naturalis, est materia ex qua, quia forma substantialis educitur de potentia materiæ, & omne accidens corporeum, educitur de potentia subiecti.

Materia circa quã. ¶ Materia circa quàm, est obiectum potentiæ, vel habitus: vt color, respectu potentiæ visiuæ.

¶ Causalitas materiæ non est aliquid producere, sed est concurrere in genere subiecti: de cuius potentia, forma educitur: & in hoc saluatur eius causalitas.

* ¶ * Aduerte, quòd modus causalitatis materiæ, maximè ostenditur in hoc quod est limitare, & restringere amplitudinem formę, quam recipit: nam si forma receptibilis in materia: vt calor daretur extrà materiam, haberet omnem perfectionem & gradum suæ naturæ: & quia recipitur in materia: necessario proportionatur, & limitatur per materiam: & ex hoc, formæ separatæ à materia, dicuntur habere quandam infinitatem: quia non terminantur à materia: & formæ materiales, è contrario, dicuntur limitatæ: ex hoc ergo quod forma recipitur in materia limitatur, & hæc est causalitas materiæ: nõ quod det aliquod esse formæ, neque influit, neque perficit: sed quia limitat secundum suam capacitatem: & non manet secundum totum esse debitum naturæ suæ: & hoc est quod dicimus concurrere in genere subiecti, de cuius potentia educitur. De quo vide Capreo. in. 1. senten. distinct. 43. quæst. 1.

¶ DE FORMALI causa.

De causa formali, quæ est species, & exemplar (vt ait Arist. tex. 28.) est dicendum, quòd sit actus, per quem res in aliquo certo esse specifico constituitur. Sicut est duplex esse, duplex est forma: substantialis, & accidentalis.

¶ Item. Duplex est forma: Quædam partis: alia totius: quæ partis est, actuat materiam: & totius est, quæ se habet vt forma respectu suppositi: vt humanitas, respectu hominis, vt suprà diximus actuat totum. *S. Thom. 3. p.*

¶ Forma accidentalis: alia artificialis, & alia naturalis: & hæc, alia spiritualis, & alia corporalis. Et quæ corporalis, quædam quæ se tenet ex parte materię, vt quantitas, alia ex parte formæ, vt qualitas.

¶ Modus causãdi huius, est, concurrere tã quam actus, & terminus quo generationis: per quem, id quod fit, habet esse. Vbi notandum, non esse vniuersaliter de ratione causæ, esse priorem suo effectu: sed hoc solùm conuenit efficienti, & materiali: formali verò, & finali, minimè: quia sufficit sint simul cum suo effectu. Forma quidem, priùs natura componitur, quàm totum sit: at quia esse conuenit non parti, sed toti, nõ est priùs forma, quàm totum: & ideo, quia totum est, partes sunt: sicut, quia albedo dealbat, lignum est album: non tamen, quia albedo est alba. Ideo quando dicitur causam esse id, ad cuius esse sequitur aliud: non intelligitur generaliter, quòd causa priùs natura sit, sed quòd priùs natura componat, aut quodammodo moueat: sicut finis, qui antequam sit, mouet agentem: forma verò informando, & componendo, acquirit esse in toto.

¶ * Causalitas, ergo causæ formalis consistit in hoc: quòd actuando materiam, coarctat ipsam: seu eius potentialitatem: pro quãto ante aduentum formę, materia, erat in potentia, ad alias formas varias, sed postquam hanc recepit, quandiu sub ista est, non potest aliam recipere: sic docet Sanct. Thom. prima part. quæst. 10. 7. arti. 1. & idem de forma artificiali, dicendum: itaque & materia limitat formam, & coarctat, vt diximus: & forma, coarctat materiam, & limitat eam: sed alia & alia consideratione: & forma, dat esse formale se ipsa, & non per actionem: in quo differt ab efficienti: ita vt forma det esse vt quo, & efficiẽs esse, vt quod, vel sic dicendo forma dat esse, vt principium intrinsecum, & efficiens, dat esse, vt principium extrinsecum. * *S. Thom.*

¶ DE CAVSA efficienti.

Causa efficiens est primum principiũ vnde incipit motus. text. 29. quæ modum habet causalitatis influere in effectum.

Causa per se, & per accidens. ¶ Diuiditur primò causa efficiens, in causam per se, & per accidens. Illa est per se, quę virtute suæ naturæ producit effectum. Vel sic. Est illa, ad quam intrinsecè, ex sua natura sequitur effectus: statuarius causa est statuę. Et Deus, & intelligentia, & cœlum, licèt non denominentur à suis effectibus, dicuntur causæ per se. Per accidens illa est: quæ suapte natura non est requisita, sed per accidẽs concurrit, vt musicus ædificat. Non sic hæc. Calidum calefacit: quia illa prima, de per accidens, & secunda de per se. Inter causas de per accidens, causa sine qua non, computatur. Quapropter qui sacramenta nouæ legis dicunt esse causa gratiæ sine qua non simpliciter dicunt re non esse causa gratiæ: quia causa per accidens, non est simpliciter causa. Quod est contra Ecclesiæ determinationem, in concilio Florentino, sub Eugenio IIII. & nostris temporibus in Tridentino sub Paulo. III. vbi definitum est, quòd sacramenta nouæ legis causant gratiam, & continent. De quo aliàs: & tetigimus supra speculatio. 6. in solutio. ad. 3. Quapropter licèt catholicum authorem catholicæ de sacramentis senserint non est bonus modus loquẽdi.

Cõtra Oca in. 4. q. 2. et Sco. d. 1. q. 5. et Durã. q. 4. et Marsil. q. 2. ar. 3. & Gabr. dist. 1.

Cano. rele. de sacra. in genere.

¶ Sequitur ex ista diuisione causæ, Ocam in primò sent. d. 2. q. 10. male dixisse, quando inquit, non esse magis per se, istam: Calidum calefacit, & ædificator ædificat, quàm ista: Musicus ædificat, cum fit contra Arist. & veritatem: quia vna est causa per se, & alia est per accidens. De per accidens est, quod musicus sit, qui ędificat: quia musica non est per se ordinata ad ædificandum, sed contingit quòd ædificator sit musicus. Vnde licet causa faciendi sit, accidẽs: nõ sequitur quod causa faciendi sit de per accidens: sicut ignis calefacit, & sua forma substantiali, & calore: tamen dato sit calor accidens, de per se calefacit: & statuarius de per se, causa est statuæ quanuis operetur per artem, quæ est accidens.

¶ Causa tam de per se, quàm de per accidẽs diuiditur in vniuersalem, & particularem: seu in proximam, & remotam. *Causa uniuersalis, particularis remota proxima.*

¶ Remota, & proxima, duplex: aut ratione suppositi, aut ratione prædicationis. Primo modo illa dicitur remota causa, quæ prior est, & quę mouet alias sicut medicus ad Phlebotomiam: & proxima, quæ venam incidit. Et alijs verbis: causa immẽdiata, & mediata, dicentur causa vniuersalis, & particularis: vt sol causa est vniuersalis, & homo causa particularis: non eò quod Sol non attingit effectum, sed quia mouet aliam causam particularem, & inferiorem.

¶ In prædicando est, vt medicus, & artifex non sunt duo agentia: sed quia vt artifex superior quàm vt medicus, dicitur artifex causa vniuersalis in prædicando, & medicus particularis.

¶ Causa vniuersalis diuiditur in vniuersalẽ in causando, & in vniuersalem in prædicando. In causando: vt sol, quia causat vniuersaliter plura: & in prædicando: vt artifex respectu medici. Et omnis causa, quæ est vniuersalis in causando, est vniuersalis in prædicando: vt docet S. Thom. hic super tex. 32. Nam sicut sol est causa vniuersalis in causando, est & in prædicando: non quòd sol de homine dicatur, quia homo non est sol: sed quia prædicatur de eo, & de omnibus alijs, quorum causa est in ratione causæ: hoc modo, quod homo sit solùm per se hominem generans: sol verò est generans corpus, & animal per se. Ignis est calefaciens per se: sed sol est calefaciens, & alterans, & frigefaciens: medicus est causa per se sanitatis, sed artifex sanitatẽ, & statuam, & domum facit. Itaque sicut causa est vniuersalis in causando, erit & in prædicando, & è contra. *Vniuersalis in causando, & prædicando.* *S. Thom.*

¶ Causæ plures concurrentes ad eundem effectum: quædam dicũtur essentialiter subordinatæ: aliæ accidẽtaliter. Primo modo sunt illæ, quæ sic se habent, quod vna sine alia nõ potest agere: vt homo, cælum, Deus. Accidẽtaliter, quãdo vna, sine concursu alterius potest agere: vt pater, auus, & proauus. Agit, n. pater, quando auus est mortuus. *Causæ essẽtialiter sub ordinatæ.*

¶ Diuiditur causa rursus in vniuocam, & æquiuocam. Vniuoca illa est, quæ effectum similem in specie producit: vt homo, hominem generando. Æquiuoca est, quæ non idẽ in specie: vt sol hominem, vel murem, producendo. Non enim in specie est similitudo inter causam, & effectum. *Causa uniuoca & æquiuoca.*

¶ Causarum est alia, à qua effectus dependet infieri,

infieri,& in conſeruari:& hæc eſt æquiuoca cauſa:vt eſt Deus. Alia eſt cauſa, à qua effectus ſolùm pendet in fieri, & non in conſeruari,& eſt vniuoca cauſa. De quo S. Thom. Et ſic ſol eſt cauſa, à qua effectus in eſſe, & conſeruari pendet. Et tandem omnia inferiora à ſuis cauſis ſuperioribus pendẽt: quia ſunt cauſæ æquiuocæ, reſpectu effectuum inferiorum.

S.Th.p.p. q.104.art. 1.

Cauſa prima.

Cauſa ſecũda.

¶ Cauſarum,quædam dicitur prima cauſa: alia ſecunda. Prima cauſa eſt Deus ſolus. Aliæ omnes infra Deum,cauſæ ſecundæ dicuntur, ſiue ſint vniuerſales, ſiue particulares,quæ à prima dependent in eſſendo, & in cauſando.

¶ Cauſarum particularium, quædam eſt diſponens:alia conſilians:alia adiuuãs. Sic etiã dicuntur cauſæ totales, & cauſæ partiales. Cauſæ ſufficientes,& inſufficientes. Nam diſponens,cauſa ſufficiens eſt.

¶ Cauſarum particularium,alia principalis, alia eſt inſtrumẽtalis. Principalis illa eſt,quæ agit per propriam virtutem, intendens perfectè ſibi paſſum aſſimilare:ſed inſtrumentalis eſt illa,quæ agit per virtutem principalis cauſæ. Exempla ſunt clara:vt anima,in nutritione eſt cauſa principalis,& calor eſt inſtrumentalis.

¶ Duplex eſt inſtrumentum : coniunctum, & ſeparatum . Coniunctum eſt illud, quod nullam virtutem recipit à principali agente,niſi motum,quo actu mouetur : vt ſerra, & calamus : quæ inſtrumenta nihil faciunt, niſi moueantur. Inſtrumentum ſeparatum eſt,quod recipit virtutem à principali agenti:& operatur , etiam ſi actu non moueatur ab eo:vt eſt ſemen deciſum à viuente. Eſt virtus quædam ſeparata , quomodo concedit Doctor.S.& alij ſacramenta eſſe diuina inſtrumenta reſpectu gratiæ : quia ipſa ſacramenta cauſant per virtutem à Deo receptam : & ſunt velut inſtrumentum ſeparatum:& virtus illa à Deo collata ſacramentis, fit diuina inſtitutio eorum ad talem effectũ cauſandum: quia Deus, qui poterat ſe ſolo cauſare gratiam, inſtituit huiuſmodi ſacramenta,quę cauſent gratiam. De quo alibi ex profeſſo.

S.Th.3.p. q.62.

¶ Cauſa rurſus diuiditur, vt quædam dicatur cauſa in actu,alia dicatur cauſa in potentia,in actu domum faciens,in potẽtia domificator eſt:quia nõ omnis domificator, actu domum facit.

Tex.34. ¶ Cauſarum alia poſitiua eſt, & alia eſt priuatiua. Poſitiua eſt: vt gubernator nauis eſt conſeruatiua,& poſitiua cauſa conſeruandi nauem. Priuatiua cauſa eſt,abſentia gubernatoris: vt dicatur eſſe cauſa ſubmerſionis : nõ quia ipſe aliquid in abſentia poſitiuè agat,ſed quia non exhibet ſuam præſentiã.

Notã. ¶ Cõſiderandum tamẽ, quod priuatiua cauſa nõ dicitur cauſa per accidens,ſed per ſe eſt cauſa,quãdo tenetur,& debet ſuam exhibere præſentiã:ſicut in exẽplo poſito. Abſentia gubernatoris cauſa dicitur ſubmerſionis nauis:ſed nõ debet dici cauſa de per accidẽs, ſed per ſe:quia tenebatur ad præſentiam, & imputatur ei. Secùs eſſet de illo,cui commiſſa non eſt cura nauis:quia eius abſentia cauſa de per accidens diceretur,etiam ſi in veritate,ſi præſens eſſet,nõ periclitaretur nauis. Quòd nauis pereat, poteſt cauſam habere duplicem : poſitiuam, ventorum impetum, & priuatiuam,abſentiam gubernatoris.

S.Th.1.2. q.6.ar.3.

¶ Aliæ poſſent dari diuiſiones cauſarum,vt quędam ſit naturalis,quando effectus eſt naturalis:& alia ſupernaturalis,quando eſt effectus miraculoſus. Et cauſarum naturaliũ, quædam eſt cauſa libera:& alia naturalis ex neceſſitate agens,niſi impediatur,vt ſol. Exẽpla ſunt clara.

¶ * Pro complemento huius ſpeculationis operæpretiũ videtur tangere:an cauſæ eędẽ ſint,incorruptibilium & corruptibilium:vel ſolùm quæ dicta ſunt intelligantur de cauſa corruptibilium horum inferiorum:& alia ſit ſpeculatio,& ratio incorruptibilium vt cœlorum,intelligentiarum,&c. Itaque oportet diſtinguere de cauſis:quia quædam ſunt primæ ſimpliciter,& vniuerſaliſsimæ:aliæ ſunt ſecundariè,ſed vniuerſales : & in tertio loco ſunt proximè & particulares. Et oportet diſtinguere etiam de rebus incorruptibilibus, conſiderantes:nam quædam ſunt permanẽtia,vt intelligentiæ & cœlum: alia ſunt autẽ ſucceſsiua,vt motus qui in cœlo ſecundum Ariſt. eſt perpetuus. &c.

* *An cauſæ eædem ſint corruptibilium & incorruptibilium.*

¶ Ad dubium,ſit primum aſſertum: principium primum vniuerſaliſsimum tam incorruptibilium quam corruptibilium vnũ ſolũ eſt efficiens,& finis,Deus benedictus. Et hęc eſt ſententia non ſolùm fidelium:ſed Ariſto. in.12.Metaph.tex.23.& alibi.

Primũ aſſertum.

¶ Secundũ aſſertum rei perpetuæ incorruptibilis,ſucceſsiuè,vt eſt motus cœlorum,ad mentẽ Ariſt. principia ſecũdaria vniuerſalia, ſunt intelligentię & corpora cœleſtia effectiua,ſed incorruptibilium permanẽtium, quo ad ſubſtantiam,vt cœlorum & intelligentiarum, ſolùm primum vnum eſt principium, vt in

vt in primo aſſerto diximus:in quo excluditur Auicennæ error.

3. ¶ Tertium,rerum corruptibilium, tam permanentium,quam ſucceſsiuarum,eadẽ ſunt principia effectiua,& motiua ſecundaria vniuerſalia,quæ ſunt incorruptibilia, vt intelligentiæ & cœlum,ſic Ariſt.12.Meta.tex.34. perpetuitatẽ generationis, & corruptionis, reducit ad primum cœlum motum, vniformi & ſimplici motu:& alternationem generationis,& corruptionis reducit,ad motũ planetarum ſub zodiaco. &.8.Phyſic. text.48. dat rationem, & cum motus ab intelligentijs:cœlum & intelligentiæ, cauſæ dicuntur vniuerſales, ſecundariæ, ſub prima : & cum cauſæ eædem,poteſt eſſe diuerſitas & corruptio:quia materia eorum,eſt ſubiectiua priuationi,& cum qualitatibus contrarijs,&c.

4. ¶ Quartum dictum : rerum corruptibilium tam permanentium , quam ſucceſsiuarum, diuerſa ſunt principia motiua,effectiua,proxima:quia ſicut ſunt principiata diuerſa,ſic & principia : cum vnumquodque fiat à ſuo agente vniuoco, de quo Ariſt. 12. Metaph. tex.34.ſic non oportet quærere ideas ſecundùm Platonem:neque limitem, & amicitiã, ſecundum Empedoclem : nec deos guſtantes Nectar,& Ambroſiam,pro incorruptibilibus,vt dixit Heſiodus: & non guſtãtes pro corruptibilibus. Sunt enim fabuloſa hæc, & indigna Philoſopho.&c. modus cauſalitatis cauſæ efficientis,ſtat in hoc:quòd eſt efficere,vel producere rem ſiue ſecundùm totam ſubſtantiam,ſiue ſecundum partem, ſiue ſecundùm accidens. Primo dicitur rem producere,in quo à materia diſtinguitur,cuius cauſalitas recipere eſt : & diſtinguitur à cauſa formali,cuius modus eſt dare eſſe quo , formaliter,& diſtinguitur à fine,cuius cauſalitas eſt,gratia cuius eſt cõſiderandum quod hæc tria ſcilicet, dare eſſe quod, rei productæ,& deducere rem ad eſſe,& efficere rem: idem ſignificant : & iſtis tribus ſolemus declarare cauſalitatem efficientis. Dicitur efficere totam ſubſtantiam vt primum agens: vel partem:ſicut agens , quod formam producit educendo de potentia materiæ:vel accidens,ſicut ignis calefaciendo efficere rem multis modis conſiderandum quod efficere rem multis modis contingit,ſcilicet,cum nouitate eſſendi,vt quãdo mundus productus eſt in tempore:vel ſine nouitate , vt ſi mundus fuiſſet ab æterno per ſimplicem emanationem , quæ eſt propria Dei actio , vel per motum,& mutationem iſtam, quæ conueniunt agenti naturali, in generatione ſubſtantiali:vel per ſolum motum,vt quando agens ſupponit ſubiectum actu,& producit quantitatem,vel qualitatem. &c. de hoc vide.S.Thom.5.metaph.2.tex.2.& Herueũ quolib.2.quæſt.1.& ſupra diximus.

¶ DE CAVSA finali.

CAuſa finalis,quæ eſt cuius gratia aliquid fit,tex.31.attenditur, nõ penes efficere, ſed penes mouere agens ad opus ſecundum,quod in intentione eſt.

¶ Finis habet rationem cauſæ ſecundum eſſe reale quod habet, quando eſt acquiſitus: vt ly ſecundum,dicat rationem formalem finalizandi. Patet:quia finis eſt optimum, & vltimum:cuius gratia omnia fiunt, ſed illud optimum,& vltimum eſt finis ſecundum eſſe reale:vt infirmum mouet ad ſumendum potionem amaram ſanitas, quam ſe conſequuturum ſperat. Item:quia cum finis,& bonum ſint idem,ex Ariſtote.& non habet boni rationem,niſi ſecundùm quod in re eſt,ſe quitur quod ſub hac ratione mouet.

S.Th. 1.2 q.1.ar.6.

Ariſt. 1. Eti. cap.7.

¶ Finis tamen mouet ſecundum quòd eſt in intentione:vt ly ſecundùm , dicat conditionem requiſitam:vt eſt conditio requiſita ad hoc quòd ignis agat,applicatio combuſtibilis:nam ſi cauſa efficiens non applicetur realiter ſecundum præſentiam localem, non aget:ſic, niſi finalis cauſa , applicetur. Et hoc eſt per cognitionem, aut agentis particularis,ſi liberè agat,mouendo ſe in finem:vt homini conuenit agere propter finem:aut erit per cognitionem primæ cauſæ dirigentis:vt contingit in brutis , quæ non mouẽt ſe ad ſuos fines,ſed mouentur potiùs. Et particulariter in finali cauſa,cauſalitas conſideranda eſt,vt in abſentia moueat, cum per cognitionem præſens dicatur , non per contactũ corporalem,ſed ſpiritualem. Ob quod Ariſtotel. dicit,quod finis mouet,metaphoricè: quia non agit per contactum realem.

S.Th. 1.2 q.1.

Ariſto. 1. de Gen. te. 55.

¶ Eſt finis quo, & finis gratia cuius . Finis quo,eſt medium per quod venitur ad finẽ: quod etiam finis dicitur , ſub fine : vt ſi quis quærat medicinas,vt faciat potionem, tunc potio eſt medium,& eſt finis quo: quia herbæ & alia medicinalia colliguntur ad hanc potionem : ſed ſanitas eſt finis gratia cuius: quia potio,eſt propter ſanitatem:& non inconuenit,

Finis quo, & finis gratia cuius.

conuenit, quòd aliquid sit finis, & medium ad finem, respectu diuersorum.

¶ De causa finali aliqua adducuntur ab Oca in secundo sententiarum quæstione tertia. & à Gabriele in 2. dist. 1. quæst. 5. sed nō pauca notatu digna apud Sanctum Thomam. *Ocam. Gabri.*

¶ Etiam hîc considerandum, quod quando plures effectus ordinantur ad vnum finem, posteriores, sunt finalis causa, priorum: & priores affectus, sunt causa efficiēs posteriorum, & causæ, sunt adinuicem causæ: vt si quis euellat herbas, & contundat, & faciat potionem quam sumat ob sanitatem, oportet dicere, quod potio habeat rationem finis, respectu colligendi herbas, & herbarum contusiones: tamen ipsa potio est effectus, herbarum, & contusionis earum. *S.Th. 1.2 q.1.art.2. & 3.*

¶ Causæ finalis causalitas, & effectus, nō est agens: quod mouetur à causa finali: nam idē esset causatum à seipso: quia accidit idem esse causam finalem, & efficientē: vt est in Deo: qui cùm sit causa omnium, propter semetipsum fit operatus omnia. *Prou. 6.*

¶ Causatum ergo causæ finalis, est effectus causæ efficientis, connotando quod sit ab efficienti, ratione motionis à causa finali. Itaq; idem est effectus causæ finalis, & efficientis, sed sub alia, & alia ratione: sicut sanitas, est effectus & potionis, & causæ finalis.

¶ * Aduerte: quòd causalitas causæ finalis, seu modus causandi consistit primo in hoc, quòd finis sit illud cuius amore, vel desiderio, vel delectatione, aliquid agitur ab alio: quia de natura finis est imprimere sui amorem, & inclinationem in agente, quibus trahitur agens ad operandum: & quibus seclusis non operaretur: & ob id dicimus quod finis mouet agentem, & si fiat comparatio finis in ordine ad media quibus agēs agit, causalitas stat in hoc, quod, medijs, dat quandā bonitatem, & amabilitatem, ex eo quòd media sint in ordine ad finem: vt præter eā quā ex sua natura habent, habeant hanc: vt si infirmus vt finem, intendat sanitatem: sanitas quæ est finis medicinæ, quę est medium, dat quandam bonitatem, & dulcedinem etiam si secundum naturam suam sit amara, & abominabilis: vt cum suauitate sumatur: ob sanitatem desideratam: & ablato desiderio sanitatis refutatur statim: hæc experiētia constāt: ecce quomodo intelligitur causalitas causæ finalis. Et cum finis nondum sit actu, Auicena lib. 6. metaph. c. 15. tenet: quod sit causa vt est in anima: & cum sequitur Paulus Socin. 5. Metaph. quæst. 3. & ad mentem Com- *Declaratur modus agēdi causæ finalis.* *Auicenna. Socinus.*

ment. & Sanct. Thom. cum finis sit qui mouet agens, & est conditio requisita, sine qua non moueret in finem: primum habet ab esse reali extra animam, producibili, vel acquisibili, vt sanitas producibilis: & vt posibilis acquiri est quæ mouet, & agit: nam medicus mouetur, vt actu producat sanitatem: quæ in potentia est: & atleta pugnat vt acquirat victoriam &c. Secundum quod consideratur, vt conditio finis, habet ab esse in anima: nam si medicus non apprehenderet sanitatem, vt posibilem, non moueretur ad medēdum: & non videtur hic sensus discordare ab Auicenna, quia eo dicit finem esse causam, quia in anima est: quia scilicet apprehendit vt posibile acquiri, & per Commen. in. 12. metaph. Commen. 36. explicatur quādo dicit forma balnei ad extra, mouet vt finis: & vt est in intellectu, agit desiderium, quod est dicere, quod ex esse potentiali producibili, vel attingibili, ad extra habet quod sit finis. Et ex apprehensione, habet quod actu appetatur: ob id apprehensio, est conditio necessario requisita.

¶ Solum sunt quatuor genera causarum, extra quas nulla causa est reperibilis: & istę quatuor sunt necessario ponendæ. In hac conclusione intendimus, quod non sufficit vnā neque duas, aut tres assignare rerum naturalium causas, sed quod quatuor dātur & sunt: Materialis: formalis: efficiens: & finalis: & vltra nullum aliud genus causę est, quia quacūque causa data, quæ verè causa sit, oportet vel vna sit ex istis quatuor, vel reduci debet ad aliquod genus causalitatis earum. Patet. Quia aut causa, solum consideratur quoad esse: & ponitur causa formalis, quæ dat quid ditatem rei: aut consideratur res quantum ad fieri: & cū in istis inferioribus nihil aliud fit quam id, quod in potentia est, ad actum reducatur, ponitur materialis causa. Et quia agens est quod educit id, quod in potentia est: vt sit actu, ponitur causa agens seu efficiens. Et quia agens à fine mouetur: cum omne agens agat propter finem, ponitur & causa finalis: vltrà nihil excogitandum venit circa rem naturalem. Et quidem istarum causarum hic in causando ordo seruatur, vt primò finalis causa concurrat: quæ causarum causa dicitur, tanquam potissima, & principalis: quæ mouet causam agentem ad effectum, & sequitur forma ab agēte producta: & quia in aliquo subiecto præsuppposito, in cuius potentia erat, materia ponitur, seu causa materialis. Et postremo consideratur causa ma- *Conclusio.* *Ratio.* *Aristot. 2. physico. S.Th. 1.2 q.1.art.1. & 2.* *1.2.q.1. art.2.*

sa materialis, ordine Perfectionis, cùm via generationis prior dicatur.

Oēs.4.causæ requisitæ sunt. ¶ Quòd omnes sint istæ quatuor requisitę, patet: quia quacunq; illarū deficiēte, non esset res naturalis: nam si tollas efficientē causam, non erit formalis, per quā forma educitur de potētia materiæ: q̄ si nō sit forma, neque erit res naturalis, quæ constat ex forma tanquā ex parte essentiali sui. Neque sufficit ponere efficientem, & formalē, nisi apponas materialē, vbi forma debet produci, & de cuius potētia debet educi. Nec sufficit sint tres, nisi etiā finalē ponas: quia si non sit finalis, nō erit efficiens, cū omne agēs agat propter finem. Finis enim est quod primo mouet.

Aristo. Ratio. 2. p. ¶ Probatur alia pars, quod nō sint ponendę plures: quia istæ sufficiunt: vt constat: & nulla alia causa dari potest, quæ non includatur in aliqua istarum, siue de instrumentali, siue de exemplari sermo sit.

Ad argum. ¶ Ad primum argumētum patet solutio ex dictis: nam causa materialis non dicitur causa, quia causet agendo aliquid effectiuè, sicut facit causa efficiens, formalis, & finalis: aliàs esset cōfusio in causis: sed dicitur causa, quia ad rem naturalem cōcurrit, nō vt agens, sed vt suscipiens: & hoc est propriè esse causam, etiam si nullius sit actiuitatis ad agere. Sic & causæ formalis causalitas non stat vt agat, vt efficiens, quia coinciderent: sed stat in hoc quod det rei naturali, esse specificum, & formale: in quo distinguitur ab alijs causis.

Ad secūdū. ¶ Ad secundum similiter patet ex diuisione causæ efficientis, quomodo pater est causa, & consultor est causa, quanuis non semper sequatur consilium: quia non omnes causæ, sunt eodem modo causæ.

Ad tertium ¶ Ad tertium, dicendum, quòd fortuna, & casus, ad efficientem reducuntur: & fatum similiter: vt infrà dicetur.

¶ SPECVLATIO quarta. Vtrùm ideę sint causæ.

Argum. 1. Hic (quia de causis est fermo) quæritur, vtrū detur alia causa, quæ verè sit causa, & non coincidat cum aliqua illarum quatuor. Videtur quod sic. Ponūtur ideæ à Platone causę, & verę causę, à quibus dependent substantiæ rerum: tamen idea non est finalis: non est efficiens: quia positis, & concessis idæis, sunt agentia naturalia: nō formalis, quæ intrat rem: quia etiam data idea, ponitur forma in qualibet re, quæ est participatio ideæ: non est materialis: quia etiam ponitur materia, quæ non est idea: ergo danda est alia causa, quæ idealis dici potest.

Argum. 2. ¶ Item. Quicquid sit de opinione Platonis, secundum veritatem catholicam Theologi ponunt ideas, licēt non omnes conueniant in modo. Ponenda est ergo idea in Deo, & est causa, non efficiens, nō finalis, neque materialis, neque formalis: ergo vltra quatuor illa genera, oportet ponere aliud genus causæ, quod ideale est.

In contra. ¶ In contrarium est quod ex Arist. in specula, præcedenti est adductum.

¶ In his duobus argumentis duo tanguntur, quæ difficultatem habent. Primum, de idæis Platonis. Et dato Metaphysicus consideret de eis, in quantum ponuntur à materia separatæ, iuxta doctrinam Aristotel. qui per libros plures agit de eis in Metaphysica contra suum magistrum: non est extra propositum physicum de illis aliquid considerare, in quantum formæ dicuntur tales ideæ, & causæ indiuiduorum cum ad physicum naturalem spectet de causis consideratio secundùm hanc rationem.

¶ Secundum quod tangitur in secundo argumento est, de ipsis ideis, vt in Deo ponuntur à Theologis. De hoc quidem in loco proprio in Theologia tractandum: verùm quia de ipsis considerandum est, in quantum causæ, sicut considerat Physicus de prima causa, quæ Deus est, & poterit considerare de ideis, prout in eo ponuntur, loquentes in lumine naturali.

¶ Quantum ad primum de ideis Platonis cōsiderandum venit, inter graues authores controuersum esse: an Plato posuerit ideas in sensu illo, quo tam vehementissimè, & acriter ad sanguinem vsque, impugnatur ab Aristo. à. 3. libr. Metaphysicæ, vsque ad. 9. & obiter in alijs locis, maximè in Ethicis. An alius fuerit Platonis sensus, quàm ille, qui impugnatur ab Aristotele. *In Eth. lib. 1. c. 6.*

¶ Sunt enim qui putent Platonem ideas posuisse ad modum quo Theologi ponunt eas in mente diuina: & eas dicit à rebus separatas, & æternas absque materia. Si sic, non solùm non venit impugnandus in idearum opinione, sed imitandus, & sequendus. Omnes *De ideis Platonis. 1. sententia.*

Eusebius. *Seneca.* *D. August.* *Durand.* *Scotus.* *Marsilius.* *Faber.* *Mayr.* *Egubinus.* *Georgius.* *Franciscus Gengius.*

nes Platonici affirmant hoc : Eusebius in libr. de præparatione Euangelica. Seneca epistola. 66. & D. P. Augustin. libr. 12. de Ciuitate Dei. capit. 26. & libr. 83. quæstionum quæst. 46. & ipse Plato in Timæo dicit cœlum esse à Deo factum per ideam. Sic etiam intelligit Platonem, Durand. in primo sentent. distinct. 36. & Scotus. distinct. 35. Marsili. quæst. 1. prologi, & Faber Stapul. in suis introductionibus ad Metaphysic. & Mayro. in primo distinct. 47. quæst. 3. Item Egubinus, de perenni philo. libr. 1. capit. 17. & 20. & in harmonia mundi, cantico. 1. tono. 1. capit. 9. & cantico. 2. tono. 1. 6. 7. & 9. De quo Plotinus de pulchro, qui ad propositum optimè loquitur, Marsilius Fisc inus * Commen. 12. metaph. commen. 18. licèt neget ideas substantias separatas, vt putabat Platonem intellexisse ponit tamen eas in primo motore : quia vult quod omnes formæ inferius productæ, recipiant modum & mensuram ex dispositionibus stellarum: & vt ait omnia proueniunt ab arte intellectuali ipsius Dei: & concludit quod omnes proportiones & formæ quæ sunt in potentia materiæ primæ, sunt actu, in primo motore.

Plotinus.

Demodo idearum secundum Iãbicum.

¶ Alij putant, quod Plato posuerit ideas separatas, ad modũ, quo impugnantur ab Arist. & alijs. Ex Iãbico in sympolio Platonis colligitur, ideas nihil aliud esse, nisi rationes rerũ naturaliũ in anima mũdi sigillatas. Pro quo oportet scire, animã mundi duos habere ordines: vnum, quo ab omnium rerũ authore, in medio mundi egreditur: alterũ, quo redit in illum. In primo quidẽ tenebrosa, seu causa existit: in fine reditus ornata, seu mundũ adipiscitur. Iterum in reditu plures imaginandi gradus consequitur: vnus tamẽ, quo in illum reuertitur: & hic amoris dicitur origo, à Platone in illo li. 2. quo ab authore illo illustratur. Et hic amoris pabulũ dicitur. Tertius est quo illi inhæret. Et hic amoris incendium. Quartus quo Deo plus appropinquat. Et hic amoris impetus dictus est. Quintus quo Deo vt sigillator in illa eius mente, omnium rerũ naturalium formas depingit: & hic omnium rerum naturaliũ perfectio dicitur. Vltimus est, quo omnes illæ ideæ, rerumque similitudines habent esse quietum, perfectumq;. Et sic mundus dicitur. 1. ornamentum, in quo amoris statum Plato posuit.

Tertia sententia de idæis.

¶ Secundùm ergo hanc intelligentiam, ideę nihil aliud sunt, nisi rationes, & rerum similitudines in anima mundi formatas : vt per illas, omnium rerũ teneat notiones, & eas producere sciat. Cùm autem anima hominis in quinto fuerit gradu, rationes omnium rerũ sibi depingũtur. Veniens tamen ad hominis corpus, mole ipsius corporis obtunditur, & obnubilatur, atq; obliuiscitur: & postea suũ scire reminisci est: vt Aristo. adducit contra Platonem.

Aristo. 1. Poste. tex. 4.

¶ Alij tamen putant, quod Plato in Parmenide de idęis sit loquutus, ac si ideã intellexerit quoddam vniuersale, non genericum sed specificum: nam specierũ solùm ponit ideas: vt ipse, indiuiduorum species sint, ad modum quo nos conceptum formamus hominum, vel vniuersale speciei, ab omnibus, abstrahendo indiuiduis, quod non habet materiam, neque habet locum, neque tempus: sic & ideæ. Atque eas Plato propter duo ponebat: & propter generationem, & propter cognitionem. Propter generationem (inquam) quia homo in indiuiduo erat ab illo homine per se, & cognoscebat etiam per eã ideam.

¶ Albertus Magnus in primo suæ metaphysicæ de idæis loquens ait quod sint virtutes stellarum. Deus enim, quia omnium est artifex, & perfectus, conuenienter mundum formauit: & in. 8. cœlo quod est firmamentum 48. posuit imagines: vt scorpio stella sit, quę dominatur scorpionibus, & serpentibus, & secundum numerum omnium animaliũ posuit stellam determinatam. Imò Hermes, & Mercurius Ægyptij dicunt, quod quælibet arena maris, etiam quantumcunque minutissima, habet suam propriam stellam in cœlo, ratione cuius habet quod est. Sit prima conclusio.

Quarta sententia est Alberti Magni. Ideæ dicebãtur stellæ firmamenti

¶ Ideæ si ponantur ad sensum, quo impugnat Aristo. Platonem tanquam authorem opinionis, est quid fictitium: & penitus inane. Probatur hæc conclusio ab Aristot. exactissimè in locis citatis: & in. 1. Ethi. capit. 6. Siquidem dare huiusmodi formas separatas à materia per se existentes, causas rerum corruptibilium, nullum habet in re fundamentum: quia illæ tales ideæ vel essent à se, vel ab alio: non à se: quia solus Deus est, qui hoc habet. Neque ab alio : quia maximè à Deo: sed à Deo non sunt creatæ, nisi substantiæ spirituales, quales sunt angeli: & omnia corpora cœlestia, & terrestria: sed non sunt de numero angelorum, neque terrestrium tales ideæ, ergo non sunt ponendæ: & est fictitium asserere.

Conclu. 1. Aristot. Ratio.

¶ Secunda conclusio. Ideas ponere ad modum

Conclu. 2.

dum quo ex Iambico declaratum est, quod sint rationes rerum naturalium sigillatas in anima mundi, vanum est, & ab omni physica disciplina alienum. Patet. Istæ ponuntur ad hoc, quod mundus sit, qui rerum omniũ & habeat notitiam & omnes producat: sed est vanum, & alienum à veritate, quod mundus sit animal quoddam, habẽs vitã & cognitionem: & etiam à fide alienum, quod mundus iste visibilis sit rerum productor, & author, cùm Deum cognoscamus factorem: sequitur ergo ideas non esse ponendas in tali sensu: nisi per mundũ intelligat ipsum factorem mũdi, in quo ipse mundus antequã esset in sua natura, vita erat: vt ait Ioannes.

Ratio. *Ioan. 1.*

¶ Conclusio tertia. Ideæ (vt ponũtur à Theologis in Deo) verè dantur, quæ sunt rationes in ipso Deo omnium, quæ ab ipso fiunt, cũ ordinatissimè operetur. Patet. Quia in quolibet artifice ordinatè procedẽte in arte, oportet ponere in mente eius formas, seu exemplaria rerum agẽdarum ab ipso: quia domus ad extra, fit à domo quæ est ad intra: sed Deꝰ est ordinatissimè procedens in suis operibus: ergo oportet in eo ponere huiusmodi præcognitiones, quas ideas vocamus: sic ponuntur a. B. Augustin. in libr. 83. quæstionum. quæstion. 46. & 11. de Ciuitat. capit. 26.

Conclu. 3. *S. Th. p. p. q. 15. ar. 1* *Aristo.* *P. August.*

¶ Cõclusio quarta. Huiusmodi ideæ in Deo positæ, nihil aliud sunt quàm ipsa diuina essentia, eminenter continens omnia, & omniũ perfectiones, prout ipsa imitabilis est ab alia, & alia creatura. Probatur. Ideæ sunt in Deo ponendæ, quæ sunt rationes gubernandorum, & illorum quę fiunt ab eo: ergo vel sunt ipsa diuina essentia, vel aliquid aliud à Deo: sed non sunt aliquid aliud ab eo: quia quicquid in Deo est, ipsemet Deus est : oportet ergo sint ipsa diuina essentia.

Conclu. 4. *Ratio.* *Secundò.*

¶ Secundò. Ideæ illæ sunt ab æterno : quia ab æterno sunt rerum cognitiones: omnia ergo Deus ab æterno cognoscit, & non in tempore accreuit scientia: sed quod æternum in Deo, Deus est: ergo ideæ sic cõsideratę oportet sint diuina essentia.

Secundò.

¶ Conclusio quinta. Probabile est Platonẽ ideas posuisse separatas, vt eas concederet esse in diuina mente, quam animam mundi dixit. Probatur cõclusio à multis doctis, & sanctis, qui in tali sensu affirmant Platonem loquutum, Non enim est verisimile tam diuinum philosophum (vt vocant) tantùm hallucinatum, vt ideas diceret separatas extra ipsum Deum. Quis enim credet nisi clarissimis, & apertissimis testimonijs? Atquæ ab eo citantur, quanuis obscura sint, oportet interpretentur in partem saniorem, & conformiorem rationi: sed hoc quod est dicere, huiusmodi ideæas in mente diuina, est secundum rationem, & aliud est contra ipsam: ergo oportet intelligere Platonem de idæis, vt intelligunt citati authores in principio speculationis.

Conclu. 5. *Ratio.*

¶ Sexta conclusio. Positis idæis in diuina mente, quæ sint velut causa exemplaris, ad causam formalem oportet reducere. Volumus in hac conclusione dicere, quod si ideæ tales sint velut exemplar quoddam, ad quod Deus respiciat operando, erunt velut causa formalis. Patet. Formalis causa illa dicitur, qua agens agit, & sibi assimilat passum : sed ideo in Deo est huiusmodi: quia nõ est aliud, quam diuina perfectio ab ipso Deo confide rata, & à creatura imitabilis. Non enim idęas dicimus ipsas creaturas cognitas, vt Ocam, & Gerson, & alij affirmant, sed ipsam diuinã essentiam imitabilẽ variè, à varijs creaturis. Alia enim ratione conditus est homo : alia equus, & alia leo. Et ideæ sunt ratione diuersæ, quanuis sint ipsa diuina essentia. Et hæc de idæis quantum ad propositum spectat, sufficiat dixisse: alia autem in nostris Theologicis Resolutionibus adducentur.

Conclu. 6. *Ratio.* *In. p. d. 35. q. 5.* *De uita spirituali. lectio. 1. col. 12.* *Gabri. dist. 36. q. 5.* *Dur. d. 35. quæst. 3.* *Scot. d. 36.* *Aliaco. in p. q. 6.*

¶ Ad primum, dictum est in hac vltima, & 6 conclusione, quòd idæa, cùm sit velut exemplar, ad formalem reducitur causam: ad modum quo in creaturis sit artifex habeat domum depictam: sicut & pictores faciunt, vt foris respicientes ad exemplar propositum, operentur, esset illa causa exemplaris: ad formalem tamen reducitur: & per hoc, secundũ illam sibi effectum similem producit, quod est proprium formalis causæ.

Ad argum.

¶ Etiam patet solutio ad. 2. Nam ponimus idæas esse in Deo ipsam diuinam essentiam, & non vt citati doctores volunt, creaturam ipsam intellectam : quia Deus in operando, & cognoscendo à creatura videretur dependere : nam artifex ab exemplaribus pendet. Et quidem opinio prædicta, quod ideæ sint diuina essentia, est. D. Augustini. 9. de ciuitate Dei. capit. 22. & 11. cap. 29. & lib. 83. quęstionum quæst. 46. vbi dicit Idea est incommutabilis.

Ad. 2. *D. Augu.*

¶ Doctor Sub. in pri. sen. d. 36. putat omnia mundi entia producta esse ab æterno in esse cognito, in mente diuina, per actum intellectus diuini : & in tali cognitione entia habere esse secundùm quid, scilicet, esse cogni-

Scotus.

cognitum:& has creaturas ſic cognitas dicit ideas. Iſtam opinionē ſequuntur multi. Nos tamē dicimus eſſe diuinam eſſentiam: vt imi tabilem à creatura. De quo ſuo loco latiùs.

Dubium. ¶ Hic tamen eſt dubium: vtrùm ſpecies intelligibilis (quia eſt qua, intellectus cognoſcit) debeat vocari idea. Reſpondetur quòd non debet dici idea: quia licet ſit principium cognitionis, non eſt terminus eius: quia cognitio non terminatur ad ſpeciem, ſed ad rē cuius eſt ſpecies: & ſpecies non eſt terminus cognitionis, ſed verbum, ſeu conceptus, qui dicitur eſſe rei ſimilitudo: nam quandiu arti fex per ſpeciem quam habet domus, non formac tōceptum, ſeu idolum in mente, non dicitur habere ideam: ſed primò habet quādo

S. Thom. format. De quo. S. Tho. p p.q. 15. artic. 1. ad. 2. Et ſpecies dicitur communicare verbo mentali ſeu conceptui, ſuam ſimilitudinem.

Contra Aliacen. ¶ Notet tamen futurus Theologus Petrum Aliacen. in. 1. ſenten. q. 6. non ſatis congruenter loquutum, qui dicit, filium, & Spiritum ſanctum, eſſe patris ideam. Non (inquam) congruenter hoc: quia idea, ſolùm ponitur, vbi ad extra operatio eſt: ſed illa diuina emanatio ad extra non eſt: & non poteſt dici, quod pater habeat ideam filij, quia filium generet: & ideam Spiritus ſancti qua ſpiret: quia eſſet emanatio ad extra: ſicut illa quæ creaturarum eſt. In alijs tenet cum Scoto, & alijs.

¶ SPECVLATIO quinta. Vtrùm fortuna, caſus & fatum, ſint cauſæ.

CVM in præcedentibus ſpeculationibus de cauſis ſit diſputatum, & ſolū poſuerimus quatuor cauſarum genera, & ideas quas exēplares dicimus, cauſas, ad formalem dixi mus reducendas, operæpretium eſt de fortuna, & caſu diſputare, an ſint cauſæ per ſe. Et videtur quod non.

Primū arg. ¶ Primò. Nulla eſt fortuna: ergo nullo modo poteſt poni cauſa: quia quod non eſt, nō ſupponit: & non ſolum non eſt, ſed non eſt dabilis. Patet, quia gentiles in lumine naturali loquentes, fortunam dari negabāt. Et

Auguſt. D. P. Auguſt. in principio retractationū ſe retractat, quòd nomine fortunæ fueritvſus.

¶ Præterea. Si fortuna, vel caſus, eſſet dabilis, maximè quando euenit aliquis effectus *Secundò.* præter intentionem, & cognitionem agentis: ſicut ſi quis eat in forum, cauſa ſalutandi amicum, & ibi inueniat debitorē, & recipiat pecuniam ſuam: at hoc non eſt præter cognitionem, neque præter intentionem agentis: ergo non eſt fortuna, neque caſus. Primo. Non eſt præter intentionem, & cognitionē *Ad Ro. 4.* Ipſius Dei, qui eſt cauſa vniuerſalis, immedia *Ad Heb. 2.* tè cauſans, & cognoſcens: quia omnia nouit, etiam antequam fiant. Neque reſpectu particularis cauſæ, quia eſt intentum ire in forū, vel fodere in agro: ex quo ſequitur inuentio debitoris, & theſauri: ergo nullo modo datur fortuna.

¶ Tertiò. Probo quod fatum non detur. Ait *Tertiò.* enim D. Grego. in homil. Epiphaniæ. Abſit *B. Grego.* à cordibus fidelium, vt fatum, aliquid eſſe dicant. Ratione ſic. Fatum, vel eſt aliqua cauſa agens præter intentionem, vt fortuna: aut eſt cauſa, agens ex intentione. Non primū: quia teſte D. Auguſt. 5. de ciuitate Dei, fatū, *D. Augu.* eſt id quod prædictum eſt ab aliqua prouidentia. A fando dicitur fatum. Si ſecundum detur: talis cauſa certa, non niſi Deus eſt, qui in ſuo æterno ordinauit ea quæ in rebus futura ſunt: ſed Deum fatum, appellare, eſt inconueniens: cum fatum, ex neceſsitate cauſans, ab aſtrologis dicatur: Deus tamen libe rè agit: ergo fatum, non eſt dandum.

¶ In contrarium eſt Ariſtotel. text. 39. & *In contra.* 42. & 52.

¶ Pro ſolutione ſpeculationis primò oportet notare quid importet nomen fortuna, & caſus: & in quo differant: quod maximè ex diſinitione conſtabit.

¶ Fortuna ab Ariſto. definitur tex. 52. *Fortunæ definitio.*

¶ Eſt cauſa efficiens per accidens in his, quæ ſecūdùm propoſitum fiunt propter finem, raroq; contingunt.

Ibi, cauſa efficiens, ponitur tanquàm genus: quia quicquid fortuna eſt, cauſa efficiens ſit oportet: non tamen quicquid eſt cauſa efficiens, continuò & fortuna erit. Per accidens, ponitur ad differentiam cauſæ per ſe: & quia fortuna cum ſit cauſa efficiens, non tamen eſt de per ſe (quæ ſola ſimpliciter dicitur cauſa) ſed de per accidens: ſed cùm cauſa per accidens multis contingat modis, quia & eſt formā accidentalis, quæ

quæ coniungitur cauſæ per ſe: vt muſica in ſtatuario: aut cum coniungitur effectui per ſe, vt remouendo prohibens: aut reſiſtendo corruptioni: vt quia mouet columnam, quæ ſuſtinet lapidem, eſt cauſa per accidens caſus lapidis: & ſal eſt cauſa præſeruationis carnium, quia tollit humiditatē. Et dicitur cauſa per accidens, quando nō attingit effectū, ſed diſpoſitionem: ſicut furor tyrannorum erat cauſa patientiæ martyrum: quia cùm eſſet patientia neceſſaria, fiebat tunc fortior. Etiam eſt cauſa per accidens, quando fodiēs inuenit theſaurum, quem non intendebat. Et de hac cauſa per accidens loquitur Ariſt. in definitione fortunæ, dicendo, eſſe cauſam efficientem, per accidens.

¶ Dicit, in his quæ ſunt ſecundùm propoſitum, quia cùm ex propoſito eat in forum, ſequitur de per accidens, & à fortuna euenit: quòd debitorem inueniat. Ex propoſito fodit agrum, inuenit theſaurum, quem non intendebat: ibi eſt fortuna. Quòd oportet ſit propter finem: poteſt intelligi, quod talis actio apta ſit fieri propter finem.

¶ Ibi raroque contingū. Inſinuat, quòd cū effectus quidam contingant ſemper: alij frequenter: alij verò rarò: fortuna, non eſt in illis quæ ſemper, neque in illis quæ frequenter, ſed in illis quæ rarò. Non eſt ſemper, neque frequenter, quod quis fodiens in agro, theſaurum inueniat, ſed rariſsimè contingit: ob id ibi fortuna eſt. Conſentit Ariſtot. Platoni: licèt hic minimè diſtinguit, inter caſum, & fortunam.

¶ Si ergo à definitione fortunæ ſemoueas particulam, ſecūdùm propoſitum, manebit integra definitio caſus. Et ſic ſolet dici, quod *Definitio caſus.* caſus, reperitur in illis quę non agunt ex propoſito, & ex intentione finis cogniti: qualia ſunt omnia infra ipſum hominem. In homine tamen, quia agens eſt à propoſito cognoſcens finem, & mouendo ſe ad finem, fortuna eſt. Habent ſe iſta duo ſicut ſuperius, & in *S. Th. 1. 2. q. 1. ar. 3.* ferius: quicquid fortuna eſt, & caſus continuò erit: ſed non quicquid caſus eſt, continuò & fortuna erit: cùm in brutis, & in animatis caſus ſit, in quibus tamen non habet fortuna locum: vt ſi lapis, ratione grauitatis deſcendens alicuius caput conterat, caſus vocatur: nam caſu contigit, quòd cadēs, aliquis eſſet inſià, quem percuteret.

¶ Ex iſtis ſiunt manifeſta illa quæ à philoſophis de fortuna dicuntur. Primo, quòd dicatur occulta, & inmanifeſta, & quod non operetur ſecundùm rationem: quia ex his quæ rarò contingunt, non poſſumus certam reddere rationem. Dicitur inſana: cæca, bruta, volubiliſque vt Cicero lib. 2. ad Herennium *Cicero.* refert: & fuerunt inſani, qui eam Deam fecerunt, vt refert Diuus Auguſtinus. libr. 4. de *D. Auguſt.* ciuitate capit. 18.

¶ Et quidem inter antiquos variæ fuerunt *Variæ opi. de fortuna.* de fortuna, opiniones. Quidam ſunt, quipe- *Prima opi.* nitus negarunt fortunam: tum quia cauſa per accidens eſt: tum quia erat ignorata, vt Ariſto. refert tex. 53.

¶ Alia fuit opinio in alio extremo, quæ De *2. Opi. eſt* mocriti eſt, vt Ariſto. text. 44. refert, quæ dicebat omnia à fortuna euenire.

¶ Tertia fuit opinio, quod fortuna, erat pri- *3. Opinio.* ma cauſa omnium fortuitorum effectuum, qui contingebant: ſicut Deus eſt prima cauſa omnium effectuum per ſe: & fortunam faciebant Deam, ſit. 1. concluſio.

¶ Tam phyſice, quàm catholicè loquentes, *1. Conclu.* nullus reſpectu Dei eſt effectus à caſu, aut *Ratio.* fortuna. Probatur, quia id ſecundum Ariſt. dicitur à fortuna, & caſu, quod contingit de per accidens, & non fuit intentum, neq; præcognitum ab agente: ſed nihil contingit in *Reſpectu Dei nihil à caſu.* mundo, quod non ſit cognitum à Deo, & quod non ſit præuiſum ab eo: ergo reſpectu *Ariſto.* eius nihil poteſt eſſe à fortuna. Vnde Ariſt. 2. libr. magnorum moralium capit. 8. ait. Ibi minùs de fortuna, vbi magis de intellectu: & è contrà: vbi magis de fortuna minùs de intellectu: ſed in Deo omnia ſunt intellectus, *Ad Heb. 4* cùm omnia ſint nuda, & aperta coram oculis eius, & omnia actu intelligat, præterita, præſentia, & futura: ſequitur quod reſpectu eius nulla ſit fortuna.

¶ Dixi tam phyſicè, quàm catholicè loquēdo, quia ſicut ex lumine naturali probatur, primam cauſam, quam Deum dicimus, intelligentem omnia: & probatur lumine reuelato ex ſacra ſcriptura in multis locis: cū ipſe omniū habeat prouidentiā, & gubernationē, vt folium arboris non moueatur ſine diuina voluntate. Et duo paſſeres qui dipōdio *Matt. 10.* venduntur, nō ſunt in obliuione apud Deū: & omnes pili capitis ſunt numerati ab eo: quomodo poterit aliquid contingere fortuito reſpectu ipſius Dei? Et ratione probari *Ratio.* poteſt. Si aliquid poſſet à fortuna reſpectu Dei cōtingere, maximè eſſet vt in exemplo dicebamus. Si quis fodiendo agram theſau- *Vide Ægidiū quolib. 4. q. 12.* rum inueniret quem ignorabat ibi eſſe: ſed hoc non poteſt eſſe reſpectu Dei: quia ſi reſpectu eius eſſet, ergo ipſe ignorabat ibi abſconditū theſaurum, & ignorabat à fodiente

inueniendum: sed hoc non solùm repugnãs fidei est, sed etiam physicæ disciplinæ: ergo absolutè dicendum, nihil contingere à casu, vel fortuna respectu Dei.

¶ * Et quidem Plato in timæo Dei prouidentiam fatetur, licet diuerso modo quam fides tenet catholica, quippe triplicem illam faciat, vnam, rerum communium: & hanc Deo opifici tribuit, secunda dicitur rerũ minus communium, quam dijs iunioribus tribuit, id est, intelligentijs cœlestibus: quarũ virtus in terris sese infundit, tertia dæmonibus dat: qui partem hanc inferiorẽ mũdi administrẽt. Sic de Platone sentit Plutarchus, in suo de placitis philosophorum, quẽ sequitur Iabelus, Proclus, ac cæteri Platonici: stoicorum infatuitas secluſa est quã etiam stoicus Seneca in libro de prouidentia damnat. Et Cicero in libro de natura Deorum: Arist. tamen apertè de Dei prouidentia solùm in libro. 12. metaphysicæ mentionem fecit: quã ad lunæ globum dumtaxat, dicit attingere: à cæteris inferioribus rebus excludit. Verum neque hic, nec Plato, veritatem attigerunt: omnia quidem testãte sacro eloquio à te expectant vt des illis escam in tempore. &c. est apertissimè apud Matthæ. Christus redemptor noster nonne duo passeres, asse veneũt & vnus ex illis non cadit in terra, sine patre vestro, vestri enim capilli capitis, omnes numerati sunt. &c. vt diximus.

Triplex prouidentia de mẽte Platonis.

Plutarchus

Seneca. Cicero.

Corolla. Deus nõ cõtingenter creat.

¶ Ex hoc sequitur impropriè loqui illos, qui dicunt, Deũ contingenter agere, aut contingenter creare: quia cõtingenter idẽ est in rigore vocabuli, quod fortuitò, & indeterminatè agere: sed Deus nõ fortuitò, & indeterminatè agit: & si q fic loquuntur contingenter, idẽ intelligũt, quod liberè: seu nõ necessario.

2. Conclu. ¶ Secunda conclu. Sicut fatuum est negare aliqua à fortuna, & casu respectu particularis causæ contingere, sic est falsum asserere omnia à fortuna esse. Hęc habet duas partes: prima dicit, quod fortuna nõ est negãda, &

Ratio. 1. p. est stultũ negare. Patet. Id est stultum negare, quod experientia cõstat, & sensibus percipitur: sed in rebus humanis experimur, quod aliqua cõtingunt vel rarò: & præter intẽtionem: vt fodiendo agrum, inuenire thesaurũ: vel eundo in forum, inuenire debitorem: ergo stultum est negare fortunam.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars, quòd sit falsum, omnia à fortuna contingere, patet. Illa quæ cõtingunt iuxta ordinẽ causarum ordinatarũ secundũ quod intenta sunt, non sunt à fortuna: sed vt in plurimum omnia eueniunt, secundum quod sunt intenta, & præordinata, vt etiam experientia constat: ergo sequitur, quòd nõ omnia à fortuna eueniunt.

¶ Tertia conclu Respectu illorum quæ raro contingunt, fortuna, cum nõ sit simpliciter causa: est tamen per accidẽs, quæ ab illa quæ per se est, solũ ratione differt. Prima pars, q̃ fortuna, sit illorũ quæ contingunt raro: patet ex supradictis: quia neq; inuenitur in illis, quę semper sunt inuariabilia: neq; in illis, quæ frequẽter fiunt: & quæ vt in plurimum sunt, sed cõtingunt in his quæ rarò, vt dictũ est. Sed quod sit causa, patet: qa revera fossio causa est inueniẽdi aurũ: sed nõ simpliciter, qa nõ est de p se: nã si esset de per se, vbicũq; esset fossio, esset, & thesauri inuentio: at non sic est, imò rarissimè cõtingit: ergo nõ est causa per se, sed per accidẽs: quia non est per se ordinata fossio, ad thesaurum inueniendũ.

3. Conclu. *Ratio. 1. p.*

¶ Quòd à causa per se, solùm ratione differat, probatur. Si fossio esset intẽta ad inueniẽdũ thesaurũ cognitum, ibi esse, diceretur fossio causa per se: sed eodẽ modo se habet fossio ad thesaurũ, quãdo est ignoratum quòd ibi sit thesaurus, sicut si esset cognitum: ergo quòd dicatur de per accidens, quando ignoratur, & de per se quãdo cognoscitur, solum est differentia per operationem intellectus.

Ratio. 2. p.

¶ Quarta conclusio. Fortuna, cum sit causa reducitur ad causam efficientem: similiter & casus. Hæc conclus. est Arist. t. 65. Cuius rationem ibi adducit: quia fortuna, & casus, nõ est nisi in his quæ agunt propter finem: sed agere propter finem, est proprium causæ efficientis: ergo casus, & fortuna ad efficientẽ causam reducuntur.

4. Conclu. *1. Ratio.*

¶ Præterea. Quòd fit à casu, & fortuna, est effectus: ergo alicuius causæ effectus: sed non materialis, neque formalis, neque finalis: ergo erit efficientis.

2. Ratio.

¶ * Verum est tamen quod Petrus Pom. cõ cedit casum & fortunã, in omni genere causarũ: neq; aliter defendit Aristo. & ad id Boẽ tius in lib. 5. de consola. in causa materiali, vt si sutor, intendit incidere vestẽ, & corrosam inuenit à tinea: & si pictor, intendit pingere Petrum: & depingit Paulum. Est in causa formali: & si vadat Romam, vt merces vendat, & fiat episcopus: est in causa finali, tamen dicta in conclusione manet vera quia hæc omnia ad causam efficientem reducuntur: quia in quocunque genere causæ fortuna sit: cũ efficiente concurrit, causa, vel materialis, vel formalis, vel finalis.

Põponitius Boẽtius.

¶ Quinta conclusio. Non est repugnans fidei

5. Conclu.

fidei catholicæ: neque physicæ disciplinæ, dare aliquos homines fortunatos à natura, & alios malè fortunatos. Hæc conclusio est doctoris sub. in quolibet. 21. Probatur: quia videmus, & experimur aliquos homines sem per esse ad virtutem inclinatos, & pronos, tam secundùm opera, quàm secundùm actus interiores, & alios èconira, semper esse quasi in continua cogitatione malorum, & rerum inhonestarum. Primi videntur esse bene fortunati, & secũdi malè fortunati. Quòd hoc nõ sit contra fidem, patet: quia per hoc non tollitur libertas arbitrij, cùm scriptum sit: Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius: Et illud. Sapiens dominabitur astris. Et quòd non sit contra Physicam disciplinam, patet: quia potest euenire ex complexione bona, vel mala, & ex naturali organorum dispositione: sicut per naturam quidam magis apti sunt ad scientiam, alij inepti ad eam: ergo similiter ad virtutem, vel ad vitia ex complexione naturali, quidam bene fortunati, alij malè: sicut quidam fortes in corpore, & fanatiui: alij debiles, & nimium infirmatiui. Quanuis hos esse benè, vel malè fortunatos, à natura posit euenire ex aliqua exteriori causa intus mouente, vel suggerente bona, vel mala: tamen non videtur negandum, quod experientia probatum est. Si ergo homini bene succedat ex causis particularibus naturalibus præter finem intentum, talis meritò bene fortunatus dicitur, respectu illius causæ, licèt nõ respectu Dei omnia cognoscentis.

Scotus. Ratio.

Gene. 3. Ptolomæus.

1. de anima tex. 12.

Gellius. Seneca.

Conclu. 6. ¶ Sexta conclusio. Licèt fatum, non detur, ad sensum quem astrologi iudiciarij prætendunt, vt ex constellatione, huic, necessariò

S. Th. p. p. q. 116. ar. 2. prosperitas, & illi veniat aduersitas: datur tamen, & conceditur à catholicis, vt dicit ordinem causarum præordinatum, & præscitum à Deo.

Prima opi. antiquorũ de fato. ¶ Pro debita intelligentia oportet considerare, vnam in vno extremo antiquorum fuisse opinionem de fato, vt crederent ordinem esse naturalium causarum ineuitabilem, qui ex necessitate operaretur: vt quòd iste hac die, & isto modo esset mortuus. Et quod futurus sit diues, vel pauper, fortunatus, vel infortunatus esset à fato ineuitabiliter. Hæc fuit Stoicorum sententia. De quo Gellius in suis noctibus Atticis libr. 6. capit. 2. Et Seneca Stoicus. libr. 2. naturalium quæstionum. capit. 36. dicit. Fatum existimo necessitatem rerum omnium, actionumque quam nulla vis rumpet: quanuis in subsequentibus Seneca Christianè de fato videatur loqui.

¶ Cicero in libris de natura Deorum, vt hãc refutaret stultam de fato opinionem incidit in aliam amentiam, vt negaret Deum esse futurorum præscium: vt B. August. 5. de Ciuitate. cap. 9. refert. Nam dicebat. Cicero. Si Deus futurorum præscius est, eo modo necessariò euenient, quo ab eo sunt præscita: & nullus poterit euitare mala præscita.

2. Opi. est Cicero. qui negauit Deum præscium futurorum.

¶ Nos tamen mediũ tenentes, ponimus conclusionem supra dictam, & vt extrema vitemus, fatum ponimus, vt ponit B. August. in loco citato, & colligitur ex Boëtio. 4. de consolat. De quo eleganter S. Tho. p. p. q. 116. & 3. contra gent. cap. 93.

D. August. Boëtius. D. Thom.

¶ Prima pars conclusi. quòd non detur fatũ, vt dixerunt Stoici, & iudicarij astrologi, patet. Quia sequeretur, quòd tolleretur libertas arbitrij: sed hoc est hæreticum, & contra Physicam disciplinam, vt in libr. 3. de anima probabitur: ergo nullo modo fatum est ponendum vt illi dicebant. Patet. Nam si (verbi gratia) sit præuisum, q̃ Petrus debeat Christum negare, & Iudas tradere, & Paulus Christianos persequi, non poterat, non esse, sed necessario ita erat ex fato euenturum: ergo isti ista facientes non peccabant, quia euitare non poterant: nam qui dixerit Deum præcipere impossibile, anathema sit: sed isti poterant ista euitare, quæ secundum ordinẽ causarum futura erant: ergo non necessariò fato eueniebant.

Ratio. 1. p.

S. Th. p. p. q. 83.

Hieronym.

¶ Secundò. Tollere consilia humana, & prudentiam in cauendis futuris, & preueniendis euentibus est stultum: sed fatum ponere (sicut illi ponebãt) est è rebus humanis ista tollere. Patet: quia si necessariò ista, futura euenient, frustrà est consilium: inanis erit prudẽtia, & omnis hominum prouidentia.

Secundò.

¶ Secunda pars conclusionis, quòd fatum, vt à catholicis ponitur, fit dandum, probatur, quia debet cõcedi ordo causarum naturalium à Deo præuisus, circa ista inferiora: qui deficere potest, & ex diuina pendent libertate: sed hoc est fatum, vt diximus: ergo fatum (vt catholici ponunt) est concedendum.

Ratio. 2. p.

¶ Secundò. Si fatum non esset concedendum, maximè quia ponendo Dei præscientiam in causis, effectus necessariò essent euẽturi: sed non ob hoc. Patet: quia dato à Deo sint omnia præuisa, & causæ dicantur ordinatæ, ad suos effectus, rebus ipsis nullam imponit necessitatem, neque mutat rerum

Alia ratio. 2. part.

naturas per prouidentiam, magis quã si non præuidisset: quia effectus contingentes, manent contingenter in suis causis, & necessarij, manent, & euenient ex necessitate. Quia ergo præuidit Deus Iudam peccaturum, intellexit hoc ex libertate arbitrij eius, futurũ. Et ex tali prouidentia non est mutata causæ conditio, & liberè Iudas peccat, & non fato ineuitabili peccauit. Si Dauid erat adulterium commissurus ex aspectu Bersabeæ, quã
2. Reg. 11. uis à Deo esset præuisum, & cognitum, non ineuitabiliter commisit adulterium: quia poterat non committere: ob id imputatum est ei. Quòd homo interficiatur ab hoste in foro, vel ex equo cadens moriatur, præuisum erat à Deo, sed euitabiliter: quia poterat nõ ire ad forum, & poterat non ascendere equum. Sequitur ergo, quòd fatum ponere (si cut ponunt catholici) est catholicè dictum: quia ex hoc nulla imponitur in rebus necessitas maior, quàm sit ex ipsarum rerum conditione.

Corolla. ¶ Ex quo sequitur malè à vulgo dici quando aliqua contingunt aduersa, quæ procedunt ex causis contingentibus: sic erat in fato: nõ poterat euitari, &c. Si enim diceretur solũ, sic erat in fatis, bene quidem: quia sic erat rerum ordo, & casarũ à Deo præuisus, cui omnia futura sunt præsentia: tamen addere, eui tari non poterat, quin talis sic, vel sic morere tur, est gentiliter sapere: quia sic rerum ordo fuit præuisus, vt non sit mutatus, vt contingentia manerent contingentia, & necessaria, necessaria.

Arist. p. de anima. t. 12 ¶ Constellationes etiam ad mores hominũ facere possunt disponendo vnde ait Aristo. quod cholericus suapte natura sit iracũdus, & ad literas aptus: sicut phlegmaticus est desidiosus, & ineptus: & sanguineus est ad beneuolentiam hominum conciliandam aptissimus: sed tamen istæ causæ possunt impediri, etiam per alias causas naturales: & maximè ex libertate arbitrij potest homo facere contra istam dispositionem. Ecce hic ordo causarum est fatum, tamen non ista ineuitabiliter eueniunt.

* ¶ * Et quidem Plato in Timæo: stabilem Dei in efficiendo rationem, & præscriptum ab eo ordinem, rebus, fatum dicit, & videtur idem esse quod Dei prouidentia: atque hanc Platonis sententiam, Iambicus Plotinus, Proclus, Apuleius, Plutarchus, & academici omnes sequuntur: & idem sentire Aristotel. Gregorius Niscenus, docet. De quo vide Plotinum in libro de fato: & Alexan. Afrodiseum in eodem.

¶ Septima conclusio. Fatum, & fortuna, sic differunt, quòd in aliquo conueniant. Differentia est: quia Fortuna, & Casus sunt causa de per accidens, quæ vnum intendit, & aliud cõsequitur: sed fatum, est causa de per se, inclinans ad aliquem effectum, qui tamen impediri potest per aliam causam. Conueniunt: quia vtraque causa est hominibus occulta: & similiter, quia sicut fortuna non reperitur propriè, nisi in habentibus intellectum, sic etiam fatum. Non enim dicimus fortuna arborem corruere, & scindi: sicut nec fato, vel si fulmine brutum perijt: quod dicemus de homine. *7. Conclu.*

¶ Octaua conclusio. Non omnia subduntur fato, sed solùm illa quæ causis secundis subduntur. Hoc patet ex Boëtio. 4. de consolatio. Et probatur. Illa nõ subduntur fato, quæ non sunt in causis secundis: quia fatum ordinatio est rerum humanarum: sed aliqua sunt quæ à solo Deo dependent: vt creatio rerũ: glorificatio substantiarum spiritualiũ. Ista enim fato non subduntur. Sic Sanct. Thom. p. p. quæst. 116. art. 3. *8. Conclu. Boëtius. Ratio. 1. p.* *S. Thom. Ratio. 2. p.*

¶ Secunda pars patet. Illa cadunt sub fato, quæ habent mobilitatem in se: sed hùiusmodi sunt, quæ in creaturis contingunt: quãuis vt præuisa à Deo, sint immutabilia.

¶ Ad primum dicendum ita esse, Christianis prohibitum de fortuna loqui: sicut & prohibet D. Augustinus: ad modum quo in fideles Gentiles ponebant, quòd esset aliqua causa extra ipsum Deum, à qua euenirent tales effectus non præuisi, neque cogniti à Deo: sed de fortuna loqui, & sentire, vt in conclusionibus est probatum, non solùm nobis non est prohibitum, sed est necessarium sic loqui: cum sit compertissimum fortunam dari: tamen dicere, vt vulgo solet de fortuna. Voluit fortuna, Nolult: est nobis interdictum: quia fortuna non est causa volens, neque nolens, sed solus Deus est, qui vult, vel non vult. Quapropter cauendum est à tali modo loquendi, qui sapit Gentilitatem, facientem fortunam Deam, cœloque locantem. Quòd si B. August. retractauit si quia de fortuna fuerit loquutus, eo est, quia sensserit malè de ea: sicut Gentiles sentiebãt. An aliquis possit dici Fortunatus bene à natura & in quo sensu, vide Ricardum de media villa in. 3. quolib. quæst. 7. qui ad propositũ multa & vide Auicẽna lib. 1, physic. c. 14. *Ad argum. D. August.*

¶ Ad secundum patet solutio ex prima cõclusione, quòd respectu Dei non ponitur fortuna. *Ad secundũ.*

fortuna. Nihil enim contingit à casu, vel fortuna, si referatur ad Deum: quia omnia ab eo cognita, & quæ fiunt, intenta. Cum ergo nihil præter intentionem fiat, non erit fortuitum respectu eius, licèt respectu causæ particularis sit: sicut contingit in domino mittente seruum vna via, & mittente alium seruum per aliam viam, qui obuij fiant mutuò, licet sit casus fortuitus respectu istorũ seruorum, qui nesciebant, neque intendebant illum occursum: non tamen dicitur casus, vel fortuna respectu mittẽtis, qui cognouit, & præuidit futuros obuiam. Sic quod deberet secundùm causas naturales homo nasci cum quinque digitis, sicut solet, & quòd causa naturalis fuit impedita ex alia, scilicet, quia defectus fuit in semine, vel in materia, & nascatur cum quatuor, à casu potest dici respectu illius causæ, sed non erit à casu respectu Dei cognoscentis, & præuidentis concursum illarum causarum, & impedimẽtum futurum. Et sicut respectu Dei nulla fortuna, neque casus: quia omnia cognoscit, & intelligit: proportionabiliter quantò homo sapiẽtior, & prudentior est, pauciora ei contingunt à fortuna: quia in pluribus est prouidus, & minus dicet, non excogitaram: vt dici solet.

Ad tertium ¶ Ad tertium dicendum, fatum negari à D. Gregorio ad sensum, quo Stoici aberrantes, ponebant, quòd esset causa necessaria ineuitabilis, non impedibilis per aliquam potentiam: & reprehendit illos, qui dicebant, quòd qui in tali fuerint constellatione nati, futuri sunt tales, & tales, & ineuitabiliter fiet: sicut solent Astrologi pernicioſè diuinare de futuris, euentum infallibilem ponentes: tamen de fato modestè loquentes, vt Diuus
D. Grego. Augustinus, & Boëtius, quòd sit illa causa-
D. August. rum naturalium ordinatio à Deo præuisa, quæ tamen impediri possit multis modis, quare non concedat, & Diuus Gregorius, qui non dubitat dari inclinationem, ex constellatione ad aliquem effectum certum? Sed tamen fatetur impediri posse aliunde.

Obiectio. * ¶ * Sed consideratione dignum videtur: quod Petrus Pomponatius in hoc. 2. contra prædicta, duo format argumenta, primum quod fortuna potest esse in per se intentis. Patet: de illo qui ex proposito ludit, & intendit lucrari: sed tamen à casu lucratur. Secundum argumentum facit ad probandũ, quod in illis quæ, vt in pluribus, potest esse fortuna: vt si sunt duo lusores, & vnus, vt in pluribus lucratur: alter vt in pluribus perdit: hic perdit à casu, & non intendit perdere: ergo est in illis quæ vt in pluribus. Hæc arguimenta putat difficillima, & putat insolubilia: solutio stat in hoc: ad primum, quòd ille qui raro lucratur, non à casu, sed ex proposito lucratur: sicut qui fodit & intendit, & sperat, thesaurum inuenire: licèt raro, id non à casu, sed ex proposito est: & ad secundum ille qui expertus est in ludo perdere quasi semper, non à casu perdit: nam quando aliquis effectus secundarius, ex aliquo primo intento, vt in pluribus euenit, per se intentus censendus est: nam vt docet San. Thom. in expositi. text. 59. in hoc. 2. stultum est dicere, quòd aliquis intendat aliquid, & non intendat illud: quòd vt pluribus adiungitur. Etiam considerandum quod San. Thom. 7. Meta. text. 22. loquens de animalibus, quæ ex putrefactione causantur: ait quod comparata ad diuersa, possunt dici genita per se, & genita à casu: nam si in ordine ad calorem putridinalem, fiunt à casu: quia calor ille humidum consumendo, non intendit generationem animalis: si autem comparetur ad virtutem cœli, quæ est regitiua totius vniuersi, producitur per se: quia intendit producere, omnes formas, quæ sunt in potentia materie. Hęc imaginatio nõ placet Ioã. de Iãduno in. 7. Metaph. q. 13. aduerte obiter, quod animalia genita ex putrefactione, vt sunt mures, muscæ, & cætera huiusmodi (quę etiã ex semine generantur) esse eiusdem speciei illa quæ ex putrefactione & quæ ex semine generãtur eiusdẽ sunt speciei, cũ illis quæ ex semine: nã rana ex putrefactione, sic canit, & saltat, sicut quæ ex semine: sic S. Tho. lib. 7. Metaph. tex. 23. & Scotus vt adducit Anto. And. 7. Metaph. q. 8. & hæc contra Cõmen. in. 8. Physic. com. 46. qui dicit loquendo cõtra Auicen. quòd si homo esset genitus ex putrefactione, non esset eiusdẽ speciei nobiscũ: sed æquiuocè, diceretur homo, quem sequitur Iãdunus in. 7. Metaphy. quæstio. 15. sed non rectè philosophatur. Et negat illa, quę experientia constant, nec est repugnantia in Sanct. Thom. quando in primo sentẽt. distinct. 10. quæstio. 1. art. 5. dicit quod non idem est specie, quod à natura, & quod ab arte: quia intelligit, quando illa diuersa sunt, quę ab agẽtibus disparatis, nõ sub ordinatis: vt si homo producat hominẽ per propagationẽ, & vermem per putrefactionem: sed si cœlum cum rana ex semine producat ranam, & ex putrefactione, idẽ specie est: quia

Solutio. Ad primũ. *Ad secũdũ.* *S. Thom.* *Iandunus.* *S. Thom. Scotus. Cõtra Auicennam & Iandinum.* *Conciliatio dictorum. S. Thom.*

ſunt agẽtia ſub ordinata, ſed de hoc alibi clarius & latius.

¶ SPECVLATIO ſexta. Vtùm natura agat propter finem.

1. Argum. ARguitur quod non: illud dicitur agere propter finem, quod intendit talem finem: ſed ſecũdum naturam fiũt multa, quæ non ſunt per naturam intenta: vt patet de monſtris, quæ contingunt, & peccatum in natura dicitur: ſicut natura intendit, quòd homo naſcatur more ſolito cum quinque digitis in manu. Contingit tamen ex materiæ ſuperfluitate cum ſex digitis naſci: ſequitur ergo, quòd præter naturæ intentionem, quæ erat, vt nullus cum defectu, neque per exceſſum, neque per defectum, naſceretur, aliquis naſcatur.

2 ¶ Prætereà. Si natura agit propter finem, maximè hoc erit verum in animalibus brutis, de quibus Ariſto. ponit exemplum, vt de hirundine nidificante: & de formica grana in æſtate congregante: ſed iſta non agunt propter finem: nam vel cognoſcunt finem, vel non. Si cognoſcunt, & media congruentia ad finem ordinant vt notum eſt: ergo ex deliberatione agunt, cùm hoc ſit ex deliberatione agere: at hoc eſt falſum, cùm ſit proprium hominis. Quòd ſi non cognoſcunt finem, habeo quod non agunt propter finem, ſed ex alia cauſa fortuita eueniunt huiuſmodi tam ordinatiſsimi motus ad fines conſequendos.

Ariſto. Prouerb.

3 ¶ Si natura ageret propter finem, eſſet, vt dicit Ariſt. quod dentes anteriores fecerit duros, & acutos, & molares obtuſiores, ob cibũ terendum, & oculos molles: ſed hoc non eſt ratione finis, ſed ratione materiæ ex qua oſſa, quæ durior eſt, quam ſit illa, ex qua oculus, quæ mollior: ergo non à fine.

3 Ariſto.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſto. qui multis argumentis probat in fine huius. 2. naturam agere propter finem.

Notand. 1. S. Th. p. p. q. 59. ar. p. & 1. 2. q. p. & 6.

¶ Pro deciſione eſt notandum, vt exactiſsimè Sanct. Thom. probat quod quæ propter finem agunt, habent ſe in triplici differẽtia: quædam agunt propter finem, ſine aliqua prorſus cognitione finis: vt ſunt elementa, & plantæ, & cætera omnia inanimata. Alia ſunt, quæ cognoſcunt finem, licèt non cognoſcunt ſub ratione finis, neque attingunt vt cognoſcant proportionem mediorum ad finem. Iſta ſunt bruta animantia, quæ cognoſcunt famem, & ſitim, & aquam quam bibunt, & pabulum quod comedunt: ſed nõ cognoſcunt iſta ordinata eſſe ad talem ſedandam ſitim, & famem: quia eorum vis imaginatiua non eſt collatiua, aut comparatiua vnius ad aliud: quod in imaginatiua hominis, propter coniunctionem cum ratione cõtingit: ſicut æſtimatiua in eo particularis ratio dicitur, * & non ſolum animalia perfecta, ſed etiam imperfecta: vt aranea, & formica, agunt ex phantaſia imperfecta, & indeterminata, & ſine apprehenſione per ſenſus exteriores, ſed ſolum ex congenita & connaturali. Et iſta ſicut & illa licèt propter finem agant, non mouent ſe in finem, aut agunt, ſed mouentur, & aguntur. In tertio gradu ponuntur illa, quæ non ſolùm finem cognoſcunt ſub ratione finis, ſed & media proportionata eſſe illi fini, in tali, vel tali gradu. Iſta ſunt quæ agunt ex deliberatione, & mouent ſe ad finem, vt homo ſe habet in ſuis operationibus, quæ operatur in quantum homo eſt, non in quantum animal eſt. Et iſtarũ operationum dicitur eſſe dominus, pro quãto per liberum arbitrium poteſt in finem cognitum mouere ſe, vel non mouere: quod in brutis non eſt.

* S. Th. 1. 2 q. p. arti. 2. & q. 6. art. 3.

Notand. 2. ¶ Secundò eſt notãdum, quod cũ monſtrũ ſit defectus in natura, proueniens vel à ſuperfluitate materiæ, vt contingit in illo, qui cũ ſex digitis naſcitur, vel propter defectũ eius: vt in illo qui cum quatuor: vel ex defectu qualitatum: vt in frigido per natiuitatẽ: vel ex defectu cõtinentiæ: vt in illo qui naſcitur leproſus: oportet attendere & ad naturã vniuerſalem, & ad particularẽ: quod eſt dicere, ad cauſam vniuerſalem, & ad cauſam particularem: nam poteſt eſſe, quod aliquis effectus ſit intentus ab vniuerſali, & ſit abſq; intentione particularis, imò contra: vt in præcedenti ſpeculatione dicebamus de Fortuna, & Caſu: nam reſpectu Dei, qui eſt cauſa vniuerſalis, nihil euenit non præuiſum, & non cognitum: cum tamen reſpectu particularis cauſæ, dicatur fortuitus effectus. His præhabitis, ſit prima concluſio.

Conclu. 1. ¶ Natura agit propter finem vniuerſaliter, etiam in omnibus illis quæ cognitione carent. Patet. Id ſit propter finem, quod fit

Ratio. 1. ſemper, vel frequenter eodem modo, & raro in contrarium: ſed quæ fiunt per naturam, vel ſemper, vel frequenter, & rarò in cõtrarium eueniunt: ergo natura agit propter finem.

* ¶ * Et in tãtum eſt verum: vt corruptio, quę contingit in rerum generatione dicatur propter finem: licet non propter ſeipſam, ſed tamẽ propter alterum, id eſt, propter formam introducendam.

Ratio. 2. Ar. 2. phyſ. text. 22. & 79. & 4. met. tex. 28.

¶ Secundò, Natura agit, vt ars, cùm ars naturam imitetur inquantum poteſt: ſed ars agit propter finem. Non enim temerè artifex per artem, ſed ordinatiſsimè ad finem, quem intẽdit, media apponit congruentia. Et multis rationibus probatur ab Ariſtot. in iſto loco, & à Sanct. Thom. in locis citatis: ita vt ſit inſani hominis, hanc negare propoſitionẽ. Quis audet dicere membrorum hominis diſpoſitionem, quo ad figuram, ſitum, & ordinem, âfortuna, vel à caſu eſſe, & nõ ratione finis pedes in infimo loco: & oculi, & omnes alij ſenſus in ſupremo?

Conclu. 2. ¶ Secunda concluſio. Illa quæ penitus cognitione carent, agunt propter finem, non cognitum à ſe, ſed a Deo dirigente. Hæc probatur ex notatis: nam certum eſt, huiuſmodi abſque errore in ſuis dirigi certis operationibus, quę fines vocantur: oportet ergo ſit prę nia aliqua cognitione: ſed cognitio in inanimatis non eſt: debet ergo eſſe indirigente, & mouente omnia talia cognitione carentia, quem Deum dicimus. Nõ enim certæ eſſent huiuſmodi operationes, niſi à cognoſcente miſſæ dicerentur: ſed errabundæ, nunc huc, nunc illuc traherentur in incertum: ſicut qui ſagittam mitteret temerè nullo propoſito ſibi albo.

Ratio. ¶ Tertia concluſio. Tendentia, in finem omnium carentium cognitione, non eſt aliud, quàm naturalis illa inclinatio data vnicuiq; ab ipſo Deo, ſecundùm propriam uniuſcuiuſque naturam: ſicut quia plantæ Deus impreſſit virtutem germinandi, mouetur ad fructus producendos, tanquam ad finem intentum.

3. Conclu. Tẽdẽtia in finem eſt inclinatio naturalis.

Ratio. 1. Probatur. In rebus inanimatis eſt iſta in finẽ tendentia naturalis: ergo oportet ſignare vnde in eis agere propter finem eſt: ſed non videtur aliud, niſi illa inclinatio à Deo impreſſa.

2. Ratio. ¶ Secundo. Hominem dicimus ſecundùm naturam inclinatum in virtutem, tanquam in finem, ſeu in bonum, vt bonum naturaliinſtinctu proſequatur, & malum fugiat, quia conueniens eſt naturæ ſuæ: ſicut & in animatis eſt ad conuenientia, ſuæ naturæ ſed: in homine id eſt per illam à Deo impreſſionem inclinationis factam, ita vt in eo lex naturalis dicatur: vt dicemus in. 2. ſen. in Reſolutionibus in fine, quãdo de legibus erit ſermo: ergo eodẽ modo oportet dicere de naturalibus carentibus cognitione.

4. Conclu. ¶ Quarta cõcluſio. In illa, quæ cognitionẽ habẽt, homo, maximè dicitur agere propter finem: quia mouet ſe in finem, cognoſcendo rationem finis. Hæc eſt apertiſsima ex ſupradictis: quia ſolus ipſe eſt, qui poteſt vnum alteri comparare, & de tali comparatione iudicare, quantum ad conuenientiam, vel diſcõueniẽtiam, quod eſt agere ſe in finem, vel mouere.

Ratio. ¶ Quinta concluſio. Licet mõſtrũ (quod peccatum in natura dicitur) à cauſa particulari non ſit intentum, eſt intentum ab vniuerſali quæ cum concurſu cauſarum deficientiũ producit effectum defectuoſum, quem monſtrũ vocamus. Patet. De intẽtione vniuerſalis cauſæ eſt, quod particulares cauſæ agant, ſecũdũ ſuam virtutem, quando applicantur ad operandum: ergo cum in generatione monſtri cauſa deficiens applicetur, vel excedens, vel diminuta, oportet, q̃ in effectu conſimiliter id appareat: & ſic ab vniuerſali cauſa videtur intentum, quod talis ſit effectus.

5. Cõcluſio Pau. Ven. hic. ca. 15. cõcluſio. 1. Ratio. 1.

2. Ratio. ¶ Secundò. Ab vniuerſali cauſa eſt intentũ, quod ſecundum proportionem cauſarum ſit & effectuum proportio, & ſit correſpondentia: ſed quod applicata cauſa deficiente (vnde mõſtrum oritur) effectus ſit deficiens, ſeruatur talis proportio: ergo ex intentione vniuerſalis cauſæ eſt.

6. Cõcluſio ¶ Sexta concluſio. Quamuis in monſtri generatione nõ ſit intentio particularis cauſe (vt hominis generantis) ſed præter intentionem eius eueniat: eſt tamen ex intentione cauſæ particularis alterius, puta cauſæ impedientis huiuſmodi cõſuetam per naturam generationem. Probatur: quia ſicut cauſa particularis generans, intendit ſuum effectum integrum, & præter intentionem monſtrum eſt: etiam cauſa impediens, intendit tale monſtrum: & naturale eſt reſpectu huius cauſę particularis, ita vt contrarium eſſet contra naturã, quod exiſtente cauſa defectuoſa, nõ eſſet defectus. Sic eſt contra naturam, in reſpectu alterius cauſæ etiam particularis intendentis effectũ non deficientem.

Ratio. ¶ * Imò & dici poteſt monſtrum intentum: non quidem ex prima intẽtione agentis, ſed exalia: quia cum agẽs nolit fruſtrari ſua actione, ſi non poteſt producere perfectum in ſua ſpecie, producit quod poteſt. *

Corolla. Mõstrum & cõtra naturam, & secũdũ naturam dicitur

¶Ex quo sequitur, quod monstrum potest dici & contra naturam, & secundum naturã, secundum aliam, & aliam considerationem. Neque inconuenit magis quàm dicere, graue ascendere ad vacuum vitandum: quod est cõtra naturam, & secundum naturam. Est contra naturam particularem, inquantum graue est: & est secũdum naturam vniuersalẽ: imo & secundum hanc particularem, inquantum pars vniuersalis est: quod periret, nisi vitaretur vacuum: vt infrà in. 4. speculatione tertij libri physi. dicemus.

Vide Alb. Magnu. 2. phy. tract. 3. c. 3. Iandinũ. q. 14

¶Septima conclusio. Necessitas in naturae x fine sumenda est. Hæc est Arist. in fine huius 2. quam probat multis medijs: siquidem serra cum sit ad secandum lignum, oportet fiat ex ferro, quod materia dura est, & non ex plũbo: quod est metallum molle. Quia dantur oculi ad speculandum, & nociua fugiẽda visa, & conuenientia, prosequenda: oportet in loco eminentiori ponantur, & non in inferiori. Dentes sunt ad cibum terẽdum: sint ergo duri, & acuti: sic de alijs partibus corporis.

7. Conclu.

¶*Est tamen considerandum: necessitatem esse, & consequentis & consequentiæ consequentis est, ex habitudine terminorum quando prædicatum, est de subiecti ratione: velcõ sequitur naturam eius: & hæc prouenit solũ à forma & materia, quæ sunt causæ intrinsecæ: in quo sensu Sanct. Thom. 5. Metaphysi. ponit absolutam necessitatem, à materia & forma, vt quia anima hominis intellectiua, simpliciter, est rationalis: est risibilis: & quia ex contrarijs cõpositus, est alterabilis & corruptibilis: sed necessitas consequentiæ, ex fine ex suppositione: vt quia finis serræ est secare, materia eius debet esse ferrea.

S. Thom.

Ad argu. ¶Ad argumenta patet solutio.

¶SPECVLATIO. VII. De dist. formæ artis, à naturali.

Argum. 1.

¶Pro solu. oportet intelligere non esse idem quærere, vtrum forma naturalis, distinguatur ab artificiali: & quærere, vtrum forma artis, distinguatur à subiecto naturali in quo est. Prima enim quæstio physica est: quã tractat Arist. in isto. 2. Secunda verò est meta. quæ hìc inferitur ab Arist.

¶Notandum, vltrà, sicut forma naturalis siue fit substantialis, siue accidentalis, non reperitur, per se, nisi in subiecto: sic forma artis nũquam est, nisi in aliquo subiecto: sed est differẽtia in hoc, quod forma substãtialis requirit materiam primam, quæ aliàs non sit res naturalis, ad hoc quod faciat rem naturalem, & vnum simpliciter: sed forma artis, requirit materiam velut subiectum: nõ primã, quæ non sit res naturalis, sed secundam, quę sit res naturalis, & simpliciter actu, ante formam artis. Sicut statuæ forma prærequirit, vel lignum, quod aliàs est res naturalis, vel ferrũ: & vocatur prima materia illa quæ subiectum est formæ substantialis: & hæc quæ subiectum formæ artis est, materia secunda vocatur: & aduenit illa forma artis iam existenti in actu, & habenti esse completum: sicque ex forma artis, & subiecto fit vnũ ens, non simpliciter, sed per accidens. Considerãtis his sit conclu.

2. Argum.

3. Argum. Supra li. 1. specula. 7.

Incontrar.

1. Notand.

2. Notand.

Materia. 1 in rebus naturalibus.

Materia. 2 in rebus artis.

¶Forma

1. Conclu. ¶Forma naturalis distinguitur ab artificiali. Probatur. Distinctio in formis potest esse ab agente, vel à subiecto: sed naturalis, & artificialis est ab agente, & à subiecto: ergo distinguuntur. Patet primum: quia illæ formæ videntur esse diuersæ, quæ non sunt ab eodem principio actiuo, sed actiuũ principium formæ naturalis est agens naturale, & actiuum artificialis ars: at illa distincta sunt: secũdum probatur. Subiectũ enim formæ substãtialis, materia prima est, quæ est natura, & ens in potentia, & non res naturalis. Subiectum autem formæ artificialis ens naturale est, & secunda materia, quæ actu est: ergo sequitur ꝙ inter ipsas formas erit distinctio.

1. Ratio. Venetus in sua Meta. c. 11.

2. Ratio.

¶Et probatur adhuc conclusio, vt Ægidius Romanus in isto secundo physicorum, dubio. 12. probat: quia materia, transmutatur naturaliter, vt ex ipsa educatur naturalis forma: sed hoc non facit ars: quia (secundũ Themistium) natura, agit in corpore toto. Ars vero secundum quod huiusmodi, agit in extremitatibus eius.

Ægidius.

Themisti.

¶*Arist. 2. de anima. tex. 8. intendit, differẽtiam ponere inter formam naturalem, & artis: per hoc quod remota forma naturali nõ remanet res neque materia proxima rei, nisi equiuocè: vt remota anima ab homine, non remanet homo: nequeidem oculus, neque eadem caro, nisi equiuocè: & signum trahitur ab operatione: quia iam nõ videt oculo &c. Vnde Philo. 4. meteoro. tex. vltim. dicit: qđ ablata propria operatione à re, res non permanet nisi equiuocè. Si autẽ tollatur forma artificialis, ab artificiato remanet artificiatũ: saltim quo ad substantiam materialem proximam, licet sit mutatio quo ad talem formã & dicit quia quod dolabra est artificiatum, cuius forma, scilicet, acumen est accidens: si auferatur acumen, adhuc manet dolabra: si autem dolabra esset corpus physicum remoto acumine, non maneret dolabra, nisi equiuocè.

2. Cõclusio Naturalia differuntab artificialibus.

¶Secunda conclusio. Naturalia, differũt formaliter ab artificialibus. Probatur. Illa dicuntur differre formaliter, quę pertinẽt ad diuersa prædicamenta: & si re nõ differant: sed naturalia, & artificialia hoc modo se habent, ꝙ ad diuersa pertinent prædicamenta: ergo formaliter differunt. Maior patet: quia ideo ponuntur ibi decem distincta: vt entium multitudinem comprehendant, & non coincidant. Minor probatur: quia scamum, domus, & arca, sunt in prædicamento qualitatis, in quarta specie: sed ligũ, & alia entia naturalia, ex quibus artificialia fiunt, ad prædicamentum substantiæ pertinẽt: sequitur ergo quod formaliter distinguuntur.

2. Ratio.

¶Secũdò. Illa distinguuntur formaliter, quæ si se habent, quod vnum non est aliud, neq; è contra: sed res artificialis, & naturalis sic se habent: quia vna non est alia: ergo distinguũtur formaliter.

¶Ista conclusio non solùm habet veritatem supposito quod alia sit res naturalis ab artificiali: vt domus est alia res à naturali: quia plures res naturales constituunt domum, cum solum domus vna sit: sed etiam si quælibet res artificialis sit ens naturale: quia actio, & passio sunt vna, & eadem res: atquia actio, nõ est passio, distinguuntur formaliter: & ad diuersa pertinent prædicamenta: vt ibi deduximus.

Arist. 2. de anima. tex. 8. & 3 physic. tex. com. 19.

3. Conclu. ¶Tertia conclusio. Forma artificialis, non distinguitur realiter à quantitate, sicut alia res: sed distinguitur formaliter. In hac cõclusione intendimus, vitando extrema, tenere medium. Est vnum extremum nominalium, qui dicũt, formã artis, nõ distingui à re quanta: & nõ distinguià suo subiecto: sicut tenent quã titatẽ, nõ distinguià re quãta. De quo in prædicamento quantitatis disputatum est quæstio. 2.

Opi. nomi na exercetitatẽ. ma.

Opi. realiũ extrema.

¶Aliud est extremum realium, tenentium non solùm quantitatem distingui à re quanta: sed præter quantitatem, produci ab artifice formam artificialem, quæ est qualitas distincta à quantitate: quod negant nominales cum dicant per artem solum produci rem aliter se habere, & nulla alia realitas producitur. Nos ergo in conclusione neque opinionem nominalium probamus, neque illam quę realium est affirmamus, sed dicimus formã artificialẽ, à suo subiecto distngui formaliter. Ita quę stare potest, quod sit eadem res forma artis, & suum subiectum quantitas, vt dicunt nominales, & quod forma artis non sit quantitas. Probatur conclu. Illa quę in diuersis ponũtur prędicamẽtis, oportet distinguãtur saltim formaliter: per hoc quod vnum, non est aliud: sicut de actione, & passione dicebamus sed forma artis, & quantitas eius subiectum, sunt huiusmodi: quia forma artis ad prædicamentum qualitatis, ad quartam speciem pertinet: & quantitas, eius subiectum ad prædicamentum quantitatis, non est qualitatis, neque è contra.

Opi. medià tenda.

Ratio. p. p.

Ratio. 2. p.

¶Sed quòd non distinguãtur realiter vt res, & res: probatur vltrà experientiam. Statuarius qui de ligno facit statuam, nullam rẽ de nouo

nouo produ.it, præter ſuperficiem nouam, quæ eſt: terminus quantitatis, illius ligni. Ratio eſt: quia rerum pluralitas non debet poni ſine neceſsitate aliqua, vel ratione non ſolubili: ſed nulla eſt neceſsitas, neque eſt ratio cõuincẽs: quod forma artis ſit aliquod accidẽs diſtinctum à quãtitate: ergo nullo modo eſt ponendum.

Ratio. 2. ¶ Secundò, & efficaciſsimè. Si figura eſſet accidens diſtinctum à quãtitate, ſicut res, & res ſequeretur quòd Deus poſſet ſeruare illã quãtitatẽ, ablata figura: ſed ea ſemota, quantitas eodem modo ſe haberet quo ad ſuas partes, ſicut ſe habet modo: ſequitur ergo quod figura non erat res diſtincta à quantitate. Sed quod ſi diſtinguerentur, vnum ab alio ſeparari poſſet, non eſt qui poſsit negare rationabiliter. Non enim eſt intelligibile, dari duas res diſtingui, ſicut res, & res, & quòd vna non poſsit ab alia ſeparari per diuinam potẽtiã. Hoc argumento probatur eſſe exiſtentiæ, non diſtingui realiter ab eſſe eſſentiæ: ſicut res, & res: quia ſi Deus ſeparet eſſe exiſtentiæ à me, manente mea eſſentia, eodem modo me haberem: ſic non videtur ponenda alia realitas qua ego exiſtam, niſi egomet, & partes meę.

Eſſe eſſentiæ & exiſten. non diſtinguũtur realiter. In quo aliqui ex Thomiſtis decipiuntur, dicentes diſtingui realiter, & non formaliter ſolùm. Sed tamen videtur ponẽda ſola diſtinctio formalis, qualis eſt inter ſedere, & hominem: & ſolum ibi diſtinctio ponenda eſt inter eſſentiam, & exiſtentiam: quia de eſſentia hominis nõ eſt quod ſit, cum ante mũdi creationẽ erat eius eſſentia, rationalẽ eſſe (de quo in primo ſententiar.) tamen nõdum habebat exiſtentiam.

Ad argum. ¶ Ad primum argumẽtum ſolutio eſt, quod forma artis, poteſt eſſe principium in motu: nõ ipſius motus: quia hoc cõuenit rei naturali, ſed principum quantum ad modum motus: vt ſit velox, aut tardus: circularis, aut rectus: nam figura rotunda facit ad velocitatem motus. Et quod fiat nauis ex lignis, & nõ ex plumbo, facit ad hoc quod nauis in medio maris non ſubmergatur. Idẽ de arte pulſandi, & ſaltandi poteſt dici principium motus, quantum ad modum: in quantum illi motus, qui in pulſatione, aſsimilantur quodammodo motui naturali. Et in hoc habet forma accidentalis, vt principium ſit quodammodo. Sic etiam de rota plauſtri. Et ſi abſolutè quis concedat in artificialibus eſſe principium ſui motus, ſicut in naturalibus, non errabit, dum modo intelligat eſſe in eis: non quia artificialia, ſed quia naturalia ſunt.

Ad ſecũdũ. ¶ Ad ſecundum argumentum, dictum eſt in concluſionibus, formam artis, non eſſe rem diſtinctam ab ipſo ſubiecto, ſed ſolùm diſtinguitur formaliter: quia hoc non eſt illud, & ad diuerſa ſpectant prędicamentta. Et per expoſitorium argumentum ſolùm cõcluditur, quod hoc eſt illud, id eſt, eadem res: non tamen ſequitur hoc eſt illud, prædicatur de eo: ſicut idem de ſe ipſo: quia ponitur diſtinctio formalis.

Ad tertium ¶ Ad tertium argumentum patet ex dictis ſolutio. Nam dato ita ſit quod forma ſubſtãtialis materiã requirat, de cuius potentia forma educatur: & in forma artis; ſit requiſita materia, tamen eſt latiſsima differenia: quia illa eſt materia prima, & ens in potentia: & iſta eſt materia ſecunda, & ens in actu. Item. Educitur in materia prima, forma de potentia eius, agente naturali operãte, in toto, ſuas introducendo diſpoſitones cõuenientes formæ introducendæ, & expellendo contrarias ſed in producendo formã artificialem agens ſolùm in ſuperficie agit: vt ex Ægidio Roma adducebamus: ex quo ſequitur latam eſſe differentiam. Item: quia in re naturali, materia habet rationem naturæ ſed in re artificiali nõ quia non agit naturaliter.

Differẽtia inter rẽ naturalem, & artificialẽ.

¶ SPECVLATIO octaua. Vtrùm ſcientia Phyſica, differat à Mathematica.

Idetur quod non differãt penes hoc, quod Mathematicus abſtrahit à materia, & phyſicus non Mathematicus conſiderat res in materia, ſicut naturalis, ſeu Phyſicus: ergo penes hoc nulla eſt differentia. Probatur. Mathematicus, quãdoquidem veram habet ſcientiam, vere conſiderat, ſed mathematica illa vera non ſunt, ſi extra materiam ſunt: ergo ea conſiderat in materia. Patet: quia ſi de linea, vel de ſuperficie, vel de corpore, oportet cùm quanta ſint, in aliquo ſubiecten tur: ergo res in materia conſiderat. *1. Argum.*

¶ Præterea. Si ratio differentiæ inter mathematicam, & phyſicam, eſſet per hoc, quod mathematicus abſtrahit, & non naturalis: contra. Etiam naturalis abſtrahit. Patet: quia abſtrahit à ſingularibus: (quia de eis nõ eſt ſciẽtia:) & ab hinc, & nunc: ergo ſequitur quod nulla eſt diſtinctio. *Argum. 2.*

Confirma. ¶ Et confirmari poteſt: quia ſiue mathematicus, ſiue Aſtrologus probet hanc, terram rotundam, ſiue illam probet naturalis, conſiderat de re naturali. Item, Si de motibus aſtrorum, aut cœlorum.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Si Mathematicus differt à naturali erit quia phyſicus, definit per motum, & mathematicus non: ſed contra eſt: quia mathematicus dicit circulum eſſe ſpheram rotũdã, à cuius centro omnes lineæ deductę ad circũferentiam ſunt æquales. Quod eſt de motu conſiderare.

¶ Itẽ. Quia naturalis non ſemper definit per motum. Patet. Naturalis, cõſiderat de prima materia (vt in primo, & in iſto ſecundo dictũ eſt) & tamẽ nõ definit eam per motum: quia nullum ſibi vendicat motum: ergo non eſt differentia inter mathematicum, & naturalem.

In contra. ¶ In contrarium eſt Ariſtoteles in capitulo ſecundo huius, qui ponit differentiam.

Notand. 1. *Comment.* ¶ Pro deciſione ſpeculationis notandum, q vt Commentator comment. decimo ſexto hîc adnotauit, ponere differentias inter ſcientias, ſpectat ad dialecticam. Vnde primo poſteriorum, textu, quadrageſimo tertio Ariſtoteles oſtendit ſcientias differre penes obiecta formalia: ſed dato ita ſit, quia Ariſtoteles ſic meminit de differẽtia inter phyſicam, & mathematicam, non erit ab re aliqua dicere, vt ſolent omnes qui phyſicam tractant.

2. Notand. Mathematica ſciẽtia includit in ſe. 5. ſcientias. ¶ Secũdò notãdum, quod mathematica ſciẽtia, includit in ſe quinque ſcientias, ſcilicet, Geometriam, Perſpectiuam, Arithmeticam, Muſicam, & Aſtrologiam. Et Geometria de quantitate continua ſolùm abſolutè: & ſubalternans dicitur reſpectu Perſpectiuæ, quæ cum agat de quãtitate lineali, Peſpectiur, de linea viſuali agit. Arithmetica tractat de quãtitate diſcreta, & ſubalternans eſt Muſicæ. quæ de numeris agit ſoni oris, vt in certa proportione ſe habent. Aſtrologia tamen de aſtris conſiderat. Et Aſtrologia non eſt purè Mathematica, vt eſt Geometria, ſed eſt mixta: quia partim Mathematica, partim Phyſica, licet inter Mathematicas, ſcientias computetur. Idem de Perſpectiua, & Muſica.

3. Notand. ¶ Tertiò notandum: eſſe differentiam inter Mathematicam, & medias, & ipſam Phyſicã quia Phyſica conſiderat de re naturali: quod ſi conſiderat de quantitate, de qua Mathematicus, eſt in ordine ad motum, vel inquãtum terminus eſt rei naturalis: tractat de curuitate, inquantum figura naſi, & de ſphericitate, inquantum apta ad motum, & de figura orbium, & aſtrorum: hæc enim omnia ſub iſta conſideratione ad phyſicum ſpectant.

¶ Qui purè Mathematicus eſt, conſiderat de quantitate, & de figuris eiùs, abſtrahendo tamen ab hoc quod eſt eſſe terminum rei naturalis, vel ad motum aptam. Et tãdem abſque ordine ad materiam ſenſibilem ſolùm conſiderat de triangulo, quòd tres habeat angulos æquales duobus rectis: ſed quod ſit figura apta ad motum, vel non, nihil ad eũ: quod ſit in materia auri, vel ferri, nihil refert: quòd ſit calidus triangulus, vel frigidus, penitus nõ cogitat: & ſic dicitur abſtrahere ab omni ſenſibili materia. Scientia tamen quæ media eſt, quantitatem conſiderat, & nõ eo modo quo phyſicus, ſed neque eo modo quo purus mathematicus, ſed conſiderat eam contractam ad aliquam certam materiam ſenſibilem: in quo videtur conuenire cum extremis: vt per ſpectiua de lineis, & angulis radiorum viſualium: Muſica de proportione numeri ſoni ri: Aſtrologia verò de figura corporis cœleſtis.

1. Cõcluſio ¶ Prima concluſio. Differentia inter phyſicã & mathematicam, non eſt ex eo, quod phyſica de re in materia, & mathematicà de re extra materiam conſideret. Probatur. In vtraque ſcientia res quæ conſideranturnon niſi in materia ſunt: ergo ex hoc quod vtrique cõuenit, non eſt ſumenda differẽtia. Cõſequentia eſt bona. Antecedens probatur: quia neque mathematicalia, nequenaturalia abſq; materia ſenſibili inueniuntur. *Ratio.*

Concl. 2. ¶ Secunda concluſio. Phyſica diſciplina, nõ differt à mathematica per hoc, quod phyſica de ſubſtantijs, & mathematica de quantitate Patet: quia non ſolũ phyſicus tractat de ſubſtantia, ſed de illis quæ ipſi accidũt, inter quę potiſsimum quantitas eſt, in quo alia fundãtur accidentia, vt ex ſupradictis patet. *Ratio.* *S. Th. 3. p. q. 77. art. 3. Cauſa.*

¶ Tertia concluſio. Phyſica diſciplina nõ differt à mathematica per hoc, quod illa de quãtitate ſenſibili, & contracta, & hæc de quantitate non contracta tractet. Patet: quia perſpectiua, muſica, & aſtrologia ſunt ſcientiæ mathematicæ, & tamen de quantitate cõtracta ad certam ſpeciem, & ad certum modũ tractant: vt dictum eſt in notabili vltimo. *4. Concl.*

¶ Quarta concluſio. Phyſica, non diſtingui turã

tur à mathematica sciẽtia per hoc, quod physica de motu, & mathematicæ scientiæ non considerant de motu. Patet: quia astrologus de motu cõsiderat cœlorũ, & astrorũ, & similiter perspectiuus: imò & muficus, & tamen istæ mathematicæ scientiæ non sunt physica disciplina.

Ratio.

5. Cõclusio

¶ Conclusio quinta. distinctio, inter physicã & mathematicam maximè attenditur penes hoc, quod illa si tractat de quantitate, figura & motu, est in ordine ad rem naturalem, & ad sensibilem materiam: sed mathematicus, considerat de istis sine vlla cõsideratione ad rem naturalem, aut sensibilem materiam: quia si considerat astrologus de figura astri, non considerat sub hac ratione, an conueniat naturæ astri, vel non: neque considerat ad quẽ finem habeat illam figuram. Si tamen physicus consideret de astri figura, erit, an conueniat ad naturã astri, an respectu finis. Ex ista alia oritur differentia, quantum ad modum demonstrandi: nam si physicus cœlum, vel astrum esse rotundum demonstret, sic erit. Perpetuo motui, debetur figura ppetua: sed hęc rotunda est: quia non habet principium, neque finem: ergo cœlũ, cum perpetuò moueatur, habet sphericã figuram ex parte materiæ.

Differe. 1.

Naturalis defigura & motu inordine ad rẽ naturalem, & non mathematicus.

¶ Astrologus tamen idem demonstrabit. Sol semper æqualiter distat à terra: ergo est, orbicularis, vel quia eclipsis solis apparet orbicularis. Perspectiuus si de lineis agat, non in ordine ad complexionem naturalem, vel causam, sed de ipsis in ordine ad angulos quos cõstituũt in oculis, vel ad basim, quam causant in obiecto visibili.

Ad argu.

¶ Ad primum argumentũ solutio ex dictis patet, aduertendo ad cõsiderationem vtriusque: quia licet eadem considerent, non eodẽ modo, neque sub eadem ratione: ob id est differentia inter mathematicum, & physicum.

Ad. 2.

¶ In secundo argumento tangitur de modo abstrahendi in scientia: & ita est omni scientiæ proprium abstrahere, vt nullo modo detur scientia, vbi non fit abstractio à materia: sed materia est duplex: quædam sensibilis: alia intelligibilis. Sensibilis materia illa erit, quę subiacet sensibus, per hoc quod sibi vendicat sensibiles qualitates, & certâ determinat substantiæ speciem: vt est ligni materia, vel alterius rei. Materia intelligibilis est substantia corporea, cõsiderata hac sola ratione, quod sit subiectũ quãtitatis, abstrahendo ab omni sensibili materia, & ab omni qualitate.

Ari. 7. Meta. t. 35. S. Th. p. p. q. 85.

Abstrahit mathema. à mate. sensibili, sed non ab intelligibili.

¶ Hæc materia, tam sensibilis, quã intelligibilis dupliciter accipitur: vno modo pro materia singulari signata, quæ est hæc: alio modo pro materia in vniuersali, abstrahẽdo à singularibus. Isto secũdo modo abstrahere, cõmune est in omni scientia: quia non est scientia de singularibus sed de speciebus. Et materia signata non est de essentia speciei, sed de natura indiuidui: sic physica sciẽtia si de ossib⁹, & carne tractat, nõ de his ossibus, & his carnibus. Sed tamẽ est differentia inter physicã & mathematicã: q̃ physica, non abstrahit à materia sensibili in cõmuni, & vniuersali: tractat enim de animali, de osse, de carne in genere, vel in specie humana, vel equina: sed mathematica, saltim pura abstrahit à materia sensibili, non solũ in singulari, sed etiã in communi: quia non solùm abstrahit ab isto triangulo lapideo in singulari, sed in vniuersali, à lapideo triãgulo, aut æneo: neque in genere cõsiderat de triangulo lapideo, vel æneo, sed de triangulo: tamen mathematicæ, non abstrahunt à materia intelligibili in cõmuni: quia licèt à quacunque naturali specie substantię abstrahant, non tamen à substãtia corporea, quandoquidem de quantitate agunt: quia de lineis, de superficiebus, & figuris, quę non nisi in corporea substantia, quæ habet rationem materiæ, inquantum est subiectum quãtitatis: sed dicitur materia intelligibilis, quia abstrahit ab speciebus rerũ sensibiliũ: in quo Metaphysica supereminet, quæ abstrahit etiam à materia intelligibili quia de substantijs separatis, quæ non sunt corporeæ substãtiæ, sed spirituales. Sic manet solutũ argumẽtum: quia physica abstrahit. &c.

Nota abstractionẽ uniũ. à materia sensibili & non abintelligibili.

Finis secundi libri Physicorum.

TERTIVS LIBER PHISICORVM.

¶ ARGV. III. LIB. PHY.

Intertio libro. Physicorũ Aristoteles solũ duo præcipuè tractat: de motu, & de infinito: & ideo primò se se offert de distinctione motus à mobili, & à forma, ad quam est motus.

PRIMA SPECVlatio 3. Physic. Vtrũ motus, sit res distincta à mobili & à forma ad quã est motus.

1. Argum.

VIdetur quod sic: quia si nõ distinguer etur, oportet quod motus, vel esset quantitas, in motu augmẽtationis, vel esset qualitas, in motu alterationis, vel esset subiectum. Et in motu locali, esset vel spatium quod pertransitur, vel mobile ipsum: sed hoc non potest stare: quia esset prædicamentorum confusio, & vna res esset quantitas, qualitas, vbi, & substantia: quod est maximè repugnans, cum prædicamenta sint per se diuersa: sed q̃ posito motus, non sit res distincta, hęc sequãtur, est compertissimum.

¶ Secundo. Nulla res successiua, est permanens, neque è contra, permanens, est successiua: sed qualitas, & quantitas, sunt res permanentes: cum habeant suum esse simul, & incipiãt esse per primum sui esse, & non possint desinere per vltimum sui esse: motus est res successiua, sicut & tempus, quæ incipit esse per vltimũ non esse, & desinit per vltimũ sui esse: quia repugnat motui, suas habere partes simul: quia quæ præterit non est, & quæ futura est, nondum est: & in præsenti, solùm habemus mutatum esse: sicut instans, in tempore: ergo nullo modo motus, est idem cũ re quæ mouetur, neque cum forma acquisita, per motum.

3. Argum.

¶ Tertio. Impetus est res distincta à re quæ impetu mouetur: ergo & motus similiter: qa eadem est vtrobique ratio. Probatur antecedens. Cum lapis mouetur sursum, aliquid est causa eius: non proijciens: quia stat lapidem moueri, mortuo proijciẽte: neque est forma substantialis lapidis, cum potius resistat: neque aer: quia stat ventum trahere aerem ex alia parte. Item. Si aer moueret, esset ex intẽtione uitandi vacuũ: vt dicit Thomas de Garbo in sua doctrina de elementis, quæstio: finali. sed hoc non: quia ille motus esset vniformis, contra Arist. dicentem, quod motus violentus semper est tardior, & tardior, & remissior. Patet sequela: quia ratio vitandi vacuũ, semper manet.

Thom. de Garbo.

¶ In contrarium est Arist. ote. hîc in text. 4. vbi ait, quòd motus, nõ est prẽter res ad quas est motus.

In contra. Aristo.

¶ Pro decisione, oportet prius præsuppone re motus definitionem, quæ talis est. Motus est actus entis in potentia, secundum quòd in potentia. Dicitur actus, quia oportet intẽligere in omni motu, aliquid esse de actu: nã si motus sit alterationis, oportet considerare actu aliquid de forma, ad quam est motus: nã si aliquid eius non est, nondum incepit motus. Et dicitur actus entis, id est habentis esse: vt est subiectum in quo est motus: quia nõ est subiectum pura potentia, sed aliquid habet de actu, sed tamen motus sic est actus, quod nõ sit perfectus actus, qui est medium quoddam inter terminum à quo, qui est pura potentia, & terminũ ad quem, qui est perfectus actus. Est ergo motus actus entis quod est in potentia: quia si mobile, non esset in potentia ad id ad quod est motus, nũquam moueretur: at quia in potentia est, & partim habet actum illius: ratione cuius est motus: dicitur actus entis in potentia.

1. Notand. Definitio motus.

¶ Est considerandum etiam quod potentia sumitur

Notand. 2. Triplicit er sumitur potentia.

sumitur tripliciter. Vno modo actiuè: vt dicimus aliquem posse: quæ non est ad propositũ. Alio modo capitur pro possibilitate physica ad formam, quæcũque sit talis forma: & dicit ordinem subiecti ad formam: siue habeat illam, siue non: & non sumitur hîc pro tali potentia. Tertio modo potentia dicit aptitudinem in subiecto, simul cum priuatione eiusdem formæ: vt corpus calidum, est in potentia vt sit frigidum: hoc modo sumitur potentia, in definitione: nam motus est actus entis in potentia, id est, illius subiecti in quo est potentia, id est, aptitudo ad id ad quod est motus, cum priuatione eius: quia si esset aptitudo, & non esset priuatio, non diceretur motus.

¶ Additur in definitione, in quantum est potentia: nã de ratione motus est, quòd partim sit in actu, & partim in potentia: sicut corpus dicitur moueri ad frigiditatem, quando habet actu aliquid frigiditatis, & tendit vt habeat perfectè eam: & mouetur: quia in potentia est, & inquantũ in potẽtia, dicitur moueri quia respectu gradus acquisiti frigiditatis, nõ est motus: sed respectu acquirẽdi, respectu cuius est in potẽtia. Forma enim substantialis aquæ, & forma frigiditatis accidentalis sunt actus entis in potentia, scilicet, ipsius aquæ, quæ ad calorem habet potẽtiam: sed quando aqua in esse quieto est, non dicitur esse motus: quia non est actus eius, forma substantialis eius, neque accidentalis, in quantũ est intali potentia ad calorem: sed est actus, inquantũ in quiete est, in esse suæ formæ. Itaque secũdũ quod est potentia, intelligitur, inquantum motus, est actus tendentis, à potentia in actum, quasi in via.

Notan. 3.

¶ Etiam est aduertendum, quod motus non est aliud, præter res ad quas est motus: quod est dicere. Motus ponetur in eodem prædicamento, vbi ponitur forma, vel res, quæ per motum acquiritur: & ideo si per motum

Idẽ Plato in li. 10. de republica & in lib. de legibus.

est maior quantitas, motus erit in prædicamento quantitatis: si est per motum acquisitio qualitatis, erit motus in prædicamento qualitatis.

¶ Hic tamen considerandum est, ne quis decipiatur, quia cùm motus sit actio, vt à mouente: & passio, vt in mobili, sit distinctum prædicamentum, & peculiare sortietur, scilicet, in actionis, & passionis prædicamẽto. Quapro

Aue. hic. t. 4.

pter dicit Commen. & Diuus Thomas quod

S. Th. hic. 5

motus dicit duo, scilicet, formam, quæ est in fieri, quę nondum peruenit ad perfectum: quia nondum ad terminum: & isto modo non habet peculiare prædicamẽtum, sed ponitur reductiuè in illo, in quo forma, ad quã est motus. Alio modo accipitur motus formaliter: vt dicit viam, & continuam acquisitionem eiusdem formæ: & isto modo habet prędicamentum peculiare actionis, & passionis, secundùm variam considerationem: & in vtroque est, in tali via, & acquisitione continua, quidam fluxus formæ: non vt sit res distincta à subiecto, & forma: sed fluxus dicit formam illam consideratam in ordine ad terminum à quo, & ad terminum ad quem, prout continuè, & sine interruptione processus est ab vno ad aliud. Hoc est quod dicit San. Thom. quod motus non completur solùm per id quod est in rerum natura, sed per id quod ratio apprehendit: in quo intelligit, rationem apprehendere, huiusmodi fluxum formę.

D. Thom. De fluxu formæ qui in motu est.

¶ Vlterius notandum, quod motus cùm ponatur actus entis, est in mobili, tanquam in subiecto: sicque motus, subiectatur in re quę mouetur. Si quis ad qualitatem moueatur, oportet motus sit ibi, in quo talis est acquisitio qualitatis, vel alteratio: quod Aristo. probat: quia est motus, actus mobilis: sicut albedo ibi ponetur vbi intelligitur actuare in ratione albi: ergo & motus similiter oportet ibi ponatur: quod si in agente (eo quod agendo repatiatur) motus ponatur, nõ erit inquãtum mouens: sed inquantum mobile est, & actu mouetur.

Notan. 4.

Arist. 17

¶ De hoc ergo, vtrùm motus sit qualitas distincta à subiecto, & re quæ per motũ acquiritur, fuerunt variæ opiniones, quę ab Alberto Magno recitantur: ex quibus solùm, tres in medium adducemus, quæ sufficiunt declarare rem.

Variæ opiniones. Albe. Magnus. 3. phy. tra. 1. c. 3.

¶ Est opinio, antiqua quidem, quã sequitur Paulus Venetus dicens, quod motus alterationis (verbi gratia) est quidam fluxus qualitatis realiter distinctus ab eadẽ qualitate: & dicunt motum esse entitatem absolutam.

1. Opinio. Paul. Vene.

Opinio reliqua. 2.

¶ Secunda opinio dicit, motum esse relationem realem, quę est qualitatis, quæ per motum acquiritur ad terminum: quę habitudo tẽdentis in finem dicitur. Hęc opinio est reliqua, & Thomistarum præcipuè.

¶ Tertia opinio est Ocam, & Gregorij, quã nominales sequuntur. Hęc dicit, quod motus est ipsamet res absoluta, quę per motum acquiritur: & si sit motus alterationis, neque est fluxus qualitas realis distincta à forma, neq; est relatio realis, distincta à fundamẽto, sed est ipsa qualitas, quæ per motũ acquritur si sit

Opinio nomina. 3. Ocã. 2. sc. q. 9. Greg. 2. d. 1. q. 4.

sit sit motus augmentationis, est idem quod quantitas.

¶ Secundum varietatem opinionũ varia formantur argumenta hinc inde, quæ non libet in præsentiarum adducere, ob prolixitatem vitandam. Et quia aliqua sunt difficilia intellectu, nisi pluribus præsuppositis, quid tamẽ sit probabilius, more nostro, conclusionibus faciemus notum.

1. Conclu.

¶ Prima conclusio. In omni opinione est cõcedendum necessario, motum esse fluxum, siue sit motus alterationis, siue augmentationis. Probatur. Motus, ad hoc quod sit motus oportet sit continuus: vt explicatum est: & q̃ sit entis in potentia, secundum quod in potẽtia: sed hoc nõ nisi fluxus formæ est: ergo motus, fluxus est vere & formaliter.

Motus est quidam fluxus. Vide Iacobũ naclantũ. 2 tom. the. 6. demotu.

¶ Præterea. In omni opinione oportet concedere necessariò motum esse ens successiuum, & non permanens, sicut & tempus: & sicut motui repugnat omnes suas habere partes simul, sic & tempori repugnat: eo quod motus in fieri cõsistit: sicut & tẽpus: sed hoc aliud nõ est, quã quidã fluxus continuus: ergo motus formaliter est fluxus.

Ratio. 2.

Ratio. 3.

¶ Item. Si motus nõ est fluxus formaliter, eo est, quia successiuum non est, sed actu, & permanens: sed hoc non potest stare: quia si actu est, & partes omnes habet simul, motus nõ est, sed quies potiùs: ergo sequitur q̃ motus, est fluxus formaliter.

2. Cõclusi.

¶ Secunda conclusio. Hic fluxus, qui motus est formaliter: non est reale quid, distinctum à forma, quæ acquiritur per motum. Hæc cõclusio est de directo contra primam adductã opinionem. Et venit primo probanda ex adductis in notabilibus ex Aristote. text. 4. qui ait, motum non distingui ab illis, ad quæ est motus. Ille motus formaliter est fluxus: vt docet prima conclusio: & motus, ex Aristotel. non est realitas aliqua distincta à forma,

Ratio. 1. Cõtra Venetũ in loco citato supra

ad quam est motus: ergo ille fluxus, non erit aliqua entitas distincta ab illo quod per motum acquiritur.

Ratio. 2.

¶ Probatur secundo communi, & faciliargumento, & conuincenti. Si ille fluxus qui formaliter est motus: qualitas realis distincta est à forma, quę per motum acquirit, sequeretur quod quando aqua calefit, duas reales acquirit distincta sentitates: vnam, calorem ratione cùius mouetur, & aliam, fluxũ illũ, vel motũ, quẽ ponũt: qualitatẽ distinctam: sed cõsequens est falsum. Quod sequatur, est apertissimũ: nã quæro, illa qualitas vel est calor, vel non: si dicis q̃ non: à quo producitur? vel ab aqua, vel ab igne, vel à calore qui acquiritur: nõ ab aqua quia ipsa aqua patitur, & non agit, neq; habet virtutẽ producendi contrariũ naturæ suæ, quale esset talis fluxus, cũ tendat per id ad corruptionem. Neque ab igne: quia ignis solũ habet ignẽ producere, & calorẽ: sed talis: qualitas seu fluxus nõ est ignis, neq; calor: ergo non producitur ab igne, neque à calore vt constat: sequitur ergo quod nullo modo est ponẽdus talis fluxus, qui est motus, qualitas distincta à forma.

¶ Tertio. Si ille motus qui est fluxus, est qualitas realis, distincta à qualitate: poterit Deus illam conseruare sine qualitate, & poterit eam destruere, manente qualitate, cũ neutra fit alterius pars. Destruat eã Deus, & calor recipiatur in aqua: posito casu, aqua, tunc verè recipiẽdo talẽ calorẽ, diceretur moueri, sicut & modo mouetur: sicut ergo motus est sine tali qualitate superaddita, solùm per hoc q̃d aqua recipit calorẽ, & modo etiã est verè motus, sine tali qualitate reali superaddita, quę sit distincta ab ipsa qualitate, quæ per motũ acquiritur. Frustrà enim fiũt per plura, quæ possunt fieri ęquè bene per pauciora: vt dicit Aris. 1. physicorum.

Ratio. 3.

¶ Potest fieri argumentum. Si motus est res distincta à re ad quam est motus: sequitur q̃ esset aliqua creatura, quam Deus non posset annihilare. Patet, quia talem qualitatem, quę est motus, non posset. Patet. Sit motus horę Simus in istanti medio horæ. Ille motus est, & Deus non potest eũ annihilare. Patet: quia si posset, maximè illum corrumpendo secundum se; & quodlibet sui: sed hoc nõ: quia corruptio alicuius præsupponit eius existentiam: ergo præsupponit quod vltima medietas sit, quæ tamen non est. Ad hoc Coronel concedit sequellam: sed malè, quia dato casu, annihilando mobile, annihilaret motum, secundum quod habet esse: quod sufficeret.

Aristo. Ad argum

Solutio Coronel reijcitur.

¶ *Plato in locis citatis in hoc differt ab Aristotel.: quia ille motum à Dei mente, in qua ideę sunt, peruenire dicit in materiam: neque ponit accidens, sed ens quoddam intelligibile, diuersum à sensibilibus: & comensurabile æternitate. Hanc differentiam Simplicius, & alij intellexerunt. At motum indiuina mente collocare, planè ridiculum videtur: cum ipse sit Deus absque mutatione: & motum appellare essentiam: est absurdum.

3. Conclu.

¶ Cõclu. 3. Fluxus iste qui motus formaliter est à qualitate quæ per motũ acquiritur: ratione

1. Ratio. 2. p. tione distinguitur solùm. Probatur hæc 2. pars: quia prima iã probata est. Illa quæ sunt idem re, & alium habent modum significandi, oportet vt distinguãtur ratione saltim: sed motus & res quæ per motũ acquiritur, sunt huiusmodi: nam motus, significat formam, per modum fluxus continui: & forma, absolutè significat formam: vt calor calorẽ: & frigiditas, frigiditatem: ergo oportet distiguantur ratione.

Ratio. 2. ¶Præterea. Aliquid importatur in motu, q̃ non importatur in qualitate, quæ acquiritur per motum: ergo distinguitur motus à tali forma: & non realiter, vt dictum est: ergo ratione. Antecedẽs probatur: quia in motu includitur quid successiuum, & partim in actu, partim in potentia: sed hoc nõ includitur in qualitate: ergo est distinctio, & non realias, erit, saltim rationis.

Corolla. 4. modis considerari potest. ¶Sed pro clariori intelligentia conclusionis oportet notare, quod calor potest quadrupliciter considerari. Vno modo absolutè, & materialiter: vt qualitas est: & sic est in prædicamento qualitatis. Secundo modo considerari potest, vt est in fieri, id est, in continua acquisitione: & sic est motus, & identicè est in eodem prædicamento, in quo ipsa qualitas: sed formaliter, quia ratione distinguitur à qualitate, ponitur in prædicamento actionis, vel passionis. Tertio modo consideratur, vt est effectus agentis. Sicque specialiter est in prædicamento actionis. Quarto modo intelligitur, vt est id quo mobile efficitur, in quo est motus: sic ad prædicamentum passionis spectat. Ecce quomodo motus est idem quod ipsa qualitas, quæ per motum acquiritur: sed quia addit supra ipsam, relationem quandam, seu fluxum, non quod sit realitas distincta: vt dicebat secunda opinio, distinguitur ab ipsa, ratione: solùm enim videtur aliqualem modum se habendi qualitatis importare, suprà ipsam qualitatem absolutè. In re hæc conclusio est sententia nominalium: sed est differentia in modo loquendi, quod ipsi nominales terminorum connotationes considerate dicunt, scilicet, quod motus supponit pro qualitate, connotando q̃ sit infiniti: & actio significat eandem qualitatem, connotando, quod sit ab agente. Nos dicimus q̃ motus est illa qualitas, ea ratione qua in fieri est: & actio est eadem qualitas, ea ratione qua fit ab agente.

Differẽtia in modo loquendi ãonminalibus.

Ratio. 3. ¶Propredicta conclusione potest ex notatis sequens formari ratio. Illa oportet distinguantur, vt vnum non sit aliud formaliter, quæ propriè, & formaliter ad diuersa pertinent prædicamenta: sed forma, quæ per motum acquiritur, & motus sunt huiusmodi: ergo distinguũtur. Maior est nota. Minor probatur: quia forma pertinet vel ad qualitatem vel ad quantitatem: sed motus ad actionẽ, vel ad passionẽ formaliter pertinent, & propriè & non reductiuè: ergo est distinctio inter ipsa: & non realis, ergo rationis, aut formalis, ad sensum suprà dictum de actione, & passione. Vnde dicit Ægidius. Motus, materialiter alio modo idem est, quod forma incompleta, sed formaliter non idem est. Addit autem supra formam incõpletam, vel supra id quod acquisitum est, ordinẽ ad illud quod vlterius acquirendum restat, quod tendẽtia est ad vlteriorem actum, quam si quis tollit aufert rationem motus.

Ægidius. t. 2 5. dub. 1.

Nota. ¶Vnum tamen notandum est, quod in conclusione non ponimus distinctionem rationis inter motum, & formã, vt putet quis nos dicere, motum, non esse ens reale, sed ens rationis, quod nullum habet esse, nisi per operationem intellectus: imò motus est ens reale: quia est identicè idem qualitas, & quantitas, quæ sunt entia realia cũ motu: sed solus intellectus est, qui distinguit inter ipsa, quæ idem sunt identicè: & ad hoc quod distinguat sufficit quod habeant ipsa, diuersas definitiones quidditatiuas: quæ considerat intellectus vt duo, cum tamen identicè sint vnum. Et antiqui, vt S. Tho. & alij, appellabant huiusmodi distinctionem realem. Non per hoc quod essent res, & res alia: sed quia secluſa operatione intellectus res erat realiter: non aduertentes ad hoc, putant antiquos posuisse distinctionẽ realem inter illa, inter quæ solũ est rationis: quod est maximè cauendum: nam duplex est realis distinctio: quædam quæ est inter duo distincta realiter: quæ se habẽt vt res & res: vt substantia à quantitate distinguitur: alia est inter illa, quæ distinguuntur vt res, & modus se habendi rei: vt sedens, & sessio: fundamentum & relatio: motus, & qualitas.

S. Thom. Duplex distinctio realis.

Conclu. 4. Gregor. in 2. sen. d. 1. q. 4. Marsi. ¶Quarta conclusio. Motus localis, non est spatium per quod mobile mouetur. Hæc cõclusio est contra Greg. Arimi. qui in loco suprà citato, cùm poneret motum alterationis esse qualitatem, putauit etiam de motu locali dicendum: quia sicut in alteratione acquiritur qualitas, sic in motu locali spatiũ acquirit mobile, nam id est quod per motum acquiritur successiuè: nos tamẽ tenemus cõtrariũ: & probatur. Si motus localis spatiũ acquisitum

1. Ratio.

tum per motum est: sequeretur quod cũ primum mobile mouetur, cum non acquirit nouũ spatium, non esset in eo motus: cõsequens autem est falsum. Si dicat Gregorius, quod terra & cœlum quod amplectitur, esset spatiũ contra. Ponamus quòd nihil esset extra primum mobile, neque intra ipsum moueatur, tunc in vacuo: verè esset motus, & tamen nullum ibi esset spatium.

Ratio. 2. ¶Præterea. Motus (vt suprà dictum est) in re quæ mouetur est: sicut albedo in albo est: sed spatium, non est in illo quod mouetur localiter, sed extrà, vt notum est: ergo sequitur q̃ motus non est spatium: in quo Gregorius deceptus est.

5. Conclu. ¶Conclu. quinta. Motus localis, est ipsum mobile in quantum continuè in alio, & alio loco est. Hanc conclusio, tenet Ocam in loco

In. 2. conc. q. 9. citato, qui dato conuenerat cum Gregori. vt schola tenet nominalium, motum non distingui à re, quæ per motum acquiritur: in motu locali, diuisus est à Gregorio Arimẽ. nam Gregorius dixit esse spatium, & Ocam tenet esse ipsum mobile, pro quãto continuè in alio, & alio loco est.

Ratio. 1. ¶Probatur conclusio. Motus localis verè aliquid est, & non est, realiter distincta res: ergo vel erit spatium quod acquiritur, vel ipsum mobile, vt cõtinuo in alio, & alio vbi est: quia non videtur quid aliud possit signari quod sit motus localis: sed non est spatiũ per quod fit motus, vt contra Gregorium Ariminen. probatum est: erit ergo ipsum mobile: & non absolutè: quia aliàs quando quiesceret esset motus: & diceretur moueri: ergo est cum cõsideratione, qua acquirit: alium, ac aliumlocũ continuè.

Ratio. 2. ¶Item. Qualitas, quia in continuo fluxu acquiritur, motus vocatur alterationis, & identicè idem est: ergo mobile, quod continuè aliud, & aliud vbi, acquirit, motus localis erit: quia eo modo quo se habet qualitas in fluxu ad motũ alterationis, se habet in motu locali mobile, secũdũ quòd aliud, & aliud acquirit vbi, continuè. Ista opinio est S. Thom.

S. Th. p. p. q. 110. ar. 3. ¶Neque obuiat quod. S. Tho. dicit, quod mobile secundum locum, non est in potentia ad aliquod intrinsecum acquirendum, sed ad aliquod extrinsecum, putà ad locum. Non inquam valet, quod ob id putent doctorem Sanct. tenere opinionem, quam Gregorius defendit, vt motus localis sit spatium: sed loquitur ipse non de potentia mobilis, ad motum, sed de potentia eius, ad terminũ motus: & sic est, quod mobile secundũ locũ est impotentia ad terminum motus: sicut aliquid extrinsecum: sed tamen non negat S. Tho. quin successio qua mobile localiter acquirit aliũ, & alium locum, sit motus localis, qui est idẽ quod mobile ipsum. Non tamen ex hoc sequitur quod sit cõcedendum in sensu formali, substantia est motus, vel homo est motus, & cœlum est quidam motus: vt aliqui ex rea libus concedunt. Non inquam cõuenit: quia aures abhorrent tales loquutiones, & est alienum ab Aristotele sicut dato motus alterationis sit idem realiter cum qualitate, quæ acquiritur, non concedimus tamen quod alteratio est qualitas: quia in diuersis prædicamẽtis ponuntur: nec dicemus motus localis est vbi: quia vbi, est prædicamẽtũ aliud ab actione & passiõe: & vbi, dicit esse in loco, siue per modum quietis, siue per modũ transitus: sed motus localis, dicit illam cõtinuam successionem vbi.

Non concedimus substãtiã est motũ

Ad argum. ¶Ad primum argumentum ex dictis solutio patet: non enim ob id quod non ponamus motum, qualitatem realem aliam à re quæ mouetur, prædicamentorum confusio est: nam (vt diximus) reductiuè tunc erit motus in quantitate, si motus sit ad quãtitatem: sed tamen in quantum formaliter est passio qua afficitur mobile, ponitur in distincto prædicamento passionis. Sufficiens est enim ad prædicamentorum confusionem vitandam, quod vnum non sit aliud formaliter, etiam si identicè sint eadem res: quia qualitas, non est alteratio, neque quantitas, augmentatio: neq; substãtia, est, vbi: sicut in veritate actio, & passio eadem res sunt: vt ex Aristo. compertum fecimus in prædicamentis, & in alijs locis nõ semel tamẽ actio, nõ est passio: quia actio est vt ab agẽte, & passio vt recipitur in passo: id quod ab agente emanat.

Aristo. c. 9 de prædic. & 3. Phy. t. 19.

Ad 2. ¶Ad secundum. Ita vt probat concedẽdum est, quòd res successiua non est permanens: formaliter, tamen identicè, non repugnat iuxta dicta: & tunc motus consideratus, vt est res ad quam est motus, non est res successiua proprie, sed est res permanens: cum tali respectu, quod sit in continuo fluxu, ratione cuius est motus, de cuius cõditione est, quod non habeat omnes suas partes simul: sicut non habet tempus: & in quantum motus, successiuorum sequetur naturam: vt incipiat esse per vltimum nõ esse, & desinat esse per vltimum sui esse: & è contra, qualitas, vel quantitas in quantum sunt entia permanentia incipiunt esse per primum sui esse, & desinũt esse, non per vltimum sui esse, sed per

primum non esse, De quo suprà diximus.

Ad tertium ¶In. 3. argumento tangitur dubium de impetu, an sit qualitas, & an sit distincta à remota per impetum. De quo libr. 8. speculat. 3. erit dicendum, vbi adducemus varias esse opiniones de modo quo proiecta mouentur. Pro nunc videtur dicendũ, quod impetus sit qualitas quædam realis impressa in mobili, ab ipso impellente causata: videmus proiecta velocius, vel tardius moueri secundum maiorem, vel minorem intensionem huiusmodi qualitatis: & quandiu durat qualitas, & durat motus in re proiecta: & sicut remittitur, remittitur & motus. Estque qualitas permanens: quia nõ repugnat ei habere omnes suas partes simul. In quo Ludouicus Conorel (aliàs vir ingeniosus, & doctus) deceptus est, di-

Cõtra Conorel. cens motum, & impetum non differre, nisi penes intẽsum, & remissum: quia ambo sunt permanentes qualitates: imo differũt ex diametro, vt aiunt, quia motus est res successiua cui repugnat omnes suas habere partes simul: sed impetus est res permanens. Differũt etiam: quia motus non est realiter alia qualitas, quàm res ad quam est motus: & in motu localiest mobile: sed impetus, est qualitas producta à proijciente, distincta à proiectis.

Motus & impetus differunt.

Cõtra Paulum Venet. In quo & Paulus Venetus (aliàs grauis author,) deficit, negans huiusmodi impetum, ne concederet motum proiectorum esse naturalem. Putat ipse sufficere, quod illa qualitas cõferat vim: cùm tamen vltra hoc requiratur ad motum naturalẽ, q illa sit mobili naturalis: q non est de impetu, cùm ab extrinseco imprimat.

¶Ex istis ergo solutum est argumẽtum tertium. Non enim est idem impetus, & motus. Et quia impetus sit qualitas distincta à proiecto, non sequitur quod motus, sit res distincta à re ad quam est motus: quia alia & alia ratio est.

¶Verùm pro complemento oportet intelligere: quod Paulus Venetus, & alij qui tenent motum esse rem distinctam, dicunt motum esse rem successiuam, sine alterationis, siue augmentationis, siue localis sit motus. Et dicunt partes motus continuari per indiuisibilia: hoc est, per mutatum esse: sicut partes lineę per punctum, & partes temporis per instans continuantur: sicque de motu nihil est in præsenti, nisi mutatum esse. Et de existentia motus aliqui dicunt, quod propriè motus non est in ordine ad copulã de præsenti, sed motus fuit, & erit: quia habent pro inconuenienti dicere, illud est in hoc instanti, cuius partes non sunt.

¶Alij dicunt, quod motus est, si ly est, vniat pro toto tempore motus, non tamen si pro instanti.

¶Paulus Venetus, & alij dicunt, quòd ly est, vniat pro instanti. Hæc est vera: Motus est: & verum dicit: quia concedimus nunc est dominica prima in quadragesima, quãdo ista dicta sunt, & est. 22. dies Februarij, & annus. 1569. cum hæc tertia editio paratur & non alia ratione, nisi quia nunc est instans continuatiuum temporis præteriti cum futuro, & quantum ad horam, & diem, & mensem, & annum: & hoc sufficit ad veritatem propositionis. Ergo ad veritatem huius: Motus est sufficit mutatum esse sit, quod continuat partem motus præteritã cum futura. *Paul. Vene.*

¶Gregorius Arimi. non probat motum componi ex istis, mutatum esse: quia cum sit magnitudo, & nulla cõponatur ex impartibilibus, nec motus componetur. Difficile est haud dubiè intelligere hoc: quomodo detur aliqua res, quæ verè sit, & quod in nullo instanti sit ipsa secundũ se, neque secundum aliquã partem sui, & tamen habuit, & habebit partes: maximè quia illa entitas, si daretur distincta, vt putant illi, qui tenent eam distingui, diuidi posset ex parte subiecti: & haberet suã extensionem, vt subiectum: vt animal quod mouetur. Et ad diuisionem temporis etiam esset diuisibilis in præteritum, & futurum: sicque secundùm primam diuisionem haberet partes permanentes, & non secundùm secundam: ob id nos dicimus motum non esse entitatem distinctam, sed dato negemus esse rem distinctam, non est negandum motum esse rem successiuam: vt in solutione ad secũdum dicebamus, si modo de motu loquamur formaliter in quantum motus est: inquo videntur Ocam, & Gregorius decepti, qui eo quod teneant motum non esse quid distinctum à re quæ per motum acquiritur, & illa nõ esse rem successiuã. quia diximus vnum nõ esse aliud formaliter quia qualitas non est motus, loquimur de eis ac si distinguerentur: & motus in quantũ est idem cum forma, non habet partes successiuas, sed simul: sed in quantum est formaliter motus, & in suo prædicamento distinctè ponitur, non habet, neque habere potest omnes suas partes simul: tamen si materialiter capiatur, est res permanens. *Greg. Ari.* *Ocam & Greg. dixerũt motum*

¶Hoc videtur declarare Ægidius, quãdo ait: de ratione motus est forma incompleta, & ordo ad complementum. Ordo tamen ad complementum principalis, & formalis est de ratione motus, magis, quam forma incompleta. Quod patere potest. Primò: quia motus, est de genere successiuorum. Si enim motus, se non teneret principaliter, & formaliter ex parte acquirendi, & non importaret principaliter ordinem, sed formalior in motu esset forma incõpletè acquisita, sequeretur quod motus esset magis de genere permanentiũ, quã successiuorũ. Hæc ex Ægidio. Ex quo habemus, quod motus, cùm non distinguatur à re quæ acquiritur materialiter, sequitur naturã & conditionem permanentium: at quia manet formaliter motus, per hoc quod ordinẽ dicit ad complementum, est & de genere successiuorum formaliter: & sic possimus loqui de motu, vt ens successiuum, & vt ens permanens est.

Instantia. ¶Contrà prædicta est argumentum, nam difinitio motus non videtur conuenire omnibus, quibus conuenit motus Physicus: patet quia generationi: & corruptioni, cõuenit: vt patet, quia exemplum ponit Aristo. de generatione, & corrup. & tamen nõ competit eis difiniti o: quia quod generatur, nõ pars in actu, & pars, in potentia est: sed totam formam substantialem simul recipit, &c. Respõdetur

Solutio. distinguẽdo, de generatione & corruptione: nam dupliciter sumi possunt. Primo pro instantanea introductione totius formę, vel deperditione. Secũdo pro alteratione præuia, quæ licet sit alteratio, tamẽ habet dici generatio, quæ nõ ordinatur vltimatè ad solã qualitatem, sed ad formam substãtialem introducẽdã. Ad argumẽtũ dicẽdũ, quod difinitio motus, non conuenit generationi, & corruptioni primo modo capiendo, sed tamen secũdo cõuenit, & in hoc sensu intẽdit Philosophus.

Antonius Andreas. Alij tamen vt Antonius Andræas. 11. Meta. q. vnica fine distinctione cõcedit generationi, competere motũ: eo quod teneat omnes formas (anima rationali excepta) gradus habere intrinsecos: sed tamen quia hoc est falsum, & in libris de anima reprobatum: nõ est opus modo referre rationes contra.

¶ SPECVLATIO secunda. Vtrùm dari possit infinitum.

VIDETVR quòd infinitum in actu. Ad hominem. Mundus (secundùm Aristot.) fuit ab æterno: ergo ab æterno fuit tempus, & motus, & per consequens infinitæ circulationes fuerunt in actu: & infiniti homines: imò cùm anima rationalis sit immortalis, etiam secundum eundem Aristot. infinitæ nunc essent actu: ergo dari potest infinitũ in actu. *1. Argum.*

¶Secundo. Frustrà est potentia, quæ non reducitur in actum: sed datur infinitum in potentia: quia in quolibet continuo sunt infinitæ partes proportionales: ergo sequitur qđ possunt esse actu. *2. Argum. Aristo.*

¶Item. Circulus infinitæ capacitatis: ergo datur infinitum. Probatur antecedens, supposita illa propositione Euclidis. Omnium figurarum hisoperimetrarum, quæ plurium est angulorum, est capacior: & quod omniũ hisoperimetrarũ sphera maximum est. Quo habito, probo antecedẽs. Diuidatur hora per partes proportionales, minoribus versus finem: in prima parte fiat vna figura polygonia, quæ sit triangulus: in secũda parte altera quatuor angulorum, & in tertia quinque angulorum, & sic proportionabiliter: quæ semper erunt capaciores: & omnibus illis sphera, est capacior: & illæ sunt infinitæ, ergo sphera, est infinitum actu. *3. Argum.*

¶In contrarium est quod asserit Aris. in isto. 3. tex. 59. vbi dicit infinitum actu dari nõ posse bene tamen in potentia. *In contra.*

¶Hæc quæstio est de infinito primè intẽtionaliter, pro rebus sumendo. Speculatio ergo est; vtrum detur aliqua res immensa, non mẽsurata. Infinitum capitur dupliciter: vno modo negatiuè, pro eo quod terminum non habet, neque aptitudinem ad id: alio modo capitur priuatiuè, pro eo quod non est terminatum actu, tamen habet aptitudinem vt terminetur: nempe quod est quantum. Exẽplũ primi: vt punctũ. Exẽplũ, 2. vt est linea, quæ per pũcta terminari potest, & superficies per lineas, & corpus per superficiem. *Tex. 34. 1. Notand. Infinitũ dupliciter.*

¶Adhuc infinitum diuiditur, vt quoddam dicatur infinitum secundùm essentiam, vel secundùm quantitatem. Essentia enim cum habeat quantitatem, nõ molis, sed virtutis, quæ perfectionis est, poterit esse finita, & infinita. Et secundùm quantitatem est infinitum vel finitum, pro quanto habet terminum, vel caret eo.

¶Infinitum secundum quantitatem, duplex est: & secundū quātitatē discretā. De quo Aris. hic. t. 63. cū dicit. Infinitū est illud, cuius secundū quantitatem accipientibus, semper aliquid, accipere est extra.

Infinitū categorematicè & syncathegorematicè.

¶Præterea. Infinitū dupliciter capitur: vno modo cathegorematice, alio modo syncathegorematicè. Primo modo sumitur quando supponit pro re infinita: syncathegorematice tamen est aduerbium: & exponitur: nō tā tū quin maius: aut tātū, & in duplo plus, & in quadruplo. Et hoc de infinito in magnitudine: at de eo in multitudine dant expositionē Non tot quin plura, seu aliquot, & in duplo plura, & in triplo. De hoc dare solet regulam moderni quod infinitū à parte prædicati sumitur cathegorematicè: vt Deus est infinit⁹, & continuum habet partes infinitas. Sed si sumitur à parte subiecti, sumitur syncathegorematicè: & debet exponi vt diximus: quanuis nō sit hæc regula exacta: quia si nominis habet formam, etiā à parte subiecti sumitur cathegorematicè: vt infinitæ potentiæ est Deus: infinita est Dei virtus: infinitę sunt partes in continuo, Aris. tamē & S. Tho. nō vtūtur istis verbis, sed ponunt distinctionē infiniti, q aliud sit actu, & aliud potentia: vt actu coresp ondeat quādo cathegorema est: & potentia, quando est syncathegorema. Infinitū in actu est, quod habet infinitas partes permanentes: & est illud, quod vni parti signatæ ęquales, non cōmunicantes: vt si esset linea infinita versus Orientem, vel Occidentem, & in illa signaretur vna pars, quæ habeat quantitatem pedalem, diceremus talem lineam esse infinitam. Dixi, æquales: quia in vna pedalitate sunt infinitę partes proportionales, nō æquales tamen. Et dixi, non cōmunicantes: quia alias in bipedalitate dātur infinitę pedalitates: sed sunt cōmunicantes: vt si diuidatur per partes proportiōales: prima & secūda pedalitas, erunt ibi infinitæ pedalitates: vt si tomas partē proportionalē vnius pedalitatis, cum residuo altererius diuisionis de secunda infinitum habebis: semper aliam, & aliam pedalitatem inueniendo.

Regula quādo infinitū sumitur categorematicè & quādo syncathegorematicè

Text. 56. Infinitū in actu.

Infinitū in potentia.

¶Infinitū in potētia est ens successiuū: & est cuius partes si numerare incipias, semperque numeratæ sunt, sunt finitæ, & quæ restāt numerādæ, sunt infinitæ: quia quacunq; parte temporis data, adhuc alia manet trāseunda: inquam tamē deuenietur ad instans, in quo numerādo, sit translatum infinitū: Hoc vocant infinitum syncathegorematicè: & sic de continuo loquuntur, quòd sit in infinitum diuisibile: nam quibuscunque diuisionibus datis, possunt aliæ dari, & nunquam in infinitum erunt datæ actu. His dictis, sit. 1. conclusio.

1. Cōclusio

¶Infinitū perfectione solus Deus est. In hac cōclusione volumus dicere, quod nihil aliud à Deo habet infinitā perfectionem essentialem: sed quocunque dato, cùm sit creatura, & habeat esse participatum, habebit finitā perfectionem. Deus tamen cùm sit abyssus perfectionum omnium, & habeat esse non participatū, & suū esse sit sua essentia, dicitur infinitus perfectione. Hæc conclusio est Theologorum, & fide tenēda. Et rationem à priori videtur sanctus Thomas dare. Et probat conclusionem, quia in rebus materialibus & forma, per materiam: & materia per formam terminatur: cùm enim materia habeat quodammodo esse illimitatum: quia omnem formam potest recipere, cùm actuatur vna forma, videtur terminari, eo quod simul nō possit habere. Et forma de se habet, quandam infinitatem: quia de se est indifferēs ad plura indiuidua: terminatur tamen ad hoc indiuiduū per hoc, q recipitur in hac materia, cum istis conditionibus in diuiduantibus de quibus infrà latius. Sed infinitas, ex parte formæ dicit perfectionem, quæ tamen contrahitur, & limitatur: quia in materia recipitur. Vnde sequitur, quod forma quanto immaterialior, tanto perfectior. Tunc procedit ratio: sed Deus est simpliciter per naturam suam immaterialis, neq; limitatur, aut coarctatur ad aliquē certū gradū perfectionis: sequitur ergo quod est infinitæ virtutis, & perfectionis: Maior probatur: quia ob id anima rationalis ponitur perfectior, quā sit anima bruti, quia immaterialior est, neque educitur de potētia materię, nec corrumpitur destructo corporē & angelus est perfectior essentialiter anima rationali: quia angelus magis immaterialis: & non solum non educitur de potentia materiæ: sed neque est forma, quæ recipitur in materia. Cùm ergo Deus sit infinitū sit magis immaterialis, quam angelus, sequitur quod ipse sit infinitus perfectione.

Theologi in primo sē tē. dist. 43. S. Th. p. p. q. 7. art. 1. & 2.

D. Th. p. p. q. 118. ar. 1. & 2.

¶Præterea. Illud est infinitæ perfectionis, q non recipit esse ab alio, sed habet à se omnē perfectionem: at solus Deus est huiusmodi: quia omnis creatura eo quod creatura est, habet esse participatum, & non est de eius essentia quod sit. Maior patet: quia si aliquid habeat perfectionē aliquā, quātò minus ab alio receptā habet, tāto magis perfectū est: quia minus dependens, & magis sibi sufficiēs: sed Deus

Ratio. 2.

Deus est huiusmodi, quia suum esse non recipit ab alio, & sibi sufficiens est, & omnem habet perfectionem, non ab alio communicatam: nam si omnem non haberet, Deus non esset, cum alius eo daretur perfectior, scilicet, ille in quo talis perfectio, quæ huic deest, inueniretur.

Ratio. 3.

¶A posteriori probatur conclusio. Deus est causa omnium: ergo est quodammodo omnia: semper enim in causa oportet effectus includantur, & sint modo eminenti: sed nō posset Deus eminēter esse omnia, si haberet esse limitatū, & terminatum ergo in eo terminus non est: & infinitus est.

Conclu. 2.

¶Secunda conclusio. Infinitum in potentia tam in continua, quàm in discreta quantitate datur naturaliter. Hæc est Arist ot. Quam

Arist. t. 56.

multis exemplis probat: de tempore, & motu cœli: in continua quantitate: nam quocūque tempore, & motu signato, potest esse maior motus: & maius tempus. Similiter & partes cōtinui sunt infinitæ in potentia: quia cōtinuū potest diuidi in duas partes, & in quatuor quartas, & sic in infinitum.

¶In quantitate discreta ponit exemplum de generationibus: quia Arist ote. mundum sicut ab æterno, sic & in æternum duraturum excogitauit: sed catholici, de igne inferni loqui possumus, quòd in infinitū durabit: quantumcunque ad tempus, & de damnatorum cogitationibus, posito (vt fides tenet) animas rationales esse immortales: imo & de beatorū actib⁹ quos extra verbū habere possunt, qui in infinitum multiplicari non repugnat.

Theo. in. 4 d. 44.

Rrtio.

¶Ratio ergo conclusionis hæc est, naturaliter loquendo. Illud dicitur infinitum in potentia in continua quantitate, quod sic se habet, quod quacunque parte data, adhuc datur alia, & tādem vltima non signatur: sed dato continuo, si diuidatur in partes proportionales, quacunque data, datur alia, & tandem ad vltimam non est deuenire, ergo cotinuū est infinitum in potētia sic de tempore: quocunque dato est, & aliud accipere: ergo est infinitum. In discreta quantitate similiter: quocunque dato numero, est dare alium: ita vt vltimus non detur: sed hoc est infinitum in potentia esse naturaliter in rebus: ergo sequitur quod datur.

Vide Ægidium quol. 6. q. 17.

3. Conclu.

¶Tertia conclusio. Non est dabile infinitum in actu, neque in magnitudine, neque in multitudine. Hæc est etiam expressa conclusio Aristotel. in loco citato. Probatur in corpore physico. Quælibet forma corporis naturalis cum sit determinatæ virtutis, & perfectionis, sibi determinata requirit accidentia: ita vt terminetur per maximum, & minimum: sicut in primo libro probatū est, in speculat. penultim. sed inter accidentia quantitas magnis est, ergo non datur actu corpus infinitum.

Ratio. 1.

Supra libr. 1. speculat. penult.

¶Secundo, vt Aristot. argumentatur: Omne corpus physicum, mobile est naturaliter ad aliquem certum locum, aut sursum, aut deorsum, aut circulariter: sed infinitū, si esset, nullo istorum motuum posset moueri. Nā motu recto est clarum: quia si esset infinitum, nō esset à quo, termino ad quē, moueretur: quia nullus daretur terminus. Neque posset motu circulari moueri, supposito quod dato circulo, lineæ quæ à centro emanant, quanto magis protenduntur, magis distant adinuicem: vt apparet in subiecta figura: si ergo lineæ in infinitum protrahantur, & consequenter ipsæ lineæ in infinitum distabūt. Tūc est argumentum, quod tale infinitum si daretur non moueretur circulariter: quia in motu circulari necessarium est, quòd saltim linea, quæ nunc est in puncto. a. aliquādo perueniat ad. b. aliàs non moueretur illud corpus circulariter: sed nunquam hoc continget in corpore infinito: quia est infinita distantia à linea. a. ad lineā. b. vt patet ex præsuppositio, & infinita distantia non est per transibilis: quia si per transitur, actu infinita non est.

¶De corpore mathematico probatur simili ter, q nō detur actu infinitum: quia dato corpus mathematicū abstrahat à materia sensibili, nō tamē abstrahit à materia intelligibili, & reperitur corpus mathematicū in aliquo corpore naturali: & probabitur eodem modo, sicut de corpore physic.

3. Ratio.

Ratio. 4.

¶Quarto. Si daretur aliquod infinitum actu maximè extra cœlum, vt Pythagorici ponebant: sed ibi non datur: quia non posset esse pura materia: quia si actu est, performā oportet sit: sequitur quòd ibi essent infinita entia naturalia, & infiniti essent mundi, quod inferiùs in libro de cœlo reprobatur, sequitur ergo quod infinitum non datur actu.

Ratio. 5.

¶Quintò. Si infinitū daretur, & esset corpus naturale, aliquem locum certum sibi deputaret: sicut corpora omnia naturalia: sed nullū possemus locum signare illius: quia omnia repleret: vnde nō esset in loco: quia quod locatur oportet à loco circūscribatur, & finiatur.

Obiectio.

¶Sed cōtra tertiam cōclusio. posset quis ex dictis Arist. obijcere: nam, id est contra Phil. tex. 1. Physi. reprobādo melissum (inquit) infinitum est in quantitate: item dicit, ratio infiniti cōgruit quātitati, ex quibus format ar

argumentum: quando aliqua duo sic se habẽt, quod vnum est subiectum, aliud proprietas eius: si subiectum, est dabile in natura, & eius proprietas datur: sicut dato rationali, datur risibile: sed quantitas, & infinitum, sic se habent: cùm ergo detur quantitas, & dabitur infinitum. Respondetur, quod Arist. in loco citato, solùm intendit, quod si infinitum est, in quantitate erit. Nam substantia, & qualitas, non possunt esse infinitę, nisi per accidẽs ratione quantitatis: ex illa cõditionali, ergo non potest inferri, quod sit infinitum actu: quod si instes, infinitum actum dari in materia, quia tot sunt potẽtię actu in ea, quot sunt formæ, quas in futuro recipiet, quæ sunt infinitę de mente Philosoph. qui generationem ponit ęternam, aparte ante, & aparte post, vt patet ex secundo generationẽ: quod & probatur, si non habent nunc potentia, ad formã quam recipiet, in futuro nõ poterit eam recipere: quia nõ potest esse, quod aliquid sit potens respectu alicuius ad quod non habet potentiam. & respondetur quod potentia ad formam dupliciter intelligitur, scilicet, aut de proxima, aut de remota: si de proxima, negãdum est talem potentiam esse in materiam: quia sic esset materia disposita ad omnẽ formam in futuro: & non indigeret alia dispositione, quod est falsum: quia materia, existens sub vna forma, paulatim debet disponi ad aliã, abijciẽdo quam habet: si de remota sit sermo: non concluditur infinitum actu realiter, sed solùm formaliter: quia alia est ratio in materia, respectu huius formæ, & alia respectu alterius: sed hoc non arguit distinctionẽ realem, magis quam inter genus, & speciem: quanuis aliam rationem formalem includat species, quam genus non includit. Et hæc solutio est tenenda, & non illa Ianduni in hoc 3. quæstio. 11. qui concedit infinitam multitudinem actu potentiarum, eo quod ipse tenet potentiam materiæ, distingui realiter ab essentia materiæ: & multiplicari, ut multiplicãtur formæ receptibiles: & dicit non esse inconueniens concedere: quia istæ potentiæ, licet sint infinitæ, non sunt individua diuersa, secũdũ quãtitates cõtinuas: sed tamẽ hęc imaginatio Ianduni tenenda non est.

¶ Ad primum. Aristote. non negaret, posito quod mundus non cœperit. De quo disputãdum erit in. 8. Non tamen in disputatione adducemus, an verum sit, cùm fides contrariũ doceat, sed an Aristote. id senserit, & an potuit esse ab æterno, differemus. Sed suppositi opi. Arist. concederet quòd incipiẽdo ab ista hora, quæ nũc est. die lunæ. 23. Februarij. Anno. 1569. quando tertiam paramus edditionem accipiendo omnes reuolutiones præteritas, quacũque data, alia fuit ante eam, & sic infinitũ est: sed non vocatur hoc infinitum actu: quia cũ tempus sit ens successiuũ, non potest habere suas partes simul: quod requisitũ est ad infinitũ in actu. Idemesset dicendũ de generationibus præteritis.

¶ Ad id quod dicitur de infinitis animabus, facta suppositione de mundi æternitate, nescimus quid Aristo. responderet: quia pẽdet ex animæ rationali immortalitate, de qua quid senserit Aristo. in lumine naturali, non est certum. De quo disputandum erit in libris de anima, maximẽ in. 3. quando de anima rationali erit sermo. Sed videtur quod ponat eam immortalem: quia dicit, intellectum separabilem à corpore, sicut perpetuum à corruptibili: in quo apparet asserere animæ rationalis immortalitatem: & si Commenta. Auerrois mortalẽ dicat, & intellectũ perpetuũ asserat vnũ esse in omnibus hominib⁹: q̃ est falsissimum, vt dicemus in libris de anima: sed loquendo consequenter ad Aristot. cùm ipse dicat ante hominem quencunque, fuisse hominem: cũ creationem nõ cognouerit, neque plasmationem primi hominis intellexerit, inuitabiliter sequitur quod posuerit animas infinitas, quæ modo sunt, vbicũq; sint illę: quia nõ occuparent locũ: sicut & cõcederet reuolutiones cœli infinitas: suppositoq; opinio Pythagoræ de circulatione animarũ, quod vna sit in diuersis corporibus, non admittatur, neque figmentum Auerrois.

¶ Verum S. Thom. cum aliàs in omnibus sequatur Aristote. innuit, quod quanuis fuerit possibile de potentia Dei absoluta mundum fuisse ab æterno, non tamen est possibile qđ homo fuerit ab æterno: sed angeli numero finito, & res numero finito: & res perpetuę, & cœli essent ab æteruo. Non enim potest intelligi alicuius rei corrũptibilis suæ naturæ relictæ, creatio ab æterno: nã si ab æterno esset creatus homo relictus suæ naturæ, solum per tempus finitum potuit durare, & per consequens ille homo abęterno esset mortuus. Implicat tamen quòd ab æterno fuerit natus, & ab æterno fuerit mortuus, & quòd prius per. 39. vel. 40. annos fuerit natus, quã mortuus, cum in æterno non detur tale prius. Et sic si Aristote. concederet infinitas nunc actu animas esse, vno impossibili dato, ante omnẽ hominem esse hominem deberet concedere. Dato ergo vno impossibili, nõ mirũ sequa

Cõtra Ianduni.

Ad argum. Specula. 1. & 2. Genes. 1.

Solutio.

Aristot. ponit animã rationalẽ immortalem. 1. de anim. t. 75. & 3. t. 10. & de gener. anima. c. 3.

S. Th. p. p. q. 46. arti. 2.

Vide. 8. lib. specula. 3.

Aristot.

sequatur aliud: & ideo quanuis concesserit infinitas animas, non sequitur ita esse: quia ex impossibili sequebatur: & fortè Aristot. subnubilo de hac materia loquutus est de animarum perpetuitate: quia posita perpetuitate, sequebatur infinitas esse, & non videbat quomodo producerentur, cum non educerentur de potentia materiæ, quod tamen de intelligentijs non erat inconueniens: & quia non sunt formæ corporis, apertè dixit perpetuas, & incorruptibiles: finitas tamen, & non receptibiles in materia.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum dicendum, quòd potentia potest reduci in actum eo modo, quo conuenit ei actus: & quia in permanentibus infinitum non datur ob repugnãtiam, vt. 3. probauit conclusio, non datur actu aliquid infinitũ, quòd habeat omnes suas partes simul: at in successiuis, vt est motus, & tempus, datur tale infinitum, & proportionabiliter. Et datur actus correspondens illi potentiæ, scilicet, quòd sit infinitum: vt in fieri, & non in actu completo: quia reducuntur ad actum, cuius nunquam erit finis: & continuum est in potentia ad diuisionem in infinitum, & tamen nunquam in actu continuum diuisum erit in omnem suam partem. Non ergo potentia illa dicitur esse frustrà: quia licet non reducatur in actum completum: reducitur eo modo quo potest ei conuenire.

Ad tertium vide in fine lib. figurã. ¶ Ad. 3. quando de circulo probatur quòd sit infinitæ capacitatis, per hoc quòd figura quanto plures angulos habet, tanto capacior est: solùm sequitur quod detur infinitũ syncathegorematicè in isto sensu, quod quacunque polygonia figura data, detur capacior: sicut quacunque parte data alicuius cõtinui, dari potest maior, & dari potest minor: tamen non ideo sequitur quòd sit actu infinitum, sed solùm quòd in potentia dari possit.

Argum. 1. ¶ Posset tamen quis contendere probare infinitũ dari actu, ex perspectiua: posito quòd vmbra sit lumen diminutum, & tamen datur infinita vmbra, naturaliter. Patet. Sit luminosum minus, & oppacum maius: ita vt oppacum faciat vmbram Pyramidis euersæ infinitæ: vt dicit Cantua. prima. p. perspectiuę prop. 24. Ibi est vmbra infinita, & in actu: ergo datur infinitum in actu.

Cantuari.

Solutio. ¶ Ad hoc argu. tenendo conclusionem pro positam, vt habet veritas, dicendum quòd non erit vmbra infinita: nam ad hoc oporteret quod luminosum esset infinitæ virtutis ad illuminandum: si tamen sit finitæ, vt sunt omnia luminosa, quocunque oppaco opposito, finem habebit vmbra: sic in argumento proposito: vnde non sequitur contra conclusionem.

¶ Quod si quis adhuc contendat probare dari actu infinitum, probet sic. Duobus speculis contra se positis sunt infinitæ imagines: quia. a. apparet in. b. & rursus. b. in. a. & b. in seipso: vt experientia docet. Quòd sit alia, & alia imago, constat, quia semper videtur minor, & profundior secunda quam prima.

Argum. 1.

Solutio. ¶ Ad hoc respondetur, quòd causa huius visionis de imaginum reflexione in speculis cõtra positis est, quia species vnius speculi, imago est alterius: vt. a. species dirigit per suos radios rectos in. b. & iterum radij reflexi à. b. in b. reuertuntur ad. a. quo iterum in. b. & inde ad oculum. Vnde apparet iterum. a. in seipso: at non erit infinitum in actu: non enim erunt infinitæ imagines in illis speculis: quia deueniendum erit ad aliquam tam debilem reflexionem radiorum, quæ non possit immutare visum, & non apparebit. Quare vna imago apparet profundior quam alia. Ratio est, quia illa quæ à remissioribus radijs magis distans apparet, & quæ intensioribus magis propinqua.

¶ * In infinito actu & potentia: consensus est Arist. & Platonis: vt testatur Simplicius: quia Plato infinitum actu, in ente illo immobili, siue idea, in Parmenide affirmat. Et Arist. idem fatetur in primo illo motore. Sed tamẽ secũdùm fidem catholicam, infinitatẽ actu, sic Deo tribuimus soli: vt hanc non magnitudine, vt isti sentire videntur: sed essentia, intelligentia, æternitate. &c. Et hoc infinitum maximè cognoscibile est: & est primum intelligibile, sicut & primũ appetibile, de quo Arist. 12. Met. tex. 37.

** Consensus inter Arist. & Platonẽ*

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm infinitum materiale sit incognoscibile.

TVidetur quod non: nã Aristote. cognouit tempus, & cœli motum infinita esse: imo & probat. 8. Physicorum, infrà cum motum ponat ab æterno: ergo non est incognitum. ***

Ad. 2. ¶ Secundò in intellectu nostro, possunt esse

infinitæ ſpecies intelligibiles: cum ſint ſpiritualiter, & non ſe impediant mutuo: & per eas eſt cognitio infiniti, quia quælibet ſpecies incognitionē illius à quo emanat ducit.

Tertiò. ¶ Tertiò ſaltim intelligentiæ abſtractæ, infinitum poſſunt cognoſcere, cùm nullum ſit obſtaculum.

In contra. ¶ In contrarium eſt quod Ariſt. docet. Pro deciſione notandum quod infinitum dupliciter poteſt accipi, vno modo quo ad rationē ſuā formalē, quatenus infinitū eſt: & quæ ei cōueniat neceſſario in quantum tale eſt.

Secundò. ¶ Secundò capitur infinitum quo ad ſubſtractum, id eſt, quantum ad illud cui competit ratio infinitiſi daretur: vt putà ſi eſſet infinitus numerus, infinita magnitudo, infinitum corpus. &c.

1. Conclu. ¶ Prima concluſio infinitū quo ad ſuam formalem rationem, cognoſcibile eſt: & de eo habetur notitia tradita ab Ariſtot. in hoc. 3. de quo definitionem dat tex. 63. & multa tradit, quia oppoſitum cognoſcitur per ſuū oppoſitum, & contrariorum eadem eſt diſciplina: ſed cognoſcimus finitum, ergo per finitum, & cognoſcemus infinitum.

2. Conclu. ¶ Secunda concluſio, infinitum ſecūdo modo, quo ad id in quo eſt. &c. eſt ignotum, & incognoſcibile ab humano intellectu. Patet: quia tale, neque eſt actu, imò neque poteſt eſſe actu vt dictum eſt, vt probabitur in ſequenti quæſt. & Ariſto. probat in hoc libro: ergo ignotum erit: quia in tantum res eſt cognoſcibilis, in quantum eſt: quia ſic ſe habet ad cognoſci: ſicut ad eſſe.

¶ Secundò, quia etiam ſi daretur actu infinitum quantitatiuum, neceſſario erit incognitū, in quantū infinitū: quia nō eſſet cognoſcibile, niſi partibus cognitis & principijs ſuis: ſed infiniti, infinitæ ſunt partes: & infiniti, nō erit principium: & loquor de partibus actu.

3. Conclu. ¶ Tertia cōcluſio. Nō ſolū intellectus humanus, diſtinctè infinitum nō poteſt cognoſcere: ſed neq; angelicus: neq; cōprehendere actu, neq; ſucceſsiuè vnū poſt aliud. &c. Patet nā ad cōprehendendum, infinitum, infinita virtus requiſita eſt: quę in nulla creatura poteſt reperiri: neq; poteſt infinitum, diſtinctè ſucceſsiuè cognoſcere, numerādo partēpoſt partem: quia talis numeratio, & tranſitus repugnat infinito. vt docet Philo. hic text. 63. manent ergo infinitum incognoſcibile.

Ad argum. ¶ Ad argumenta in contrarium ad primum dicendū: quòd eo modo quo motus & tempus, in infinitū tendunt, cognouit Ariſt. ſed hoc nō eſt diſtinctè cognoſcere infinitum: quia cognouiſſet, omnes partes tēporis, numerādo partē poſt partē: quod nō poteſt eſſe: cū tempus non ſit infinitum actu, ſed potentia. ex interminata eius duratione.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd licèt ſpecies intelligibiles, ratione ſui, poſſent eſſe infinitæ: quia obiecta non poſſunt infinita dari, & non poteſt infinità multitudo, actu dari, non poteſt eſſe infinitum, in ſpeciebus.

¶ SPECVLATIO quarta. De infinito per diuinam potentiam.

DAto infinitum non poſſit dari per naturā ob repugnantiam, vtrum per diuinam potentiam poſſit eſſe. Non eſt dubium diuinam virtutem non eſſe exhauſtam ob rerum vniuerſitatem, & poſſe alia de nouo creare, & ea meliora facere, ſi voluerit. Et licèt per naturalem potentiam ignis non poſſet frigefacere, per Dei potentiā poterit.

1. Argum. ¶ Videtur, quòd per potentiam diuinā poterit infinitum actu dari. Ex præcedentibus patet quòd in cōtinuò ſunt infinitæ partes proportionales, quas Deus diſtinctè cognoſcit: & in qualibet parte proportionali horæ futuræ, Deus poteſt aliū, & alium angelū creare: vel lapidem, vel ignem, vel quācunq; aliam creaturam: ſed hoc facto, iam infinitum erit in actu: ergo infinitum eſt dabile in actu.

2. Argum. ¶ Præterea. In præcedentibus tetigimus, q̄ non eſt repugnans, Deum mundum creaſſe ab æterno: ergo poſito fuerunt infiniti dies diſtincti, potuit Deus in qualibet die vnum angelum creare: quia ſicut poteſt in hac die, potuit in qualibet die creare. Tunc poſito creauit, cū ſint infiniti dies, ſequitur quòd infinitum, poteſt eſſe per diuinam potentiam.

3. Argum. ¶ Tertiò. Quicquid non implicat contradictionem à Deo eſt factibile: ſed quod actu ſit infinitū, nō implicat contradictionē. Patet. Id dicitur implicare contradictionē, quòd infert duo contradictoria ſimul vera, vel falſa eſſe: ſed per hoc quòd concedamus eſſe infinitum, nō ſequitur quòd duo cōtradictoria ſint vera, neque quòd ſint falſa: ergo poteſt dari per diuinam potentiam.

In contra. ¶ In contrarium eſt. Quod non eſt cognoſcibile, non eſt factibile: ſed infinitum ſub ratione

tione infiniti, non eſt cognoſcibile: ergo nō eſt factibile.

Nota. ¶ Pro ſolutione notandum, hanc ſpeculationem eſſe cōtrouerſam apud probatiſsimos Theologos, pariter & philoſophos: nam dato conueniant in illis, quæ in præcedenti ſpeculatione dicta ſunt, ſcilicet, quòd non detur infinitum actu naturaliter: quando tamē eſt ſermo, an de potentia Dei abſoluta id poſsit fieri, differunt.

¶ Apud antiquos fuit opinio nullo modo dari tale infinitum, etiam de potentia Dei abſoluta. S. Tho. negat infinitatem animarum fuiſſe poſsibilem. Et in quolibet. 9. arti. 1. expreſsè dicit per nullam potentiā fieri poſſe. Hanc opinionem etiā tenet doctor ſub. &. b. Bona. in. 1. ſent. d. 43. Eandem tenet Durā. & Marſilius ſubſcribit. in. 1. ſen. q. 42. & ait. hāc eſſe opinionem communem, & corroborat multis argumentis eam.

S. Th. p. p. q. 7. & 46 Scot. in. 2. B. 1. d. Bon. Marſilius. Durand.

Ocām tenet poſſe dari infinitum. ¶ Nominales tamen, inter quos dux Ocam, in. 2. d. 1. tenent contrarium. Putāt enim dari poſſe infinitum per diuinā potentiā. Hāc ſequitur Greg. Arim. Gabr. reputat propabile, & quod non poſsit dari: vt dicit. 1. opi. & quòd per diuinam potentiam id fieri poſsit, vt dicit hæc ſecunda.

Greg. 1. d. 43. q. 1. Gab. 2. d. 1 q. 3. ¶ Greg. Arimin. tres concluſiones ſigillatim ponit. Prima eſt, quod poſsit dari infinitum magnitudine: & concedit poſſe fieri infinitū multitudine. Similiter affirmat, poſſe dari infinitum in intenſione. Quas cōcluſiones multis firmat argumentis, ingenioſe quidem magis quàm fructuoſè. Hęc. q. & ſimiles cùm nimium bona crucient ingenia, habent in ſe parum frugis, & ædificant nihil. Quapropter à ſuperfluis abſtinendum erit: vt locus neceſsarijs, relinquatur.

¶ Huius deciſio videtur pēdere ex hoc vno, ſi implicat contradictionem: quòd nō fiat infinitū actu, vt in tertio argumento tangebamus: quia apud Theologos acceptiſsimū eſt.

Axioma Theologo. Quicquid nō implicat cōtradictionem, factibile eſſe à Deo. Sed quia quidam putant implicare, negāt poſſe fieri, quales ſunt primò opinantes. Alij dicunt id nō implicare: ob id potentiam diuinam dicunt ad id ſe poſſe extendere: vt quā in ſecundo loco loquuntur.

Notandū. Implicare cōtradictionem quid. Quapropter oportet notare, quod implicare cōtradictionem dupliciter cōtingit: vno modo, quod formaliter inferat duas cōtradictorias: vt ſi quis affirmet manum eſſe æqualem hominī. Hoc implicat contradictionem: quia duas formaliter infert contradictorias, ſic. Manus eſt pars, & homo eſt totum: ergo eſt minor homine: & manus eſt æqualis homini: ergo nō eſt minor. Eſt minor, & nō eſt minor contradicunt. Vel ſic. Totū eſt maius ſua parte: ſed homo eſt totum, & pars eſt manus: ergo eſt minor, & non æqualis. Alio modo dicitur aliquid implicare cōtradictionē, nō quia formaliter inferat duas cōtradictorias, ſed quia includit repugnantiam: quia intellectus luſtratus lumine naturali, quàm primum reſilijt: vt Chimeram eſſe, quā fingūt, animal cōpoſitum ex tā diuerſis. Repugnat quidem, nō quòd duo cōtradictoria formaliter inferantur ex hoc quòd cōcedamus Chimeram eſſe, ſed ſolùm quia intellectus lumine naturali illuſtratus, ſtatim refugit, & renuit tale animal poſſe dari. In iſto ſenſu intelligitur illud angeli Lucæ ſecundo, Nō erit impoſsibile apud Deum omne verbum: ac ſi diceret. Omne quod poteſt mente concipi, factibile à Deo eſt, & non impoſsibile: ſed tamē impoſsibile remanet, id eſt, nō factibile, quod non poteſt ab intellectu cōcipi, quod eſt id quod repugnat: vt facere hominem irrationalem, vel brutum rationale. Lucæ 1.

¶ Non eſt dubitandū, quin ſint aliqua, quæ implicant, quæ à Deo fieri nō poſſunt: dato ex conceſsione nō ſequātur duæ cōtradictoriæ: ſiquidē in diuinis factibile negamus, verbū poſſe aliū generare filiū: & tamē ex hoc quod quis cōcedat filiū generare alium filiū, non poterit inferre duas cōtradictorias: ſic etiā dicimus Deū nō poſſe facere hominem eſſe equum: ſi tamen quis affirmaret, nō cōtinuò ſequeretur duas cōtradictorias verificari. Sic etiam negamus Chrimerā eſſe, tamē nō ob id infertur duas cōtradictorias ſimul ſtare. Eodem modo in propoſito: quod quis concedat, infinitum poſſe actu dari per diuinam potentiam: non ſequitur duas contradictorias ſimul ſtare in veritate. Non enim formaliter ſequuntur.

¶ Dicimus ergo quòd id q̄ implicat cōtradictionē, nō eſt à Deo factibile: intelligitur, nō ſolū pro illo, q̄ infert contradictoria, ſed pro illo q̄ repugnat intellectui: & huiuſmodi videtur eſſe infinitum actu: quia repugnat vt detur. Pro quo ſit prima concluſio.

Conclu. 1. Ratio. 1. ¶ Per nullā potentiā infinitū dari poteſt in magnitudine: quia ſi poſſet tale infinitū dari, maximè quia id quod in potentia erat infinitū, reduceretur in actū, per hoc quod continuū eſſet actu diuiſum in omnē ſuā partem: ſed hoc implicat contradictionē, nō ſolū. 2. modo, ſed primo modo. Secūdo modo repugnat: quia ſtatim intellectus refugit dicere conti-

continuum actu esse diuisum in omnẽ suam partẽ. Etiã repugnat primo modo: quia formaliter inferũtur duę cõtradictorię: ꝙ est cõtinuũ, & nõ est cõtinuum: nã si in omnẽ partem est diuisum: cùm quælibet pars sit cõtinuũ: cum cõtinuum ex indiuisibilibus nõ cõponatur, vt dicemus in. 6. sequitur quòd rursus potest diuidi: & sic actu, nõ est continuũ diuisum in omnem suã partem, & tu ponis diuisum: ergo est diuisum, & nõ est diuisum: & dato actu diuideretur, iam non esset infinitum, secundùm magnitudinem.

Ratio. 2. ¶ Itẽ. Si posset dari infinitum in magnitudine actu, sequeretur quod tale, vel esset in loco, vel in vacuo: sed nullibi esse posset. Nõ in loco: quia esset finitũ, & circunscriptũ à loco, & nõ esset finitũ, cõtra præsuppositum. Vel esset in vacuo: sed hoc nõ est dabile: cũ esset etiam vacuum infinitũ: ergo nullo modo est dabile infinitum in actu, secũdùm magnitudinem: quia id repugnat.

Conclu. 2. ¶ Secũda cõclusio. Infinitum, in multitudine nõ potest dari: quia repugnat, & cõtradictionem implicat, id est, refugit intellectus.

Ratio. 1. Patet. Si dari posset, maximè per hoc ꝙ cõtinuum actu diuideretur in omnẽ suã partem proportionalem: vt si hora præsens diuideretur per partes proportionales, & in qualibet parte proportionali horæ Deus angelũ vnum creasset: hoc nõ potest esse, sed repugnat quòd actu sit cõtinuum ipsum diuisum in omnem suam partem: & sic nõ potest dari infinitum secundùm multitudinem, sicut neque secundùm magnitudinem.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Si tale infinitũ actu, in multitudine daretur: sequeretur ꝙ manus mea tãgeret, & nõ tangeret, quæ sunt cõtradictoria. Patet. Volo ꝙ inter manũ meã & quadratũ, Deus aliud quadratũ producat, ꝙ tãgat meã manũ, & quadratum primum, & post producat aliud quadratum inter manum meam, & quadratum secundũ quod tangat manũ, & quadratum. Hoc faciat per partes proportionales horæ. In fine horæ, quæro vel manus mea tangit aliquid, vel nõ: nõ secundũ: quia tota hora tangit, & non definit tangere: nec primum: quia infinitum esset clausum inter duo extrema, inter manum, & primum quadratum. Et sic videtur dicendum, quod nullo modo datur actu infinitum in magnitudine, etiam per diuinam potentiam.

Cõtra Gregorium Arimi. & Maio. in 4. d. 11. q. 2. ¶ Hæc cõclusio sit posita nõ solũ cõtra Gregoriũ Arimin. sed etiã cõtra Maio. qui putat posse dari tale infinitũ secundum multitudinẽ, in casu quo sacerdos intenderet cõsecrare solas partes pares hostiæ diuisæ proportione duplа: tũc enim cùm in omnibus partibus paribus erit corpus, & in imparibus panis, fit vt partes illæ panis sint actu diuisæ: & sic daretur infinitum in multitudine.

Ad argum. ¶ Ad hoc argumentum, stando, in cõclusione, potest responderi, primò physicè, quòd petit principium: nã si implicat cõtradictionẽ cõtinuum actu esse diuisum in omnẽ suã partẽ, negatur etiã Deũ, posse dare talẽ virtutem verbis, vt possent illo modo intercalare partes proportionales. Secũdo respõ. Theologicè. Casu dato, quanuis omnia alia ad cõsecrationẽ requisita essent, nõ fieret cõsecratio: nã materia panis nõ potest cõsecrari, nisi sit præsens distinctè. Partes verò impares, vel pares, nõ possunt esse sacerdoti præsentes distinctè: quia sunt infinitę: & quãuis sint Deo præsentes, nõ cognoscit illas partes, vt actu separabiles: quia nõ potest continuũ in omnẽ suã partẽ actu esse diuisum. Exẽplum dari potest, ꝙ talis nõ cõsecrasset: quia distinctè nõ habet: sicut si plures haberet hostias cõsecrabiles corã se, & intenderet aliquas ex illis cõsecrare, & nõ omnes, nõ signãdo quas: vel nulla esset consecrata hostia, vel omnes: sed omnes nõ sunt cõsecratæ ex defectu intentionis: ergo nulla: & non alia ratione, nisi quia nõ sunt distinctè præsentes illæ hostiæ, quas intendit cõsecrare. A simili ergo dato signet partes pares, vel impares, in cõtinuo: quia illæ nõ sunt ei distinctæ, non consecrabit aliquam partem.

1. Solutio.

2. Solutio.

Cõtra Maio. in 4. d. 11. q. 2.

Aliud arg. ¶ Sed fortius arguitur cõtra opinãtes cõtrarium. Si posset dari infinitum in multitudine actu, maximè esset diuisa hora per partes proportionales, vt ipsi argumentantur: & ꝙ Deus in qualibet parte proportionali horæ, vnũ produceret angelũ: in fine horæ esset infinitus numerus angelorũ actu: sed hoc nõ solũ implicat cõtradictionẽ, sed explicat: quia ponunt horã numerabilẽ secundũ quãlibet sui partem, quod repugnat: quia est ens successiuũ. Nõ minus repugnat, quã repugnat cõtinuum actu esse diuisum in omnem suam partem: Non enim sunt numerabiles partes proportionales omnes horæ: quia cùm non detur vltima, non possunt numerari.

¶ Et quod sequatur contradictio in multis, posito actu infinito: probatur argumentis multis à doctoribus, à quibus ex proposito abstinendum est.

Aliud arg. ¶ Sed exercitij gratiã fiat argumentũ. Si posset dari infinitũ actu, in quantitate discreta: sequeretur quod vel pars nõ esset minor suo toto,

totò, vel quòd nõ quæcũq; sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se: & quod vnum infinitum est maius alio, quorum neutrum est pars alterius. Si infinita lapidum multitudo, quæ incipiat ab hac ciuitate Mexicana orientem versus, & vocetur tale infinitum. a. Et sit alia multitudo, quæ etiam incipiat versus occidentem, & vocetur. b. Sit aliud infinitum, quod incipiat ab Hispali, versus orientem quod sit pars. a. & excedat ipsum. c. Distantia quæ est à Mexicana ciuitate, vsque ad Hispalim per duo mille leucas. Tunc sic. a. multitudo est æqualis. b. eo quod vtraque infinita est, & neutra alterius pars, &c. est æqualis. b. eadem ratione: quia vtrunque infinitũ est, & vnum est alterius pars: ergo sequitur quòd. a. &. c. sunt æqualia ad inuicem: nam quæcunque sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se: sed ex hoc sequitur quod nõ omne totum est maius sua parte: quia. a. est totum, &. c. est pars, & est æqualitas inter ea: sed hoc repugnat, ergo non datur multitudo actu infinita.

Aristo.

Ad argum. ¶ Ad argumenta tamen variè respondent sectatores Diui Thom. quidam dicunt (ad missò casu de mũdi æternitate) & quod Deus in quolibet die angelum creasset, & conseruasset, quòd non esset infinitum: quia dies non essent infiniti: quia si infiniti non essent pertranſiti, cùm de ratione infiniti sit quòd non sit pertranſitũ. Et putant hanc esse mentem sancti Thomæ. Sed tamen admittendo mundum ab æterno, & in qualibet præterita die ab æterno productus sit angelus, vel anima, & conseruatus, videtur concedendũ quòd fuerint infiniti. Neque Aristote. neque S. Thom. negasset in illo casu fuisse infinitos dies præteritos, sed solùm negant ipsi figilla tim esse infinitos inter duo extrema numeratos: putà inter principium, & finem: quia dato ab isto incipias numerare, non deuenies ad primum præteritum, neque poteris ab illo primo, qui non datur, incipiendo, peruenire ad istum, in quo sumus hodie. In forma ergo respondetur, quod licèt possibile fuerit mundum ab æterno esse, tamen non potuit in qualibet die vna creari anima, & cõseruari: & repugnantia est ex parte obiecti solùm: quia tale infinitum actu non est dabile: vt optimè doctor Subtilis respondet. Nã eo modo quo repugnat quod in vno die, vel vna hora producat Deus infinitos angelos, repugnat quod infinitis diebus præteritis: secus tamen est de ipsis infinitis diebus, vel infinitis circulationibus, quæ prꝛeterierũt, posito casu, quia tales dies, & circulationes non sunt actu entia, sed vnus motus continuus, qui, suppositа mundi æternitate, principiũ non haberet.

S. Th. p. p. q. 46. ar. 2 Ad 6.

Solutio.

Vide Durã. in. 2. d. 1. q. 3.

Scotus.

Sco. in. 2. d. 1. q. 3.

¶ Ad. 2. & tertium ex dictis patet solutio.

Instantia. ¶ * Considerandum circa illa quæ in. 2. argumento tanguntur nam posito de mente Arist. quòd mũdus esset ab æterno: & quod anima rationalis sit immortalis, actu essent infinitę animę, quia infiniti homines mortui sunt: & sic argumentũ esset ad hominẽ cõtra Philo. ad hoc S. Tho. in opusculo de æternitate mũdi respõdet, Arist. in. 3. physi. & in. 1. de cœlo semper loquitur de infinito corporeo, & materiali: vt patet: negat ergo Philos. posse dari multitudinem rerum corporearũ infinitã actu, vt infinitos homines, vel lapides. &c. non dũverò demonstrault quin possit dari multitudo infinita actu, rerum incorporearum: vt infinitæ animæ, infiniti angeli, & soluitur argumentum, &c.

Solutio.



Finis tertij libri Physicorum.

QVARTVS LIBER PHYSICORVM.

ARGVMEN. QVARTI libri Physico.

IN quarto Physicorum tria tractat Aristote. De loco, & vacuo, & de tempore. Et speculationes mouebũtur ad propositum, declarantes materiã.

PRIMA SPECVlatio. Vtrùm locus sit superficies, vt tradit Aristot in isto quarto.

1. Argum. VIdetur quod non. Nam si locus superficies esset, cũ superficies sit in prædicamento quantitatis, & locus similiter esset: sed consequens est falsum: quia locus est in prædicamento vbi: sed quantitas, & vbi, diuersa sunt prædicamẽta: ergo & superficies, & locus.

2 ¶ Secundò. Locus est immobilis, vt Aristo. docet: sed superficies continentis est mobilis: ergo superficies nõ est locus. Minor probatur: quia superficies aëris huius ciuitatis Mexicanæ mobilis est, & quotidie variatur alia, & alia superueniente superficie aëris: ergo sequitur quod ipsa superficies non est locus, vel locus esset mobilis. Et sic videtur sibi ipsi contrarius Aristo.

3 ¶ Tertiò. Aliqua sunt in loco, & tamen non continentur in superficie: ergo locus non est superficies. Patet, de anima rationali, quæ est in corpore, tanquam in loco, & tamen non tangitur à superficie: & angelus est in loco, & tamen nullo modo continentur à superficie corporis: ergo locus, non est superficies.

In contra. ¶ In contrarium est quod ait Aristo. in isto 4. dicens. Locus, est superficies corporis continentis.

Notand. 1. ¶ Notandum, quòd sicut corpus dupliciter, mathematicè, pro quãtitate: & physicè, pro composito alicuius naturæ sumitur, sic & locus, vno modo dicit simpliciter superficiem ambientem, vel locantem aliud corpus: abstrahendo ab omni qualitate conseruatiua locati: alio modo capitur pro loco naturali: vt scilicet importat superficiem illam, connotando tamen proprietatem naturalem, quæ locati, conseruatiua est: vt aëris me circunstãtis superficies, absolutè vocatur meus locus: non considerando, an ad conseruationem, aut ad corruptionem agat. Si tamen cõsiderem locum salubrem habitationis meæ: vbi melius salus, & ibi locus naturalis erit. Si cut entia naturalia sibi determinant per naturam locum certum: vt grauia deorsum, & leuia sursum, & pisces aquam, & volatilia aërem: in quibus locis est quid speciale ad conseruationem viuentium.

Aristot. 4. Phy. tex. 4 & tex. 38.

Notand. 2. Aristo. ¶ Secundò notandum quod de re quæ est locus vltra variam antiquorum opinionem (de qua Arist. in textu) quæ erat asserentiũ, quod esset corpus: alij quod esset materia: alij quod forma locati: alij quod dimensiones inter locatum, & locum, sunt inter iunio res variæ opiniones. Quidam dicunt, quod locus, accipitur vno modo simpliciter, pro termino circunscribente locatum: sic suppo nit pro superficie, quæ est de prædicamento quantitatis. Secũdo modo accipitur pro loco naturali: & dicunt, quod supponit, pro virtute conseruatiua, quæ est de prædicamento qualitatis. Alij dicunt, quod locus accipitur materialiter, hoc est, pro subst racto, vt loquuntur reales: est res absoluta: vt superficies vltima continentis: alio modo accipitur formaliter, pro perfe significato: & isto modo accipitur pro respectu. Hãc opin. tenent Scotistæ ex doc. Sub. vbi ait, quod vbi,

Quidam dicunt quod locus sit superficies.

Sco. quolibet. 11.

vbi, dicit respectum extrinsecus aduenientem, &. 2. senten. dist. 2. q. 5. dicit: Locus accipitur, vel pro absoluto, vel pro respectiuo. Et aliqui ex Thomistis habent hunc loquendi modum. Sed respondentes sit prima conclusio.

1. Conclu. Locus est aliquid positiuum.

¶ Locus aliquid est positiuum. Hæc Aristo. in. t. 3. aduersus nonnullos philosophos, & vulgares, qui putant rem quæ mouetur in aëre, moueri in vacuo. Hęc probatur ex hoc quod corpora adinuicem succedunt in loco: vt egresso vno, aliud ingrediatur, ad modum quo in materia succedit alia, & alia forma: quod non esset, nisi locus aliquid esset positiuum, sicut materia est. Etiam probatur ex eo, quod secundum naturam grauia, sibi locum determinant deorsum: & extrà existentia, appetunt, & quærunt: & leuia, locum sursum: ergo oportet, quod locus aliquid sit positiuum: aliàs inanis esset talis appetitus naturalis: quod non est cõcedendum: cũ Deus, & natura nihil faciant frustrà.

Arist. 1. cœli. t. 32.

2. Conclu. ¶ Secunda conclu. Locus non est corpus, neque materia, neque forma locati, neque

Arist. t. 8. &. 17. aliquid accidens locati. Probatur. p. pars. Quia cum locus debeat esse æqualis locato, & locus est corpus, duo corpora simul essent in eodem loco penetratiuè: sed hoc non potest esse naturaliter: ergo neq; locus est corpus. Quòd sequatur, est manifestũ: eo quod corpus, dicit trinam dimensionem: ergo oportet quòd secundùm trinam, locaret locatum, quod absque penetratione, esse non posset.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars, quod non sit materia locati patet. Cùm materia sit quæ mouetur ad

Contra Platonem in timæo. motum locati, non poterit materia locati esse locus: quia locus, non mouetur ad motum locati, sed recipit, & continet locatum, quod mouetur, ad locum. Item. Si locus esset materia locati, maximè quia recipit materia formam: sicut locus locatum: sed non ex hoc quia materia si recipit, est tamen pars ipsius cuius est forma: sed locus est terminus extrinsecus locati, & non pars eius. Quòd non sit forma probatur, neque aliquid locati. Locus ad modum vasis intelligitur, vt quid extrinsecum, ad id quod locatur in loco: & ob id non potest intelligi aliquid eius.

* ¶ * Simplicius tamen, Platonem asserentẽ materiam esse locum sic interpretatur: vt Plato intelligat duplicem significationem loci, vnam pro ipsa materia, quæ quatenus receptiua formarum est, loci habet similitudinẽ: alia pro loco corporum capaci: qui similitudine materiæ sic nominatur: cum tamen re ipsa materia non sit, sic putat, consensum inter Aristotel. & Platonem cui suffragatur Plutarchus in libro de philosophorum decreti: qui asserit Platonem metaphoricè, materiam, locum dicere.

Consensus inter Platonem & Aristotelem. Plutarchus

3. Conclu. Solũ locus pro superficie supponit

¶ Tertia conclusio. Locus nõ supponit pro qualitate aliqua, aut pro respectu, sed solũ pro superficie. Hæc conclusio est contra illos iuniores, qui putabant locum significare illam qualitatem, quæ conseruatiua est locati, & contra alios, qui dicebant esse respectum. Volumus dicere in conclusione, quòd dato locus naturalis habeat qualitatem conseruatiuam, tamen locus non pro ea supponit, sed solùm pro superficie, quæ ponitur in prædicamento quantitatis: connotando talem qualitatem: quia album non supponit pro albedine, sed pro re habente albedinem. Eodem modo, dato locus dicat respectum continentiæ, vel distantiæ, nullo modo accipitur pro tali respectu, sed pro superficie.

Ratio. Probatur. Locus dicit terminum continentis: sed hoc neque est qualitas, neque respectus, vel relatio, sed sola superficies vltima cõtinentis: ergo ipsa sola est locus.

Conuenientia inter reales & nominales. ¶ Hic obiter notandum, quòd quantum ad nomen conueniunt reales, & nominales: vt dicant locum superficiem esse: sed reales qui tenent quantitatem distingui à re quanta, dicunt esse superficiem indiuisibilem secundũ profunditatem. Nominales negantes huiusmodi superficies, dicunt corpus, & superficiem esse terminos supponẽtes pro eodem, diuersis tamen connotationibus. Dicunt q; quòd pars extremalis corporis est superficies: Vnde si quis amphoram secundum grositiem per partes proportionales diuidat, medietas, & quarta, & tertia pars, quæ est versus aquam, dicitur aquæ locus. Ex quo Ocã, & alij inferunt, infinita esse loca illius aquæ, non solùm communia, sed propria, & immediata aquæ, eiq́ue æqualia. Tamen loquendum est sicut Aristotel. loquitur, quod superficiem vocet terminum corporis continentis, vt distinctio sit inter terminum, & rẽ cuius est terminus: vt in prædicamento quãtitatis disputatum est, quando diximus, quantitatem distingui à re quanta, quæstio. secunda.

Ocam.

1. Ratio. ¶ Probatur, quòd locus non sit aliud, quam ipsa superficies indiuisibilis, secundùm profunditatem. Corpus non est locus secundũ se totum: ergo oportet solùm sit secundùm partem,

partem, qua tangit locatum, & simul cum eo est: sed hoc solùm est cum superficie extrema: ergo ipsa solùm locus est.

Ratio. 2. ¶ Item: quia oportet locato, dare locum adæquatum: sed si sola illa superficies locus non est, non datur locus adæquatus: nam si gnes illud. Si dicis tertiam, vel quartam partem corporis locantis, eodem modo. 6. pars. &. 8. & medietas versus locatum: sed hoc nõ est asserendum: ergo vel negare oportet Aristo. & veritatem apertam, vel fatendum, est esse superficiem, vt dicit conclusio.

Conclu. 4. ¶ Quarta conclusio. Locus, qui significat, & supponit pro illa superficie vltima, qua tangit locatum, connotat duplicem relationẽ, scilicet, continentię, quę loci ad locatum est, & distantiæ loci à centro, & à polis mundi. *Cõtra Basso in. 2. sen. d. 2. q. 5.* In hac conclusione non intendimus dicere has relationes esse realiter distinctas, sed solùm quòd locus dicit, & importat in se, & secundùm se huiusmodi respectus & ad locatum, & ad centrum mundi, & polos eius: ita vt superficies, quæcunque sit illa, quæ terminus sit corporis, non habeat vnde locus dici debeat: nisi isto duplici intellecto respectu: quia non quæcunque superficies corporis habet: quòd sit locus: sed illa quæ actu vltima est: ratione cuius locatum in loco est. Ob id si manui brachium continuum est, vt in veritate est: non est manus in brachio, vt in loco: quia illa superficies, qua cõtinuatur manui, actu non est: neque in vase superficies exterior, locus aquæ est: quia secundum illã aquã non tangit. *Vide Ægi. t. 40. du. 1*

Ratio. 1. p. ¶ Ratio ergo sit talis ad probãdum primam partem. Illa solùm superficies locus dicitur, qua locatum locatur, & tangitur, & nõ alia: ergo superficies, quę est locus, huiusmodi respectum importat: ad locatum. Patet, quia si non importat: ergo quælibet superficies corporis locus est: sed hoc stare non potest: ergo ipsa superficies, quæ est locus, huiusmodi respectum dicit, & importat. In secunda particula volumus dicere, quòd non sufficit importetur iste primus respectus, sed requiritur etiam alius ad centrum, & ad polos. Propter quod Aristote. locum vocat immobilẽ primo, quæ particula diuersimodè à diuersis exponitur: nam Comment. text. 41. dicit immobilem quia cùm superficies sit accidẽs, & accidentia non moueantur de per se, dicit quod eo dicitur immobilis. *Quid est quod locus sit immobilis. Comment.*

¶ Alij exponunt, immobilis negatiuè: quia non est necessariũ locus moueatur: quia im moto aëre, possum ego moueri.

¶ Alij dicunt, quòd locus capitur materialiter pro superficie, & sic est mobilis: alio modo accipitur pro respectu ad centrum, & polos, & dicitur immobilis.

¶ Sed tamen oportet dicere, quòd locus dicitur ab Arist. simpliciter immobilis: & hoc connotat, vt dicit. 4. conclusio. Immobilitas enim consistit in eo quòd sit in eodem situ, respectu totius vniuersi: nã si sit homo semper in eodem situ respectu vniuersi, quanuis alia, & alia aëris circunstantis succedat superficies, dicitur esse in eodem loco, & non mutasse locum. Situs autem idem in ordine vniuersi consideratur penes altitudinem, quæ maior, vel minor distantia est à centro terrę. Consideratur item penes latitudinem, quæ maior vel minor distantia est à polo: sicut ciuitas Mexicana semper dicitur esse in eodẽ loco: quia in eadem latitudine est per distantiam ab æquinoctiali: quæ tanta est, quanta poli eleuatio, per. 19. gradus. Situs etiam attenditur penes maiorem, vel minorem longitudinem: quæ consideratur penes punctum fixum in oriente, vel in occidente, qualem pro illo antiquo orbe signabant insulas fortunatas, quas Canarias vocant. Nos tamen in nouo mundo, id est, nouiter inuẽto, habemus ad oriẽtem insulas fortunatas. De quibus aliàs. *Sensus doctoris.* *Vide Naclãtum. 2. to. theoremate 7. de loco.* *Eleuatio poli in Mexico.*

¶ Locus ergo importat huiusmodi respectum. Patet. Nam si superficies, quæ est locus, solùm respicit locatum, & non ista puncta, sequeretur, quòd sine hoc quod quis moueatur, in alio, & alio esset loco: consequens est falsum, ergo & id ex quo sequitur. Patet sequela. Demus quòd ego maneam immobilis, & aër circunstans moueatur, & alius succedat, & alius: tunc alius, & alius erit locus: quia alia & alia superficies est, quæ respectũ dicit ad me locatum in loco: tamen non moueor: ergo muto locum, & non muto locũ: sequitur ergo quod superficies, quæ est locus, oportet dicat etiam respectum ad ista puncta, ratione quorum dicitur locus immobilis: vt docet Aristo. & ad conuertentiam dicuntur ista moueri localiter, & mutare locũ. Quapropter fluuius non mutat locum, cum alia & alia succedat aquæ superficies: vnde sicut non mutat locum, non mouetur localiter: & ècontra: si lignum moueatur ad motũ aquæ, mouetur localiter: & mutat locum, licèt eadem aquæ superficies semper circunstet lignum. Et hæc est expositio de mente. S. Tho. in hoc. 3. *Quid sit mutare locum.*

¶ Hic tamen considerandum pro libro sequenti, nõ putes ad relationem esse motum per se: nam per motum localem, non acquisiui ego relationem hanc distãtiæ ab oriente, vel à polo: sed locum de genere quantitatis, scilicet, hanc superficiem: licèt hæc superficies sit hic locus ratione huius distantiæ: ob id Arist. non dixit, quòd est motus per se ad relationem, sed ad locum. *Ad relationem non est per se mot⁹*

¶ Secundo est considerandum, quòd alia relatio est qua locus est immobilis, & alia importata per prædicamentum vbi: nam prima in loco subiectatur, & hæc secunda in locato.

6. Cõclusi. ¶ Sexta conclusio. Licèt locus communis sit maior locato, locus tamen proprius, & primus ei est æqualis, quantum ad continentiã. Pro probatione oportet scire, quod locus est duplex: communis, & proprius. Locus cõmunis est, in quo plura locantur: vt concauũ lunæ locus cõmunis est elementorum, & mixtorum, quia ambit ea: & aër est locus communis animaliũ. Locus proprius est, qui solũ locati dicitur: clara ergo est conclusio: nam locus communis, cùm non contineat vnum solùm locatum, sed alia, non oportet locato vni, sit æqualis: sicut non est æqualis concaua superficies lunæ, animali contento in ea, sed maior. *Locus cõis & propri⁹.*

Ratio. 2. p. ¶ Quòd locus proprius sit æqualis patet: quia per hoc dicitur locus, quia continet locatum, & respectum dicit ad eum: sed hoc non est, nisi sit æqualis locus locato: ergo oportet sit æqualis. Patet: quia si minor, iam sequitur quod non continet totum locatũ: sed illa pars in qua minor est, erit in alio loco, qui locabit illam partem locati, in qua excedit locum. Si locus sit maior: iam oportet quòd pro illa parte qua maior est locato, aliquid ibi locetur: & pro illa non erit prioris locati locus: sequitur ergo quod necessariò locus proprius, æqualis debet esse locato: neq; maior, neq; minor: ita vt superficies concaua loci, & conuexa locati, secundũ quas sunt simul, & se tangunt, oportet in longitudine, & latitudine æquentur. *Locatus proprius æqualis locato.*

Corolla. ¶ Ex quo sequitur malè posse defendi opinionem nominalium, qui locum non dicunt illam superficiem, sed partem quandam certam locantis, versus locatum. Non inquam potest defendi, est enim contra hanc conditionem loci positam ab Aristot. & declaratã in conclusione: quia non potest esse æqualitas: nam si æqualitatem ponas, ponendo locum tertiam partem profunditatis locantis versus locatum, dabo maiorem aliam, quæ etiam locus est: medietatem scilicèt: & sic de multis alijs partibus dabo etiam minorem illam tertiam partem, vnde locus erit minor locato. Quapropter insistendum est, locum, esse illam superficiem vltimam corporis cõtinentis locatum, cum illo duplici respectu: hoc est, ad locatum, cui æqualis, & ad punctum fixum centri, & polorum: ratione cuius ipse locus immobilis dicitur. Dicitur similiter, ob æqualitatem loci ad locatum, vt locus mẽsura sit locati extrinseca: quod apud Aristot. indubitatum est, quanuis aliqui dubitent: nam sicut tempus est mensura motus successiua, locus, est mensura locati, permanens: vt quantus sit locus, tantum sit locatum, secundum partes extrinsecas. Et dato mensura dicat relationem mensurantis ad mensuram: mensura non est relatio, sed quãtitas illa, per cuius longitudinem, aut latitudinem, aut profunditatem certificamur de alterius quantitate. *Locus dicitur mensura locati.*

¶ Et considerandum est, quod superficies secundùm Aristo. non dicitur continere locatum, sed corpus, cuius terminus est superficies: ob id dicit, quòd locus est terminus cõtinentis: sicque potest æqualitas esse. Quod si quis instet, quod continens debet esse maius contento: potest dici, quòd ipsa superficies est locus, & locatum ratione superficiei est in loco: quare illæ superficies concaua, & conuexa, sunt æquales: & continens nõ est maior contenta: quia non habent profunditatem. Et illud, quod semper continens est maius contento, in corpore continente, & non in superficie locum habere poterit. Istis duobus modis potest intelligi æqualitas inter locatum, & locum. *Nota.* *Instantia. Dilu[...]* *Nota.*

¶ * Et quòd locus ponendus sit, vt locatũ non solùm contineat sed conseruet, ratio id ostendit: quia aliàs, graue, non magis ad vnũ locũ, quã ad alium moueretur: & frustra inditæ essent qualitates motiuæ, grauibus & leuibus: atq; signum est locũ locata conseruare: quia in certo climate certa generãtur, & cõseruantur: & extra, vel nõ inueniuntur, vel raro, vel nõ cõseruantur: elephantes, solũ in tertio climate inueniuntur: & aromata maximè in primo, & ex diuersa dispositione locorum, & diuersa complexione maxima diuersitas in hominibus apparet, quòd si in suis locis naturalibus locata corrumpantur: id nõ à loco à quo perficiũtur, tanquam ab extrinseco: sed vel prouenit ab intrinseco, quia ex contrarijs compositum: vel ab extrinseco ledente. &c. *Locus conseruat locata.* *Elephantes solum in. 3. climate inueniuntur.*

1. ¶ Et aduerte quod locus multis modis capitur, 1. pro corpore continẽte: ſicut dicitur quod dolium eſt locus vini: in quo ſenſu apud Philoſophum ignis eſt locus aëris &c.

Locus multis modis capitur.

2. ¶ Secũdò, ſumitur pro eo per quod aliquid locatur, licèt non circundetur ab eo: & hoc modo ſecundum Commen. centrum mũdi, eſt locus cœli: quia ſecundum eum, cœlum eſt in loco per centrum.

3. ¶ Tertiò, ſumitur pro eo circa quod eſt alicuius agentis operatio: & hoc modo apud Philo. 1. cœli, cœlum eſt locus Dei: eo quod ibi maximè operetur, per motum.

4. ¶ Quarto, ſumitur pro ſitu, ſiue vbi, quod acquiritur per motum localem, & ſic dicitur motus localis, eſt ad locum acquirendum.

5. ¶ Quintò, ſumitur pro virtute conſeruatiua, influxa locati, qua non ſolùm cõtinetur, ſed conſeruatur locatum.

6. ¶ Sextò, ſumitur pro immediato continente locatum: & in hoc ſenſu difinitur hic à Philoſopho.

Ad argum. 1. Solutio. ¶ Ad primum argumentum dicimus, ſuperficiem eſſe in prædicamento quantitatis, & ſimiliter locus, qui eſt ſuperficies corporis cõtinentis extrema. Et quãdo probas. Ponitur in prædicamento vbi: negamus: nam, vt diximus, vbi, non importat relationem, quod ſit in loco, & dicat reſpectũ ad locatum, ſed potius è contra dicit ipſum locatum, & reſpicit ipſum locũ vbi eſt: ſed in loco, è cõtra eſt ſuperficies ipſa locus, cũ reſpectu ad locatum: & ſic locus, & vbi, ad diuerſa prædicamenta pertinent, vt inferiùs declarabitur, & in prædicamentis expoſitum eſt. Et ſe habent vt genus & ſpecies quia omnis locus eſt ſuperficies non tamen è conuerſo.

2. Solutio. ¶ Secundò. Dato, & non conceſſo, quod vbi, eſſet locus, ſicut ſuperficies eſt, non inconueniens eſſet ad diuerſa prædicamenta pertineret ſecũdum diuerſas rationes: ſicut actio, & paſſio: & ſicut locus, inquantum eſt ſuperficies, pertinens ſit ad prædicamentum quantitatis: & inquantum relationem importat ad locum & ad punctum fixum vniuerſi, ponitur in prædicamento relationis: ſicut adnotauit doctè Ægidius Romanus: ergo locus, inquantum continet locatum, ad quantitatẽ pertinet, & dicitur eſſe ſuperficies: inquantũ verò locatũ dicitur habere reſpectũ ad locum, locus, eſt in prædicamento vbi: tamen differentia eſt latiſſima, vt docet prima ſolutio.

Ægidius. t. 40. dub. 1.

¶ Ad ſecundum ex dictis patet, quod locus non abſolutè ſuperficies eſt, ſed cum gemino reſpectu, & ad locatum, & ad punctum fixum: & ratione ſecundi eſt immobilis: & ad hoc quod ſit locus, non ſufficit primum, vt dictum eſt. *Ad. 2.*

¶ Quapropter Mexicana ciuitas ſemper habet eundem locum: quia ſemper eſt in eodẽ reſpectu ad punctũ fixum cœli: vt ſit ad occidentem poſita, reſpectu merediani Toleti per. 7. horas ferè vel. 72. gradus, & .52. minuta. Per. 7. enim horas ante oritur illis ſol quã nobis, exceptis. 8. minutis, & ſic eclypſis lunæ contingit illis ante per huiuſmodi horas. De quo in lib. de cœlo. ſpecula. 4. & diximus in prædicamento vbi. *Meridianũ. Mexicanũ à Toletano di ſtat per. 7. horas ferè.*

¶ In tertiò tangitur modus exiſtendi in loco angelorum. Et certum eſt angelum non contineri in loco, eo modo quo corpora cõtinentur circunſcriptiuè: nam cùm angelus ſit ſpiritualis, & careat quantitate molis, nõ habet ſuperficiem de prædicamento quantitatis, ſecundùm quàm locetur in loco: quòd ſit pars in parte loci, & totus angelus in toto loco: ſed conuenit ei eſſe in loco, & verè, & realiter eſt in loco: & ſic eſt in vno loco, quod non eſt in pluribus locis, & eſt in loco, in quo eſt totus, in toto loco, & totus in qualibet parte loci: quia eſt impartibilis: ſicut & de anima conceditur, quod ſit in toto corpore, quod animat, & tota ſit in qualibet parte corporis: quia non eſt extenſa, vt ſunt brutorum formæ. Et modus exiſtendi angeli in loco eſt, eſſe diffinitiuè. Sed de modo exiſtendi, vltra hoc quod eſt diffinitiuè eſſe, inter graues autores eſt controuerſia. Sanct. Thom. dicit angelum eſſe in loco per ſuam operationem. Alij dicũt quòd per ſuam ſubſtantiam. De quibus ſi dominus dederit multa erunt dicenda in proprio loco, in primo. diſtinct. 37. & in. 2. ſenten. diſt. 6. quæſtio. 2. in Reſolutionibus Theologicis. Hic adduce re, eſſet limites fortè excedere phyſicæ diſciplinæ. Vnum tamen ſciant doctoris. S. ſtudioſi. S. Tho. per hoc quòd dicat angelum eſſe in loco per ſuam operationem, non negare quin ibi ſit ſecundum ſuam ſubſtantiam præſens. In quo malè Durand. qui ob id dicit animam Chriſti in illo triduo non deſcendiſſe ſecundùm realem præſentiam ad Limbum patrum, ſed ſolùm ſecundùm effectum. De quo ibi diſputandum erit. Sed Sanct. Tho. concedit angelum eſſe in loco: tamen rationem exiſtendi in loco dicit, eſſe operationem, quam ibi habet: vel exteriorem, vel *Angelus eſt in toto loco & totus in qualibet parte loci ubi eſt. Idem Ægidius in. 1. d. 37. q. 2. & diſtinct. 37. & in. 2. ſenten. diſt. 6. quæſtio. 2. Hẽric⁹ quo libet. 2. q. 9 & dicit fuiſſe opin. magiſtri. D. Tho. p. p. q. 52. ar. 1. Durã. in. 3 d. 22. q. 3.*

Angelũ eſſe in loco ex ſcriptura probatur. Luc. 20. Matth. 18. Magiſt. in 2. diſt. 2.

vel immanentem. Et quidem quòd ſit neceſſarium cõcedere angelos eſſe in loco, ex ſcriptura ſacra probatur. Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Et, Miſſus eſt angelus. Et, Angeli ſunt in cœlo videntes. Et ſic magiſter dicit, cœlum creatum, & angelis repletum.

Sũt a prima.

¶ Sed ſolùm inter catholicos quo ad modum exiſtendi eſt differentia, & ponam hîc breuiter tres modos, non diſputando, ſed recitando. Primus eſt Durand. qui dicit, quòd angelus eſt in quocunque loco, in quo poteſt operari, etiam ſi actu ibi non operetur: neque vbi operatur habet aliam præſentiam, quàm vbi non operatur: niſi quod ibi apparet certus effectus, qui non appareret alibi: vnde conſequenter concedit, quòd angelus eſt vbique: ſicut Deus: niſi quòd non poteſt operari ſimul in omnibus locis, ſicut Deus. Hæc ſententia eſt periculoſa. *Durã. in. 1 d. 37. q. 1.*

Opinio. 2. Scot. in. 2. diſt. 2. q. 6.

¶ Secunda opinio. eſt doctor. ſubtil. qui dicit, quòd Angelus per ſuam eſſentiam habet potentiam eſſendi in loco: licèt non dependeat, neque conſeruetur à loco: ſicut de corpore concedimus. Hanc opinio. ſequuntur nominales.

Opinio. 3. S. Th. p. p. q. 52. ar. 2.

¶ Tertia eſt Sanct. Thom. quòd angeli ſunt in loco per ſuam ſubſtantiam, ſed ratio exiſtendi operatio eſt: & hæc videtur ſequenda: ſicut ibi notum faciemus. Hæc ſufficiat dixiſſe pro ſolutione tertij argumenti.

¶ SPECVLATIO ſecunda. Vtrùm omne ens habeat ſuum naturalem locum.

1. Argum.

AN ſi locus eſt, meritò quærendum, an locata, habeant loca certa. Videtur quòd non: Angeli ſunt entia, & omnium creaturarum perfectiſſima, & tamen non ſunt in loco: non ergo omne ens ſibi locum determinat. Maior patet ex Boetio, qui ait, Communem animi conceptionem eſſe apud ſapientes, ſpiritualia non eſſe in loco: at angeli ſunt entia ſpiritualia: ergo non ſunt in loco. Et Ariſt. ait. Non omne quod eſt, in loco eſt, ſed mobile corpus.

Boetius in lib. de hebdomadibus. Ariſtotel. hic tex. 47.

2. ¶ Prætereà. Si quodlibet ens naturalem ſibi vendicaret locum, maximè eſſent elementa, eo modo quo collocata ſunt: ſed hæc non ſibi naturalem locum vendicant. Patet. Locus naturalis aquæ, eſſet aëris ſuperficies: & locus naturalis terræ, aquæ ſuperficies: ſed nõ ita eſt, cum aqua ſit infrà terram, & ſit ſupra aquam, & aër cingit terram, & aquam: ergo nõ vendicant ſibi iſta locum naturalem.

3. ¶ Tertiò. Si omnia entia ſibi certum determinarẽt locum, maximè primum mobile haberet: ſed primum mobile, nullum determinat ſibi locum. Patet ex Ariſt. & ex Cõmen. qui dicit, primam ſpherã in loco eſſe per accidẽs. Ratio eſt. Omne quod eſt in loco, vel eſt quia conſeruatur à loco, vel circumambitur ab eo: ſed prima ſphera, non conſeruatur ab aliquo: quia incorruptibilis eſt, neque circumcingitur ab alio: quia de mente Ariſtotel. ſicut ipſa eſt primum mobile, nihil ſupra eam. *Ariſt. 46. Cõ. te. 43. Ratio.*

In contra.

¶ In contrarium eſt Ariſt. qui ponit loca naturalia, grauibus, & leuibus.

Notand. 1.

¶ Pro deciſione oportet ſupponere, quæ in præcedenti ſpeculatione diximus de loco, quod dupliciter ſumeretur: vt. ſ. ſolùm eſt ſuperficies continens. Secundò, vt eſt locus naturalis, qui quandam habet proprietatem ad conſeruandum locatum: de quo nunc eſt ſermo.

Notandũ. 2.

¶ Secundò conſiderandum eſt, quòd ſic à Deo omnia creata ſunt, vt in numero, pondere, & menſura ſint facta: ex quo eſt cõpertiſſimum omnia debitè eſſe ordinata, & non temerè congeſta. Si enim artifex ordinatè ad conſtruendam domum procedens, diſponit, quæ componunt domum, vt lapides in fundamento, & ligna in cacumine, & tecto ponat: quanto per ampliùs ille, qui omnium eſt artifex, & ſua ſapientia attingit à ſine vſque ad finem, & diſponit ſuauiter, mundum iſtum fabricans, ex tanta rerum diuerſitate, domum ædificans, poſuit, & ordinauit omnia congruenter, iuxta vniuſcuiuſque naturam. *S. Th. p. p. q. 5, arti. 5. Sapient. 8.*

¶ * Eſt etiam conſiderandùm quòd locus naturalis duobus modis ſumitur in doctrina Philoſop. Primò, pro eo quod licèt non contineat, nec circundet locatum, tamen eſt ratio locatiua: quia ab eo habet locus originaliter, vt locet locatum: quia eo poſito res locatur in ſuo loco naturali: & eo ſecluſo non locatur. Et hoc modo centrum mundi eſt locus naturalis: quia eſt ratio locatiua vnius elementi in alio: nam quia centrum aquæ eſt idem cum centro mũdi; ideò *

terra naturaliter continetur in superficie cõcana aquæ. Secundò dicitur locus naturalis, pro eo quod secundùm superficiẽ cõcauam naturaliter continet & conseruat locatum: & talis superficies nõ est locus naturalis per se ipsam precisè, sed vt est in tali situ, & distãtia ab orbe cœlesti, à quo fluit virtus conseruatiua locati. &c. vt diximus.

Notand. 3. Esse in loco multis modis. ¶ Tertiò etiam notandum est, quòd esse in loco apud philosophos dupliciter intelligitur. Circunscriptiuè scilicet, & diffinitiuè. Primo modo, vt ex Aristote. est loco commensurari: vt totum in toto sit loco, & pars in parte: vt tantum sit locus adæquatè, quantum locatum.

Esse in loco diffinitiuè. Gabr. in. 2. d. 2. q. 2. ¶ Esse diffinitiuè in loco, Gabrie. (quem nominales sequũtur) dicit esse sic in loco, quod totum sit in toto, & totum in qualibet parte loci, sicut anima in corpore est, & angelus in loco. Verùm ex ista descriptione, aut definitione sequeretur corpus, non esse in loco diffinitiuè, cum finiatur à loco, & maximè competat esse in loco: vt docet Magister sentẽ. in illa distinct. 2. quam exponit Gabriel. Et sequelam concedunt nominales. Sed videtur quòd diffiniri in loco (vt inconueniens vitemus) sit, sic esse in loco, quòd ex natura rei, & modo existendi ibi, repugnet naturaliter simul esse alibi extra illum locum. Hoc enim videtur importare nomen diffinitiuè esse. Sic videtur esse impertinens, ad rem esse diffinitiuè in loco, quòd sit tota in qualibet parte loci: nam si angelus sit in loco digitali, sic quòd naturæ suæ repugnet esse alibi, quanuis non esset ipse totus angelus in qualibet loci parte, sed esset extensus, diceretur esse diffinitiuè: & è conuerso: si ex natura sua non repugnaret ex modo existendi hîc, esse alibi, etiam si totus in toto, & totus in qualibet esset parte, non diceretur esse diffinitiuè in loco.

Magister.

Diffinitiuè esse in loco quid sit.

* ¶ * Sic scientia est in intellectu diffinitiuè, & species intelligibiles.

Anima non est in pede diffinitiuè. ¶ Ex hac intelligentia sequitur quòd anima non sit in pede diffinitiuè, licèt in qualibet pedis parte sit tota, quia non repugnat, quin sit in manu, & in capite, & non coarctatur in pede.

¶ Sequitur etiam contra contrarium opinãtes, quòd Deus non est in mundo diffinitiuè cùm sit verum, quòd sit in qualibet mundi parte, sed non est diffinitiuè: quia esset, comprehendi: contra illud: Cœli cœlorum capere te non possunt. 3. Reg. 8.

S. Th. 3. p. ¶ Etiam est compertissimum ex dictis, corpus Christi, non esse diffinitiuè in sacramẽ altaris: quanuis totus Christus sit in tota hostia, & totus in qualibet eius parte, quantumuis minima: quia modus existendi in sacramento, non repugnat esse alibi: ob id inuentus est tertius modus existendi in alio, sacramentaliter: quando neque circunscriptiuè, neque diffinitiuè, quia est in pluribus locis: de quo dicendum erit in quarto. Sit ergo cõclusio. 1. *q. 76. ar. 5. Ad primũ.*

Conclu. 1. Arist. t. 48 Ratio. p. p. ¶ Locus naturalis elementi terræ concauũ aquæ est: sicut aëris concauum ignis. Hęc cõclusio est Arist. Probatur. Illum ordinẽ quẽ habent res in nobilitate, habent in ordine locorum: sed terræ elementum in nobilitate infimum est, plus habens de materia, & minùs de forma: & post terram locum superiorem tenet aqua: continens oportet sit dignius contento: quia eius conseruatiuum est: sed aqua est dignius elementum terra: ergo continet eam: & cùm sint contigua, nõ potest esse, nisi quòd vel terra cõtinet aquã, vel è contra: sed terra non continet, cùm sit infimum: ergo continetur.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Id quod symbolizat in aliqua qualitate in elementis, alterius locus naturalis est: sed aqua cum terra in vna symbolizat qualitate, putà in frigiditate: quia sicut aqua est frigida, & terra etiam est frigida: sequitur ergo, quòd cùm terræ debeat dari locus, non erit aër, qui in nulla cum terra symbolizat qualitate, cùm sit calidus, & humidus, & terra frigida, & sicca: dabitur ergo locus terræ, aqua: quia infrigiditate, symbolũ est.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars eodem modo probatur, scilicet, quòd concauum ignis, sit aëris locus: si quidem ignis concauum continet, & amplectitur aërem, & conueniunt in caliditate: & vnum conseruat aliũm: vt cùm non sit contrarietas, vnum in aliud conuertatur: nam in habentibus symbolum, non est difficilis trãsitus. * Et aduerte quòd sic elementum locans, locatum conseruat: vt non solùm id sit per qualitatem, in qua conueniunt, vt Ægidius Romanus declarat: sed etiam id eueniat ex formis substantialibus elementorum, nõ ab eis præcisè, sed adiuncta illa qualitate influxa, à primò locante: per quam conseruatur locatum: quia sola qualitas, in qua symbolum est, non sufficeret, cùm in locante, sit in gradu intenso, & in locato in remisso: vt caliditas ignis, respectu caliditatis aëris. Nã intensus calor, in remissum agit: ob id etiam adiungitur tanquam præcipuum, illa qualitas

Arist. *** *Ægidius.*

tas influxa, à primò locante, per quam conseruatur locatum.

Obiectio. ¶ Verum est tamen, quòd iuniores communiter dicunt, locum naturalem terræ esse, nõ concauum aquæ, vt dixit conclusio: sed aggregatum ex aëris superficie, & aquæ: quod contra Aristotel. est, qui dixit, terram esse in aqua, & aquam in aëre.

Solutio. Dissoluitur nodus, si distinguamus de terra, vt elementum purũ est, ab ipsa, vt nunc in dispositione est, ob animalium respirantium vitam, discooperta aqua, & ob arborum fructificationem, & aliorum quæ sunt ex terra prouenientia. Si terram pro elemento puro accipiamus, tenet verum conclusio: & in hoc sensu oportet intelligere Aristotel. Si tamen aggregatum ex elemento terræ, & ex illa alia parte, quæ videtur superaddita, quæ pro animalibus, & arboribus discooperta est, siue sit totum aggregatum elementum, siue nõ, oportet dicere, quòd aqua in parte, & aër similiter sit terræ locus, secundùm suas extremas superficies. Et conclusio non intelligitur de hac vel illa parte terræ: de hac, vel illa parte aquæ, sed de ipsis elementis: quia aqua quæ in cauernis terræ est abscondita, vel ibi genita fluit, non potest intelligi locus terræ.

Cõm. co. 43 ¶ Et considerandum venit, vt ait Comment. quòd si aquæ locus sit aër, & aëris ignis, potissimum est propter distantiam maiorem, vel minorem à centro terræ. Itaque aëri non conuenit locus aquæ, neque aquæ, locus aëris ratione grauitatis maioris aquæ: & quia mìnus de leuitate, conuenit ei locus infimus versus terram, & aëri, distans: quia leue, & ascendit ad supremum locum: ita vt si ignis poneretur in infimo aëris, aër sibi relictus, non desineret ascendere vsque ad locum in quo nunc est ignis: quia semper maneret eadem distantia à centro terræ, etiam si non esset ignis ibi, & sic ratione distantiæ à centro conuenit.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Omnes sphęræ infrà supremam dicuntur esse in loco, vt quælibet dicatur esse in sibi proxima, tanquàm in loco: ita vt à luna incipientes immediatè proxima sit locus inferioris, vt lunæ sit cœlum Mercurij: & Mercurij, locus sit Venus, & Veneris, sol: & solis Mars, & Martis, Iupiter: & Iouis Saturnus. Ratio istorum est. Nam si elementa sunt posita, & dispositа congruenter in suis locis naturalibus, hoc negandum non erit in cœlorum orbibus; & conuenit eis esse in loco de per se, quicquid dicat Commenta. asserens quòd non solùm superior sphera cœlestis, sed neque inferiores sunt in loco de per se, eo quòd mobile circulariter, non indiget loco de per se in quo moueatur: sed tamen quanuis non indigeat superficie tanquàm loco id quod circulariter mouetur, quia tamen quælibet spherarum à Deo constituta est in tanta, & certa distantia à centrò terræ, oportet cuilibet dare suum locum de per se. Item: quia id quod circuit, & ambit, oportet sit locus rei ambitæ, & circuitæ: sic quodlibet cœlum infrà primum dicitur habere locum.

Ratio.

Cõm. & Comment. hic com. 45.

3. Conclu. Arist. tex. 46. Ratio. ¶ Tertia conclusio. Primum mobile non est in loco per se. Est tamen in loco in potẽtia, secundùm partes. Patet. Quod non mutat locum secundùm se totum, non potest dici per se esse in loco: sed prima Sphera, non mutat locum secundùm se totam: ergo non est in loco secundùm se, sed in potentia: quia secundùm partes alium, & alium habet locũ: sicut in rota plaustri, vbi est radius vnus, succedit alius.

Opini. Philop. 1. ¶ Sed oporter non ignorare de loco primæ sphęræ olim (vt Commenta. adducit) varias fuisse opiniones. Prima fuit Philoponi dicẽtis, primam sphęram, esse in vacuo, circunstãte illam, tanquàm in loco.

Alexan. 2. ¶ Secunda est Alexand. qui dixit primam sphęram, non esse in loco, nec moueri in loco, sed in seipsa.

Abempa. 3. ¶ Tertia est Abempache, qui dicit locũ primæ sphęræ, esse superficiem conuexam inferioris sphęræ, super quam mouetur.

Cõment. 4. ¶ Quarta est Commen. quod sphera prima est in loco per accidens, scilicet in centro mũdi, circa quem mouetur. Sed omnes istæ opiniones sunt falsæ, & facilè impugnantur. Primò: quia tale vacuum non datur. Secundò: quia eo modo quo res mouetur, potest esse in loco: cum ergo moueatur. 1. sphera circulariter, erit in loco. Tertia opinio apertissimè errat, cùm de ratione loci sit quòd contineat: sed inferior, non continet superiorem. Quarta, quæ est Commenta. est etiam falsa: quia Ari. nunquam dixit, aliquid de per accidens moueri, nisi quando est in altero, & alterũ est in loco propriè: sicut anima ad motum corporis.

Falsitas opinionum.

¶ * Primum cœlum est quidem in loco, nõ in centro mundi: vt dixit Commenta. in isto libro. com. 43. sed est in loco, vt dicit Themistius: & Sanct. Thom. text. 43. declarat, per partes: nam est in loco, secundum or-

** Quomodo primũ cœlũ est in loco. Themistius S. Thom.*

bes quos continet maximus orbis. Sicut est verum dicere de mundo quod est in loco per partes: & vltimum cœlum, est in loco ratione partium intrinsecarum quæ sunt in cõcauo eius: quia tales partes mouentur circa conuexum corporis, circa quod reuoluitur. Quod secundum Philosophum est sphera Saturni: quia solùm octo posuit cœlos: & sic Themist. ponit, vltimam spheram locari per cœlum Saturni secundùm partes concauas: ita vt conuexum Saturni sit locus octauæ spheræ, quasi continens, & circundãs illud. &c.

Nota. ¶ Sed tamen oportet notare quòd id quod conclusio dixit ex Aristot. fundatur in vno, quod non erat alia superior sphera: quia Aristot. solùm posuit septem planetas, & octauam, dixit primum mobile. Quapropter sit 4. conclusio.

Aristoteles solũ posuit 8. cœlos.

4. Conclu. ¶ Octaua sphera est in loco propriè, eo modo quo & inferiores aliæ. Patet: quia est infrà primum mobile, quod est nonum cœlũ, imò infrà decimũ cœlum, quem putant nũc astrologi esse primum mobile. De quo in li. de cœlo. Tãdem est infrà cœlum Empyreũ, quem immobilem, & beatorum sedẽ ponũt catholici. Probatur cõclusio: nam si aliæ sphæræ habent locum, & quia continentur, & ob dignitatem, & sphera octaua, habebit.

Ratio.

5. Conclu. Nulla res potest esse per naturã in diuersis locis. ¶ Quinta cõclusio. Quodlibet corpus situm per naturam sibi deputat locũ: vt naturaliter vnum corpus nõ possit esse simul, & semel in diuersis locis. Hæc cõclusio est omniũ: siquidẽ repugnat per naturam quòd simul, & semel sit in diuersis locis. Patet: quia esse in loco, vel est circunscriptiuè, vel diffinitiuè: sed quomodocunq; sit in vno loco, nõ potest simul esse in alio. Patet: quia si sit circũscripti uè, circunscribitur à loco: vt totum sit in toto, & pars in parte: si ergo circunscribitur, nõ est alibi. Si sit in loco diffinitiuè, etiã probatur: quia esse sic in loco, est, quod quantum est ex natura sua repugnat esse alibi: ergo sequitur quod per naturam nõ poterit esse aliquares in diuersis locis. Et non solùm est verùm de corporibus (vt docet conclusio) sed etiam de angelis: nõ enim potest vnus angelus in diuersis locis esse, nisi eo modo quo anima est tota in qualibet eius parte: angelus sit in loco sibi congruenti. Tamen quod angelus si sit hîc in Mexicana ciuitate, quod idem dicatur esse Romæ (vltrà locum quem sibi per naturam potest determinare, qui sit, vel ad distantiam milliaris, vel vltrà, vt Deus nouit.) non potest fieri.

¶ Sexta conclusio. Per diuinam potentiam posset esse vnus & idem angelus in diuersis locis, simul, & semel, & idẽ corpus similiter. Probatur hæc conclusio: posita fidei veritate, quod Christus realiter, & verè est in diuersis locis, in sacramento: nã quod non implicat contradictionem, de potentia Dei absoluta fieri potest: sed hoc non implicat: nõ enim repugnat intellectui. Et probatur: quia anima nunc est in pluribus locis, scilicèt in manu, & in pede. Posset ergo Deus abscissa manu conseruare ibidem animã, sicut antè erat, quando manus coniuncta erat, & tunc esset anima in diuersis locis. Itẽ. Posset Christus seipsum ostendere in sacramẽto altaris, vel partem aliquam, & tunc esset in diuersis locis, etiam circunscriptiuè, scilicèt in hostia, vbi se manifestat, & in cœlo. Hæc sententia est docto. sub. quam nominales sequuntur.

6. Cõclusi. Per diuinã potẽtiã unꝰ angelus potest esse in diuersis locis.

Scot. in. 4. distin. 10.

¶ Quòd si quis obijciat nobis doctorem Sã. qui dicit, implicare, posse circũscriptiuè esse in diuersis locis: & in. 4. dist. 44. q. 2. art. 2. dicit, quod Deus id non potest facere: dicendũ S. Thom. loquutum, cõsiderando ad vim nominis circunscriptiuè, vel diffinitiuè quia videtur quòd importet quòd non sit alibi: sed non faciendo vim in vocabulo, id per diuinã potentiam fieri potest.

Obiectio. S. Th. d. 37 q. 3, arti. 2. ad primum 1. Dilutio.

¶ Secundò potest quis dicere Sanct. Thom. in partibus id non dixisse. Quapropter vel in scriptis loquutus est secundùm quorundam opinio, vel ipse non perstitit in prima sententia.

2. Solutio.

¶ Et pro hac opinione potest esse ratio. Nõ minus repugnat quòd duo corpora sint in eodem loco, vel quantitas sit in puncto, quã quòd idem sit in diuersis locis: sed per diuinã potentiam primum fit, quando est penetratio corporum: & in sacramento in qualibet parte est quantitas corporis Christi: ergo & poterit aliud facere.

Ratio.

S. Th. 3. p. q. 76. ar. 4.

¶ Quod per diuinam virtutem id fieri possit, vt duo corpora sint simul, ex eo patet, quod cum quantitas dimensiua, tres effectus habeat: primum quod ratione corporeitatis causat extensionem partium, & diuisibilitatem in re: vt patet. 5. Metaphys. 2. quòd corpus physicum, ratione corporeitatis, per aduentum suum naturaliter expellit aliud. 4. Physic. text. 32. Tertiò quod causat distinctionem, ex distinctione corporeitatum: ex istis tribus quæ à quantitate dimensiua eueniunt. Primum non potest Deus supplere, quia repugnat: eo quod sit proprium quantitatis, & fluat ab essentia eius:

Quantitas dimensiua tres habet effectus. 2.

3.

eius: potest tamen secundum & tertium supplere, & suspendere manente quantitate: & sic vnum corpus potest esse vbi est aliud corpus, sine hoc quod expellat aliud: & poterit similiter esse, sine hoc quod distinctionem in sita faciat: quia id non repugnat, quanuis per naturam non contingat: & in hoc consistit ratio, quòd per diuinam potentiam, duo corpora possint simul esse, de quo San. Thom. in. 4. distinctio. 44. quæst. 2. ar. 2. quæstiuncula. 3.

S. Thom.

7. Conclu. ¶ Septima conclusio. Posito, vnum corpus ponatur in diuersis locis, non addito alio miraculo, eadem accidentia absoluta erunt in eodem, in omnibus locis vbi fuerit, excepto respectu ad locũ. Volo dicere, quòd si Deus per potentiam suam Petrum ponat Salmanticæ, & Mexici: eadem prædicata conueniẽt vtrobique: quia si hîc Mexici est calidus, & Salmanticæ erit, excepto respectu ad locũ, qui non erit idem: quia non est idem locus, cùm non sit idem respectus ad punctum fixum. Posset quidem Deus facere quod Petrus Mexici sit albus, & Salmanticæ niger: in vno calidus, & in alio frigidus: tamen hoc non nisi nouo miraculo superaddito priori: nam posito quòd Deus suspenderet suam actionem, ne calor corrumpat frigiditatem, potest in vno loco esse calidus, & in alio frigidus: si tamen nullum ponatur miraculum, si ignis applicetur Mexici, & aqua Salmanticæ, prævalebit agens, quod est maioris virtutis: sicut si in eodem loco applicentur eidem.

8. Conclu. ¶ Octaua conclusio. Posito tali casu, quòd Petrus in diuersis locis sit, non potest fieri quòd ei cõueniant duo prædicata, in quibus vnũ includit negationẽ alterius: vt quod sit Petrus calidus, & nõ calidus, cæcus & videns: albus, & non albus: quia repugnãs est. Sed tamen erit calidus, & frigidus in duobus locis: albus, & niger. Et hoc non repugnat, suppositio miraculo: & sic cæcus Salmanticę, & Mexici videns: non tamen in eodem loco videns, & cæcus.

Ad argum. ¶ Solutio patet ex dictis inter respondendum: siquidem animi conceptio est, sapientibus nota, spiritualia non esse in loco circunscriptiuè, ita est: tamen sunt in loco diffinitiuè: ob quod fortè dicit S. Tho. quòd angelus est in loco æquinocè ad corpus. Sed possumus dicere, quod simpliciter angelus est in loco, & mouetur localiter: sic enim in sacra scriptura dicitur, quòd angelus est in cœlo: quod missus est angelus: at quia sunt in corporei, non dependent à loco, & ità naturaliter possunt esse in vacuo, sicut in pleno.

D. Thom. p. p. q. 52.

Matth. 18 Luc. 1.

¶ Et planè hîc reijcienda est opinio Caroli Bobili: qui in libro suarum epistolarum, contendit probare, repugnare angelo moueri de loco ad locum: & salnare contendit illud Euangelicum: Missus est angelus. &c. in Epist. ad Theobaldum dicit, quod quilibet angelus est totus in mundo & in qualibet parte, sed tamen tenendum est, vt communiter Doctores loquuntur.

Contra Bobilum.

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm vacuum sit dabile.

SI vacuum non daretur, aut non esse motus localis, aut esset penetratio corporum: sed motus localis est, cùm multa moueantur, & corporũ penetratio nõ datur: ergo de necessitate vacuum dari naturaliter: quia quando aliqua res mouetur, vel per vacuum, vel per plenum mouetur: si per vacuum, habeo intẽtum: si per plenum, ergo penetratiuè eũ corpore pleno: vel per hoc quod aër: sed nõ per hoc quod cedit aër, quia potest esse tanta cõdensatio, vel impetus in contrarium, quòd non cedat, & tamen est motus: ergo oportet ponere vacuum.

1. Argum.

¶ Præterea. Rarefactio, & condensatio per naturam, dantur: ergo vacuum est. Probatur consequentia. Rarefactio fit sine acquisitione nouæ materiæ, per maiorem extensionẽ: sicut cõdensatio, per minorem. Rarefiat corpus, maiorem occupat locũ: ergo vel in pleno, vel in vacuo: si in pleno, esset corporum penetratio: si in vacuo, habeo intentum, & non videtur, quo alio modo possit fieri rarefactio, & condensatio, quin pars illa loci maneat vacua, facta condensatione: ergo vacuũ est dandum.

2.

¶ Tertiò. Extrà cœlum est vacuum: ergo dari non repugnat, quia extrà cœlum nihil est.

3.

¶ In contrarium est Arist. tex. 71. *In contra.*

¶ Pro decisione notandum, quod Arist. dicit hîc, quod si esset vacuum, esset locus non repletus corpore. In hoc enim differt vacuũ à pleno, quòd in pleno, sunt corpora repletia, in vacuo non. *Notand. 1.*

Notandũ.2 ¶ Secundò notandum, quòd cum ad phyſicum ſpectet de loco tractare, vt probatum eſt: cùm ſit ens mobile, ſubiectum Phyſicæ diſciplinæ: non erit alienum tractare de vacuo; ob id mentionem faciat Ariſtot. in iſto. 4. de vacuo.

Notand.3. ¶ Tertiò nota eſſe opiniones de loco, & de vacuo, ſimiliter. Primò poteſt intelligi vacuũ: quòd intra ſuperficiem cõcauam alicuius loci nihil ſit prorſus corporale, ſed ad modũ quo antequã Deus mundum creaſſet: vt nunc extra cœlum imaginamur.

S.Th.3.p. quæſt.77. ¶ Secundo modo ponebant vacuum, vt ſint dimenſiones de genere quantitatis ſeparatę à ſubiecto: ſicut fides catholica in ſacramento Euchariſtiæ ponit quantitatem à ſubiecto ſeparatam. Et dicebant illas dimenſiones eſſe per quas penetratiuè ſe haberẽt corpora: & corpora phyſica, per illas mouebãtur, quę cùm haberent corpus, penetratiuè, dicebatur locus plenus: & quando non, erat vacuũ: & per hoc dicebatur vacuum: quia erat abſtractum à corpore, & extra corpora.

¶ Tertiò modo Democritus, & eius ſequaces ponebant vacuum in poris intrinſecis corporum: vt quanto plus eſſet illarum vacuitatum, corpus eſſet rarius: & quantò minùs, erat denſius. Iſtis ſuppoſitis, ſit prima concluſio.

1. Conclu. ¶ Prima conclu. Nullum dabile eſt per naturã vacuũ neq; aliquo dictorũ modorũ, neq; aliquo alio modo. Hanc concluſio. Ariſtot.

1. Ratio. hìc multis probat medijs. Primo. Si res naturaliter mouerentur per vacuum primo modo, quia nihil eſſet ſub cœlo: ſequeretur ꝙ

Sic Ægidi. probat contra Abẽpache hic tex. 82. non magis grauia deſcenderent, quàm leuia: nam ratio quare mouentur eſt, quia in ſuo loco naturali virtus eſt conſeruatiua: ablato ergo quod ibi non detur aliquis locus naturaliter vbi quieſceret: nulla eſſet ratio motus in illis.

¶ Secundò. Non poteſt dari vacuum. 2. modo: quia tales dimenſiones ſeparatæ à corporibus dari non poſſunt, niſi per miraculum:

doc. Theol. ſu.4. ſentẽ. S.Th.3.p. quæſt. 77. ſicut Chriſtiana tenet fides in ſacramento euchariſtiæ. Et dato darentur, non minus repugnaret quòd corpus cum eis penetratiuè ſe haberet, quàm ſi ibi eſſet corpus: vt probat Ariſtotel. nam ita repugnat cum ſpeciebus ſacramentalibus ibi eſſe aliud corpus, ſicut ſi ibi eſſet panis: ergo eodem modo repugnaret ibi.

3. Ratio. ¶ Probatur tandem quòd naturaliter vacuum non detur: experientia ſiquidem videmus grauia aſcendere, & leuia deſcendere, contra eorum naturalem inclinationem, ob vitandum vacuum: ergo vacuum per naturam non datur. Vnde eſt quòd in clypſedra aqua plena, foraminibus apertis non cadat aqua, omni ablato impedimento: ea ratione, qua non poſſet intrare aër, qui repleret locũ vaſis, relictum ab aqua cadente. Signum ergo eſt quòd natura fugit vacuum: & contendit, vt aqua faciat contra ſuam particularem inclinationem, ad vitandum vniuerſaliter vacuum: ita vt licèt id in reſpectu ad naturam particularem grauis, videatur contra naturam: ſit ſecundùm eam, vt vitet vacuũ, quod repugnat vniuerſaliter naturæ entium: eo modo quo naturaliter ſe exponit manus pro capite, & fortis politicus, pro bono totius reipublicæ.

¶ Etiam eſt experientia in vaſis vitreis, apud pharmacopolas: quæ vitrea: vaſa liquore plena, ſi ſint penitus clauſa, vt ſubintrare non poſsit aër, quando in hyeme cõgelatur aqua in vitro incluſa, rumpuntur vaſa, & franguntur, ad vitandum vacuum: ſignum ergo eſt, quòd natura refugit, quaſi vniuerſi conſiſtẽtia, ſtet in rerum contiguatione. Quod Ariſt. *1. Metheo. Ariſto.* ſcitè probat dicens. Neceſſarium eſt mundũ hunc lationibus ſuperioribus contiguum eſſe, vt inde tota eius virtus gubernetur: inſinuans quod corpus cœleſte, non niſi per cõtactum agit: ob quod vacuum dari non debet. Et ex multis quæ miraculoſa videntur, ad vacuum vitandum ſufficiat vnum, aut alterum adduxiſſe exemplum.

2. Conclu. Vacuũ per diuinã uirtutẽ poteſt dari. ¶ Secunda concluſio. Licèt per naturam dari non poſsit vacuum (vt Ariſto. & experientia probat) nihil obſtat per diuinam virtutẽ dari. Hic contendimus probare quòd eo modo quo naturaliter vna res non poteſt ſimul, & ſemel eſſe in diuerſis locis, tamen per diuinam potentiam factibile eſt: aſſerimus quòd dato natura abhorreat vacuum, & nullo modo detur naturaliter, per diuinam tamen potentiam poteſt dari: quod eo modo quo nunc in aëre pleno contingunt motus varij, & actiones diuerſæ per hoc quòd aër cedit, contingerent motus, & alia, etiam ſi plenum non eſſet, ſed vacuum. Probatur: *1. Ratio.* quia ſicut creato cœlo & terra potuit Deus non creare elementa media, & quòd cœlum eſſet vbi nunc eſt, ſimiliter & terra, & tunc eſſet vacuum: modo poſt creationem poſſet, ſi vellet, annihilare omnia quæ intra cœli ambitum continentur vſque ad terram: & eſſe vacuum.

¶ Poteſt ſimiliter Deus, dolium aqua, vel vino

vino plenum ſeruare, annihilato liquore exiſtente in vaſe, & tunc eſſe vacuum in vaſe. Et poteſt creare dimenſiones ſeparatas, abſque ſubiecto: ſicut in ſacramento Euchariſtię verè ſunt: quas ſi Deus abſq; calorẽ: & alio Phy- *S.Th.3.p. q.77.* ſico accidente ſeruaret, eſſet vacuum, ad modum quo illi antiqui vacum ponebant: ergo dabile eſt per diuinam potentiam vacuum: non enim repugnat. Et hæc concluſio. 2. non eſt contra illa quæ ſupra in. 3. ſpe. dicta ſunt, quia ibi de vacuo non limitato, vbi infinitũ deberet poni.

¶ Neque hoc contra Ariſtot. qui loquutus eſt quid natura rerum haberet, & non quid per diuinam potẽtiam fieri poſſet: quod nos & cognoſcimus, & fatemur factibile eſſe.

3. Conclu Si corp⁹ moueret inuacuo nõ eſſet in inſtanti. Ratio. ¶ Tertią concluſio. Dato vacuo, & conceſſo, ſi mobile, moueretur, non eſſet in inſtanti: ſicut quidam putant Ariſtot. affirmare. Volo dicere, quod ſi contingeret eſſe vacuum, & lapis moueretur per vacuum, ſicut modo per plenum: non ſequeretur quòd motus lapidis eſſet in inſtãti. Patet. Tota ratio quare dicũt motum illum futurum in inſtanti eſt, quia nulla eſſet medij reſiſtentia: eo quod vacuum, & velocitas, vel tarditas in motu, attenditur penes medij reſiſtentiam: ſed hoc non ſufficit: quia aliunde conſideratur reſiſtentia, quàm

Com.t.72 ex medio: ob id Comment. ait, quod quando tota reſiſtẽtia motus venit ab extrinſeco, ſcilicet, ratione medij, motus fieret in inſtanti. Et quia arguit Abempache, & alij, quandoq; contingere retardationem & ſucceſsionem in motu, aliunde quàm ex reſiſtentia medij: vt in motibus violẽtis proiectorum, & in motu primi mobilis, vbi non eſt reſiſtentia medij & in motu animaliũ, quæ fatigantur: reſpon.

Commenta. Reſiſtentia tribus modis poteſt ꝑuenire. Commen. quod reſiſtentia poteſt tribus de cauſis prouenire. Primò, ex parte mobilis: quia ſuapte natura in contrarium renititur. Secundò, ex parte mobilis non contranitẽtis, ſed ratione ſitus contrarij, quã habet ad motum intentum à motore: vt primum mobile mouetur ſic: non quia contranitatur, neque quia reſiſtentia, ſed quia motor intendit partem, quæ eſt in Oriente, ponere in Occidente: & propter continuitatem partium orbis non poteſt fieri in inſtanti. Tertio modo reſiſtentia poteſt venire ex parte ſolius medij: vt in motibus corporum ſimplicium grauium, & leuium: in illis nulla eſt reſiſtentia ex parte mobilis. In animalibus poteſt reſiſtẽtia venire ex parte medij, & ex parte mobilis propter grauitatem corporis. Et concludit Commenta, quod in motibus violentis proiectorum, & animalium, etiam ſi fieret per vacuũ, non eſſet in inſtanti: quia eſt aliunde reſiſtentia, quàm à medio, ſed in motibus grauium, & leuium fieret in inſtanti, ſic intelligit Ariſto. Eodem modo Paulus Venetus, & Gregorius Arimi. quem ferè nominales ſequuntur. *Pau. Vene. Greg. in. 2. d.6.q.3. arti. ſecundo.* Idem ſentit Ægidius hic, tex. 74. dubitatione prima: & dicit quòd ſi animalia mouerentur, vt grauia, in inſtanti mouerentur: ſi tamẽ per appetitum, fieret in tempore, quia eſſet reſiſtentia ex parte grauitatis.

¶ Tandem concluſio manet probata, quod ſi per vacuum eſſet motus, non fieret in inſtanti, ſi eſſet motus animalium, vel aliorum proiectorũ: ſed nos amplius volumus dicere Pro quo ſit. 4. concluſio.

4. Conclu. Albe. mag. in iſto. 4. trac. 2. c. 7. S.Tho. hic lect. 12. & in. 4. d. 44. q. 2. arti. 3. ¶ Corpus naturale, dato vacuo, nullo modo moueretur in inſtanti, ſiue ſit graue, ſiue leue. Hæc concluſio eſt contra. Commenta. & contra Paulum Venetum, & Grego. & alios & ex S.Tho. Probatur. Detur caſus quod ſit Vacuum ab orbe lunæ vſque ad terram. Moueatur graue deſcendendo. Quæro, an intelligitur motus in inſtanti, quod in eodem inſtãti ſit in cõcauo lunæ, & in terra, vel non: ſi ſic ergo in duobus locis ſimul & ſemel eſſet, q̃d non poteſt fieri naturaliter, niſi per diuinam potentiã: vt in præcedenti ſpeculatione probatum eſt. Item: quia motus non poteſt intelligi ſine termino à quo, & termino ad quem: ergo in eodẽ inſtãti nõ fuit in cœlo, & in terra ſi in vno inſtãti fuit in termino à quo, & in alio in termino ad quẽ & inter inſtãs & inſtãs fuit medium tempus, in quo fuit in intermedio terminorum: ergo non fuit talis motus in inſtanti: ſic ſequitur quòd tale graue, per vacuum non moueretur in inſtanti, ſed ſubitò. Probo quòd neque ſubitò moueatur. Illud graue habet quantitatem extenſam: ſi tripedilis. v.g. Pedalitas ſuprema, non poteſt venire ad locum in quo infima, niſi tranſeat per locum medię: illud tamen priùs, & poſterius non poteſt fieri ita ſubitò. Maior eſt clara: quia quod menſuratur loco, nõ poteſt venire de extremo ad extremum, niſi per medium: & contrarium implicat. Poterit Deus id quod in cœlo eſt, ponere in terra: vel ponẽdo in locis intermedijs, vel ſine hoc quòd ponat: ſed quod per motũ faciat, implicat: quia corporis motus, tranſitum per medium dicit ob quod, quia angelus corpore caret, fortè *S.Th.p.p. q.53. ar.2* moueri poſſet à cœlo vſque ad terrã ſine medio: vt probat doctor ſanctus: at vero corpus non poteſt ratione ſuarum partium. Sed probo quod non poſsit eſſe ſubito talis tranſitus

de extremo ad extremum per medium. Nam simus in illo instãti, quod est vltimum esse in cœlo: Tunc sic. Immediatè post hoc illud grue erit in terra, & erit in medio, imò in infinitis punctis medijs: ergo non prius erit in medio, quàm in terra imò simul erit in omnibus locis: hoc non videtur intelligibile: quapropter non potest esse subitò iste motus.

Confirma. ¶Nec valet dicere quòd est vacuum, non est medium: nam dato non sit medium resistens, est medium quòd distantiã causat.

¶Et confirmari potest de motu cœli, quod mouetur sine resistentia, & tamen neque in instanti, neque subitò. Nec satisfacit, quia intelligentia, mouet per voluntatem: nam dato ita sit, mouet summa velocitate, qua mobile moueri potest.

¶Alia argumenta possent adduci, sed hæc satis: sic tenendum, quod dato vacuo, nec in instanti, neque subitò graue moueretur, sed in tempore. Ægidius quolibet. 6. quæstio. 7. probat satis scitè, quod talis motus si esset in vacuo, mobile esset sursum & deorsum, & in eodem instanti, mensuræ propriæ, esse non posset.

Adopinantes contrariũ ¶Ad Arist. & omnes qui contarium tenẽt, ex dictis Aristotelis respondent: quod Aristotel. non arguit ostensiuè ex professo, quod dato vacuo moueretur graue in instanti: sed ex suppositione, si nulla esset repugnantia ex parte mobilis: sed modò est: & magna, eo quod corpus est. Et quod non sit voluntaria solutio patet: quia antiqui ponebãt vacuum ne resisteret plenum motui naturali: & ideo videbantur insinuare, quod ex parte mobilis, nulla esset resistentia in motu. Et ita Aristote. arguit ad hominem, quod tunc motus fieret in non tempore: at Aristotel. id nõ concessisset: quia videbat cœlum absque resistentia moueri, & non in instanti, neque subitò.

S. Th. in. 4 d. 44. q. 2. ar. 3. Corpus gloriosum non mouebitur in instanti, sed bene imperceptibiliter. ¶Videtur igitur tenendum, quod nunquam motus in instanti, vel subitò potest contingere: in tantùm vt Sanct. Thom. dicat, quòd neque corpus glorioſum, cum habeat dotem agilitatis, poterit in instanti moueri, etiam si medium non resistat, sed mouebitur in tempore breuissimo quasi imperceptibiliter iuxta virtutem suæ dotis. De quo in. 4. erit dicendum.

Adargum. ¶Ad primum negamus dari vacuum: neque ob id tollitur motus, neque sequitur corporum penetratio, quia plenum est: nam motus, est per cessionem corporis, vel diuisionem eius: sicut contingit per aerem, & aquam.

¶Ad secundum idem dicendum. Nam rare factio, contingit sine vacuo, per hoc quòd corpus cedit: & condensatio per hoc quòd aer circunstans dilatatur: sic vitantur omnia inconuenientia. Et similiter in animali contingit nutritio, ratione corporis subtilis inclusi intus in poris, ob cuius condensationẽ, vel rarefactionem vitatur vacuum. De quo infrà in libris de generatione. *Ad. 2.*

¶Ad tertium de vacuo extra cœlum respondetur quod ibi nulla est res naturalis, neque potest esse actio: quapropter non repugnat q; illic sit vacuum: imò si est verũ quod probatum est suprà, Deum non posse infinitum producere, oportet extra cœlum locum esse imaginariũ, in quo nihil sit: & illud nihil non dicitur propriè vacuum: quia superficies cõuexa vltimi cœli non est apta ad continendũ aliquid suprà: ideo non est propriè locus, nec vacuum. *Ad. 3.*

¶* Resolutoriè ergo tenendum, quod motus si esset etiam in vacuo, non posset in instanti fieri: quia & si non esset resistentia in spacio, ex qua esset successio in motu: esset tamen quantitas spacij, in quo necessario sunt imaginarie extrema, & medium: & ex sola ista quãtitate spacij, causaretur resistentia, propter vbi, oppositа: si mobile, esset in vno extremo vacui, esset sub vbi, opposito, ad alterũ vbi, acquirendum.

¶Qui tamen gratia disputationis solũ velet defendere Commentatorẽ & sequaces, esset supposito, quod ad successionem in motu, requiritur spacium, in quo extrema realia, & medium reale, quæ in vacuo non sunt, & sic dato vacuo, motus esset in instãti: suppositа antiquorum sententia, quod omnis resistentia explenitudine spacij eueniret.

¶ SPECVLATIO IIII. De tempore, de quo Arist. in isto quarto. Vtrùm tempus sit aliquid reale.

1. Argum. Videtur quod non. Si tempus esset, vel esset ipsum mobile primum, aut motus eius: aut aliquid eius: sed nullum istorum est: ergo tempus non est. Primum. Tempus, non est ipsum

ipsum mobile: quia etiam mobili primo quiescente esset tempus: & cum ipsum mobile

Tex. 89. sit substantia quædam, tempus substantia esset, quod tamen est contra Arist. Neque est motus eius: quia tempus, non est idem quod motus: imo ponitur accidens motus. Neque est aliquid ipsius primi mobilis: quia non potest signari illud.

¶Item. Si tempus est (cùm sit quid cõtinuũ) partes eius dari possunt: sed nullæ dantur: nõ pars præterita, quæ iam non est, neque futura, quæ nondum aduenit: neque præsens aliqua: quia vel erit instans, vel aliquid diuisibile: non aliquid diuisibile, ergo instans: sed instans non est pars temporis: quia aliàs continuum ex indiuisibilibus cõponeretur, quod repugnat, vt infra. in. 6. dicemus. Neque dato instans esset permanens: quia vel est vnum instans in toto tempore, vel est aliud, & aliud. Non potest esse quod sit vnum: quia non esset instans, sed tempus. Quod si est aliud, & aliud, cùm sit indiuisibile, temporis nulla, pars aliquando erit: sic tempus non est dabile.

Arist. 33. ¶Tertio. Si tempus est, erit vt docet Arist. t. numerus motus prioris, & posterioris: sed hoc non: quia uel intelligitur solùm de motu cœlesti: vel de alijs motibus: non de alijs: quia Arist. ot. expresè negat, neque de motu cœli Patet. Illud est tẽpus, per quod nostra actio, potest mensurari: sed per quenlibet motum vniformem regulamus, & metimur nostras actiones: vt ego nunc scribens per horologiũ arenæ, q; appono: ut sciã quantum tẽporis in scribendo consumpsi.

In contra. ¶In contrarium est Aristote. qui dicit: tempus esse & definit per prius, & posterius, in motu cœli.

Arist. 101 1. Notand. Aug. 11. cõfessionũ. c. 14. ¶Ista speculatio, quæ de tempore, est nimiũ difficilis, Nam (vt ait. P. Augu.) tempus quis facilè breuiterque explicauerit. Vnde, si nemo ex me quærat, scio, si quærenti explicare velim, nescio. Hæc. P. Augus. qui grauiter (vt solet) insinuat, quòd cõpertissimum sit omnibus tempus esse. Quis enim est, qui ratione vtatur, quantumuis barbarus, qui non experiatur tempus esse: sed difficillimum declarare quid sit: & hoc ex parte ipsius rei: nam sunt aliquæ res tam minimæ entitatis, ut vix à nostro intellectu cognosci possint, vt sunt secũdæ intentiones: & res successiuę: vt motus, &

Tempus ob minimã entitatẽ nõpotest cognosci à nobis. tempus. Cùm tamen aliæ res quæ sunt secundum se maximè cognoscibiles, à nobis cognoscantur minimè, non ex defectu ipsarum, sed nostræ potentiæ: quæ ad manifestissima in natura se habet vt oculus noctuæ ad solis lumen: quod & Arist. 2. meta. tex. 1. explicauit. Duplici de causa res à nobis cognosci nõ possunt: vel ex defectu potentiæ nostræ, vel ex defectu ipsarum rerum: inter quæ meritò tempus connumerandum cẽsemus. Quapropter non solùm inter antiquos illos diligentissimos rerum indagatores: variæ fuerunt opinio. de tempore: vt hic explicat Aristote. sed adhuc inter iuniores, qui velut nani, in humeris gigantum positi, à longius aliqua prospiciunt.

¶Secundò notandũ, quod omnes quotquot variè de tempore sentiunt conueniunt: quod tempus (quicquid sit illud) mensura sit certa durationum, motuum, & operationum rerũ corporearum. Atque quia cœlorum motus regularissimus videbatur, omnes, tempus in cœlo collocaucrunt: nam ex solis motu, anni menses, dies, & noctes, distinguũtur. Hoc declaratur in sacro eloquio, quando Gene. 1. dicitur. Fiant que luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa, & tempora, dies, & annos. *Notand. 2.* *Abulen. 2. p. defensorij. c. 5. 1. Aug. q. 12. deci. c. 15.*

¶Aristo. de tempore citat. 3. opinio. namqui dam putabant tempus, esse motum cœli: alij mobile ipsum: alij motum particulare m: postea subdit suã opinionem, quod tempus sit quoddam accidens motus illius. t. 94. *Notand. 3.*

¶Quarto est aduertendũ, quod ex hoc quod Aristote. dicit, tempus, esse accidens motus, est opin. nominalium, & realium diuersa: illis dicentibus, quod tẽpus quanuis sit accidens, vt dicit Aristote. non tamen sit aliquid distinctum: sed cum motum non ponant distingui à re quę mouetur, tempus dicunt esse ipsam spheram cœlestem, id est, ipsum mobile primum, cum aliqua connotatione tamẽ, vt solent ipsi docere: isti vero, nempe reales, sic accidens esse dicunt tempus, vt affirment esse aliquam realitatem distinctam à mobili, & motu ipsius cœli: sicut ponitur albedo qd reale, mediante qua qualitate formaliter album dicitur: at primum videtur non satisfacere, quod tempus sit ipsum mobile: & secundum, non conuincit intellectum: quia multiplicat pluſquam oportet res absque necessitate: ob id, vt in principio diximus, res est difficilis ad intelligẽdũ, in quo verè, & propriè consistat ratio temporis. Sit ergo prima conclusio. *Notand. 4. Opi. uariæ inter nominales & reales.*

¶Neque primum mobile, neque quodlibet aliud corpus q; mouetur, formaliter loquendo, est tempus. Hæc conclusio est. Arist. otel. in isto loco. t. 94. qui ait: dicere quod sphera est tem *Neque reale neq; nominale opi. placet.* *Conclu. 1. Nullũ corpus mobile est tempus.*

est tempus, est stultius, quàm vt de eo impossibilia consideremus. Primum eius argumen-
1. Ratio. tum est ad conclu. Res aliter sunt in sphera, & aliter sunt in tempore: ergo sphera nō est tempus. Patet. In sphera sunt tanquam in loco: in tempore autem tanquam in mensura durationis: locus tamen, non est durationis mensura. Hæc Aristot. Ita est quod sphera, locus communis est rerum omnium quæ continentur sub orbe: sed quis dicet quod locus meus, sit meæ durationis mensura. Si diceret meæ quantitatis, bene quidē, sed durationis, minimè: cùm ergo diuersæ sint mensuræ, tēpus, & locꝰ, quia vna est successiui, & alia permanentis, oportet & inter se habeant differētiam.

2. Ratio. ¶Secundò. Corpus, quod dicitur esse tēpus, est de prædicamento substantię: sed tempus, in prædicamento quantitatis ponitur: ergo tempus non est corpus. Ex hoc sumitur ratio ad probandum, quòd non sit formaliter tempus.

3. Ratio. ¶Item. Ea quæ ad diuersa pertinent prædicamenta, vnum non est formaliter aliud: quia sunt primo diuersa: sed corpus, & tempus, ad diuersa pertinent prędicamenta, vt notūest: ergo vnum nō est formaliter aliud: ergo corpus, non est tempus: nam licèt cōtingat vnā rem esse, quę ad duo prędicamenta spectant, vt actio, & passio, vnum tamen non est aliud formaliter, vt suprà dictum est: sic ergo: mobile non est tempus.

Cōtra. Ocā. in. 2. q. 12. ¶Hæc conclusio sit contra Ocam, qui dicit, quod tempus, est corpus primi mobilis: quia dicit: quod motus primi mobilis, est tempus. Et secundùm eum motus est idem quod corpus mobile: de primo ad vltimum dicit, quod tēpus sit corpus. Eū sequūtur plures nominales. Sit etiam conclusio. contra Gre. Ari. qui dixit, tempus, esse corpus primi mobilis, imò & addidit quod quodlibet corpus regulariter motum, tempus est: & quod magis notandū. quod citat pro se Beatum Aug. qui nūquam asseruit tempus esse mobile ipsum. Isti putāt hāc esse mentem Arist. cum ipse contrarium dicat: & non solùm dicit spheram non esse tēpus, sed neque motum eius.

Gre. Ari. 2. d. 2. q. 1.

Aug. 12. de Ciui. c. 5.

Corol. 1. ¶Contra huiusmodi opinantes sequitur, qđ in eodem tēpore velocissimus equus pertrāsit stadium, & tarda formica. Patet: quia in

Corol. 2. in eodem cœlo, quod tempus est. Sequitur etiam quod quis in peccato fuit tempore vnius horæ, & pœnitens saluatur, qui tamen toto tempore totius vitæ mansit in peccato. Patet: quia ille qui peccauit in isto cœlo peccauit. 1. existente cœlo, & eo existēte fuit per vitam. Concedunt ista: quæ tamē ridicula videntur: imò etiam admittunt, quod eadē res sit annus, & mensis, & dies, & non solùm hoc sed ꝙ formaliter dies est annus, propter diuersas connotationes: sicut sedēs est dormiens: at quia ista videntur indignа vt concedantur absolutè posita est. 1. conclu.

2, cōclusio. Motus non est tēpus formaliter. Arist. t. 95 & 96. Arist. t. 133 Ægi. t. 98. du. 1. & secundo. Aqu. vene. t. 96.

¶Secunda concl. Motus formaliter tempus non est, siue sit eadem res tempus, & motus, siue diuersa. Hæc conclu. est Ari. & probatur. Motus solū est in re, quæ mouetur: vnde tot sunt motus, quot sunt res quę mouentur: sed tempus est in omnibus mobilibus tanquam eorum mensura, & vnum & idem omnibus est, ergo tempus non est formaliter motus.

¶Secundo. Motus dicitur velox, vel tardus: sed tempus nūquam: ergo vnū: nō est formaliter aliud. Item. Tempus est numerus motus: ergo motus non est tēpus, aliàs tempus esset numerus temporis.

¶Item (vtait Paul. Venetus ex Auicenna) alię sunt differentiæ temporis, scilicèt annus, mensis, dies, & aliæ motus, scilicèt, alterationis, augmētationis: ergo tempus non est motus,

Text. 95. D. Aug. 11. conf. c. 23. ¶Hæc conclu. est contra illos quos Aristot. citat, tempus esse motum dicentes. De quibꝰ etiam D. Augu. Qui probat concl. quia aliàs sequereturquod circulus diurnus solis esset dies: sed hoc est falsum: quia si per impossibile circulus ille vna hora absolueretur, esset idem motus, licet velocior: tamē nō esset idē tempus, nisi quis diceret quod dies fieret hora: & concludit. Nemo mihi dicat motum cœlestium corporum esse tempus.

3. Conclu. Tēpus non est aliquid realiter distinctum à motu. ¶Tertia conclusio. Tempus, & si non sit formaliter motus cœli: non tamen est aliquod accidens realiter distinctum à motu. Probatur. Si tēpus, est res distincta à cœlo, & ab eius motu, sequitur quod Deus poterit & motū, & cœlū cōseruare sine tali superaddito: non est enim repugnātia aliqua, ꝙ Deus moueat cœlum sicut nunc mouet, suspendendo tamen suam actionē: ad producendū illud accidens: tunc in cœlo erit tempus, sicut & modo, & mensura erit ille motus cœli, etiam non producta tali qualitate omnium actionum, & motuum, sicut ea producta: sequitur ergo quod tempus, non dicit aliquid reale superadditum ipsi motui. Q, tenent contrarium, negant maiorem: quia implicare putant: sicut quod album: sine albedine sit albū sed solutio non sufficit, cùm sit differentia notissima. Album enim in sua ratione formali, includit albedinem, sed motus non includit huiusmodi qualitatem: quare posset esse motus sine ea: & sic est tenendum, quanuis olim mihi visum fuerit cōtrariū: sed modò ex argumento facto, & ex alijs quæ formantur ab alijs pro hac conclusione, conuincor asserere. Hæc est opinio Scoti & Alberti de Saxona.

Venetus. Capr. in. 2 d. 2. q. 2. Ad. 1. & Heruę. 2. seu. d. 2. q. 1. ¶Hæc conclusio est contra Paulum Venetū & ferè contra reales omnes & cōtra Capreo. qui velut opinionem Sancti Thomæ defendit, quod tempus dicat accidēs realiter distinctum à motu primi mobilis: quod sit subiecti uè in primo mobili, mediante tamen motu: quam qualitatem vocat successiuam quantitatem continuatā per instans indiuisibile, in quo successiuo, præsens, nō potest esse aliud, quàm solùm instans. Contra hos ergo conclusio tertia posita intelligatur. Quid sit dicendum ad id quod Capreol. affirmat fuisse opi. Sanct. Thom. in sequenti conclus. declarabitur.

4. Conclu. Tempus ratione distinguitur ámotu. ¶Quarta conclusio. Tempus cùm nō sit qualitas distincta à motu primi mobilis: distinguitur tamen ratione ab eo. Patet quia motus, & tempus, à parte rei distinguuntur. vt dicit secunda cōclusio, & non sicut res. & res, vt ibi probatur, & in tertia conclusione: sequitur ꝙ distinguuntur ratione: & non quacunque ratione, sed formali ratione, id est definitione: quia alia est definitio motus, scilicèt, quòd sit actus entis in potentia, & alia temporis, quæ est, numerus motus secundùm prius, & posterius. Hæc conclusio videtur esse sententia expressa Aristote. quando dicit, tempus id quidem quod est, motus est: esse autem id est ratio, & quidditas alterum est: & nō est motus. & tex. 131. Si non est possibilis intellectus, qui numerat prius, & posterius non est completa ratio formalis temporis à parte rei. Ex istis verbis claret quod Aristot. distinguit tēpus, à motu: non tanquam rem à re, sed quantum ad rationem formalē, quæ in diuersa definitione consistit.

Arist. t. 99.

Tēpus àmotu distinguitur quantū ad definitionem.

S. Th. 3. p. q. 10. ar. 1 Obiectio. ¶Et Sanctus Thomas lectione. 17. super. te. 99. citatū dicit, quod prius, & posterius, sunt idem subiecto cum motu: sed ratione differūt: & lectione vltima super textum. 131. idē sentit.

¶Posset tamen curiosus obijcere. Tempus dicitur aliquando à Sancto Thoma accidens, ipsius motus, & esse successiuum, & esse subiectiuè in primo mobili. Concedimus: sed nō inde contra conclusionem: nam potest esse accidens, non tamen realiter distinctum. Esse patrem in Petro accidens est, & realiter Petrus pater est per paternitatem, sed non ob id sequitur quod paternitas, sit res distincta. In tantum hoc est verum, quod doctor subtilis, qui aliàs ponit relationes distingui à subiecto, & motum similiter, in. 4. dicit, quod in cōclusione nos dicimus, inquiens. Tempus, nō est quantitas distincta à motu: sed solùm ab illo in ratione mensuræ, differens est. Subscribit Durandu. tanquam de mente Philosophi.

Sco. in. 4. d. 48. q. 2.

Durā. in. 2 d. 2. q. 4. ¶Et differentiam motus, & temporis paucis accipito. Si enim lapis, vel aliud corpus in plano quanto (verbi gratia) tripedali moueatur ibi est successio: & mobile, respectu spatij aliter se habet: quia priꝰ est in parte media spacij, quam in posteriori. Ecce prius, & posteriꝰ, in motu, & est motus: quia actus entis in potētia. Ex isto priori, & posteriori, consequitur aliud prius, & posterius in mora, & duratione: vt non tantam moram habuerit illud mobile, pertranseundo duas partes spatij, quàm habuit totum pertrāseundo. Et hoc prius, & posterius, numeratum facit tempus. Sic insinuat Aristotel. quod ex continuitate magnitudinis sequitur continuitas, motus & ex cō tinuitate motus continuitas temporis.

Ægid. egre gue, t. 102. dub. 2.

Arist. t. 99

¶Et considerandum venit: quod illud prius, & posterius, nō habet temporis rationem nisi inquantum mensura est motuum, & durationum omnium: sed tamen mensura vtimur aliqua quantitate, multiplicando illam, tanquam quoddam indiuisibile: vt hora sit quoddam indiuisibile temporis, quo multiplicato diem, mensem, & annum constituimus: sicut vlna multiplicata, pannus: & amphora, multiplicata omnis liquor metitur, ergo cùm tempus, in rei veritate cōtinuum sit: habet rationem mensuræ, per intellectum diuidentem, illud in partes: sicut pannus continuus non diuideretur, nisi quatenus per intellectum diuidimus decem vlnas. Et quia ille motus primi mobilis est regularissimus, & simplicissimus: est sicut vnitas ad mensurandum: ob id illud prius, & posterius, in motù primi mobilis habet temporis rationē. Et si vlna, vel amphora, vel quæcunque alia mensura, variabilis esset, non haberet rationem mēsuræ: quia non possemus de mensurato, reddi certiores. Similiter si ille motus primi mobilis, nunc esset tardior, & aliquando celerior, non posset esse tempus: & quia inuariabilis, merito aliorum mensura est. At quia de ratione mensuræ est: quod sit notissima, ille motus sit nobis notissimus per solis motum, quem nullas potuit

Nota.

Solutio.

teſt ignorare.

¶*Et illud tempus,cõſtat ex nũc,quod fluit in toto tempore:quod quidem in toto tempore eſt tantum vnum nunc, ſecundum rẽ: licet ſit aliud, & aliud ſecundum rationem vel accidentaliter mobile , variatum : vt lapis varians diuerſum locum,cauſat motum, ſic nunc,fluens.Sed mobile, in toto motu, ſecundum rem,eſt idem:vt lapis idem eſt qui mouetur , ſed eſt diuerſus accidentaliter in quantum cognoſcitur in alio, & alio ſitu.Sicut idem eſt homo in domo,& in agro,etiam in eſſentia:licet differat propter varia vbi: ergo idem nunc,eſt in tempore:tamen vt imaginatur fluens , eſt diuerſum accidentaliter: quia vt imaginatur fluxiſſe cauſat prius,in tẽpore,& vt verò fluet,cauſat poſterius in tempore.Ob id,idem nunc,in re in toto tempore,ſed diuerſum accidentaliter,& idem intelligitur de puncto,in linea:& de mutatum eſſe,in motu:de quibus aliàs ex propoſito.

Vide naclã tum to.2. theoremate 8.de tempore.

Ariſtot.4. phyſ.t.101. & 108. Ægi. quod lib.5.q.20

¶Ex quo apparet Ariſtotelis definitio de tẽpore.Tempus eſt numerus motus, ſecundũ prius,& poſterius.Ac ſi diceret. Illud prius, & poſterius,in motu numeratum tempus dicit : quo menſurantur omnia : & numerus, pro numero numerato ſumitur.

5.Conclu. Sine intellectu nõ eſt tẽpus. Ariſt.hic.t. 131.

¶Cõcluſio quinta.Tempus licet omni ſecluſa operatione intellectus fundamentum habeat in re:quantum ad eſſe,tempus,tamẽ,nõ habet.Hæc concluſio eſt Ariſtotelis,qui dicit quòd ſine intellectu nõ eſt tempus:ſed tamen illa res quæ eſt tempus,quo ad materiale,ſcilicet,motus,eſt,etiam ſi nullus ſit intellectus:ſicut creato mundo,& cœlo moto, antequam eſſet humanus intellectus,& etiã ſi angelicus non eſſet,motus eſſet: quod eſt pro materiali tempus:ſed non eſſet temporis, ratio formalis quæ conſiſtit in hoc, quod illud prius & poſterius in motu ſeruat:ac ſi eſſet præſens ad menſurandum:ſicut nunc dicitur dies Mercurij:quia eſt vnum inſtans,quod intellectus meus conſiderat tãquam vnitiuum prioris,cum poſteriori.Eſt etiam exemplum in ſecundis intentionibus:natura animalis verè,& realiter,& materialiter in quocũque indiuiduo eſt,ſecluſa omni operatione intellectus:ſed quod ſit genus,habet per operationem intellectus,abſtrahẽtis illã ab ipſis indiuiduis,ſic res quæ eſt tempus:ſed quod tempus dicatur,non erit:ſi non ſit intellectus:ſicut in prædicabilibus diximus.

Ratio.p.p.

¶Ratio ad concluſionẽ eſt hæc. Res quæ eſt tempus,omni operatione intellectus ſecluſa, eſt:ergo eſſe habet ſine operatione intellectus.Conſequentia eſt bona:& probatur antecedens.Motus,ſecluſo omni intellectu eſt, vt conſtat,& hæc res eſt tempus,vt patet ex ſupradictis.Item.Decẽ homines vere decem ſunt:etiam ſi nullus ſit intellectus numerans: ergo & tempus ſimiliter.

Ratio.2.p.

¶Secunda pars, quod non habeat quantum ad formale,quod tempus dicatur abſque intellectu:patet.Tempus non dicitur prius, & poſterius,in motu:niſi ipſis numeratis : ſed numerari non poſſunt abſque intellectu:ergo tempus,rationem ſuam formalem,habere non poteſt ſine intellectu:ſicut decem homines,numerus decẽ hominũ nõ dicetur,niſi intellectus numeret.

6.Conclu. Ægidius.t. 119.du.6.

¶Sexta concluſio.Tempus ſic eſt vnum numero,quòd ſubiectiuè,eſt in cœlo:in alijs tamen motibus,quantunuis ſint regulares:eſt ſolùm ſicut menſura,in menſurato. Hæc eſt Ariſto.t.133.qui ex profeſſo probat,vnum eſſe tempus omnium motuum:aliàs ſequeretur quod plura eſſent æqualia tẽpora. Simul enim mea deambulatio,eſſet tẽpus, vel mea alteratio : eſſet(inquam)vel tertia vel quarta hora,& ſi alius ſimiliter alteraretur,vel ambularet,eſſet alia hora tertia.

Cõtra Gre. Arimi.& Ocam.

¶Hæc concluſio eſt contra Gregorium Ariminen.in loco citato,qui ait:quodcũque corpus,regulariter motum,eſſe tempus. Ocam idem videtur ſentire,licèt non tã apertè.Iſtorum opinio non ſolùm eſt contra Ariſtotelem,ſed contra communem modum loquendi,& intelligendi:nam quodlibet horologiũ tempus diceretur diſtinctum ab alio:& tempus Mexici non eſſet idẽ numero quod Salmanticæ: quia horologium eſt aliud: imò tempus quod in monaſterio hoc Mexicano ordinis Eremitarum ſancti Auguſt. eſt,eſſet aliud,quàm tẽpus quod eſt in foro,in domo Proregis:quia ibi eſt aliud horologium,& aliud hic.Tamen iſta minimè concedi debent quare neque iſtorum opinio. Quapropter cõcluſio ſexta ſtat in veritate, quòd tempus ſit vnum:& ſi in alijs motibus regularibus,vt ſunt horologiorum , erit non vt in ſubiecto, ſed vt menſura,in meſuratis:nam motum horologij metimur per cœli motum: hinc eſt ꝙ per artem fiat,vt imitari poſsit naturã : quia ars eam imitatur in quantum poteſt:ſicut vlna dicitur eſſe in panno menſurato:& pannus dicitur eſſe mẽſura,pro quanto menſuratus eſt pannus ea.Sic ſentit S.Thom.Et non poteſt cõuenire alicui motui eſſe tempus: quia regularitas,in motu naturali,non inuenitur: cum ſit velocior in fine,quã in principio:neque in violento,qui è contra,velocior eſt in principio : neque in progreſsiuo : quia non eſt regularis:& in recto motu , etiam ſi eſſet regularis:quia nõ eſt perpetuitas in eo:ſicut in motu circulari.Et ſolum ponitur in motu primi mobilis:& non in motu Saturni,neq; alterius planetæ : quia planetæ omnes cum moueantur ab occidente in orientem , ſuis proprijs motibus non ſunt ita veloces, ſicut motus ille diurnus primi mobilis:quia ſol in anno : luna in menſe ferè & alij in alijs tẽporibus,vt in libro de cœlo erit notum.

Ari.2.phyſic.t.79.& 4.met.t.28 S.Th.p.p. q.10.ar.6

7.Conclu. Ioſue.10.

¶Septima concluſio.Si per impoſsibile daretur alius motus velocior,quam ſit primi mobilis,vel ceſſaſſet motus ille,vt tẽpore Ioſue: & vt ceſſabit in fine mundi,tempus tamen intelligeretur in illo motu velociori.In hac cõcluſione volumus dicere,quod dato tempus modo ſit in illo motu primi mobilis , tamen non per ſe,& ex neceſsitate intrinſeca eſt,inquantum motus primi mobilis,ſed inquantũ primus,& notiſsimus : vnde ſi alius eo fieret velocior, iam in illo velociori tẽpus eſſet collocandum:quia ille talis motus haberet rationem menſuræ.Et ſatis.Diuus Tho.probat quod ceſſante illo motu,eſſet tempus : nam tempore Ioſue oportuit fuerit mẽſura, illius durationis belli,& nõ per motum cœli,quod non mouebat:ergo per alium motum notũ, & regularem,quicunque eſſet ille : quamuis quidam contrarium dicant.Tamen poſt diẽ iudicij(quia ceſſabunt generationes,& alterationes)non eſt ponendum tempus,neque ibi ratio temporis erit.

S.Th.p.p. q.66.ar.4 Ratio.

8.Conclu. S.Th.p.p. q.10.ar.6 Ægi.102. du.5.

¶Octaua concluſio. Tempus non ſolùm omnium motuum inferiorum mẽſura eſt ,ſed etiam motus,ipſius primi mobilis,& dicitur eſſe tempus in primo mobili,tãquam in ſubiecto,& primo menſurato:in alijs tamen ſolũ tanquam menſura in menſuratis:quare dicetur ſui ipſius menſura intrinſeca , & aliorum extrinſeca:vt vlna,eſt menſura panni extrinſeca,& ſui ipſius intrinſeca,quia etiam ſe ipſam menſurat:ſicut vna tertia virgæ, menſuramus totam virgam,quam vlnam vocamus

Ratio.

Ratio ad id eſt. Ille motus primi mobilis, in quo ponitur tempus,verè duratio eſt:& menſurari poteſt , & in eo prius,& poſterius eſt: ergo debet menſurari tempore,vel alio motu:non alio motu:quia nullus alius motus regula & menſura motuum eſt:cum nullus habeat rationem prioris : ergo regulari debet tempore:ſed tempus,ille motus eſt:ergo ipſe motus ſui ipſius regula,& menſura eſt. Quis eſt qui neget vlnam ipſam,qua pannus menſuratur, menſurari poſſe:aut qua alia menſura,niſi ſe ipſa:pro quanto vel tres tertias ibi intelligimus,vel quatuor quartas,aut ſex ſextas.Sic & in motu illo primi cœli, oportet intelligere:quòd ipſe cum ſit tempus,& aliorum motuum menſura , cum ipſe motus ſit, ſeipſo regulandus venit: ob hoc Comment. dicit,quod in definitione temporis,ly motus pro quocunque motu accipitur : ſed prius, & poſterius pro ſolo priori,& poſteriori in cœlo.

Comẽ.102.

Ad argu.

¶Ad primum ſufficienter ex dictis patet ſolutio. Non enim tempus,eſt cœlũ:neque formaliter eſt eius motus:ſed ſolùm prius,& poſterius numeratis,in ipſo motu:quia hoc habet rationem temporis.

Ad.2.

¶Ad ſecundum eſt ſolutio dificilior,quia tãgit materiam de inſtantibus:quomodo,intelligatur inſtans in tempore, an indiuiſibiliter ſicut punctum in linea:& mutatũ eſſe,in motu:& an ſit ſic inſtans,in tempore continuãs partem temporis præteritam cum futura , ſicut punctus in linea facit, continuando partes actu exiſtentes:quia eſt ens permanens, & inſtans,partes quæ non ſunt:quia ens ſucceſſiuum:& vtrum inſtans ſic fluat,quod ſit ſemper aliud,& aliud , vel ſit vnum ſemper manens,& ſtans,diſtinctum ab alijs, ratione cuius hæc ſit vera:dies eſt,hora eſt,menſis eſt annus.1551.eſt.

Varia opinio de inſtãtibus.

¶Circa hoc variè reſpondẽt doctores : nam qui tenent quod tempus , res eſt diſtincta à motu realiter,& numericè,dicunt partes continuari per inſtans,eo modo quo de puncto in linea : vnde ſicut in qualibet parte lineæ, etiam parua,infinita pũcta indiuiſibilia intelligũtur:ſic & in qualibet parte tẽporis,etiam ſi ſit milleſima horæ,ſunt inſtantia infinita. Hoc ſatis intelligibiliter dicitur. Sed tamen addunt vnum,quod non eſt facilè intelligere quod vltra iſta inſtantia,eſt & vnum inſtans ſeu vnum nunc,fluens,manẽs idem per totũ tempus:& putant eſſe de mente Ariſto. qui dicit:ipſum autem nunc,eſt quidem vt idem, eſt verò,vt non idem.

Nõ eſt vnũ inſtãs in tẽpore fluens & manens.

Ariſtot. t. 104.

¶Tamen hoc non eſt tenendum: nam ſic ſe habet inſtans in tempore,ſicut punctus in linea:ſed in linea,vltra punctum quod dicitur continuatiuum,quod aliud,& aliud eſt: non intelligitur vnum,per totam lineam : ſic neque in tẽpore oportet intelligere tale inſtãs vnum,aliud ab ipſis quæ ſunt continuo alia & alia in diuerſis partibus temporis: ſed ponendo tempus eſſe accidens diſtinctum , inſtans permanens vocabitur conſiſtentia rei:

ſeu

seu mobilis: non quod tale in stãs continuet, sed quòd solũ suo fluxu ad imaginationẽ intellectus, tempus faciat: sicut & facit pũctus fluẽs, ad imaginationẽ, lineã constituendo.

¶Si verò ponamus (vt dictum est) tẽpus, nõ esse aliã rem distinctã à motu: tunc non est necessarium ponere infinita instantia numero distincta, sed ipsamet mobilis existentia, sub ratione qua nũc est in aliqua morula in qua non fuit immediatè, antè, neque immediatè, post hoc erit, facit nunc, præsens indiuisibile atque ratio ipsius primi mobilis, qua non per seuerat in eodem loco & morula, sed semper fluit à præterito, in futurum: & à futuro, in præsens, facit tempus. Hoc videtur dicere Aristot. quando ait, quod ipsum nunc, sequitur id q̃ fertur: vt tempus motum id est quẽ admodum tempus se habet ad motũ, sic nũc, ad mobile. Acsi diceret: quemadmodum mobile vnum, ea ratione qua successiuè, & continuè in alia, & alia parte spatij est: & habet rationem motus: sic existentia ipsius mobilis vna: & eadem in alio: & alio momento, & morula, est nunc: ex cuius fluxu sit tempus. Et sic. S. Thom. dicit ibi, quod nũc temporis, est idem subiecto toto tempore, sed differens ratione: quia sicut tempus respondet motui: ita nunc temporis respondet mobili: sed mobile est idem realiter toto discursu tẽporis, sed solùm ratione differt, in quantum est hic, & ibi: & ista alternatio est motus: sic fluxus nũc secundum quod alternatur, tempus est: sed infra latius & clarius.

Tex. 104.

Hoc elegãter Ægidi⁹. hic. te. 93. dub. 1.

¶Sic patet solu. ad. 2. Argumentum. Vnum tamen cõsiderãdũ est, q̃ sicut in conclusione quarta diximus, tẽpus, solũ ratione differre à motu: sic etiam de instantibus intelligẽdũ est: quod consideratis ipsis, eo modo quo qui primam opinionem tenẽt, vel eo modo quo nos illud nunc, fluens ponimus ab illo motu qui in illo nunc solùm ratione differens erit.

Idem Ægi. t. 108. du. 1.

Capreolus Herueus.

¶* Et quia graues inter thomistas auctores: vt sunt Capreo. & Herueus In. 2. d. 2. q. 1. art. 4. tenẽt: & id ex mẽte. S. Th. cõtra id quod in hac quæ. determinatum est maximè in cõcl. 3. oportet animaduertere: q̃ S. Th. in diuersis locis variè videtur loqui de tempore: nã in. p. p. q. 10. ar. 1. & in tractatu de instãtibus, videtur sentirẽ quod motus, & tempus, realiter distinguantur: quia dicit quod prius, & posterius, in motu, sunt tempus. Et nõ addit vt numerata: quod intelligendum videtur sic: nã anima, apprehendit primam partẽ motus vt vnam: & sequentem vt vnam: & comparat vnã alteri: vt ei succedens, & has vnitates partiũ motus sibi succedentiũ aggregat ad inuicem: & cõstituit numerũ applicatũ parti priori & posteriori in motu: & talis numerus est tempus. Et hoc distinguitur à motu: mã sicut discretũ, ad cõtinuũ: sic numerus, quo cõstat tempus, ad motũ: sed discretũ, & cõtinuũ sunt duo genera subalterna disparata, contẽta sub generalissimo. s. sub quantitate: ergo ex hac ratione citati aucto. moti sunt. S. Th. intelligere in hoc sensu: vt distinctionem realem poneret, inter tempus, & motũ: & in sensu. 3. concl. intelligitur in alijs locis citatis.

Varièest locut⁹. S. th. de tempore.

S. Thom.

De ratione temporis. Nota.

Ob quod nonnulli ex thomistis putant, standum in doctrina doct. S. vtranque partem defendi posse. s. & q̃ realis sit distinctio vt Capr. dicit & Herueus, & quod solùm formalis vt nos in. 3, conclu. docuimus.

¶Et ex dictis sequitur, quod tempus mensuret motum: & motus tempus: sed tamẽ aliter & aliter: quia tempus, mensurat motũ, per se. i. ex natura sui: sed motus, mẽsurat tempus quo ad nos: & nõ ex natura sua, sicut per spacium pertransitum motu, intelligimus tantũ temporis pertransitũ: & motus, tempore mẽsuratur, non vt est actus imperfecti: sed inquãtum est quantitas successiua. Et licèt mensuret primum motũ primi mobilis qui motus est regularissimus & simplicissimus: non secundũ se totum mensurat: sed secundum eius partes: hoc est. s. quamlibet eius circulationẽ quæ nobis manifesta est. Et est mensura quietis, sicut priuatio per habitũ cognoscitur: de per accidens: & est mensura generabilium, & corruptibilium: non solũ in quãtum mutationi accidentali sunt subiecta: sed etiã quantũ ad esse substantiale.

Deceptio. Herbei.

¶Nam & si careãt successione quo ad formã substantialem (quæ in instanti acquiritur) ratione qualitatum cõtrariarum quæ cõiungũtur, propter quas corruptio, tẽpori subijciũtur: & hoc docet S. Tho. p. p. q. 10. ar. 5. quanuis Herueus quolib. 2. q. 12. teneat ad mentẽ S. Thom. eum exponendo mensurari nunc, temporis discreti, quod non est physici, considerare sed Theologi, vt in materia de angelis: sed tamen decipitur Herueus non attendens: quia licèt nõ sit successio informis sub instantialibus: ratione qualitatum contrariarũ quæ coniunguntur: potest esse mensuratio temporis. Et similiter aduerte, quod tempus propriè, vnũ est: quia est propria passio, primi motus: sed communiter sumendo, non est vnum: sed diuersa: secundum diuersitatẽ motuum: de quo S. Tho. in. 2. sen. d. 12. q. 1. ar. 5. ad tertium: & licèt tempus non sit, si non sit ani-

Considerã. anima numerans, vt dicit. Commen. & perfectè, intelligatur sine anima: vt Albertus de saxona dicit, hic. quæ. 16. media via. S. Thom. hìc tex. 13. tenenda est, scilicèt, quod tempus habet esse extra animam, sed tamen imperfectè: perfectè, tamen solùm in anima, eo quod sit successiuum, cui repugnat habere partes simul. Et hæc sub compendio sufficiant velut apendix ad supra dicta.

¶Ad tertium ex dictis solutio patet.

Finis quarti libri Physicorum.

QVINTVS LIBER PHYSICORVM.

ARGVMENT. QVINTI libri Physicorum.

ISto. s. Aris. tractat specialiter de trib⁹ speciebus motus, scilicèt, alterationis, augmẽtationis, & secundum locũ lationis. De quibus erit nostra speculatio.

SPECVLATIO prima, quinti libri Physicorũ. Vtrùm tres tantùm sint species mot⁹, scilicèt, alteratio, augmẽtatio, & secundùm locũ latio.

1. Argum. VIdetur quod non. Generatio est motus, similiter & corruptio, & nec est alteratio, neque augmentatio neque motus localis, ergo insufficienter solũ tres species motus ponũtur. Maior probatur ex eodem Aristote. qui inter motus species diuersas, ponit generationem.

Aristot. in postpræ.

Confirma. ¶Confirmatur. Rarefactio est motus, & condensatio similiter: tamen nõ est alteratio, neque augmentatio, neque loci mutatio. Non est alteratio, neque augmentatio, neque loci mutatio. Non est alteratio, cum hæc cõsistat in acquisitione nouæ qualitatis. Neque est augmentatio, cum ibi quantitas acquiratur, quod non est in rarefactione. Neque est secũdum locum mutatio: quia pono maneat res, quæ rarefit in eodem loco, licèt parti, in qua fit rarefactio, locus correspondeat.

Argum. 2. ¶Secundò. Augmentatio non est motus. Patet. Omnis motus, de contrario in contrariũ fit, vt docet hìc Aristo. sed quantitati, in quo fit augmentatio, nihil est contrarium: ergo augmentatio non est motus. Minor etiã est Arist, in prædicamento quantitatis.

Arist in prædi. c. 6. Argum. 3. ¶Præterea. In omni motu oportet considerare cõtrarietatẽ, vt dicebamus: sed in motu locali nulla talis est: quia solùm in qualitatibus reperitur cõtrarietas: ergo sequitur q̃d male ponuntur tres species motus.

In contrar. ¶In contrarium est Aristo. in tex. 10.

Notand. 1. Tripliciter cõtingit aliquid moueri. ¶Pro solutione est notandum, quòd aliquid moueri tripliciter contingit. Primo modo, secundum accidens. Secundo modo, secũdum partem. Tertio modo, simpliciter per se primo. Perse primò dicitur aliquid moueri, quãdo motus conuenit ei ratione formæ, quę ex primitur in subiecto, aut agẽte, aut termino cui attribuitur motus: vt si dicamus: mobile mouetur: alterabile alteratur: augmentabile augmẽtatur. Ex parte agẽtis: calidum calefacit. Ex parte termini: alteratione fit qualitas, augmentatione, quantitas.

¶Per accidens cõuenit, quãdo conuenit formæ quæ accidit subiecto, aut causę, aut termino motus: vt musicus ambulat: alterabile augetur: medicus sanatur. Ex parte agẽtis: albũ calefacit. Ex parte termini: calefactione augetur quantitas.

Motus secũ dũ partem.

¶Secundùm partem aliquid mouetur dupliciter, aut ſecundùm partem ſubiectiuam, aut ſecundum quantitatiuã. Primo modo, vt artifex ædificat, & mobile alteratur: quia artifex genus eſt ad ædificatorem, & ædificator eſt ſpecies. De iſtis prædicationibus non tractat in præſenti Ariſ. Secũdo modo ratione partis quantitatiuæ: vt ſi ſecundũ vnam manum moueatur ſurſum, & ſecundũ aliã deorſum, non ſimpliciter mouetur: ſed ſecũdum partem quantitatiuam.

Notandũ. 2

¶Eſt etiam notandũ quãtũ ad hoc, quòd moueri ſecundum partem, quia aliquando aliquid mouetur ſecũndùm partẽm, quod dicitur moueri ſimpliciter: & aliquando mouetur ſecundùm partem, quod non dicitur moueri ſimpliciter. Diſpoſitio aut forma, vna eſt quæ rei conuenit ratione partis de terminatæ: vt eſſe criſpum, vel aquilinum: quorũ primum, ſecundùm capillos, & ſecundùm, ratione naſi. Quando motus cõuenit huic parti: dicitur ſimpliciter conuenire toto: vt ſi capillus fiat criſpus: homo ſimpliciter mutatur in criſpũ: Alia eſt diſpoſitio, vel forma, quæ conuenit non parti determinatæ: vt albedo, vel calor: & de his dicit Ariſ. q̃ id quod mouetur ſecundùm partẽ, non mouetur ſimpliciter: aliàs idẽ moueretur ſimpliciter motibus contrarijs: quia poſſẽt ſecundùm vnã partem calefieri, & ſecundũ aliã frigefieri. Qui tamẽ ambulat ſecũdũ pedes, ſimpliciter ambulat: quia motus pedibus conuenit. Reſpondetur igitur, his notatis. Et ſit prima concluſio.

Conclu. 1. Ariſtot. t. 3.

¶Subiectũ tantũ dicitur moueri in omni motu. Probatur ab Ariſto. In omni motu, eſt cõſiderare agens, ſubiectũ, tẽpus, terminũ à quo & terminũ ad quẽ: ſed nõ dicitur moueri aliquid iſtorũ, niſi ſolũ ſubiectũ: ergo ſolũ illi cõuenit motus. Patet. Agens non mouetur per ſe, ſed mouet potiùs. Tempus etiam non mouetur, ſed mẽſura eſt motus. Terminus à quo nõ mouetur: quia abijcitur in motu. Terminus ad quẽ, antequã fit, nõ eſt in motu, poſt acquiſitionẽ tamẽ eſt qui es. Solùm remanet ſubiectũ in quo fit motus: ergo ſolũ motus, conuenit ſubiecto: nec mouetur locus, in quo

Ariſt. in. 3 t. 17. & t. 11.

fit motus. lib, 4. tex. 41.

Conclu. 2. à termino ad quem capitur ſpecies in motu.

¶Secunda concluſio. Motus, ſpeciem capit non à termino à quo, ſed à termino ad quem vt calefactio dicitur: nõ quæ à calore, ſed quę ad calorem: & albefactio, non quæ ab albedine, ſed quę ad albedinem. Probatur, Sicut ſe habet forma ad ſubſtantiam, ſe habet obiectum ad potentiam, habitum, & actum: ſed ſubſtãtia, à forma ſubſtantiali capit ſpeciẽ: ergo potẽtia, & actus, & habitus, ab obiecto, quod vt forma ſe habet Maior patet. Nã vtrobiq; eadẽ eſt ratio: quia agẽs reſpicit formã, qua, intẽdit ſibi ſimile producere: ſic etiã potentia, actus, & habitus: ob hoc potentia, definitur per obiectum: vt viſus eſt potentia rẽcipiendi colores: & habitus tẽperantiæ eſt virtus circa delectabilia tactus. Cũ ergo potentię, & habitus ſint propter, actus: relinquitur quod id quod dat ſpeciem potẽtię: det & actui. Poteſt ergo ſic formari ratio. In omni motu, oportet ratio ſpecifica ſumat̃ ex parte termini à quo: vel ex parte termini à quẽ, q̃ motus cũ ſit actus, ſolũ hos reſpicit terminos: ſed nõ ſumitur ſpecies à terminò à quo: quia abijcitur & nõ acquiritur per motũ: & q̃ non eſt non poteſt dare eſſe ſpecificũ: ergo debet ſumi ſpecies à termino ad quem.

Ratio. 1.

¶Itẽ. Species debet ſumi in motu ab eo quod actu eſt: ſed quod actu eſt, ſolùm terminus ad quem eſt: quia ratione eius dicitur eſſe mot⁹: quia partim in actu, partim in potentia eſt: ergo motus ſpeciem capit ab obiecto.

2. Ratio.

¶Tertia cõcl. Generatio ſimpliciter, non eſt motus. Patet. Omne quod propriè mouetur, eſt ens actu manens ſub vtroque termino: cũ autẽ in generatione ex non aqua, ſcilicẽt, ex aere, fiat aqua, neq; aer mouetur: quia corrũpitur, neque aqua quia nõ erat ſub termino à quo: ſed materia quę manet ſub vtroq; termino non eſt ens in actu, ſed in potẽtia, vt in primo habitũ eſt ſuprà. Eodẽ modo probatur quòd corruptio ſimpliciter non eſt motus. Sic ergo probatur concluſio. Ad hoc q̃ ſit motus ſimpliciter, requiritur quod idem maneat ſimpliciter actu, ſub vtroque termino: ſed hoc non contingit in generatione, neque in corruptiõe: ergo generatio, & corruptio nõ ſunt motus ſimpliciter, Maior eſt philoſophi. Minor probatur. Id quod generatur eſt ex nõ eſſe ſimpliciter, ad eſſe ſimpliciter: ergo ante generationẽ non erat, neque inter mino à quo: & eſt poſtea ſolũ in termino ad quem: ergo non manſit ſubiectũ in vtroque termino ſimpliciter, ſed ſolùm in vno termino: & pari modo de corruptione, quæ eſt ab eſſe ſimpliciter, ad non eſſe.

3. Concluſ. Ariſt. t. 8. Generatio non eſt motus ſimpliciter.

Ratio.

¶ * Aduertẽdum quod S. Tho. in vno ſenſu, concedit generationem eſſe motum, & in alio negat: motus enim ſumitur dupliciter. Primo pro omni actione tranſeunte, ſiue ſit ſucceſsiua, ſiue inſtantanea, modo inſtãtanea, ſit terminus ſucceſsiuè. Et ſic dicitur motus cõmuniter, & vniuerſaliter, & hoc modo generatio & corruptio & illuminatio dicũtur motus:

tus: ſic diſinit Ariſtote. motum ſuprà in. 3. Secundo ſumitur motus, pro tranſmutatione ſucceſsiua: cuius ſubiectum eſt ens actu, & terminus eſt acquiſibilis diuiſibiliter, & dicitur motus propriè: & in hoc ſenſu Philo. in iſto. 5. generationem & corrup. non dicit motum, ſed mutationem: quia ſic motus differt à generatione, non ſolùm ex ſubiecto: quia. ſi ſubiectũ generatiõis eſt ens in potẽtia & ſubiectũ mot⁹ eſt ens in actu: & termin⁹ generationis eſt ſubſtãtia, & motus eſt accidẽs: ſed etiã quia terminus generationis eſt indiuiſibilis: & indiuiſibiliter acquiſitus ſed terminus motus, eſt diuiſibilis, & ſucceſsiuè acquiſitus: & ex hoc potiſsimè motus, à generatione, diſtinguitur: vt ſucceſsiuum, ab inſtantaneo.

4. Cõcluſio

¶Quarta concluſio. Omnis motus eſt à contrario in cõtrarium. Patet. Omnis motus eſt (vt docet Ariſto.) inter terminos oppoſitos ſed inter terminos oppoſitos contradictoriè non eſt motus: quia generatio, & corruptio, nõ ſunt motus: reſtat quod omnis motus, ſit inter contraria.

Tripliciter ſumitur contrarietas.

¶Et pro probatione oportet notare, quòd tripliciter ſumitur contrarietas: vno modo propriè: & eſt duorum extremorum oppoſitio, maximè ſub eodem genere diſtantiũ, inter quæ eſt quædã, aut mediorũ intẽſionis latitudo, de quo Ariſto. 5. Meta. vt eſt inter album, & nigrum: & hæc non eſt niſi in genere qualitatis, vbi magis, & minus reperitur.

Ariſtot. 5. Met. t. 15.

Secundo modo contrarietas capitur pro oppoſitione duorũ extremorum quæ non poſſunt eſſe ſimul, inter quæ eſt aliqua latitudo, & diſtantia, ſiue ſit ſecundum intenſionem, ſiue ſecundum excellentiam, ſiue defectum, aut ſecundum diſtantiam localem. Et hæc contrarietas non eſt in genere ſubſtantiæ: quia ſubſtantiæ ſe habent ſicut numeri: quia in indiuiſibili conſiſtit ſubſtantiæ ratio. Et dato homo excedat aſinũ, vel equum, nõ tamen eſt, latitudo, ſic quod perfectio vnius poſsit creſcere ad alterius perfectionẽ: quia repugnat trãſitus de ſpecie ad ſpeciẽ: tamẽ albedo vt vnũ, fit intẽſa vt. 8. & pedale fit bipedale, & quod in vno loco eſt, in aliũ fertur.

Ariſtot. 8. Met. t. 10.

Tertio modo ſumitur cõtrarietas pro oppoſitione inter duas differẽtias diuidẽtes genus, quarũ vna ſemper eſt altera perfectior, atque vt priuatio, reſpectu alterius: quæ contrarietas in vno quoque prędicamẽto eſt: vt in ſubſtãtia: corporeũ, & incorporeũ: ſenſibile, & inſenſibile: rationale, & irrationale. In prædicamẽto ad aliquid, ſimile, & diſsimile. Et ſic Ariſt. dixit, omnes terminos motus, habere ſe

Arif. 3. li. ſupra. t. 5.

quodãmodo, vt formã, & priuationem: vt in motu alterationis, nigrũ, eſt priuatio albi.

¶Probatur ergo concluſio. Si motus eſt vel alterationis, vel augmentationis, vel localis, quicũque ſit ille, oportet ſit à cõtrario in cõtrariũ aliquo iſtorũ modorum. Nam ſi ſit in alteratione, ibi erit vel ſecundum propriam contrarietatem ex albedine ad nigredinem, vel erit ex remiſſa qualitate ad intẽſam, quæ etiã eſt cõtrarietas ſecũdũ aliũ modũ: & ſi à minori quãtitate ad maiorem, etiam ibi cõtrarietas: & ſi ex vno loco in alium ſimiliter, ut declaratum eſt.

Ratio.

5. Cõcluſio Tres ſunt ſpẽs motus. Ratio. 1.

¶Quinta cõcluſio. Solùm tres ſpecies motus ſunt. Patet. In omni motu oportet idem ſubiectum, actu maneat ſub vtroque termino: ſed manente eodem ſubiecto actu, motus fieri non poteſt niſi alterationis, augmentationis, aut localis: ergo ſolũ ſunt tres ſpecies motus. Patet. Omnis motus ſpeciem capit à termino ad quẽ: ſed ſolùm iſta tria, qualitas, quãtitas, & vbi, terminus ad quem, in motu ſunt: ergo ſolũ tres ſpecies motus ſunt, qui ſumuntur ſecundùm differentiam iſtorum terminorum. Quod ſolùm iſti tres ſint termini, patet: quia nullus alius poterit per naturam ſignari.

Ratio. 2.

¶Secundo. Si alia eſſet ſpecies motus, maximè generatio, aut corruptio: ſed hæc nõ eſt motus, vt probatum eſt: eò quod non manet idem ſubiectum actu, ſub vtroque termino: cũ in generatione, quæ de non eſſe ſimpliciter eſt ad eſſe: non ſit ſubiectum actu idem, in termino à quo, & ad quem: quia cùm ſit alia forma ſubſtantialis in termino à quo, quam ſit quæ in termino ad quem: non poterit eſſe idem ſubiectum actu. Idem de corruptione dicendum.

Conclu. 6.

¶Sexta concluſio. Quando vterque terminus à quo, & ad quem, poſitiuus eſt, non poteſt motus fieri in inſtanti: bene tamen quãdo termini explicantur contradictoriè. Hic volumus dicere, quòd ſi ex calido fiat frigidum, aut ex albo rubeũ, aut ex qualitate intenſa vt duo, fiat vt. 4. aut ex certa extenſione quantitatis fiat certa intenſio, & ex tali loco acquiratur alius locus, nunquam continget iſte motus in inſtanti. Patet: quia non poteſt intelligi quomodo ex termino à quo perueniat ad terminum ad quem, ſine ſucceſſione aliqua: ſed ex non illuminato poteſt fieri illuminatum in inſtanti: vt videmus in huiuſmodi mutationibus, & ex non aere fit aer in inſtanti: quia exiſtentibus diſpoſitionibus ad aerem, eſt non aer, quãdiu eſt ſub for

ma priori,& vsque ad vltimum instans dispositionũ necessarium ad primum esse aeris, est forma alia in subiecto: ob id non aer est: & in illo vltimo instanti ex nõ aere, fit aer. Ecce quomodo non repugnat huiusmodi instantanea acquisitio formæ: & sic in generatione est: quia forma substantialis, in indiuisibilicõ sistit: vel enim habetur, vel non habetur.

Aristot. 8. Meta. tex. 10.

Ratio cõcl.

¶Conclusionis ratio est: quia quando explicatur quod ratio motus per terminos contradictorios, fiat in instanti: est, quia inter contradictorias nõ reperitur medium: sed vtrũque in extremo est: vt album, & non album: & in instanti intelligitur iste transitus, ex nõ aere ad aerem: quod nõ est ex calore vt. 6. ad calorem vt. 10. quia per medium eũdem erit, per. 7. & per. 8. & per. 9. sic quenecessariò in instanti non erit.

Ad argum.

¶Ad primum dicendum, quòd Aristote. hic vbi ex professo de ente naturali mobili loquitur, propriè de motu, non posuit in numerũ generationem, neque corruptionem: dato in postprædicamentis cõnumerauit. Ratio est: quia ibi loquebatur tyronibus, qui nõ poterãt exactè intelligere rationem quare in generatione, nõ sit motus: neque in corruptione: quæ ratio est: non quia alia acquiruntur successiuè, & forma substantialis, in instanti. Non est hæc potissima ratio, sed est illa, quæ ab Aristo. signatur: quod in omni motu, qui propriè motus est: oportet sit eodem subiecto manente in actu, sub vtroque termino: quod non est in generatione, neque incorruptione: est tamen in alijs tribus dictis.

Ad confir.

¶Et ad cõfirmationẽ patet solutio: quia rare factio, sub motu augmẽtationis cõphẽditur.

Ad. 2. & 3.

¶Ad secundum, & tertium sufficienter exdictis responsum est, siquidem contrarium intelligimus, in motu augmẽtationis, inter quãtitatem pedalem, & bipedalem: & terminus à quo pedalitas est, & ad quẽ bipedalitas: & nõ potest simul esse pedale, & bipedale: & est cõtrarietas, nõ propriè, illa quæ in solis qualitatibus: sed alia, quæ est inter illa quæ simul stare non possunt, & distãt. Et pari ratiõe in motu locali: si sit motus grauis deorsum, terminũ à quo intelligimus locũ sursum à quo incipit mot⁹, & ad quẽ, deorsum, vbi est finis. Et quia simul nõ possunt stare ista duo loca, dicitur esse motus, à cõtrario in contrariũ. Et quãdo animal mouetur motu progressiuo, pro quãto deserẽdo locũ in quo erat, nouum acquirit, in quo ante nõ erat, & simul naturaliter nõ poterat esse in illis diuersis locis, dicitur esse motus, de contrario in contrarium.

SPECVLATIO II.

Vtrùm ad tria tantùm prædicamenta sit per se motus, scilicèt, ad qualitatẽ quantitatem, & ad vbi.

1. Argum.

Videtur quòd non solùm ad tria: qa ad relationẽ est per se motus: ergo nõ solũ ad illa tria prædicamenta posita ab Arist. in isto. libr. Patet. Ad vbi, est per se motus, sed esse in loco relationẽ dicit: ergo ad relationẽ est per se mot⁹, Quod ad vbi, sit per se motus, affirmat Aristote. Quod vbi, sit relatio patet: quia ex hoc quod quis est in loco, insurgit relatio quædã quæ propinquitas vocatur: sicut ad esse album, similitudo.

Argum. 2.

¶Præterea. Ad prædicamentum actionis, & passionis, est per se motus: ergo nõ solùm ad illa tria, est per se motus. Patet. Ex calefactione statim per se primò resultat in agente actionis relatio: & in patiẽte, relatio passionis: ergo ad ista prædicamenta est motus per se.

3. Argum.

¶Tertiò. Probo q̃ non sit motus ad illa tria: quia ad quãtitatẽ nõ est motus: nã si ad eã esset motus, maximè in augmẽtatione, quę fit per nutritionẽ: sed tũc nõ est. Patet. quia qđ per se primò acquirit, substãtia est, & nõ quãtitas: vt constat in viuẽtibus: ergo nõ fit per se primò motus ad quantitatem: vel si per se primo ad quantitatẽ, etiã & per se primo motus ad substãtiam erit: & sequitur quod non solùm ad tria illa prædicamenta.

Notand. 1. In contrar.

¶In contrarium est Arist. in tex. 18.

¶Hîc oportet primo notare, quod id ad q̃ est per se motus, est id quod per se acquiritur per motum, & non ratione alterius: quare si propria passio distinguatur realiter à subiecto: nõ dicetur ad eam per se motũ esse: quia posito subiecto, vel essentia rei, statim consequitur ipsa, vt quid fluens à principijs intrinsecis. Si tamen per actionem alicuius agentis, motus, directẽ, & immediatè posset terminari ad talem propriam passionem, tunc ad eã per se diceretur esse motus. Ex quo apparet quod si me existente albo, ad quam albedinẽ est per se motus: sequatur relatio similitudinis ad Petrum album, non dicetur motum esse per se ad talem similitudinem: quia consequuta est similitudo albedine posita, ad quã actio terminata est: & quãdo dicimus, est per se mo

se motus ad quãtitatem. ly per se, non fertur super ly motus; sed super ly quantitatem.

Notand. 2.

¶Secundò notandum, quòd illi qui ponunt quantitatem non distingui à re quanta, sed quancunque rem (siue sit substantia, siue accidẽs) esse suam quantitatem, dicũt quòd argumentatio, non dicitur motus ad quantitatẽ quòd per eam acquiratur quantitas: nã tunc generatio, esset motus ad quantitatem, & alteratio similiter, eò quòd tam substãtia, quã qualitas, est quantitas, vt ipsi putant: sed dicunt: augmẽtatio, est motus ad quantitatem q̃ virtute illius motus, mutatur responsio ad interrogationem factã per quantũ: quia augmentatio, est mutatio, à minori ad maius: generatio autem non. Verùm non hæc ad mentem Arist. nam dato quis teneat quantitatẽ non distingui à re quanta, tamẽ quãtitas nõ est formaliter substantia: oportet ergo differant ratione: quia ponũtur in diuersis prædicamẽtis: vnde dato acquisita qualitate, acquireretur & quantitas, quæ ponereturidẽ cum ea, non diceretur motus ad quãtitatem, quia non est ad eam inquantũ quãtitas. sed inquãtũ est qualitas. Sit ergo. 1. conclu.

1. Cõclusio Ratio.

¶Tantum ad tria prædicamenta ad quantitatẽ, qualitatẽ, & vbi, est per se motus. Hęc est Arist. t. 18. Probatur, quia neq; ad substantiã, neque ad relationẽ, neque ad aliud prædicamẽtorũ est per se motus. Quòd nõ sit ad substantiã patet: quia motus omnis de cõtrario in cõtrariũ est: vt probatũ est in præcedenti specu. sed substãtiæ nihil est cõtrariũ. Itẽ: qa generatio, nõ est motus, sed mutatio. Neque ad relationẽ est motus: quia ad illã rẽ nõ est per se motus, quæ potest aduenire subiecto sine eius mutatione: sed relatio est huiusmodi: quia si ego sum albus, & Petrus in Æthiopia incipiat dealbari, insurgit relatio similitudinis, sine aliqua mutatiõe in me facta: ergo ad relationẽ nõ est per se motus: & sic de alijs prędicamẽtis, demptis istis tribus positis in conclusione.

Aristote.

2. Cõclusio Arist. 10. & 11. Meta. c. 10.

¶Cõcl. 2. Ad nullã relationẽ est per se motus Sic Aris. Probatur. Ad id solũ est per se mot⁹, ad quod terminatur motus: sed motus nõ terminatur ad relationẽ, sed ad fundamẽtũ proximum, vnde cõsequitur relatio: ergo ad relationem non est per se motus.

2. Ratio.

¶Secundò. Si ad relationẽ esset per se mot⁹: ergo motus, posset terminari ad relationẽ, & eã attingere: & tunc quærã: vel est attingendo fundamẽtũ proximũ priùs, vel nõ: si non, ergo erit relatio per motũ, quãdo nõ erit fundamẽtũ proximum quod nullus concedit: si fic; ergo priùs motus ad fundamentum proximum terminatur: sed tunc posito fundamento proximo, necessariò consequitur relatio: ergo motus non terminatur per se ad talem relationẽ: sicut neque terminari potest per se ad risibilitatẽ: quia ipsa est quid cõsequens subiectũ, cuius propria passio est.

Ratio. 3.

¶Tertiò. Si ad aliquãrelationem esset per se motus, maximè ad vbi, vt contendunt contrarium asserentes: sed ad hoc non: quia vbi, non dicit relationem formaliter, neque supponit pro ea, licèt dicat habere locum; quod explicari nõ posset sine respectu: & quando propinquitas, quæ relatio est, insurgat ex loco, motus non ad ipsam erit per se, sed ad fundamentum proximum: quod non est homo ipse absolutè: sed homo in tali loco positus: quem acquirit per motũ per se: quia ad quantitatẽ, & qualitatem, & locum, acquirendũ, per se datur motus: ad relationem autẽ nõ.

3. Conclu.

¶Tertia conclusio. In actione & passione nõ est motus: quòd pluribus rationibus probari posset ex Arist. sed sufficit duas apponere: prima motus non est in motu: ergo neque in actione & passione: quia actio, & passio sunt motus, & vnus: vt in tertio probatum est. Secundò, si motus esset in actione & passione, esset in eis tanquã in subiecto, vel vt in termino acquisito per motum: non primum, quia id qđ est subiectũ motus mouetur: vt aqua cũ alteratur: sed actio nõ mouetur: &c. neque secũdũ: quia cũ actio, sit motus: & omnis motus terminetur ad quietẽ: sequitur quod per eundẽ motũ acquireretur quies, & motus, q̃ repugnat: vt si motus calefactio, est in motu, vt in termino acquisito: ergo terminabitur ad calorem in quo aqua quiescit, pro aliquo tempore: & si ibi motus frigefactio, simul esset frigefactio & calefactio.

¶Quod motus non sit in quando, nec in situ, nec in habitu, Philoso. reliquit vt manifestum: sed Sanct. Tho. probat, non est in quãdo, quia quando, est esse in tempore: & tẽpus est mensura motus; ergo si in tempore esset motus, motus esset in motu. Item quia nõ est motus, in relatione: sed quando, est relatio: & similiter situs, & habitus: sequitur quod in istis prædicamentis non est motus, ad argumẽtũ & ad primũ &. 2. ex dictis patet solutio.

S. Thom.

Ad. 3.

¶Ad tertium, in quo probatur quod ad substantiam sit motus in nutritione, quando sit augmentatio, negatur: sed ad quantitatem, fit per se motus, licet contingat quod sit ibi substantia. Ratio est: quia in augmentatione, nõ terminatur actio ad suppositũ alicuius substã-

tiæ:quia esset generatio,& non augmẽtatio: sed terminatur ad illam partẽ de nouo adiectam substãtialẽ:sed tamen quia tunc non dicitur quòd fit animal simpliciter:qa non fit homo simpliciter,quando nutritur, sed solũ dicitur quòd fit maior:quia substantia hominis est sub maiori quãtitate, quã erat antè nutritionẽ:sed si esset generatio, simpliciter, fit. Et hæc quæ viuentium est, propriè augmentatio dicitur:nã alia quæ est per rarefactionẽ vt si cera liquefieret,& extenderetur sine acquisitione nouæ partis substantiæ, seu materiæ,impropriè augmẽtatio est:vt in libris de generatione inferius erit differendũ. Argumẽtum ergo si de isto augmento impropriò loqueretur, non solùm vim,sed neque apparẽtiã haberet,tamẽ quia loquitur de augmentatione propria, quæ est in viuentibus,& non sine substantiæ acquisitione secũdũ partem, respondemus:motum terminari ad quãtitatem,& nõ ad substantiam:quia per augmentationẽ,suppositum non habet esse, sed pars substantię:& ipsa tota substantia, vel suppositũ, acquirit maiorem quantitatẽ, & dicitur esse sub maiori quantitate.

SPECVLATIO. III.

Vtrùm formæ substantiales acquirantur, successiuè.

1. Argum.

Consequenter videtur ad propositũ quærere, quando quidem Aristotel. agit de illis ad quæ per se est motus,& ad substantiam negat per se esse motum: vtrùm formæ substantiales acquirantur successiuè, an in instãti: quia si successiuè, non est quare non sit per se motus, sicut ad qualitatem,& quantitatem.

¶ Videtur quòd sic. Formæ substãtiales, quę non sunt animatorum, videntur successiuè esse. Patet: agens naturale, nõ producit formã substantialem, nisi præuijs dispositionibus productis: quæ faciunt ad expellendam formam præexistentem,& disponunt ad nouã aliam introducendam: sed non stat huiusmodi præuias dispositiones produci, quin forma substantialis habeatur successiuè. Patet. Tales præuiæ dispositiones necessariæ ad formam introducendam sunt sic sufficientes, vt suppono, quòd vltimum esse ipsarum, primũ sit esse formæ substantialis in subiecto. Tũc sic. Omne agens naturale priùs agit in propinquum, quàm in remotũ: ergo priùs in parte proximiori subiecti, dispositiones præuię & necessariæ erunt: sed ipsis positis forma introducitur substãtialis: ergo antè erit in parte illa propinqua, forma substantialis, quàm in alia:& sic sequitur quòd forma substantialis in animatorum saltim, fit successiuè acquisita.

Secundò.

¶ Præterea. In viuentibus ab agente naturali per actionem caloris in cibum nutrimentalem, fit formę substãtialis productio: quia in tali parte nutrita verè est substantia:& dicimus alimentum conuertitur in substantiam: sed talis acquisitio substantiæ, nõ fit nisi successiuè: quia successiua est actio caloris conuertentis alimentum in carnẽ, vel in alici, substantiam.

In contrar.

¶ In contrarium est: quia substantię rerum, quę sunt species, se habent sicut numeri, consistentes in indiuisibili: ergo non successiuè sed in instanti introducuntur,

Notand. 1.

¶ Pro solutione est notandum, differentiam esse inter formam substantialem, quę dat esse substãtię,& simpliciter, quę per generationem habetur,& formam accidentalem, quæ solùm dat esse secundũ quid: & habetur per alterationem, aut augmentationem.

Notand. 2. Differẽtia inter formas substãtiales.

¶ Secundò considerandum, quòd inter formas substantiales, est latissima differentia: nã quædam sunt substantiales formæ inanimatorum: vt sunt lapidum:& aliorum in quibus vita non est: aliæ sunt formæ viuentium:& secundùm differentiam viuentium,& animarum, seu formarũ est differẽtia: nã est vegetatiuũ & sensitiuũ,& rationale. Vbi nutritio,& augmẽtatio,& nõ sensatio, vt in plãtis: est anima vegetatiua: vbi vltra est sensatio, est sensitiua anima: vt in brutis:& quando ratiocinatio supperadditur, vt in homine est anima rationalis. Non disputamus hìc, an in homine sit vegetatiuum, sensitiuum,& rationale per tres animas distinctas, vel solùm per vnam, quę contineat perfectiones inferiorum: quia de hoc in libris de anima videbitur in. 3. Nã sicut Trigonus in tetragono, sensitiuum,& vegetatiuum in rationali est: vt docet Aristote.

In. 3. de anim sect. 1.

Notand. 3 Vide Cireuelo in paradox. q. 5. artic. 2. Vide. San. Th. p. p. q. 76. arti. 8. & 2. cõtra Ge. c. 72.

¶ Ponenda etiam est differentia inter formas omnes alias à rationali: & ipsam: quia sunt extensæ illæ,& corrumpuntur, subiecto corrupto: non rationalis, quæ non educitur de potentia materiæ, & immortalis durat, etiam separata à suo subiecto: vt in. 3. de ani.

anima probatur.

Opi. Mãt.

¶ De quæstione est opinio Mantuani dicentis, quòd omnis forma substãtialis, quæ est diuisibilis, acquiritur successiuè in materia: & ad probandũ supponit primò, q materia est receptaculũ formarũ, & quòd materia est receptaculũ formarum, & q nõ potest esse sine forma. Secũdo supponit, quòd ad hoc quòd materia recipiat huiusmodi formã, oportet sint qualitatiuæ dispositiones sufficientes,& cõueniẽtes formæ. Tertiò supponit, q omne agẽs naturale priùs agit in propinquũ, quàm in remotũ. His dictis, probat. Omne agens naturale disponens ad corruptionẽ formę præcedentis,& introductionem sequentis, priùs disponit partem propinquã, quã remotã: ergo priùs introducit formã in parte propinqua, quã in remota,& sic successiuè. Patet vltima consequẽtia: quia qualitates disponentes, successiuè producuntur.

Ratio Mãtua.

Confirma.

¶ Confirmari potest: quia sicut in productione qualitatis,& corruptione eiusdem, quæ secundùm omnes, producũtur,& corrumpuntur successiuè, non est dabilis prima qualitas corrupta, neque prima producta (non tenendo minimum naturale potens per se existere neque maximum quod non potest, sicut tenet Mantuanus) sic & non est dabilis prima pars formæ substantialis introductæ, neque prima pars formæ corruptæ: ergo ea ratione qua qualitates successiuè introducuntur, & corrumpuntur successiuè,& formæ substantiales similiter.

Mãtuanus tenet de anima rationali, qđ successiuè informet.

¶ De formis alijs, quæ non sunt anima rationalis, idem sentit Mantuanus: imò de anima rationali, propter rationem dictam, tenet qđ successiuè informat,& definit informare totum corpus.

Obiectio.

¶ Quòd si fiat argumẽtum ex sanctorum auctoritatibus, quod animæ creantur in instanti à solo Deo,& oportet in instanti informent: aliàs daretur in illo interim, quòd neq; in gratia, neque in peccato esset, quod nõ videtur.

Solutio.

Oportet dicere tenendo opinionem Mãtuani, quòd anima rationalis creatur à Deo per vltimũ non esse,& sic incipit informare: quo posito non sequitur inconueniens: sed fit cõclusio prima.

Conclu. 1. Cor primũ viuens & vltimum moriens.

¶ In omnibus animatis siue anima sensitiua, siue rationali, in instanti, anima informat corpus, licèt alia mẽbra informet successiuè: & sic fit in corruptione. Hæc conclusio. probatur autoritate & Theologorum,& Philosopho. Et hac ratione dicitur, quòd cor fit primum viuens, & vltimum moriens.

Ratio. p. p. Secundò.

¶ Prima pars probatur: quia si successiuè anima acquireretur, & in nõ instãti: ergo ad substantiam esset motus, seu ad formam substantialem: sed hoc est contra dicta in præcedenti speculatione, vbi Arist. ex professo probat quòd solũ ad tria præcedicamenta est per se motus: ergo anima non introducitur successiuè, sed in instãti.

¶ Secundò, Si anima successiuè introducere tur,& nõ in instãti, oportet ergo quod priùs partem informet, quam totum: quia hoc est successiuè introducere: vel est ex parte formæ, vel ex parte subiecti, cuius forma est. Si ex parte formæ: ergo ipsa habet gradus, vt qualitates accidentales: vnde non consistit in indiuisibili, cõtra Arist. qui dixit, rerũ species se habere sicut se habẽt numeri. Quod si fiat successio partium nõ ex parte formæ, sed ex parte subiecti: sit verbi gratia, quod priùs animatur brachium dextrum in animali. Quæro. Vtrum tunc est animal, & viuens, vel nõ: si non, sequitur quòd habens formam animatã non est animal. Si primũ, ergo etiam si vltra non informet, dicetur animal. Tunc quęram: si animal (cùm sit genus) in aliqua specie debeat contineri: sed in nulla continetur cum solo animato brachio: quia si in aliqua certa maximè in illa in qua si totum animal esset, animatum contineretur: sed in illa non: quia sic, homo diceretur solùm brachio viuẽte, quod non capit intellectus, oportet ergo dicere, quod anima, informat in instanti, & non successiuè.

Secundò. Aristot. 8. Meta. tex. 20.

2. Cõclusio Formæ substantiales in animatorũ in instãti introducuntur.

¶ Conclusio secunda. Omnis forma substantialis, etiam inanimatorum in instanti introducitur ab agente naturali, licèt præuiæ dispositiones producantur successiuè. Hæc declarat punctũ rei. Prima pars probatur exprima cõclusione: quia aliàs ad substantiã esset motus, si forma substantialis per successionẽ haberetur:& generatio, non esset solũ mutatio: sed motus: quod Arist. negat in isto. 5. Itẽ quia Arist. generaliter dixit, species rerũ sunt sicut numeri: id est, cõsistũt in indiuisibili. Et tamdẽ eodẽ modo probabitur hæc cõclusio quo ad primã partẽ, sicut probata est prima.

Ratio. 2. p.

¶ Secũda pars probatur, quòd dispositiones requisitæ successiuè introducantur. Quod libenter damus Mantuano. Patet. Illę sunt formæ accidẽtales,& sunt qualitates reales, ad quas est per se motus: ergo successiuè, disponitur materia ad formã introducẽdã,& introducũtur qualitatiuæ dispositiones.

Ratio. 2.

¶ Præterea. Ex supposito eiusdem Mantuani. Omne agens naturale priùs in partẽ propinquã

pinquam, quàm in remotam agit: ergo dispositiones necessariæ, priùs erunt in magis approximata parte agenti, quàm sint in remotiori: & cùm tales dispositiones habeant gradus, & non consistant in indiuisibili: possunt esse in parte vna, cùm nõ sint in alia: maximè cùm in etherogeneis non eadẽ sit dispositio, & nõ eodẽ modo sit requisita in omnibus partibus ad esse formæ. Alia enim dispositio ad animationẽ, requiritur in capite, quam inpede, & alia in osse, quàm in neruo.

3. Cõclusio ¶ Tertia conclusio. Dispositiones requisitæ, & necessariæ ad formam introducẽdam, quãuis in genere causæ materialis, & disponẽtis sint priores, sunt effectus eiusdem formæ introducẽdæ, & posteriores ea. Hic intendimus probare, dato ita sit, quòd dispositio, viam faciens ad formam introducendam intelligatur vt precedens ad formam: tamen quòd ipsa sit dispositio vltima, habet ab ipsa forma, & eius dicitur effectus. Sicut si calor, requiritur ad hoc quod forma ignis introducatur in ligno, quãuis calor disponat, sed calor necessariò requisitus est in tanta intensione: & qui vltima dispositio est eiusdem formæ, ignis effectus est: quia ad idem genus causæ conseruans, & efficiens, pertinet: sed forma ignis introducta, illum calorem necessarium, & qui vltimò disposuit ad formam per formam, & à forma cõseruatur: ergo intelligitur vt effectꝰ eiusdem formæ.

¶ * Imò omnes tales dispositiones, quæ sunt cum forma introducta, & eam cõseruãt, sunt de nouo productæ, & aliæ corruptæ fuerunt quæ erant cum forma corrumpendã, vt nos alibi diximus latè. Et priùs ipsa forma præintelligitur: in quo est deceptus Mantuanus, qui tolùm attendit ad causalitatem disponẽtis, in genere causæ materialis: non aduertendo ad causalitatem formalem, quam facit forma respectu dispositionum sufficientiũ. Huius si vis capias exemplum, quod in Theologia adduci solet: quãdo peccator iustificatur per dolorem de peccato, seu contritionẽ sufficientem: intelligitur prior cõtritio, & vt disponens vltima dispositione ad gratiam: quæ est forma introducenda: sed contritio, quæ vltima dispositio est, effectus eiusdem gratiæ dicitur, & ea posterior: vt scitè S. Th. probat: sic in proposito dicendum. Et nõ est opus obtationem adductam à Mantuano, cum illo cõsentire in opinione, vt assentit quidã aliàs vir doctus: sed oportet dicere q̃ dispositione facta in aliqua parte subiecti, etiã si sufficiẽs appareat: non introducetur substantialis forma, quousque subiectum fuerit dispositum ad hoc q̃ possit forma substãtialis introduci vt incipiat esse per primũ sui esse: & tunc sint dispositiones requisitæ. Neque hoc est mirũ quia tota extẽsio in subiecto, vbi forma erit, reputatur velut dispositio necessaria: & dato agens naturale in propinquum agat, prius quam in remotum, non tamen eo introducetur forma substantialis, quousque extẽsio sit dispositionum per totum subiectum.

Deceptio Mantuani.

De iustificatione impij.

S. Th. p. 2. q. 113. art. 8.

Ad argu. ¶ Ex istis patet solutio ad argumẽta posita in principio, quæ sunt illa quæ format Mantuanus pro sua opinione, maxime primum.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum dicimus quod quando sit nutritio, per actionem caloris disponitur alimẽtum successiue: vt sit aptum, vt cõuertatur in substantiam aliti: & in instanti, in quo vltima dispositio necessaria cibi: & ibi est substantialis forma: & intelligitur alimetum cõuersum in substantiam aliti. Patet etiam solutio confirmationis pro opin. Mantuani: quia differẽtia est in qualitatibus, & in formis substantialibus: ideo in illis conceditur successio, & non in istis.

Ad confir.

SPECVLATIO. IIII.

Vtrũ ad vnitatem motus istatria sint requisita, mobilis, termini & tẽporis, vnitas.

1. Argum. VIdetur quòd non. Stat eũdem esse terminum, & tamen motus esse specie differentes: ergo vnitas termini, non facit vnitatẽ in motu. Patet. Si lapis vnus à concauo Lunæ descendat via recta, & alius à centro ascendat, & in puncto medio aeris sint obij lapides illi, tunc terminus est vnus ad quem, quia ponoin casu, & tamen differunt motus specie: quia vnus sursum, alius deorsum: qui sunt cõtrarij.

2. Argum. ¶ Præterea. Si ad vnitatem numericam in motu, esset necessaria vnitas specifica termini ad quem, & ipsius motus, maximè esset, quia illa quæ sunt diuersa in specie, continuari non possunt: sed non propter hoc: quia illa quę differunt specie, de facto continuantur: vt patet in sertione, vbi surculus insertus in arboris alterius specie truncо, vel ramo, crescit, & fructificat: & cõtinuatẽ cũ truncо, vel ramo. Patet etiã de arbore, & virga, quæ promedie tate est sicca, & pro medietate viridis, quæ partes specie, differunt: vnum tamen efficiunt continuum. Et maximè in animalibus etherogeneis constat, vbi carnes, ossa, nerui, & venæ faciunt vnum continuum: cùm ista maximè, specie differant.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Si ignis feratur vsque ad concauũ lunæ: & aër vsq; ad concauũ ignis: isti motus sunt ad terminum ad quem diuersum, & est vnus motus in specie. Patet: quia vterq; motus sursum est: & motus sursum omnes sunt in eadem specie: ergo sunt termini diuersi, ad quem, manente, vno motu.

In contra. ¶ In contrarium est Aristo. tex. 35.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, hic nos velle loqui, non de vnitate indiuisibili, sed de vnitate quæ continua est: vt motus eò dicatur vnus, quia continuus. Hanc vnitatem, & continuitatem in permanentibus non est difficile inuestigare: est tamen in successiuis, quibus repugnat suas habere omnes partes simul. Non enim tam in promptu est cognoscere temporis cõtinuitatem, cuius pars preterita non est, sed abijt, & futura nondum est: atque solum quoddam instans in presenti consideratur, quòd continuet huiusmodi partes, quæ non sunt: vt continui rationem habeant.

Notandũ. 2 ¶ Oportet etiam aliquorum habere notitiam, nempè quid sit res aliquas simul esse: consequenter se habere: continuè, & contiguè. Illa dicuntur simul esse loco, quæ simul sunt in eodem loco adequato: quo pacto absque miraculo duo corpora esse nõ possunt. *S. Th. p. q. 52. ar. 3. Theolo. in 4. d. 44.* Non enim per naturam penetratio corporũ est, vt in superioribus tetigimus. Tamen duo angeli naturaliter possunt esse: quia corpora non habent: sicut & duo glorioſa corpora supernaturaliter vel vnum glorioſum, cum non glorioſo. Materia & forma dicuntur esse in eodem loco: quia vna res est naturalis per ea.

Consequenter se habentia. ¶ Eorum autem quæ non sunt simul loco: aut extrema sunt simul, aut non: si non sunt simul, aut mediat aliquid eiusdem generis, aut non: si aliquid eiusdem generis mediat, non sunt consequenter se habentia: sicut in militum ala, primus non se habet consequenter cum tertio: quia mediat secundus eiusdem generis. Sic domibus dispositis in ciuitate per ordinem, prima ad tertiam non se habet consequenter: quia mediat secunda domus: sed prima ad secundam, secunda ad tertiam, dicitur consequẽter se habere, quia nihil eiusdem generis mediat: nam licèt sit aër medius, vel aliquid aliud, quod non sit domus, consequenter se habent illa. Si tamẽ extrema, vel vltima se tangant: vel sunt vnum, vel non: sed tolùm se tangunt si primo modo, sunt continua: vt si ligni partes non separatas consideres, vel lineæ, aut corporis alicuius partes, faciunt continuum vnum, & dicuntur vnum continuum: quia vltima sunt vnum, copulata ad vnum terminum communem. De quo in prædicamento quãtitatis diximus. Si vltima sunt simul, & vnũ non faciant, dicuntur esse contigua. Quo pacto ait Aristotel. necesse est mundum istum contiguum esse superioribus lationibus, vnde eius virtus gubernetur: sic omnia corpora quæ in mundo sunt, quantumcunque plusquam specie differant, imò & genere, dicuntur esse contigua: quia in rerum natura vacuum nõ datur: vt in libr. 4. probatum est, speculat. 3.

Continua.

Contigua.

¶ Est etiam notandum, quòd vnitas est duplex: quædam numerica: alia specifica, & si tertiam velis addere, genericam. Vna res nũmero dicitur, quælibet, quæ in quantum est ens, & vna est: sicut & vera, & bona: aliquid, & res: per hoc quod quælibet res est in se indiuisa, & à qualibet alia discernitur. Aliqua cum sint duo numericè, dicuntur esse vnum specie, sicut Petrus, & Paulus sunt numericè duo, sed specie vnum: quia eiusdem sunt speciei, cùm vterque indiuiduum sit speciei humanæ, & in quid, species prædicatur de eis. Est generica vnitas in illis, quæ cùm numero distinguuntur, & specie, sub vno continẽtur genere proximo: sicut homo, & brutum sub animali: & illa quæ sub eodem prædicamento continentur,

Notand. 3. Triplex unitas.

Vnũ specie

Vnũ genere

Aristot. 5. Met. te. 11

¶ Advnitatem ergo motus quid requiratur, & ad hoc quòd sint duo motus, idem specie, non conueniunt doctores. Itaque discrimẽ, & disidium maximum est inter eos in hoc: quidam enim dicunt esse requisitam specificam vnitatem terminorum, ad quos: alij verò negant. Albertus de Saxonia dicit vltra vnitatem terminorum ad quos, requisitam vnitatem terminorum à quibus, quod alij reprehendunt, & meritò: nam cùm motus sit recessus à termino à quo, quorsum species sumenda est: ab ipso quod abijcitur per motũ, & in cuius abiectionem cõsistit ratio motus? Quapropter dicunt tolùm penes terminos ad quos considerandam rationem specificã motus: alij putant ad hanc vnitatem necessariam vnitatem principiorum mouentium:

Varia opi. nio de requisitis ad unitatẽ motus. Albertus Iunior.

alij negant. Et quòd sumatur à termino ad quē, patet: nā cū ex definitione sumatur ratio, & quidditas rei, vt Arist. 5. meta. tex. 12. illa dicentur distingui specie, quæ distinguū tur definitione: & species, esse vnum: quorum definitio est vna: at motus omnis per terminum ad quem definitur, quādo dicitur: Motus non est aliud, præter res ad quas est motus. 5. metap. tex. 4. & hic text. 4. ait, quòd à termino ad quē nomen fortitur, & speciem motus ipse: quod probat, & refert. S. Thom. quanuis Comment. in. 2. physic. text. 14. dicat in artificialibus, motum capere speciem à principio à quo. Prædicta ratio deseruiet cōclusioni quæ sequitur.

S. Th. p. p. q. 23. ar. 1. ad. 3.

Conclu. 1. ¶ Prima conclusio. Species in motu, per se primò, penes terminum ad quem vltimatū attenditur. Hæc est expressa Arist. doctrina in locis citatis, & hic text. 31. quando dicit, quòd omnes albationes sunt eiusdem speciei specialissimę, & omnes disciplinationes sunt eiusdem speciei subalternæ: quia disciplina est species subalterna habens sub se species specialissimas.

Ratio. ¶ Præterea. Species in motu, sumi debet ab aliquo quod est in motu: quia quod non est, non potest dare speciem: & non sumitur ab eo quod in facto est, cum tunc nō sit motus: ergo sumitur ab eo quod est in fieri, sed id quod est in fieri terminus ad quem est: ergo ab eo sumitur ratio specifica.

¶ Dixi, terminum vltimatum, quia motus lapidis vsque ad centrum terræ, & motus eiusdem ad cōcauum aēris sunt eiusdem speciei, etiam si termini non sint idem, non vltimati: sed vltimatus terminus est idem: quia est locus ille naturalis, vbi conseruantur res, qui est vnus, grauium.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Quanuis identitas termini à quo, non requiratur per se primò, ad vnitatem specificam motus: consequutiuè tamen requisita est. Probatur: quia omnis motus, à contrario in contrarium est. t. 10. & 18. si ergo termini, ad quos, sunt eiusdē speciei: ergo & termini à quibus similiter: & si termini ad quos, differunt specie: ergo & termini à quibus similiter: in hoc sensu potest admitti quod dixit Albertus, rationem specificā in motu sumi etiam à termino à quo.

Saluatur opin. Alberti Iunioris.

Dixi, quod non requiritur per se primò: quia licèt terminus à quo esset vnus, si termini ad quem, sint diuersi, erunt species diuersi motus: vt à palledine ad nigredinem: & ad albedinem mà tepiditatē, ad calorem, & frigiditatem.

¶ Tertia conclusio. Ad vnitatem specificam motus consequutiuè requiritur vnitas formalis spacij. Hæc est Arist. tex. 32. Hic volo dicere, quod si vnum mobile moueatur linea recta, & aliud linea circulari, nō erit eadē species motus: quia non est vnitas spacij. Probatur: quia motus circularis, & motus rectus, specie differunt: & nō est necessariū semper sit penes diuersum terminum ad quem: quia potest esse vnus: oportet ergo sit diuersitas penes spatiū: quia nō eadē via est, quæ per rectam lineam, & quæ per circularem.

Conclu. 3. Vnitas spatij requisita.

Ratio.

¶ Dixi, formaliter, quia si lapis descendat per ignem, aërem, & aquam, licèt spacia differant specie, motus vnus est: sed nomine formaliter, intelligimus figuram vię, vel progrediendi: quòd fiat, scilicet, per lineam rectam, vel curuam, quanuis sit materialiter idem spacium, non tamen formaliter: & saltim in motu locali requiritur vnitas formalis spacij.

¶ Dixi, saltim in motu locali, quia Paulus Venetus hic. tex. 33. dicit, nō esse idem in motu alterationis: nā dealbatio à nigro per fuscū, & à nigro per viride sunt eiusdem speciei, licèt spacium non sit idem: quod videtur esse ad mentē Aristotelis, qui omnes dealbationes dicit esse eiusdem speciei: (quanuis Burleus teneat esse specie differentes) quādo medium non est idem, etiam si terminus ad quē fit vnus, sicut in motu locali. Tenentes ergo opinionem Pauli Veneti, restringenda est cōclusio ad motum localem.

Venetus.

Burleus.

Conclu. 4. Vnitas motoris nō est requisita.

¶ Quarta conclusi. Ad vnitatem specificam motus, non requiritur vnitas specifica motoris. Hæc conclusio sit contra illos, qui putāt vnitatem motoris requisitam. Patet. Motus lapidis deorsum à generante, & motus lapidis proiecti ab homine, sunt eiusdem speciei: cùm motores sint differentes: quia terminus ad quem est vnus: & motus lapidis missi à funda, vel missi à manu, sunt eiusdem speciei dūmodò alia sint paria: ergo sequitur quod vnitas specifica motus non requirit vnitatē motoris.

Secundò.

¶ Item. Nihil potest in specie constituere, quod non intrat eius definitionem, sed motor, non intrat definitionem motus: ergo nō specificatur ab eo.

Conclu. 5. Ad unitatē numericā, motus unius mobilis, & termini, & tēporis.

¶ Quinta conclusi. Ad hoc quòd motus sit vnus numero, requiritur vnitas numerica mobilis, & termini, & quod via sint eiusdem speciei, & tempus vnum. Respectu primi. Si granum frumenti vna formica vsque ad certum locum deferat, & alia continuè vsque ad

ad nidum, portet, non erit vnus motus numero: quia mobile non est vnum numero: & cùm motus accidens sit, non potest esse vnū & idem in diuersis subiectis, licèt possit esse vnus motus, vnitate cōtiguitatis. Requiritur etiā quod termini, & viæ sint eiusdē speciei: quia aliàs, si idem mobile, moueretur, & partim per lineam rectam, & partim per curuā, non esset vnus motus numero: quia circularis, & rectus, non sunt eiusdem speciei: nam cùm ea quæ differunt specie, non possint esse continua, motus per lineam rectam, & circularem nō possunt vnum facere continuū. De terminis iam dictum est.

¶ Tempus etiam oportet sit vnum, in hoc sensu: quòd nullum detur instans, in quo nō sit verum dicere, immediatè ante hoc erat pars motus, & immediatè post hoc erit pars motus: nam cùm mobile sit idem, & partes motus sint eiusdem speciei, motus erit cōtinuus, & vnus numero. Si autem sit interruptio in motu, etiam si sint alia omnia, nō erit vnus motus continuus: sed contiguus poterit esse, vt diximus.

Conclu. 6. ¶ Sexta conclusio. Ad vnitatem numericam motus, non est requisita vnitas numerica spacij, imò neque continuitas spaciorū, neque contiguitas. Patet. Si lapis descendat per ignem, & aërem, & aquam, vt suprà dixi mus, vnus est motus numero, licet spacia materialia differant specie. Et si quis pulset continuè citharam, & percutiat primam chordam, & vltimam, relictis intermedijs, est vnus motus. Et si quis fluuium transeat per lapides suppositos, etiam si non sint lapides contigui, motus dicetur continuus: vt si ambulet in pauimento ex lapidibus quadratis constituto, etiam si non in quolibet lapide pedem figat, erit motus continuus, & vnus.

Ratio. ¶ Ratio est. Continuitas, in motu penes id quòd continuat partes eius cōsideranda est: sed quòd continuat non sunt spacia continua, sed solùm mutatum est: ergo per solum mutatum est, debet attendi: sed existētibus non continuis, imò neq; contiguis spacijs, stat aliud, & aliud mutatum esse, quod continuat partes motus, vt dictum est, quando nulla quies intermedia est: ergo sequitur q motus continuitas, non requirit spacia materialia continua.

Ad. 1. arg. ¶ Ad primum argu. cōcedimus illos motus esse specie differentes, non vt Albertus de Saxonia putat, propter diuersos terminos à quibus, sed propter diuersos terminos ad quos: nam non est idē terminus lapidis descēdentis, & ascendentis, sed alius, & alius: qui cōsiderantur penes sursum, & deorsum. Sic docet Arist. quòd est eadē relatio de motu ab extremo ad mediū, aut de medio ad extremū, quæ est de extremo ad extremum: nam medio (inquit) vtimur, vt duobus contrarijs. Item: quia medium punctum aēris, respectu concauilunæ deorsum est: sed respectu centri terræ sursum: ob id illi motus sunt contrarij sicut sursum, & deorsum.

Arist. tex. 52.

Ad. 2.

¶ Ad. 2. in quo tangitur difficultas de continuatione illorum, quæ specie differunt: vt in virga pro parte viridi, & parte sicca, dicendum est, illa quæ specie differunt continuari non posse: & sic motus circularis cum recto non poterunt continuari: quia specie differunt, & ex vtroque non erit vnus motus numero. Ad id quod de virga quæ pro medietate sicca est, dicendum, non ibi esse in veritate continuationem, quanuis sit secundùm apparentiam. Ratio est quia si formæ non continuantur, cùm alia sit in medietate sicca, alia sit in medietate viridis, & accidentia non continuantur, inter quæ quantitas est: maximè tenendo viam S. Tho. quod accidentia subiectentur in toto compositō, & non in materia prima: cùm totum compositum non maneat: quia non est virga viridis sicut antè, sequitur quod neq; cōtinuatio erit. Conglutinantur partes, ita est, sed non continuantur. Et dato in materia subiectentur accidentia, cùm resolutio fiat in corruptione vsque ad materiam primam, necessarium est quòd in corruptione virgæ, quando deficcatur, non maneat aliquod eius accidens: ergo neque manebit quantitas: quod si alia de nouo veniat in parte virgæ corrupta, non poterit continuari cum prima, quando quidem formæ substantiales non continuātur. Et in eterogeneis, sicut in homine, oportet cōcedere, quod cū ipsæ partes non differant specie perfecta in se, eo quòd sunt partes vnius: poterit intelligi cōtinuatio, etiam si specie differūt: quia nō est perfecta specifica differentia. Et hæc cōtinuatio cōgruenter fit per neruos qui medium videntur tenere inter ossa, & carnem: & sic vna forma est in omnibus illis partibus. Quapropter & continuitas est intelligenda. Neque obstat si. San. Thom. dicat formam totius in eterogeneis non esse in singulis partibus. Non obstat (in quam) quia intelligit quod non quælibet pars integralis hominis sit homo: & ita est: vt os non est homo, cùm in homogeneis cōtingat:

Quomodo ille quæ specie differunt possint cōtinuari.

D. Thom.

S. Th. p. p. q. 11. ar. 2. ad. 2.

tingat: quia quælibet pars aquę aqua eſt. Ad id quod de ſurculo inſerto, quod maiorem habet apparentiam, dicendum quòd ibi non eſt continuatio, ſed ſolùm fit, quòd ſurculus vtatur trunco, vel ramo tãquam medio per quod à radice alimentum recipiat, & fructificat. Si tamen eſſet ſurculus inſertus eiuſdem ſpeciei, ſicut contingit fieri ſępe, tunc nõ eſt quare negemus talem fieri poſſe continuationem, & de facto fieri, licet adhuc non ſit certum, an fiat.

Ad. 3. *Ariſtot.* 1. *de cœlo. tex.* 86. ¶ Ad tertium concedimus terminos illos eſſe ſpecie diuerſos, & negamus motum eſſe eundem: imò ipſi motus, differunt ſpecie, ſicut & termini: nam corporibus ſimplicibus, quæ ſpecie differunt, vt ſunt aër, & ignis, cõpetunt, & motus naturales ſpecie differentes, vt ait Ariſt. 3. de cœlo. tex. 51.

¶ SPECVLATIO quinta. Vtrùm motus reflexus poſsit eſſe continuus.

QVIA de vnitate motus diximus, quæritur, vtrũ motus reflexus poſsit eſſe continuus, ſic, vt vnus dicatur, ſine hoc quod quies ſit media.

¶ Primo probatur, quod nullus motus reflexus poſsit eſſe continuus: nam ſequeretur quod aliquod mobile, moueretur ſimul motibus contrarijs: quod eſt contra naturam contrariorum, quæ ſimul eſſe non poſſunt: vt docet Ariſtotel. in. 4. & 10. Metaphyſic. probatur ſuppoſito quod ſi aliquod mobile mouetur, continuo motu, à termino, ad terminum, verùm eſt dicere, quod mouetur ad illum terminum, per totum tempus menſurãs motum illum: non ſolùm quando propinquat termino, ſed in principio motus: tunc eſt argumentum: ſi lapis proiectus ſurſum mouetur, & ex ſurſum deorſum, motu reflexo, motu continuo, ergo per totum tempus menſurans motum, mouetur deorſum: ſed antequam reflecteretur mouebatur ſurſum, ergo motu ſurſum & motu deorſum ſimul mouetur: & hæc ſunt contraria, vt notum eſt, ergo maior eſt nota, & minor eſt manifeſta.

Ariſtotel.

2. *Argum.* ¶ Secundò, ſi talis motus reflexus continuus datur, ad vnum terminum numero, accedit & recedit ab eo ſimul vt patet ad ſenſum: tunc quæro aut eodem inſtanti, accedit, & recedit, aut in diuerſis: nõ primũ, quia ſic oppoſita eſſent ſimul quod repugnat. Ergo ſecundum: ſed cum non dantur inſtantia immediata, ſequitur quod eſt tẽpus, in quo neque accedit, neq; recedit, ſed hoc eſt quieſcere: ergo quies datur in motu reflexo: & ſic non poteſt eſſe talis motus vnus & continuus.

3. *Argum.* ¶ Tertiò probatur auctoritate philoſoph. libr. 8. phyſicorum textu. 64. vbi probat nõ poſſe eſſe motum ſurſum, & deorſum, ſine quiete media.

Motus reflexus dupliciter. ¶ In contrarium tamen eſt quod graue proiectum ſurſum, & obſtaculum obuians habens, continuè ſine quiete reflectitur.

¶ Pro deciſione quæſtionis oportet aduertere, quod motus reflexus poteſt dupliciter contingere: vno modo quando aliquid motum motu recto ex ſui natura reflectitur & reuertitur: vt ſi lapis ſurſum proijciatur, & per impetum: moueatur ſurſum ad certam diſtantiam: & eo ceſſante, quia terminatur virtus impreſſa per impetum, deſcendat ſecundum naturam ſuam quia graue eſt. Secũ dò contingit talis motus reflexus, per hoc quod graue proiectum ſurſum, obuiat corpori impedienti progreſſum, & reuertitur: vt ſi quis lapillum proijciat ſurſum, & ſtatim molarem obuiãdo, reuertatur deorſum: qui lapillus vltra progrederetur ſurſum, ſi non inueniret impedimentum.

1. *Conclu:* ¶ Motus reflexus in primo ſenſu, non poteſt eſſe continuus: ſed neceſſario datur quies. Hæc probatur ab Ariſtotel. in octauo, phyſicor. textu. 64. rationibus adductis in principio quæſtionis: nam eſt repugnantia, quod ſit vnus motus ad contraria ſimul, vt eſſet ſurſum, & deorſum, ſine quiete media.

Ariſto.

2. *Cõcluſ.* ¶ Secunda concluſio motus reflexus in ſecundo ſenſu, quando eſt aliquod impedimẽtum obſtans impulſioni, poteſt eſſe continuus: probatur, ſi non eſſet continuus, eo eſſet, quod ſimul eſſet acceſſus ad vnum terminum, & receſſus ab eodem, quæ ſimul ſtare non poſſunt: ſed quando tale contingit obſtaculum, non eſt propriè acceſſus, & receſſus, reſpectu eiuſdem, quia non eſt acceſſus, imò impedimentum eius.

Obiectio. ¶ Dictis in prima & ſecunda concluſionibus, obuiare videtur: quia quies tàm in ſecũdo, quam in primo ſenſu, neceſſario videtur danda,

danda, ſuppoſito, quòd omne illud quod nunc mouetur aliquo motu, & ante non mouebatur, quieſcebat, ab iſta ſpecie motus: ponamus quod lapillus, proiectus ſurſum, habet obuium magnum lapidem deſcendentẽ deorſum, tunc lapillus deſcendit deorſum, & antequàm obuiaret non mouebatur deorſum, ſed potius ſurſum, ergo quieſcebat: ſed hæc quies, non eſt niſi in vbi, ſurſum, quando fuit obuius lapis: ergo aliquando quieſcebat: in vbi, ſurſum: & ſic datur quies. Secundo modo in motu reflexo: & ob id nullo modo poterat eſſe continuus: quod eſt contra ſecundam concluſionem.

Solutio. ¶ Solutio obiectionis eſt, quod propoſitio propoſita eſt vera, quando nullum eſt impedimentum obſtans: tunc enim verum eſt, quod non intelligitur talis refflexio motus, abſque quiete: & ob id non eſt cõtinuitas in tali motu: ſed tamen nõ eſt vera propoſitio, quando eſt obſtaculum quod impedit acceſſum, vbi rationabiliter in pulſus deberet durare, niſi eſſet obſtans, vt diximus.

Ægidius. ¶ Verùm Ægidius Romanus in octauo in expoſitione textus. 65. dicit quando eſt quæſtio, vtrùm inter duos motus contrarios, poſſit dari quies media: eſt diſtinguendum, aliquid moueri motibus contrarijs ſine quiete media, poteſt dupliciter intelligi: vel motu proprio, & per ſe: vel motu alieno & per accidens: primo modo non contingit, ſed ſecundo modo non inconuenit, vt ſi pilla proijciatur in terra & ex vi proiectionis refileat ſurſum, non poteſt eſſe ſine quiete media in terra: aliàs motibus contrarijs ſimul moueretur. Sed (ait ipſe Ægidius) ſi tunc quando proijcitur pilla, & tangit terrã ipſa terra ſurſum aſcenderet, iam pilla, quæ deorſum mouebatur, moueretur ſurſum de per accidens, ſine quiete media, & ſic dicit rationes philoſophi concludere, in primo ſenſu, ſed non in ſecundo.

Aliorum opinio. ¶ Sed tamen iſta intelligentia & hæc diſtinctio alijs non placet: nam ſi motus contrarij poſſunt ſimul ineſſe eidem per accidens, eadem ratione duo contraria intenſa & perfecta poſſent eſſe, & ineſſe eidem per accidens: & ſic idem eſſet calidiſsimum & frigidiſsimũ per accidens, quod repugnat ſenſui: & ob id ſtandum eſt declarationi datæ.

Opin. neotericorum. ¶ Aliqui ex modernis tenent ſufficiẽter probari à Philo. motum localẽ reflexum, nõ poſſe eſſe continuum & perpetuum: eo quod ſit inter terminos contrarios, & per eandem lineam: ſed non probatur efficaciter diſcontinuitas per quietem mediam: quia dicunt ipſi, quando lapis, verbi gratia, proijcitur ſurſum, & aſcendit per tempus horæ verbi gratia, vſque ad vltimum inſtans excluſiuè, illius horæ, in illo inſtanti vltimo, incipit deſcendere, ſic non datur quies pro aliquo tẽpore: quia ibi non datur tempus medium, cũ illud vltimum temporis ſit primum deſcenſus. Ariſto. tamen videtur intelligere, quod in vltimo inſtanti temporis menſurãtis aſcẽſum, terminetur aſcenſus: & in primo inſtanti temporis menſurantis deſcenſum, incipiat deſcenſus: ſed hoc non eſt neceſſarium, ſicut in alteratione, quæ præcedit generationem ſubſtantialem: quia generatio, eſt in inſtanti vltimo alterationis præcedentis introductionem formæ, quæ contingit in inſtanti: ſic & in motu. Hæc omnia quęſtionem faciunt difficilem & ambiguam, & problematicam: nã quod non poſsit dari quies media, in puncto reflexionis, probatur: quia ſequeretur quod graue ſurſum exiſtens, & non impeditum, non deſcenderet, quod eſt contra naturam grauis: nam ſi lapis proijciatur ſurſum, & à ſurſum deorſum deſcendat: quæro vtrum inter motum lapidis ſurſum, & motum deorſum, detur quies aut non. Si nõ, ergo motus reflexus eſt continuus, ſi ſic, ſequitur intentum, quod graue exiſtens ſurſum, & nõ prohibitum non deſcendit: aliàs ſi mouetur, ergo quieſceret, ſimul & moueretur: quod repugnat: quod ſi quis dicat ab aliquo detineri, non poteſt ſignari niſi aër, qui non detinet vt notum eſt: nam ſi non potuit lapidem detinere quin aſcenderet, neq; poteſt quin deſcendat: itẽ quia ſi lapis proiectus ſurſum obuiaret molari, ſine quiete deſcenderet, vt diximus in ſecunda concluſione: & in notabilibus, ergo etiam ſi non obuiat, deſcendet ſine hoc quod quieſcat. Ex his omnibus ſic adductis, manet res, vt dixi in dubio, & probabile videtur: & ad Ariſtote. ſenſum magis conuenire, id quod in concluſionibus prima & ſecunda dictum eſt.

SPECVLATIO ſexta. Vtrùm motus contrarietas attendatur penes terminos contrarios.

Poſt.

POSTQVAM in præcedenti speculatione de vnitate motus quantum ad speciem, & quantum ad numerum tractatum est, congruentissimum erit de motuum contrarietate differere: & sic quæritur, vtrùm attendatur penes terminos contrarios, videtur quod non.

Primũ arg. ¶ Si contrarietas in motibus attendenda est penes terminos contrarios, erit vel penes terminos contrarios à quibus, vel penes terminos contrarios ad quos: sed nullo modo istorum, ergo nullo modo sumitur contrarietas in motu. Non primo modo: nam motus, qui est ab albo in fuscum, & à nigro in fuscum: sunt à terminis contrarijs: tamen illi motus non solùm non sunt contrarij, sed sunt eiusdem speciei, vt probatum est in præcedenti speculatione. Neque attenditur penes contrarietatem terminorum ad quos. Patet. Motus qui est aëris, sursum vsque ad centrum eiusdem & descensus eiusdem aëris vsque ad idem punctum, non sunt contrarij: quia vterque motus est naturalis ipsius aëris: & tamen termini sunt contrarij, vt in solutione argumenti primi præcedentis speculationis dictum est: quia ille punctus medius aëris, respectu terræ est alius ab eodem respectu cœli: quia respectu vnius est sursum, & respectu alterius est deorsum: ergo sequitur quod contrarietas in motu non sit sumenda penes contrarietatem terminorum.

2. Argum. ¶ Præterea. Nullo modo in motibus est contrarietas: ergo penes contrarios terminos sumenda non est. Patet. Contraria se compatiuntur in gradibus remissis, vt constat: sed motus cõtrarij, vt sursum, & deorsum, non possunt aliquo modo esse simul: ergo.

3. Argum. Aristo. ¶ Tertiò. Tantum vnum vni opponitur, vt ait Aristot. 1. de cœlo, &. 10. Meta. sed omni motui contraria quies est: ergo motus motui non contrariatur.

In contra. ¶ In contrarium est Arist. tex. 58. quando dicit, motus esse adinuicem contrarios.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quod inter motus differentes specie, quidam sunt subordinati adinuicem: alij se habent impertinẽter: & alij contrariantur: vt alteratio, & generatio subordinantur. Impertinentes: vt sanatio, & dealbatio: quia vnus ad alium non ordinantur.

¶ Contrarietas in motu dupliciter consideranda est: vno modo in quantum res est: alio modo in quantum motus est. In quantũ motus, habebit ordinem ad suos terminos à quibus speciem sumit: vt in præcedenti speculatione dixinimus est: sed vt res est, habebit ordinem ad dispositiones alias vt dicemus motum violentum contrariari naturali, etiam si sit respectu eiusdem termini.

Notand. 2. ¶ Etiam notandum, quòd mediũ quod est inter duo extrema contraria, vtrique extremorum contrariatur: sicut in virtute est inuenire, quæ cùm teneat medium, & opponitur extremo per excessum, & extremo per defectum: ob id medium exercet aliquando, vicẽ duorum contrariorum. *Aristot. 2. ethi.*

Notand. 3. ¶ Aduertendum insuper, quòd contrarietas motuum potest. 5. modis cõsiderari. Primo, respectu eiusdem termini, qui est terminus à quo vnius, & ad quem alterius. Secundo modo, penes contrarietatem terminorum à quibus. Tertio modo, penes contrarietatem terminorum ad quos, solùm. Quarto modo, penes contrarietatem inter terminum ad quẽ vnius, & à quo alterius. Quinto modo, penes ambas contrarietates, scilicet terminorum & à quibus, & terminorum ad quos.

Conclu. 1. ¶ Prima conclusio. Contrarietas in motu, nullo modo sumenda est penes contrarietatem quarto modo, scilicèt, termini ad quem vnius, & à quo alterius. Patet, quia idẽ est motus qui ad ægritudinem, & qui est ex sanitate. *Ratio.* Idem est motus numero, solùm ratione differens, motus qui est ex termino ad quem vnius, contrario termino à quo alterius: ergo non est inde contrarietas sumenda. Patet: quia idem numero mõtus est ad Thebas ex Athenis, quia idem est accedere Thebas, & recedere ab Athenis.

¶ Præterea. Ibi non est contrarietas, vbi est ratio identitatis: sed ratio identitatis, est ex contrarietate termini ad quem, & termini à quo: quia tanto quanto accedit ad terminũ ad quem, est recessus à termino à quo: & sic motus identificatur: & continuatur, perficitur, & consummatur: nam eadem est ratio qua accedit ad quem, & recedit à quo. Idem enim motus est quo album reijcitur, & nigrũ acquiritur. Sic Sanctus Thomas de veritate quæstione. 28. arti. 1. *S. Thom.*

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Contrarietas in motibus per se primo, non attenditur penes secundum modum contrarietatis, scilicèt, iuxta contrarietatẽ terminorum à quibus, sed sumitur iuxta tertium modum. Conclusio est Aristotel. Prima pars patet: quia aliquando motus à terminis contrarijs tendũt ad eundem terminum, vt inter arguendum dicebamus: vt à nigro, & albo, ad colorem medium. *Aristo. tex. 47.*

Ratio. 2. ¶ Probatur secunda pars. Rerum contrarietas sumenda est penes formas, quibus sunt in actu: nam potentia calidum, & potentia frigidum, non contrariantur: quia aliquid sibi ipsi esset contrarium: sed actus motuum, propriè sunt termini ad quos: simul enim acquiritur motus, & terminus: ergo penes terminos ad quos, sumenda est. Dixi per se primò, quia potest esse quòd sit etiam contrarietas ex terminis contrarijs ad terminos cõtrarios, vt in sanitatem, & ægritudinem, qui sunt ex ægritudine in sanitatem, & ex sanitate in ægritudinem. Hic contrarietas sumitur motuũ ex vtroq; termino: sed per se primo, non ex contrarietate terminorũ à quibus, sed ad quem.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. Mutationes, inter terminos quorum non est medium, solùm, cõtrariantur iuxta primum modum, penes eundẽ terminum, qui vnius est terminus ad quem, & alterius à quo: vt generatio aquæ, & eiusdẽ corruptio, contrariantur penes ad quem vnius, qui est esse aquæ, & eiusdẽ à quo: quia *Ratio.* vnus est accessus, & alius est recessus. Patet conclusio. Istæ mutationes contrariantur, & non videtur vnde sumatur contrarietas: quia à terminis ad quos non potest: quia terminus ad quem corruptionis est non esse: qui propriè non habet contrarium.

4. Conclu. ¶ Quarta cõclu. Cõtrarietas motuum, qui sunt vel ab extremis, ad media, vel à medijs ad extrema, per se primò, attẽditur penes cõtrarietatem terminorũ ad quos, & cõsequutiuè penes contrarietatem terminorũ à quibus. Hæc est Arist. Ratio est: quia mediũ, vtriq; extremorũ est quodãmodo cõtrarium: vt fuscũ nigro, & albo: ergo motus qui est ab albo in fuscum, & à nigro in fuscum, sunt cõtrarij: quia fuscum habet vicem duorum cõtrariorum. Et pari ratione motus à fusco, in albũ, & à fusco in nigrũ, est contrarius: ac si à terminis à quibus contrarijs, ad terminos ad quos, contrarios.

5. Cõclus. Omnis motus quieti cõtrariatur ¶ Quinta conclu. Omnis motus, est contrarius quieti, non quæ in termino ad quẽ, sed illi quæ est in termino à quo: vt motus sursum, est contrarius quieti, quæ est deorsum: & motus deorsum quieti, quæ est sursum: & motus frigefactionis, est contrarius quieti, quæ est in caliditate.

¶* Aduerte quod hæc contrarietas, quę est inter motum, & quietem, in termino à quo non est contrarietas perfectè, & strictè, sed cõmuniter & largè: prout Philosop. oppositionem priuatiuam, contrarietatem solet appellare: sicut silentium, sermoni contrariatur: & lux tenebris: quod notat Commenta. com. 53. in hoc libro. *Cõment. hic com. 53. & 54.*

¶ Ratio est. Motus quieti contrarius est: & non quieti, alterius generis: ergo vel quieti quæ est in termino ad quem, vel quæ in termino à quo, non illi quæ in termino ad quẽ: quia per motum ad illam tendit, tanquã ad perfectionem, & nunquàm aliquid tendit in suum contrarium, sed potiùs recedit: ergo oportet sit cõtrarius quieti quæ est in termino à quo, à quo per motum recedit: sicut à suo contrario. *Ratio.*

¶ Quòd non opponatur quieti alterius generis patet: quia calefactio, non opponitur quieti quæ est in albedine: contraria enim oportet sint eiusdem generis.

¶ * Sed potest quis obijcere contra quintã cõclu. quòd quies, nullo modo perficiat motum: quia quies, negatio est, & priuatio motus: sed nullam dicit perfectionem: ergo motus nõ perficitur per quietem in termino ad quem: soluitur facta distinctione, de quiete: quies in termino ad quem, duo potest importare: primo negationem fluxus siue tendente, ad vlteriorem gradũ formæ acquirendæ per motũ: qui fluxus est de ratione motus. Secundo modo potest considerari vt dicit permanentiam, seu durationem formæ acquisitæ: quæ forma vt est terminus motus, comparatur ad motum, vt perfectum ad imperfectum sumendo quietem, primo modo: non est perfectio motus: imò vt sic opponitur ei vt negatio fluxus. Sed secundo modo est perfectio & complementum motus: ob id motus non contrariatur quieti, quæ est in termino ad quem: quia motus ordinatur vt medium ad talem quietem tanquam ad finẽ: quia mobile mouetur ad formam vt eam acquirat, & in ea quiescat. *Obiectio.* *Solutio.* *Quies duo importat.*

¶ Sexta conclusio. Quies, quæ est in termino ad quem, contrariatur quieti, quæ est in termino à quo: vt frigidum calido. Probatur à simili proportione. Sicut calefactio, opponitur quieti sub frigiditate: ita frigefactio, quieti sub caliditate: ergo sicut calefactio, opponitur calefactioni, & quies sub caliditate, opponitur quieti sub frigiditate: vel hoc opest esse frigidum, huic quod est esse calidum: quod idem est. Argumentum est a simili proportione. Sicut se habet senarius ad quater- *6. Conclu.* *Ratio.*

quaternarium, se habet ternarius ad binariũ: quia vtrobiq; sexquialtera proportio est: & sic se habet. 8. ad. 4. & 4. ad. 2. quia vtrobiq; dupla proportio est.

7. Cõclusi. ¶ Septima conclusi. Cùm tam inter motus adinuicem, quàm inter motum, & quietem contrarietas sit: maior est contrarietas, quæ inter motus est. Probatur: quia maior cõtrarietas probatur ex maiori repugnãtia, quòd in nullo gradu possunt esse simul, sed sic est inter motus contrarios: & tamen non inter motum, & quietem: quia stat simul calefactio cum frigiditate remissa: cui tamen contrariatur, sicut motus, quieti.

8. Conclu. Motus uiolentus contrariatur naturali. ¶ Octaua conclusio. Omnis motus violentus, motui naturali contrariatur: & quies, quieti contraria est tex. 90. Patet. Contrarietas, non solùm à terminis est sumenda, sed aliunde, in motu inquãtum res: quia scilicet à diuersis principijs: sed motus naturalis, & violentus sic se habent: quia vnus à principio intrinseco, alter ab extrinseco: ergo sequitur quod sunt contrarij motus. Hoc dixit Commẽt. vt supra adduximus: imò etiam si sit ad eundem terminum: vt motus naturalis ignis sursum, contrariatur motui violento lapidis sursum, & motus naturalis, terræ deorsum, motui violento ignis deorsum. Patet. Vbi nõ potest contrarietas sumi penes contrarios terminos, oportet sumere penes principia diuersa. Comment.

9. Conclu. quæ sequitur ex omnibus. ¶ Nona conclusio. Vnum, multis opponitur. Patet. Motus opponitur motui, & opponitur quieti: vt motus naturalis ignis, contrariatur motui naturali terræ: quia ad diuersos terminos: & contrariatur motui violento deorsum eiusdem ignis: & motui violẽto terræ sursum, & quieti in centro terræ: & considerando, & comparando inuenies contrarietatem in multis.

¶ Patet solutio ex dictis ad argumenta. Ad argum.

Finis quinti libri Physicorum.

SEXTVS LIBER PHYSICORVM.

¶ ARGVMENT. SEXTI libri Physicorum.

IN lib. 6. Arist. probat quomodo continuũ nõ constat ex indiuisibilibus tanquam ex partibus: & quòd nunc tẽporis sit indiuisibile: & quòd in motu nõ datur primum mutatum esse, neque vltimũ: quia ante omnẽ motũ, erat motus: & tandem concludit, quòd indiuisibile non mouetur.

SPECVLATIO prima. 6. lib. Physi. Vtrùm continuum ex indiuisibilibus constet.

Primũ arg. VIdetur quòd sic. Est argumentum ad hominem. Aristo. 1. Topi. c. 14. ait, quòd sic se habet punctum in continuo, sicut vnitas in numero: sed omnis numerus componitur ex vnitatibus tanquam ex partibus: vt ait idem Aristotel. ergo continuum constat ex punctis: sed punctum est indiuisibile, sicut & vnitas; ergo continuum constat ex indiuisibilibus.

Argum. 2. ¶ Præterea. Possibile est continuum, in omnem suam partem esse diuisum: ergo continuum constat ex indiuisibilibus tanquàm ex partibus. Consequentia est bona: Probatur antecedens. Deus cognoscit intuitiuè omnem partem continui, & sicut cognoscit, potest per suam potentiam diuidere per partes proportionales horæ facta tali diuisione, sequitur partes esse indiuisibiles: nam aliàs adhuc non est continuum diuisum in omnẽ suam partem. Argu. cõe.

¶ Tertiò. Puncta indiuisibilia dantur in continuo: ergo vel sunt aliquid reale, vel solùm per imaginationem: sed non sunt per imaginationem, quia aliàs non possent partes continuari: ergo sunt talia puncta secundum veritatem: at non possunt esse nisi vt partes eius: quia ex punctis componitur linea, & superficies ex lineis, & ex superficiebus corpus: sequitur ergo quod indiuisibilia ista dantur. Argum. 3.

¶ In cõtrarium est Arist. in principio huius. In contra.

¶ Pro solutione notandum, quòd indiuisibile dicitur varijs modis: vno modo, vt solùm dicat negationem potentiæ naturalis ad diuidi: sicut cœlum dicitur indiuisibile, sicut & est incorruptibile: & simili modo minimum naturale: de quo in primo sumus loquuti: quia facta diuisione non posset stare. Alio modo sumitur indiuisibile, vt dicat partitiuam negationem: vt indiuisibile sit id quod non habet partes, in quibus possit diuidi: & hoc indiuisibile est duplex: quoddam spirituale: vt est angelus, forma non recepta in materia, & anima rationalis: quæ recipitur in corpore, quæ quidem non habet positionem in continuo, etiam si corpus informet: alio modo est indiuisibile, non habens partes: quod dicitur habere positionem in continuo, vt est punctum: de quo in præsentiarum sermo est. Nec est, disputandum, an talia indiuisibilia, quæ habent positionem in continuo, distinguantur realiter ab ipso continuo nec ne: quia in prædicamento quãtitatis dictum est, quomodo à re quanta quãtitas distinguatur. Quod ergo hic quæritur est: vtrùm dato tali indiuisibili, quod in partes diuidi non potest, habeat positionem in continuo: vtrùm sit pars eiusdem continui, sic quòd continuum dicatur ex ipsis indiuisibilibus constitui, tanquàm ex partibus: vt linea ex punctis, quæ sunt indiuisibilia, & superficies constet ex lineis, quæ sunt indiuisibilia secundùm latitudinem, & profunditatem. & corpus ex superficiebus, quæ sunt indiui- Notand. 1. Specu. ulti. Duplex indiuisibile: spirituale, & habẽs positionem in continuo.

indiuisibilia secundum profunditatem. Hoc ergo est quòd in speculatione est.

Notand. 2. ¶ Est etiam considerandum, quòd prædecessores Arist. viri magnæ authoritatis, credidérunt continuum componi ex indiuisibilibus tanquam ex partibus, vt Zeno, & sectatores. Atque suo tempore fuit istorum opinio celebris: quod manifestum efficit efficacia posita ab Aristotel. ad hanc destruendam, & confutandam opinionem in isto lib. 6. quam sic ex professo tractat, vt solùm hoc agere videatur.

Zeno. Stoici.

Scot. 2. sen. d. 2. q. 9. Grego. Arimi. in. 2. di. 2. quæst. 2. 1. Conclu. ¶ Inter Theologos quæstionem tractat doctor sub. subtiliter, & Gregor. Arimi. & multa hinc inde adducunt argumenta, ingeniosè valde ad probandum conclusionem, quã nos statim de mente Arist. apponemus: quæ talis est.

Cõtra Maio. in. 2. sen. dist. 2. q. 5. Ægid. li. 1. de ge. q. 8. ¶ Impossibile est continuum ex indiuisibilibus componi tanquam ex partibus: vt lineã ex punctis. Hæc conclusio est contra Maio. Probat Aristo. hic hanc suam sententiam. 6. rationibus. Primò: quia continua sunt quorũ vltima sunt vnum: sed indiuisibilia vltimũ nõ habent: ergo non sunt continua: neque sunt contigua: quia contigua sunt, quorum vltima sunt simul: sed indiuisibilia nõ habẽt vltimum: ergo neque sunt continua, neque contigua: & sic talia indiuisibilia in cõtinuo non dantur.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Continua non possunt se tangere secundum se tota, sed secundum vltimum: at indiuisibilia non possunt se tangere secũdum vltimum, cum non habeant, sed secundum se tota: ergo non sunt continuum. Exponitur maior. Si medietas mea superior, inferiorem tangeret secundum se totam, penetratiuè se haberet: & sic non occuparet maiorem locum, quàm sola medietas, nec faceret continuum, ob id si debent constituere continuum, oportet quòd secundum vltima se tangant; sed vltimum in indiuisibili, non reperitur. Relictis alijs argumentis Aristot. ad Scot. deueniamus.

Prima ratio docto. subt. ¶ Doctor sub. Probat conclusionem, supposito quod licèt in rei veritate indiuisibilia nõ occupent locum, tenentes tamen continuũ ex indiuisibilibus componi, tanquàm ex partibus, necessariò debent concedere: nam si duo puncta (vt ipsi dicunt) maiorem locum quàm vnum occupant, infinita puncta occuparent infinitum: ob id, secundum illos, ponentes huiusmodi indiuisibilia, nullum continuum componitur ex infinitis indiuisibilibus: sed id quod maius, ex pluribus, quã id quod minus.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Si infinitum esset ex indiuisibilibus compositum, sequeretur quòd tot essent indiuisibilia in minori circulo, sicut in maiori, quod est contra præsuppositum. Probatur in hac figura: nam quæcunque duæ lineę rectæ quantumcunque propinquissimæ ducantur à centro vsque ad circunferentiam, externi circuli, necesse est vt quemadmodũ in maiori circulo terminantur ad duo distincta puncta, sic in minori: quia si in minori circulo concurrunt in idem punctum, tunc ab illo puncto vsque ad centrum non essent duæ lineæ, sed vnica: atque lineæ ductæ à centro vsque ad circunferentiam maioris circuli non essent rectæ, sed frangerentur in circunferentia minoris circuli, vt apparet in hac figura, cuius demonstrationes apud Euclidem.

Euclides. ¶ Sequitur ergo quantumcunque plures lineas duxeris à centro ad circunferentiã maioris circuli, quod tot numerabuntur in circunferentia minoris, & sequeretur quòd minor circulus esset æqualis maiori. *Corolla. 1.*

Corolla. 2. ¶ Secundum corollarium docto. sub. est. Si continuum ex indiuisibilibus componeretur, sequeretur diametrum quadrati esse cõmensurabilem, imò æqualem costæ, cum tamen ad sensum patet esse maiorem, & Aristot. in multis locis dicit esse incommensurabilem: vt patet, vbi nos apposuimus demonstrationem. Et probatur esse proportionem, quæ medietas dupla est, quæ non est proportio rationalis, vt in tractatu proportionum dicemus in sequenti libr. 7. Sed probatur sequela in hac figura. Si enim à puncto quolibet vnius costæ ad punctum alterius costæ lineam ducas, tot puncta adæquatè enumerabuntur in costa, quot in diametro: & sic diameter ex tot punctis constabit, ex quibus constat costa: quare sequitur quòd sit ei æqualis. *Arist. 10. Poste.*

Corolla. 3. ¶ Tertio sequitur ex Gregorio. Si continuũ ex indiuisibilibus componeretur, sequeretur quod constituto triangulo super basim linea recta perallella cum basi propinquior angulo superiori descripta, inter latera trianguli, esset maior basi, quod est cõtra sensum: vt patet in subiecta figura. De quo Euclides libr. 1. Et quod sequatur patet. Sit linea a. b. basis huius trianguli, constans ex tribus pũctis: & alia duo latera concurrentia in pũcto c. habeant singula quinque puncta, describaturq; inter puncta. d. c. nam necesse est habere ad minus duo puncta, postquã est diuisibilis,

lis, siquidem. d. e. sunt puncta distantia: mox describatur linea parallella inter puncta. f. g. quæ postquam est maior quàm superior, ad minus habebit tria puncta. Rursus describatur alia inferior inter puncta. h. i. quæ cùm sit maior, habet ad minus. 4. puncta, & per consequens erit maior quàm. a. b. quæ est basis, quæ solùm habebat tria puncta ex præsuppositio, sed consequens implicat contradictionem.

¶ Alia multa huiusmodi multiplicãtur, quæ possunt reduci ad hoc vnum, quod datis duabus quibuscunque lineis inæqualibus, quantuis vna sit maxima, & alia minima, tot indiuisibilia in vna inuenientur, quot in alia: & secundùm eos, sequeretur eas esse æquales: vt patet in hac figura. Nam si signemus centrũ a. sub minori linea, quotcunque lineæ ducantur ab illo vsque ad lineam. d. e. tot puncta numerantur in linea. b. c. quot in linea. d. e. vt patet: sequitur ergo quòd componi non potest continuum ex indiuisibilibus: nam implicat quòd minus sit æquale maiori: quia pars esset æqualis toti: & sequerentur duæ contradictoriæ veræ: quod esset pars, & non esset pars: quòd esset totum, & non esset totum.

Aliud arg. ¶ Aliud argumentum etiam fit ad probandam conclusionem. Si ex indiuisibilibus cõtinuum componeretur, non esset posibilis condensatio, neque rarefactio sine deperditione: quod est contra Aristote. & experientiam. Patet. Constet continuum datum ex tribus indiuisibilibus, & rarefiat: necessariũ est occupet maiorem locũ, vel additur quartum indiuisibile per additionem nouæ materiæ, vel aliquod illorum trium indiuisibilium efficitur maius, quod intelligi nequit: eodem modo si condensetur, occupauit minorem locum: & ex tribus, vel de perditur vnum indiuisibile, vel aliquod ex tribus fit minus quàm antè erat, quod repugnat, si indiuisibile est.

2. Conclu. Motus & tẽpus nõ componũtur ex indiuisibilibus. ¶ Secunda conclusio. Non solùm magnitudo ex indiuisibilibus non constat, sed neque tempus, neq; motus. Hæc est Arist. hic. tex. 4. Probatur, quia nullum continuum potest ex indiuisibilibus constare, vt probat. 1. conclusio: sed tam motus, quàm tempus, dicuntur continua: ergo nullum tale componitur ex indiuisibilibus. Quòd tempus, & motus, sint quid continuum, patet de motu, in præcedentibus, quomodo ille dicitur vnus, & cõtinuus, quando nulla intermedia quies, semper in fluxu, mutatum esse intelligitur: similiter in tempore, nunc, fluens: consideratur: quo continuantur partes eius.

Ratio. 2. ¶ Itẽ: quia quælibet pars magnitudinis correspondet parti motus: & motus, diuiditur ad diuisionem magnitudinis, per quam fit motus tex. 6. cùm sit impossibile magnitudinem cõstare ex indiuisibilibus: quia nõ esset priùs aliquid moueri per partem magnitudinis, quàm esse motum: quia moueri dicit successionem, quæ in indiuisibili non potest esse: ergo neque motus poterit cõstare ex magnitatis esse, indiuisibilibus: aliàs motus, nõ correspondet magnitudini, per quam fit motus. Idem probatur de tempore ab Aristotã tex. 10. vsque ad. 17.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. In magnitudine, motu, & tempore, eadem est ratio finiti, & infiniti: quod est dicere. Si magnitudo est finita, & motus qui in ea erit finitus, & tẽpus in quo: & si magnitudo esset infinita, motus qui per eam fieret esset infinitus, & tempus similiter. Hæc in tex. 18. Aristo. & sunt compertissima ex superius dictis: & fundantur rationes in velocitate motus, & proportione. De quibus in sequenti. 7. agendum erit.

Ad argum. ¶ Ad primum argumentum respondetur, non esse similia vnitatem, & punctũ, quo ad omnia, sed benè quantum ad aliqua. Conueniunt quidem: quia sicut vnitas diuidi nõ potest, neque punctum. Differentia tamen est: quia vnitas, non habet positionem in continuo: cum multiplicata faciat quantitatem discretam: sed punctũ est indiuisibile: tamen habet positionem in continuo: non quidem vt sit pars continui: sed quia est continuans partes: & datur in pũctis antè, & retrò: prius, & posterius: tamen non in vnitate: quia numerus, sic ex vnitatibus cõstat, vt nullum ordinem importet ipsarum vnitatum: continuum verò non ex punctis, sed ex quantitatibus, quæ per puncta continua fiunt: sicque in quolibet continuo infinita puncta considerantur cùm numerus non possit constare ex infinitis vnitatibus: & isto modo debet intelligi comparatio puncti, ad vnitatem.

1. Post. tex. cõm. 42.

Grego. in. 1. sen. d. 35 ad. 7. ex. 2. d. 2. q. 2. ¶ Ad. 2. Gregorius Arimi. respondet, concedendo quod probat, omne continuum posse esse diuisum in omnem suam partem: sed est contra Aristot. textu tertio: quia si esset continuum in omnem suam partem diuisum, esset continuum constans ex indiuisibilibus.

Maio. 2. di. 2. q. 5. Maio. autem concedendo continuum posse esse actu diuisum, consequenter loquens, dicit continuum componi ex indiuisibilibus:

sed vtrumque est falsum: & ideo dicendum est, quod Deus cognoscit singula puncta cõtinui, & singulas eius partes: sed quando infers: ergo cognoscit vltimam, negamus: quia ipsa non datur: & sic non cognoscitur. Neq; sequitur: cognoscit singulas: ergo cognoscit vltimam: imò cognoscendo singulas partes, cognoscit continuum non posse taliter diuidi, vt detur vltima, ne sequatur componi ex indiuisibilibus.

Ad. 3. ¶ Ad. 3. cõcedimus in cõtinuo verè esse huiusmodi indiuisibilia, & realiter habent ibi positionẽ: sed nõ vt partes, quod probare cõtendimus: sed solũ quia cõtinuant partes cõtinui ad inuicem, vel terminant continuum: quia hoc est necessarium cõcedere, & nullũ ex hoc sequitur incõueniens. Eodẽ modo dicendũ de linea respectu superficiei: nõ enim superficies, cõposita est ex lineis indiuisibilibus secundũ latitudinẽ, & profunditatẽ, tanquàm ex partibus: sed lineæ ponuntur in superficie, vt continuent partes superficiei, & terminent ipsam superficiem: sic de corpore dicendum est, quod non componatur ex superficiebus, tanquam ex indiuisibilibus secundum profunditatem: sed ponitur superficies, vt partes continuet, & terminet.

Linea.

De punctis in linea & mutata esse in motu. Cõsideratio de pũcto intrinsecè uel extrinsecè.

¶* Pro maiori intelligẽtia, an plura sint pũcta in continuo, & plura mutata esse in motu, & plura instantia in tempore: videtur resolutoriè dicendum: quòd tã, de puncto in linea, & mutato esse, in motu, & instanti, in tẽpore, potest esse cõsideratio intrinsecè & extrinsecè: punctũ extrinsecũ, est illud quod suo fluxu apud geometrã lineã causat: & vocatur extrinsecũ, eo quòd nõ sit de essentia lineæ cõstitutæ: quia cũ sit vnũ indiuisibile, nõ potest esse in diuersis partibus lineæ: nec est terminus eius: cum linea finita duos habeat terminos, essent duo puncta: & non posset vnum esse duo extrema. Neq, est continuans, partes lineæ: quia idem punctum nõ potest continuare plures partes lineæ quia cum sint plures partes, haberet plures situs simul in continuo, quod repugnat: sicut quod idem corpus, in diuersis locis. Et sic punctũ extrinsecum vnum in linea est, quod imaginarie suo fluxu causat lineam.

Punctũ extrinsecum unum solũ in linea est quod suo fluxu eam causat. Puncta intrinseca sũt plura.

¶ Punctum autẽ intrinsecũ, nõ est vnum sed plura: quia continuat & terminat: & actu, sunt duo terminantia & plura in potentia: quia in plures partes potest diuidi linea infinita in potẽtia. &c. Et tãdem puncta intrinseca sunt diuersa esse, puncti vnici extrinseci, vt lineam causat: quia secundum quod fluit causando lineam, acquirit diuersa esse accidẽtalia: quia pro vt est in prima parte sui fluxus, acquirit vnum esse: & pro vt est in alia aliud, &c. Et differt vt est in vna parte à seipso, vt in alia: sicut puer à seipso, quãdo infans erat: & hæc diuersa esse, dicuntur puncta intrinseca: quæ ideo intrinseca, quia sunt de ratione lineæ: quia in eius difinitione vt patet ex Euclide ponitur punctus, vt terminus seu extremum: & ponitur continuans, vel copulans partes lineæ: quia linea, est cõtinuum cuius partes ad aliquẽ terminũ cõmunem copulantur. Isto modo quo de puncto in linea, tam intrinseco quã extrinseco philosophandum est de mutatum esse in motu: & de instanti, in tempore: quia eadem est ratio, & cõsideratio, vt aliàs diximus.

SPECVLATIO II.

sexti Physic. de diuisione temporis an nunc, temporis sit indiuisibile.

Primũ arg.

Trùm nunc temporis sit indiuisibile: nam Arist. in isto tractat de instantibus, & de diuisione motus, & tẽporis. ¶ Videtur quod nõ sint instantia indiuisibilia: quia sequeretur accidens esse sine subiecto: sed consequens est falsum. Probatur. Illud instãs est accidens, & indiuisibile: quæro in quo subiecto est: vel in alio diuisibili, vel in indiuisibili non indiuisibili: quia indiuisibile nõ potest subiectari in diuisibili: quia nulla est correspondentia, neq; in indiuisibili: quia maximè in pũcto, quod dicimus indiuisibile: sed ibi non: quia cum sit accidens, & vnum, non potest alterius, subiectum esse.

Arist.

¶ Præterea. Si nunc temporis, est indiuisibile, & in eo fit motus, sequitur quòd motus posset fieri in instanti, quod est cõtra Philo. Et probo quòd fiat. In quocunq; instanti tẽporis quo motus fit, affirmamus motũ fieri: ergo verè motus est in instanti. Quòd sequatur patet. Motus fit in tẽpore, & fit in omni quod habet positionẽ in tẽpore, quando quidem est quid continuũ: sed instans temporis, est huiusmodi: at falsum est quòd motus fiat in instanti. Patet, quia de ratione motus est successio prioris & posterioris, quæ in indiuisibili non potest inueniri: ergo nullo modo debent poni talia indiuisibilia.

¶ Tertiò.

¶ Tertiò. Omne tempus potest diuidi ad diuisionem motus, & è contra: ergo motus correspondens indiuisibili temporis potest diuidi: ergo indiuisibile temporis diuidetur: sed hoc repugnat: ergo non possunt dari huiusmodi indiuisibilia.

Nota. ¶ Pro solutione notandum quod in præcedenti speculatione est determinatũ, & apertè probatum: nullũ continuum ex indiuisibilibus cõstare, aut cõponi tanquã ex partib⁹: & cũ tam tempus, quã motus sint continuũ: deductum est, ex indiuisibilibus non posse esse cõpositionẽ. Hic vero quærimus. Vtrũ talia indiuisibilia, debeant poni in tempore & in motu: eo modo saltim quo in continuo magnitudinis ponuntur: vt possimus loqui de diuisione motus, & diuisione temporis secũdum diuisionem mobilis: vel alia ratione: quia sicut in magnitudine posita sunt indiuisibilia: non vt partes, sed vt partes continui terminent, & continuent: sic etiam in tempore, & motu. De quo sint conclusio. responsiuæ: & sit prima.

1. Conclu. Aristo. tex. 24. huj⁹ 6. ¶ Nunc temporis, quod per se primò præsens est, indiuisibile est. Aristo. hic. Ad cuius probationem præsupponi debet: quod idem sit nunc, quod est terminus præteriti, & futuri, initium. Non enim vnum nunc, terminat partem horæ præteritam, vsque ad istud mõmentum temporis; & aliud est quod initiat partem horæ futuram: nam si essent duo nũc, vel essent immediata, vel non: si essent immediata, in eodem continuo essent duo indiuisibilia immediata, quod nullo modo concedẽdum est: si non sunt immediata, mediat tempus: at cum omne tale sit diuisibile, oportet de illo quærere, & de instanti, vel nunc, quod diuidit.

1. Ratio. ¶ Probatur conclusio. Si illud nunc, tẽporis esset, diuisibile, diuideretur in partem præteritam, & futuram, vt omnis diuisio contingit in tempore: & sic pars termini præteriti esset futura, & pars termini futuri esset præterita. Patet: quia illud nunc, positum est vnum, q̃ sit terminus partis præteritæ: & futuræ. Si ergo diuiditur in partem futuram, & præteritam, bene sequitur quod pars præterita, est futura: & pars futura, præterita.

2. Ratio. ¶ Secundo. Si nunc præsens, esset diuisibile in præteritum & futurum: non esset per se primò præsens: sed ponitur per se primò præsens: ergo oportet sit indiuisibile.

¶ Dixi in conclusione de nunc, quod per se primò est, quòd sit indiuisibile: nam si non est per se primo præsens, diuidi potest: vt hora, dies, annus, mensis, quia ista non sunt in præsenti per se primo, nisi solùm ratione nunc.

2. Conclu. Motus nõ potest esse in instanti. ¶ Secunda conclusio. Motus non potest fieri in illo nunc, indiuisibili temporis. Hæc Aristo tex. 29. Patet. Vbicunque est motus, potest esse tardior, & velocior, sed hoc non potest in illo indiuisibili temporis: quia ille dicitur motus velocior, qui in minori tempore fit: sed ipso indiuisibili, nihil minus potest esse.

Grane etiã si moueretur in uacuo nõ esset in instanti. ¶ Ista conclusio poterit probari ex illis quę in tertio dicta sunt: videlicet, quomodo graue, etiam si per vacuum moueretur, non posset esse in instanti: contra illos qui putauerũt esse de mente Aristo. Sed hic apertè dicit motum, in instanti non posse esse: nam non potest intellectus capere, quomodo successio, quæ necessariò intelligitur in motu: fit in instanti indiuisibili.

3. Conclu. 1. Ratio. ¶ Tertia cõclusio. Nõ solùm motus in instãtinõ cõtingit, sed neq; quies potest esse. Ratio est, Quies, est priuatio motus: ibi ergo potèrit esse quies, vbi & poterit esse motus: sed motus (vt dixit. 2. concluſ.) non contingit in indiuisibili temporis: ergo neque quies.

2. Ratio. Aristo. ¶ Item: quia contraria habent fieri circa idẽ: si ergo in instanti posset esse quies, & posset esse motus, quieti contrarius: sed non potest esse motus in instanti: ergo neque quies.

4. Conclu. ¶ Quarta conclusio. Motus diuiditur & ad mobilis, & temporis diuisionem. Probatur quod motus sit diuisibilis. Est accidens materiale, inhærens subiecto diuisibili, & extenso: ergo diuidi potest.

Ratio. 1. ¶ Quod ad diuisionẽ mobilis, patet. Omne accidens extensum in subiecto diuisibili ad diuisionẽ eiusdem subiecti potest diuidi: sed motus est huiusmodi: quia motus subiecti. uè est in mobili, quod mouetur: ergo per diuisionem eius diuidetur motus, ei inhærens.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Omne quod habet partes diuidi potest secundũ eas: sed motus, habet partes secundum partes mobilis: quia motus totius non est motus partis, neque è cõtra: ergo sequitur quod motus iuxta mobilis diuisionem, diui potest: aliàs si non posset diuidi, mot⁹, totius, & partis diceretur: & motus partis, totius esset, quod est contra experientiam.

Ratio. 3. ¶ Quod etiam diuidatur ad diuisionem temporis patet: quia si totus motus, quo pertransitur totum spatium, durat per horam integram: medietas motus, qua medietas spatij pertransitur, durabit per horam dimidiã:

& in 4. motus 4. partem spatij in 4. parte horæ, medietas illius motus, proportionabiliter in medietate illius quartæ horæ erit. Hæc sunt clara: quia ista se habent (vt superius diximus) simul magnitudo, motus, & tempus, & continuitas vnius arguit alterius continuitatem, & diuisio vnius, alterius diuisibilitatē.

Ad argum. instantia, et mutata esse solū ratione à mobili distinguitur. Cōtra Pau. Vene. in sua meta. c. 29.

¶ Ad primum, vbi tangitur de instantibus in tempore, & mutata esse in motu, suprà libr. 3. disputatum est, & videtur dicendum, quod sicut tempus, non distinguitur re à motu, neque motus, à mobili, nisi solum ratione: sic & instantia, mutata esse, non distinguuntur nisi ratione, ab ipso mobili: loquimur tamē de illis ac si essent res distinctæ. Et sic non curat argumentum, quod contendebat probare, esse accidentia distincta à tempore, & motu. Quòd si daremus distingui, vt aliqui putant, illa talia indiuisibilia in subiecto essent, sed non per se, sed ratione quantitatis, cuius sunt continuatiua, & terminatiua: & sic in diuisibili, bene potest subiectari de per accidēs indiuisibile: secus esset de per se. Neque esset inconueniens, ponendo tale indiuisibile esse accidens distinctum, concedere quòd aliquid quod habet esse reale, simul produceretur, & corrumperetur: quia de indiuisibili concedi posset, de diuisibili vero negat Aristo. quando dicit, quòd idem motus, non potest esse augmentatio, & diminutio eiusdem quantitatis: intensio, & remissio, eiusdē qualitatis: generatio, & corruptio eiusdem substantiæ: verum quòd idem instans, sit primum, & vltimum, non est quare neget Aristot. Id autem quod in fine argumenti dicitur, quòd vnum accidens, non potest esse alterius subiectum falsum est: nam quantitas est accidens, & est subiectum aliorum accidentium: vt in mirabili sacramento altaris apparet.

S. Th. 3. p. q. 77. ar. 2.

Ad secūdū.

¶ Ad. 2. concedimus motum fieri in instanti. Et quando infers, id esse contra Aristo. negamus: nam Aristo. negat per se primò motum fieri in instanti, eò quod motus successionem importet: sed quòd motus fiat in instanti per aliud non repugnat, id est ratione mutati esse, quod continuatiuum est prioris, & posterioris: vnde motus non fit in illo indiuisibili in se, & secundum se, sed quia fit in continuo, in quo reperitur indiuisibile continuans: & motus dicitur esse in instanti: sicut motus est qui contingit in omni successione, eius in cuius tamen successione necessario intelliguntur innumera mutata esse, indiuisibilia, in quibus est motus: quia ipsa cōtinuatiua sunt partium, motus non est per se in eis, sed per aliud: & sic Scot. concedit, punctum, posse moueri deper accidens, ratione magnitudinis in qua est.

Sco. in. 2. di stin. 2. q. 9.

¶ Ad tertium negamus posse fieri diuisionē in diuisibilis: sed tamen per ipsum fit diuisio, ipsius quod diuidi potest: nam motus diuiditur, & ratione temporis, & mobilis. Et sicut ipsa indiuisibilia ponuntur in motu, sic mediantibus eis est continuatio, & contingit diuisio: nam facta diuisione, indiuisibile, intelligitur terminare quantum, & finire sic etiam ponitur indiuisibile, & in tempore & in mobili: vt ad inuicem sibi ista respondeant: sed sicut indiuisibile motus, quo diuiditur motus, diuidi non potest, quia indiuisibile est: sic & indiuisibile ipsius tēporis, quòd est instans, non potest diuidi, licēt per tale indiuisibile fiat continuatio, & diuisio: nam si horā diuidas in duas partes, oportet intelligas duo instātia indiuisibilia terminantia. Quod si continuam facies horam, quodlibet instās indiuisibile continuatiuum, sic est, quòd vnum & idem est finis partis præteritæ, & futuræ initium: ratione cuius, prius, & posterius, & successio, tam in motu, quàm in tempore possit intelligi: de quo in præcedenti speculatione in fine.

Ad tertium

SPECVLATIO tertia. Vtrùm in motu detur primum esse eius, & vltimum.

Primū arg.

IAdetur quod detur in motu primum sui esse, sic, quòd incipiat esse per primum sui esse. Patet: Si mulier prægnans moueretur, & in medio motus per primum sui esse animetur fœtus, tunc fœtus incipit moueri ad motum matris, & est per primum sui esse: ergo motus potest incipere per primum sui esse. Quòd tunc per primum sui esse incipiat, patet: quia tunc mouetur, & antè non mouebatur. Similiter si homo cadens ex alto, & in medio exhalaret animam, tunc cadauer inciperet esse per primum sui esse. Illud est primum instans motus cadaueris: nam est instans medium, tēporis, quo motus durat, cuius in prima medietate mouebatur, & in secūda cadauer est.

2. ¶ Præterea. Probo quòd detur primum esse motus. In rerū creatione omnia mutata sunt de non esse, ad esse, tamen ante illud primū mutatum, non præcessit moueri: quia nulla res erat ante creationem. Et idem argumentum est de indiuisibilibus, volitionibus, & intellectionibus, quæ cum in instanti producātur, non potest intelligi ante primum mutatum esse, aliud prius mutatum esse.

3. *Venetus.* ¶ Argumentor, vt argumentatur Paul. Venet. Ponamus. quod. a. summe calidū, nunc primò sit applicatum. b. remisse frigido: sequitur quod motus incipit esse per primum fuisse: quia. b. ante instans præsens, non alterabatur, & iā alteratur: ergo incipit esse per primum sui esse motus.

In contra. ¶ In contrarium est Arist. in tex. 46.

Notand. 1. ¶ Pro solutione oportet præsupponere, quòd aliàs in superioribus dictum est philosophantes, inter permanentem rem, & successiuam posuisse differentiam: vt permanens res, incipiat esse per primum sui esse, quòd nunc sit, & immediatè antè non fuit: & desinat esse per primum non esse, & econtra, res successiuæ incipiunt esse per vltimū non esse, & desinunt esse per vltimum sui esse.

Notand. 2. ¶ Secundò est aduertendum: quod sicut in linea, sunt aliqua puncta in actu. s. terminantia & nō copulantia, & aliqua in potētia, quę copulant, & non terminant: sic in motu sunt mutata esse, indiuisibilia in actu, quando est terminus motus, & non copulans: vt est mutatum esse, acquisitum in fine motus, & mutatum esse, in potētia, quod est terminus motus, copulans vnum cum alio.

1. Conclu. ¶ Prima conclus. Illud primum tēporis, quo res mutata est, nō potest esse diuisibile tempus: sed necessarium est esse nunc, indiuisibile: vt si res mouetur ab. a. in. b. id in quo est primum dicere, rem esse in. b. est instans indiuisibile. Probatur. Detur contrariū. s. quod sit tēpus. s. vna hora: cū per totam horā quiescit in. b. non est primū, quo res mutata est: quia ante in medietate horæ, & sic tota hora non erat in qua primum in. b. & eadem ratione in medietate horę, & in qualibet parte quę est diuisibilis: ergo oportet dare instans indiuisibile in quo dicatur primum mutatum esse, in. b.

Ratio.

2. Cōclus. Quæ sequitur ex prima. Potest dari primū mutatum esse.

¶ Secunda conclusio. Cuiuscunq; motus per nesterminum datur primum mutatum esse: vt in motu locali datur primum instans esse, in hoc loco, vbi ventum est per motum, & sic in alijs motibus. Patet. Si enim res mouetur ab. a. in. b. aut incipit esse in. b. per primū esse, aut per vltimum non esse: sed non secūdum: ergo primum. Probatur minor. Detur vltimū nō esse in. b. sequitur quod mobile in illo instāti nō est in. b. ergo per aliquam distantiā diuisibilē distat à. b. quia duo instantia nō sunt immediata: & sequitur q; si nunc nō est in. b. immediatè post hoc nō erit. in. b. sed in medio: & sic illud instans signatū non erat vltimum non esse in. b. & sicut argumentum de motu locali probat, sic de quocunq; certo gradu qualitatis, aut quantitatis.

3. Conclu. Penes. non datur primum esse motus.

¶ Tertia cōclusio. Circa initium motus, non datur primum esse motus. tex. 46. Probatur. Illud primū esse motus, aut est tēpus diuisibile, aut instans indiuisibile: instans non potest esse: quia in instanti non potest esse motus, vt suprà probatum est: ergo oportet sit tēpus diuisibile: sed nō est tempus diuisibile: quia si est, vel mobile quiescet per totū illud, & nō est primū esse motus. Aut per aliquam partem quiescit, & per aliam mouetur: & nō est secundum se totum primum esse motus, sed secundum partē. Si verò detur particula temporis, per quā totā, primū mouetur, immedietate illi⁹, primò mouebatur: & tota particula temporis, non est in qua primum per se mouebatur: & eadem ratione neque medietas. Et cùm tempus, sit in infinitum diuisibile, nulla dabitur pars temporis, in qua per se primum res moueatur.

4. Conclu.

¶ Quarta conclusi. Ante quodlibet moueri præcedit mutatum esse. Hanc Aristot. text. 52. demonstrat. Propter hoc enim mobile, mouetur per totum tempus: quia peruenit ad nunc, terminatiuum illius, in quo est verum dicere mutatum esse: sed ante quamlibet partem temporis est aliquod nunc: ergo ante quodlibet moueri est mutatum esse. Item. Sicut in spatio per quod fit motus, ante quamlibet partem est punctum, ita & in motu, ante quodlibet mouere est mutatum esse. Sicut enim partes lineæ continuantur per puncta, sic moueri, per mutata esse.

5. Conclu.

¶ Quinta conclus. Ante quodlibet mutatū esse, moueri præcedit. Hæc probatur eadem ratione, vt præcedens: quia motus non fit in instanti, sed in tempore: sed in instanti res mutata est, vt dixit prima conclusio: & ante quodlibet instans præcessit tempus: sequitur ante quodlibet mutatum esse, præcedere moueri.

6. Conclu.

¶ Sexta conclusio. Quælibet res, siue diuisibilis, siue indiuisibilis, quæ sine resistentia producitur, ex vi inceptionis illius incipit esse per primum sui esse, & desinit per vltimum

mum sui esse:vt angelus,qui à solo Deo potest produci.Patet:quia quod sic habet esse, non producitur per motum:cœpit ergo esse sicut instans,totum simul.

7. Conclu. ¶ Septima conclusio.Motus, & tempus, & si quæ sunt aliæ res successiuæ,incipiunt,per vltimum non esse.Hæc conclusio probatur ab Aristo.& suprà in tertio lib.& in istis præcedentibus conclusionibus.Nam ea ratione ante omne moueri præcedit mutatum esse: & ante omne mutatum esse,est moueri.Neque Deus potest facere per suam potentiã, vt motus incipiat,per primum sui esse : sicut non potest facere,quin qualibet parte continui data,detur minor, ita non potest facere quin ante quamlibet partem motus præcesserit minor pars,quæ est eius pars:& sic antè erat motus:& hoc est quia repugnat: ob id non potest fieri.

8. Conclu. ¶ Octaua conclusio.Omnis res quæ incipit simul cum motu,& per modum motus, incipit per vltimum non esse:& omnis quæ desinit simul cum motu,desinit per primum nõ esse. Verbi gratia. Detur luminosum cuius lumen extendatur vniformiter difformiter per spatium cubitale à summo gradu vsque ad non gradum. Vniformiter diformiter vocamus,quando paulatim remittitur in intensione proportionabiliter vsque ad non gradum:necesse est,quod sphera luminis terminetur per primum non esse luminis.i. per lineam in qua non est lumen,& citra illam est lumen:nam in quacunque linea spatij sit lumen,vltra illam adhuc est remissius lumen. Data ergo linea, vbi non est lumen, versus quam luminosum incipiat moueri,in illo instanti verum erit dicere.Nunc non est lumẽ, & immediatè post hoc erit vltra illã ex precedentibus constat.

9. Conclu. ¶ Nona conclusio.Forma substantialis, quę cũ resistentia producitur,& expulsione contraria,incipit per primum sui esse, & desinit per primum non esse.Sic Aristot. Ratio est: quia tales substantiæ producuntur per motum præuium alterationis, & tales dispositiones requisitæ per certum gradum terminantur intrinsecè,sic vt primum esse illius dispositionis,sit primum esse formæ substantialis:quod est primum mutatum esse terminans motum alterationis.Hæc probatur ex secunda conclusione.Idem dicendum de anima rationali, quæ licèt à solo Deo creetur & non educatur de potentia materiæ: tamen non introducitur in corpore absq; prę uia dispositione:& cùm præcedat motus alterationis,oportet incipiat per primum esse,quod est primum mutatum esse in termino alterationis,quæ præcessit, ad eius introductionem.

Aristot. 8. huiꝰ. te. 69

S. Th. p. p. q. 90. ar. 2. ad. 2.

10. Concl. ¶ Decima cõclu.Calor incipit esse per vltimũ nõ esse:vt nunc nõ sit calor,& immediatè post hoc erit. Probatur. Ignis agit ligno applicato,si sit maior virtus actiua:& nõ nisi per calorẽ,ergo si sit maioris actiuitatis, quã ligni resistẽtia:calorẽ producet.Calefactiuũ debet applicari passo per motum:ergo vltimũ nõ esse applicationis,erit vltimũ nõ esse, caloris in passo.Itaq; nunquàm dabitur aliquis gradus caloris in passo,quin antè fuerit minor : ergo nõ incipit esse calor per primũ sui esse,cùm tamen incipiat per vltimũ non esse:quia ex hoc ꝙ incipit per vltimũ non esse,nullum sequitur inconueniens in physica.Sequeretur tamen si per primum sui esse, ea ratione qua motus omnis(vt dictũ est)nõ potest sic incipere,cùm ante omne moueri, sit mutatum esse,& ante omne mutatum esse,præcesserit moueri.

¶ Ad primum argumentum,& similes,Paulus Venet.respõdet,& ferè philosophi omnes,quod nihil vetat motum, de per accidẽs qualis est fœtus in ventre matris ad motum eiusdem matris incipere per primum sui esse:sed motus qui est de per se,non potest incipere per primum sui esse,sed per vltimum non esse.

Ad argum. Pau. Vene. & alij.

¶ Soto dat aliam solutionem, quòd in illo primo instanti animationis non mouetur infans,etiã si mater moueatur:quia(vt dictum est)in instanti non est motus,sed tunc incipit moueri per vltimum non esse.

Soto. 7. phy si. q. 3. ad. 2.

¶ Quòd si quis replicet.In illo instanti verũ esse dicere matrẽ moueri:ergo & infans tũc mouetur. Posset quis negare consequentiã: quia tunc est mutatum esse, continuatiuum motus matris,non tamen partium motus infantis:quia nullæ tales partes præcesserunt. Sed tunc esset corollarium concedendum, quod non in quocunque instanti est verum dicere aliquid moueri,est verum dicere,moueri omnia quæ sunt in illo: ideò posset non improbabiliter teneri prima solutio,quę sufficiens & velut regulæ declaratio est, quod motus non incipiat per primum sui esse: vt intelligatur de motu de per se,propter argumenta dicta,sed de motu de per accidens potest intelligi.

Replica. Solutio. Corolla. Solu. Veneti tenenda.

¶ Ad secundum iam responsum est in sexta conclusione : cùm enim à principio res istæ ceperint ab ipso solo Deo, absque aliqua

Ad secũdũ.

qua præuia dispositione,potuerunt incipere esse per primum sui esse.

Ad 3. ¶ Ad tertium respondet ibidem Paulus Venetus in summo,quod in tali casu agens naturale,applicatum passo non agit in illud:neque hoc est inconueniens:sed esset: si non inciperet agere:sed incipit agere,quia est vltimum non esse calidi,sic ꝙ nunc passum non est calidum,sed immediatè post hoc erit.

¶ SPECVLATIO. Quarta. Vtrùm indiuisibile, posit moueri.

Consequenter(quia Aristote.agit de indiuisibili quo modo moueri non posit)quæritur, vtrùm indiuisibile possit moueri:vt si punctum damus in linea,quod est indiuisibile posit ei competere motus.

1. Argum. ¶ Videtur quod sic.Angelus mouetur,& anima:sed ista sunt indiuisibilia:ergo indiuisibile moueri potest.Maior patet de angelo,qui

Lucæ. 1. à cœlo ad terram mouetur,& mittitur: vt ex scriptura cõstat:& anima,moto corpore mouetur.

2. ¶ Secundò.Continuum mouetur :ergo mouetur omne illud quod positionem habet in continuo:sed punctum positionem habet,vt suprà dictum est,& est indiuisibile:ergo indiuisibile mouetur.Antecedens primæ consequentiæ est verum:& consequentia non est neganda: aliàs daretur continuum moueri: & id quod in eo est , quiescere,quod nullus dicet:quia sic moueretur, & quiesceret.

3. ¶ Vltimò.Si indiuisibile,non posset moueri, maximè quia de ratione illius quod mouetur est,quod partim sit in termino à quo, & partim in termino ad quem,quod indiuisibili nõ potest cõpetere:sed hoc nõ obstat:quia sphericum,super planum verè mouetur,& tamen solũ in puncto tangit: ergo indiuisibili, potest motus competere.

¶ In contrarium est Arist.tex.86.

Notand. 1. Quot modis partes considerantur. ¶ Oportet notare quòd aliàs diximus,indiuisibile, idem esse quod partes non habere: & sic tot quod sunt partium differentię,sunt & indiuisibilis:sunt partes subiectiuę speciei vnde atoma, id est,indiuisibilis species dicitur,quę non diuiditur in plures species:vt homo,& indiuiduum,numero dicitur,quod nõ habet sub se alia indiuidua,vt Petrus:& huiusmodi indiuisibilia,vt ait Arist. per se moueri possunt.

¶ Aliæ sunt partes essentiales:& indiuisibile, hoc diceretur,quod diuidi non potest in plures partes essentiales:de quo non est nunc sermo:nam licèt opinio Commen.quitenet cœlũ esse formã simplicem,non habentẽ materiam,vera esset,non repugnat,quod moueatur perse.

Coment. in de substantia orbis.

¶ Aliæ sunt partes integrales,& sic indiuisibile vocatur quod non potest habere tales partes:& hoc duplex est:quoddã quod positionem habet in continuo:vt puncta:& aliud indiuisibile quod non habet:sicut angelus & anima:de puncto loquitur hîc ex proposito Aristo.

Notand. 2. ¶ Secundò est notandum,quod aliquid mouetur de per se,& aliquid de per accidens.De per se mouetur,quod non ad motum alteriꝰ mouetur,sed ei cõuenit motus per se primò. De per accidens est,quando ad motum alteriꝰ:vt albedo mea mouetur me moto.Et hoc tripliciter contingit:aut quia vehitur,tãquã in continente:vt homo in naui:aut tanquam pars in toto:aut tanquàm accidens in subiecto.

1. Conclu. ¶ Prima conclusio.Indiuisibile,quod positionem habet in continuo,non mouetur de per se.Patet:illud potest moueri de per se,cui potest competere propria ratio motus:sed indiuisibili,conuenire nõ potest.Patet:quia prius id mouetur,quod partim in actu est,partim in potentia:sed indiuisibile, non potest esse partim in actu,& partim in potentia, cũ non habeat partes,quandoquidem indiuisibile est : sequitur ergo quod ei non potest competere motus;& sic absolutè dicimus ꝙ indiuisibile, vt punctum,in linea, non mouetur.

Ratio.

¶ * Et Aristotel.format rationem, quia si in indiuisibile,mouetur,dum mouetur,vel est in termino à quo,vel in termino ad quem : aut secundum partem in vno termino,& secũdũ partem in alio:non primum,quia mobile,dũ est in termino à quo,non incipit moueri,sed quiescit:neque in termino ad quem:quia nõ amplius mouetur,neque datur tertium,quia cùm sit indiuisibile,partes non habet.

2. Conclus. Angelus mouetur. Matt. 28. ¶ Secunda conclusio.Indiuisibile,quod non habet positionẽ in continuo:vt est angelus, potest per se moueri motu locali, & motu alterationis impropriæ dictæ: licèt non motu augmentationis.Prima pars patet:quòd Ma

Matthæi. 28. dicitur, quod angelus dñi descẽdit de cœlo.

S. Th. p. p. q. 58. ar. 1 ¶Secunda pars patet: quia mutatur secundũ intellectũ, & volũtatẽ: mã nõ semper est angelus in actu respectu omnium volitionũ, & cogitationũ: ergo potest alterari, & affici: tamẽ hæc impropria alteratio est, vt constat.

¶Tertia pars, q̃ nõ motu augmẽtationis: patet, quia id quod indiuisibile est, non potest augmẽtũ recipere: aliàs fieret diuisibile.

¶Et quæ de angelo diximus, sentiendum est de anima separata: quia in corpore, licèt immediatè suscipiat volitiones, & intellectiones non est tamen ipsa quæ intelligit, & vult, sed suppositum per eam.

3. Conclu. ¶Tertia conclusio. Indiuisibile, quod positionem habet in continuo: potest moueri de per accidens ad motum continui. Patet. Motu continuo. mouentur omnia quæ sunt in eo, sed indiuisibilia, vt punctum, sunt in cõtinuo: ergo ipsa mouentur: sed moueri ad motum alterius, est per accidẽs moueri: ergo pũctũ, quod ad motũ continui mouetur, de per accidens mouetur.

Ratio.

4. Conclu. ¶Quarta conclusio. Indiuisibile, quod nõ habet partẽs in continuo, vt est angelus, moueri potest motu continuo de extremo ad extremum nullum relinquendo medium. Hæc conclusio est Theologorum. Sic Sanctus Thom. & Scotus. Ratio est: quia cum angelus possit esse in loco pedali, vel bipedali, poterit in proximum locum moueri operando ibi: quia ratio existendi in loco angelo conuenit: quia ibi operatur, vt supra dictum est.

S. Th. p. p. q. 53. ar. 2 Scot. in. 2. d. 2. q. 9. et ultima Conclu. 5. ¶Quinta conclusio. Si angelus poneretur in puncto indiuisibili, non posset magis moueri motu continuo, quam indiuisibile, si esset separatum. Volo dicere, quod si angelo competit posse moueri motu continuo, hoc sit ea ratione, qua potest esse in loco diuisibili, & quanto: tamen si indiuisibili ponatur, non potest moueri: sicut neque & punctum, si daretur separatum. Patet: quia de ratione motus continui, est continuatio: sed vbi est indiuisibile, nullo modo potest: quia vnum indiuisibile, cum alio nõ continuatur, cum vnum nõ sit immediatè post aliud: ergo nullo modo posset esse continuus motus: dato Scotus teneat probabiliter quod si punctum esset separatum, posset moueri: quia posset esse successio, quæ teneret ex parte spatij.

Ratio.

Scot. in. 2. d. 2. q. 9.

6. Conclu. ¶Sexta conclusio. Si angelus moueatur motu discontinuo, poterit nunc esse in cœlo; & immediatè post hoc erit in terra: si tamẽ motu continuo, nõ poterit esse in hoc instãti in termino ad quem, & immediatè ante hoc in termino à quo distanti, vbi quiescebat. Patet ex supradictis: quia ante omne mutatum esse, erat motus: quiescere autem rem, est quod eodem modo se habet nunc: & prius: quia quies non potest desinere esse, nisi per vltimũ sui esse. Si autẽ detur vltimũ esse, in termino à quo nõ potest dari primũ esse in termino ad quem: aliàs duo instantia essent immediata. Et probatur claris verbis. Si angelus possit moueri in instãti, motu cõtinuo eo erit, quod à termino à quo, est in termino ad quẽ indiuisibili: sed hoc non potest esse: quia vel in illo eodẽ indiuisibili, est in termino à quo, & in termino ad quem: vel in diuersis instantibus: si in eodem instanti, repugnat: quia terminus à quo, & terminus ad quem, cũ sint contrarij, non possunt esse simul. Nec potest esse quod in vno instãti sit in termino à quo & immediatè post in alio instanti in termino ad quem: quia cum non sint duo instantia immediata, in medio tempore mouebatur: & sic motus fuit non in instanti.

S. Th. p. p. q. 52. ar. 3

¶Ad primum, & secundum, patet solutio ex dictis.

Ad argum.

¶Ad tertium dicendum, quod casu dato q̃ sphera, esset motus in plano perfectè, sic q̃n pũcto tangeret, esset motus puncti, sed non per se, sed ad motum ipsius continui, quod concedimus fieri posse: neque ex motu puncti ad motum corporis sequitur aliqua esse pũcta in spatio immediata. Verum est tamẽ quod si pũctum esset per se separatum si motu continuo moueretur, moueretur per puncta: vnde illud mathematicorum, si punctũ moueretur per planum, faceret lineam, solũ debet intelligi per imaginationem, si per impossibile ita posset moueri.

Ad. 3.

Finis Sexti libri Physicorum.

SEPTIMVS LIBER PHYSICORVM.

ARGVMEN. SEPTIMI libri Physicorum.

IN Septimo physicorum tractat Aristo. ex professo quo pacto moues, & motũ oportet simul esse et de velocitate motuum, & comparatione, & proportione adinuicem.

PRIMA SPECVLAtio est. Vtrùm sit necessarium quod mouens, & motum sint simul.

1. Argum. VIdetur quòd non, Sol, & cœlorum influentia, mouent omnia ista inferiora agendo, & causando varios motus: & tamen non tangunt, sed grandi intercapedine distant: ergo non est necessaria simultas, & approximatio.

2. ¶Secundò. Aliquod est agens, & mouens, q̃ non potest tangere mobile: ergo non est necessarium mouens, & motum se tangant, vel sint simul. Maior patet: vt Deus, qui omnia mouet: & intelligentiæ motrices cœlorum: quia cũ sint spiritus, non possunt tangere corporea.

3. ¶Tertiò. Siesset necessarium mouens, & motum esse simul, maximè esset quia alteratio, quæ motus dicitur, solũ in tertia specie qualitatis continget, & vt docet Arist. sed motus non terminatur primò ad huiusmodi qualitates non primas: ergo secundum has nõ est propriè motus, qui requirat contactum cum mobili. Patet: quia albedo, & qualitates secũdæ: non sunt primus terminus alterationis: quia resultant ex intensione, & remissione primarum qualitatum: ergo secundum has qualitates non est per se alteratio: & sic non requiritur quod mouens, & motum sint simul.

Ius contra.

¶In contrarium est Arist. in hoc loco.

Notand. 1.

¶Pro solutione notandũ, quòd agentia quædam sunt immediata, & alia mediata. Immediata sunt illa, quæ sine medio alio agunt: immediata, quæ mediante medio.

Agens immediatum.

¶Agens immediatum est duplex: quoddam immediatum immediatione virtutis: aliud immediatum immediatione suppositi. Immediatione virtutis est, quando propria virtute sic agit, quod non recipit ab alio: vt deus.

Agens mediatum.

Mediatum mediatiõe virtutis est, quod agit mediante alio: vt creatura omnis, quæ virtutem agendi non habet immediatè à se, sed à Deo participat. Immediatione suppositi est, quando agit per se, nullo alio supposito medio: vt homo baculum mouens, & intelligentia cœlum: sed mediatione suppositi erit, quãdo aliquo medio supposito vt si homo baculo moueat lapidem: dicitur mouere lapidem non immediatè, immediatione suppositi, sed mediatè: eò quod homo non tangat lapidem per se, sed mediante baculo. Et sol mouet terram, mediante illuminatione: & plantam gignit, per hoc quod alterat terrã. Et hoc agẽs vocatur mediatum.

Notand. 2.

¶Secundò aduertendum, quod Deus dicitur esse vbique per essentiam suam: quia ipse immediatè per se, non solùm immediatione virtutis, sed suppositi, respectu materiæ primæ se habet: quæ ab ipso solùm per creationem habet esse: similiter respectu angelorum & respectu animæ rationalis: & tandem quia cuncta quæ in mundo sunt, vel sunt substantiæ spirituales, vel sunt corporales, quæ in materia sunt; & ipsa materia à solo Deo fit vt Deus dicatur esse vbique, per suam essentiam in omnibus: quia nulla res agit, vbi non est. Quapropter angeli si operantur in loco,

S. Th. p. p. q. 8. art. 1. & Cai. ib.

ratione

ratione, cuius ibi dicuntur esse, sunt secundū
subſtantiam in loco, in quo aliqui errauerūt,
S.Th.p.p. q.52 malè interpretantes S.Tho. vt supra tactum
est: nam Sanct. Thomas non negat angelum
esse in loco secundum suam subſtantiam, sed
solùm dicit operationem esse causam essen-
in loco.

Conclu.1. ¶Prima conclusio. Omne agens & patiens,
siue omne mouens, & motum, oportet esse si
mul. Hæc ab Aristot. probatur per inductio-
2.Ratio. nem in omni genere motuum: nam in mouē
tibus motu locali constat, quòd si mouens
non esset simul cum mobili, non moueret: &
similter in alterationibus: sol non ageret in
terra, nisi mediante lumine, vel influētia ibi
De hoc vi- de Æg. quo- lib.5.q.18 esset simul cū terra, vbi & operatur. Et si aug
mentans auget, oportet sit simul cum illo qd
augetur: & per quod fit augmentatio.

* ¶* Et Arist.t.11. probat conclusio secundū
sensum exteriorem, quia invisa, species rei vi
sibilis, debet recipi prius in aere, vt ad poten
tiā visiuā veniat, & in auditu similiter: ita vt si
obturetur auris, nō sentiatur sonus: & de odo
ratu, gustu, & tactu. &c.

2.Ratio. ¶Præterea. Approximatio agentis ad pas-
sum, in omni actione naturali requisita est:
ergo oportet quòd omne agens, & mouens,
simul sit cum moto. Consequentia est bona.
Probatur antecedens. Si in actione naturali
approximatio non esset requisita, quodlibet
agens in quolibet passo, quantumcunque re
moto, posset agere: sed hoc est falsum, vt con
stat: ergo approximatio, requisita est.

3.Ratio. ¶Item. Non ad eandem distantiam omnia
agentia agunt: quia quædā ad remotius, pro
pter maiorē virtutē: sed hoc nō esset, nisi qa
virtus fortioris, ante attingit, & est simul cū
passo, quā alterius: ergo sequitur quòd simul
tas ista requisita est.

2.Conclu. ¶Secunda conclusio. Simultas hęc, & attin
gentia mouentis ad mobile, & agentis ad pa
tiens non secundum immediatam subſtātiā,
sed secundum virtutem intelligenda est. Vo
lo dicere quod cum sit absolutè verum requi
sitam esse simultatem, non esse necessarium
simul sit quo ad suam subſtantiam, agens cū
patiente: sed sufficit quòd virtus eius attin-
Ratio.p.p. Arist.2. phys.t.26. gat ad passum. Patet. Sol, & cœlū, verè agunt
in istis inferioribus: Sol enim, & homo gene
rant hominem: tamen subſtantia solis, nōest
simul cum genito: quia sol nō est in terra, vbi
homo generatur: sed in 4. cœlo: sequitur er-
go q̄ simultas secundū subſtantiam nō intel
ligitur. Idem de omnibus astris influentibus
dicendum est.

¶Item. Ignis calefacit calefaciendo aerem,
qui aer calidus, calida alia reddit: tamen non
attingit ad illa alia calida, ignis secūdum sub 2.Ratio.
stantiam: sicut aquam quam calefacit ignis
non attingit immediatè, sed solū cacabū æ-
neū: in quo aqua est: ergo simultas secūdum
subſtantiam requisita non est.

Ratio.2.p. ¶Sed quod secundum virtutem intelligatur
patet. Ex prima conclusione requisitum con
stat quòd mouens, & mobile sint simul: & nō
possunt esse simul, nisi secundū virtutem, vel
secundum subſtantiam: sed simultas secūdū
subſtantiam requisita non est: sufficit ergo il
la quæ secundum virtutem est, ratione cuius
fit motus.

¶Et ex hoc venit, quod quāto agens fortius
ad maiorem agat distantiam secundum suā
subſtantiam: quia virtus eius quanto fortior
ad remotius se extendit, & prius, est simul cū
passo, quam sit virtus debilioris agentis.

* ¶* Quod si obijcias de sole alterante ista in- Instantia.
feriora: cum tamen cœlos medios non alte-
ret: & de magnete, attrahente ferrum, in cer-
ta distantia, cum tamen non attrahat tangen
do: & idem de fascinantibus oculis. Solutio Solutio.
est, nam & si in omni alteratione quæ fit per
medium, prius medium alteretur: ob quod si
multas & tactus intelligatur agentis, & pati-
entis: non tamen semper in medio, eiusdem
rationis erit sicut in vltimo: sed id erit secun-
dum naturam medij, & in vltimo: secundum
naturam vltimi: ob quod sol agens in ista in-
feriora calore & lumine, cœlos medios non
calefacit: quia capaces non sunt, illuminat ta
men. Sic & magnes, antequam ferrum alte
ret, & trahat, aerem medium alterat: per qđ
tangit: sed non alterat aerem trahendo: sed
ibi imprimendo suam qualitatem: quę per
ueniat vsque ad ferrum: quia huius alteratio
nis aer est capax, sicut piscis captus manus
piscatoris à proprietate obstupescere facit:
non tamen rete, quia non est capax stupo-
ris.

¶Tertia conclusio. In agente, vel mouente 3.Conclu.
in quo virtus non distinguitur ab eius sub-
stātia, simul, as virtutis, arguit essentiæ simul
tatem: ait vt vbicunque operatur, sit secūdū
suam subſtantiam. Probatur: quia simultas
requisita est, saltim virtutis: ergo si virtus idē Ratio.
est quod essentia, ibi & essentiæ simultas re-
quisita erit: quia aliàs si detur simultas virtu
tis, & non essentiæ, virtus ab essentia esset di-
stincta, quod est contra præsuppositum.

¶Quarta conclusio. Quia virtus Dei non di 4.Conclu.
stinguitur ab eius essentia, sed est ipsemet
Deus,

Deus, est vbique secundum essentiam, præ-
sentiam, & potentiam. Patet conclusio ex ter
tia. Quod Dei virtus non distinguatur ab ei-
us essentia cōstat: quia quicquid in Deo est,
Theo.in.1 se.d.37. est ipsemet Deus. Si quæ sunt in Deo, quę in
S.Th.1.p. q.8.art.2. creaturis accidentia, in deo per modum sub
D.Aug.5. de tri.ca.1. stantię sunt: vt probant Theologi: de quibus
Sapient.8. alibi. Tunc sic. Deus est secundum subſtātiā,
1.Cori.12 vbicunque est sua virtus: sed sua virtus attin-
Esaiæ.29. git à fine vsque ad finē, disponens omnia sua
Hebræ.1. uiter. Ipse est qui operatur omnia in omnib⁹
Philip.2. Ipse est qui cōseruat omnia. Ipse est fine quo
nihil possumus operari. Ipse est est qui siue
in cœlo, siue in terra adest: ergo ipse secūdū
suam essentiā vbique est. Et sic probāt Theo
logi Deum in omni loco esse, & Deo omnia
D.Augu. plena esse. & B. August. dicit de Deo, quod ip
se sit in omnibus, & extra omnia, & intimè
penetrans omnia, cùm tamen non sit pars alī
cuius, sed ex diametro (vt aiunt) distinguan-
tur, & in infinitum distent.

5.Conclu. ¶Quinta conclusio. Quia virtus cuiuslibet
creaturæ accidens est distinctum ab eius es-
sentia, ex hoc quod mouet, vel operatur in
aliquo passo, non concludi potest ibi esse si-
mul subſtantiam, vel essentiam, Ista cōclusio
est aperta ex precedentibus. Quod in creatu
ris virtus qua operatur sit accidens patet.
Ignis calore calefacit, qui calor nō est forma
subſtantialis: & aqua frigiditate frigefacit: &
sol mediante lumine: vel influentia operatur:
cùm ergo ista sic operentur, eo quod operen
tur, non est subſtantiæ argumētum: quia po
test esse virtus attingens, sine hoc quòd sub-
stantia attingat. Quapropter ex hoc quod
sol in terra operetur, licet probemus, ibi esse
virtutem eius: non probatur quòd ibi sit pre
sentialiter sua subſtantia: quia virtus eius at-
tingit mediantibus alijs corporibus ad istū
locum inferiorem: vt ignis producendo calo
rem in loco, & corpore sibi proximo, & im-
mediato: potest ad distans per hoc quod rur
sus ille calor receptus in aliquo subiecto: po
test calefacere aliud corpus sibi proximum:
& illud aliud, ob quod aliquibus corpori-
bus intermedijs, ignis potest operari tamen
eius virtus dicitur simul esse, & attingere, si-
ue sit mediatè, vel immediatè, tandem virtus
attingit.

6.Conclu. ¶Sexta conclusio. Simultas requisita mouē
tis, ad mobile, & agentis ad passum, illa quæ
contiguitatis est intelligitur. Ex superiori-
bus constat, quæ sunt, quæ contigua dicun-
tur, & quæ continua, & quæ cōsequenter se
habentia. Quando ergo dicimus oportet q
simul sint agēs & passum, non debet intelligi
continui continuitas: quia non potest intelli
gi, maximè cum illa quæ specie differunt, cō
tinuari non possint: sed intelligitur contigui
tas, & hæc requisita est, ita quòd si virtus nō
fit simul cum passo, nihil fiet. Probatur con- Ratio.
clusio. Simultas est requisita, & non continui
tas, neque sufficit se habeant consequenter:
quia si medium fit alterius rationis, ad mag-
nam distantiam, non fiet actio: requiritur er-
go simultas contiguitatis, ita vt virtus & pas
sum sint simul.

¶Septima conclusio. Alterationis motus, 7.Cōclus.
non fit per se primo ad omnes quatuor spe.
cies qualitatis, nisi solum ad tertiam. Hæc est
Aristo. in isto loco. Pro probatione oportet
in memoriam reuocare quæ ipse Aristot. di-
cit in prædicamento qualitatis, & nos ibi ex
posuimus: quo pacto quatuor dicantur spe-
cies qualitatis. Prima. Habitus, & dispositio.
Secunda. Naturalis potentia, & impotentia.
Tertia. Passio, & passibilis qualitas. Quarta. S.Th.1.2.
Forma, & figura. Dicit ergo conclusio, quòd q.49.
dato per alterationis motum qualitas so-
leat perdi, vel acquiri: quia motus alteratio-
nis est circa qualitatem: sicut augmētationis
circa quantitatem: tamen proprie, & per se
primò solùm in tertia specie: non in prima,
quæ habitus, & dispositio, neque in secunda
quæ, naturalis potentia, & impotentia, neq;
in quarta, quæ forma, & figura, sed in tertia,
vbi ponuntur qualitates tangibiles primæ,
quę sunt, caliditas, frigiditas, siccitas, & humi
ditas.

¶Est etiam considerandum, quòd ad qualita Notand.
tem esse per se primò motum est, quod huius
modi qualitas, sit terminus primo acquisitus
per talem motum: quod Aris. exponit dicēs: Arist.t.17
ad calorem est per se calefactio: sicuti ad sub
stantiam, per se primo generatio, & ad quan
titatem, per se primo augmentatio.

¶Probatur conclusio. Secundum illas quali
tates per se primò motus est alterationis, se- Ratio con.
cundum quas formarum contrarietas attēdi
tur: sed contrarietas in formis secundum qua
litates in tertia specie est: ergo secundum il-
las per se primo motus est alterationis. Proba
tur maior. Omnis alteratio generationis, &
corruptionis via est: vt docet Aris. si ergo est
via, & generatio fit per acquisitionem nouæ
formæ expulsa præsentanea: opus est sit per
contrarias qualitates introductas, ad formā
introducendam, quæ contrarientur qualita
tibus formæ præexistentis: vt ipsis expulsis,
& forma etiam expellatur: & contrarijs intro-
ductis

ductis forma alia introducatur.

2. Ratio. ¶Præterea. Secũdum illas qualitates est per se primò motus alterationis, ad quas per se primò, terminatur motus: sed motus de se primò non terminatur ad aliam speciem qualitatis, nisi ad tertiam: quia non ad habitum, & dispositionem primò: neque ad naturalẽ potentiam: & impotentiam: neque ad formam, aut figuram: quia omnes istæ species pendẽt ex aliquali temperamento, vel actione præcedenti ex aliquali temperamento, vel actione præcedenti qualitatum, quæ sunt in tertia specie: si enim per motum alterationis, aliquid deberet acquirere naturalem potẽtiã ad frãgi, vel pati, vel infirmari, oportet priùs intelligere calorem, vel frigiditatem: humiditatem, vel siccitatem, ex quarum qualitatum dispositione varia, & contemperamento, sequitur qualitas illa, quæ in secunda specie qualitatis erat.

¶Et quia in tertia specie qualitatis, non solũ ponuntur illæ quatuor qualitates nominatę quæ primæ dicuntur, sed aliæ quæ secundæ qualitates sunt: vt albedo, dulcedo, etiam ad illas est per se primò motus alterationis: qa in motu dealbationis primò, & per se terminus albedo est: & dulcorationis dulcedo, & sic de alijs. Neque istæ secundę qualitates cõsistunt in temperamento primarum qualitatum, ad modum quo sanitas, sed sunt qualitates mediæ resultantes ex tali, aut tali ratione caloris, vel frigiditatis, cũ tali aut tali tẽperamento humidi, vel sicci, quę qualitates per se tendunt vel ad corruptionẽ, vel ad conseruationem rei.

* ¶* Et Aristote. in tex. 15. & 16. probat ex proposito: quod in quarta specie qualitatis vbi forma & figura nõ fit alteratio: & quia in alteratione qualitas prædicatur in recto & concreto de subiecto alterabili: & è contrario: vt sic aqua est calida, & calida est aqua, sed in quarta specie non sic: quia hæc est falsa, triãgul⁹ est lignũ. &c. Secũdo, quãdo, quid alteratur non perficitur, sed quãdo fit figura perficitur id in quo est. 2. probat in. t. 17. & 18. qđ non sit alteratio in prima specie: quia in relatione non est alteratio, quia in ea non est motus, sed habitus corporis, vt agilitas, sanitas, pulchritudo, &c. dicunt relationem nec in moralibus habitibus: quia perficitur subiectum per virtutem: ergo non alteratur. &c. in secunda specie qualitatis: quod non sit alteratio: non probat Arist. tanquã per se notum: quia talia sequuntur naturã velut proprietates: vnde eadem generatione producũtur: & sic potius sunt generatione, quam alteratione. &c. & vide latius in philoso.

¶Ad argumenta patet solutio ex dictis. *Ad argum*

SECVNDA SPECVlatio septimi Physico. Vtrũ quilibet motus, cuilibet motui possit comparari.

1. *Argum.* VIdetur quod sic: quia motus circularis motui recto est comparabilis. Probatur. Si isti motus adinuicem non essent comparabiles, maximè esset, qa quantitas circularis, vel polygonia figura, rectæ lineæ non possent comparari: sed sunt adinuicem cõparabiles: ergo & motus circularis, & rectus. Maior est Arist. Probatur minor: quia geometræ docent, triangulum dari æqualem figuræ, quadratæ, & Euclides demonstrat inter polygonias figuras, quarum peripheriæ sunt æquales: quanto figura sit plurium angulorum: tãto area capacior: & ob id circularis omnium capacissima: ergo cũ data adhuc specifica differentia figurarum, est comparatio & proportio. Et similiter in motibus erit comparatio ad velocitatem. *Euclides.*

¶Confirmatur. Contra id quod traditur de circuli quadratura. Datur circul⁹, qui sit quadrato æqualis: & non solùm hoc est scibile, vt Arist. in primo huius docet, cuius nõ datur scientia: sed est scibile, cuius data est scientia: vt probat Nicolaus Cussanus in tractatu proprio, & Carolus Bobilus, Brabardinus, & ante omnes Boetius. *Confirma. Cussa. Carolus. Brabar. Boetius.*

¶Item. Circuli, ad diametrum eius, dicunt esse triplam sexquialterã: qualis est inter quatuordecim & quaternariũ: ergo tali proportione, velocius mouebitur id quod per circulum circumfertur, quam id quod eodem tempore solũ diametrũ pertranseat: ergo motus circularis, recto erit comparabilis.

¶Motus localis, motui alterationis est comparabilis: ergo omnis motus, omni motui poterit cõparari. Patet antecedens: vt si in vna hora, ignis calorem extendat per pedalem quantitatem ligni, quam quantitatem ligni acquisierat per duas horas: motus alterationis, est duplo velocior, quam augmentatio,

tationis: tunc aliquod mouetur, in medietate horæ percurrat totam illam quantitatem, in duplo velocior esset motus localis, quàm fuerit alterationis: ergo sequitur quod comparatio est motuum, omnium.

In contrar. ¶In contrarium est Aristoteles in isto loco. tex. 21.

Notand. 1. ¶Pro solutione oportet intelligere, quòd intentio philosophi est, ostendere vnũ primũ motorem: de quo in sequenti libr. & ob id in isto. 7. tractat nonnulla quæ eo tẽdunt: ostẽdit, ergo quod sit etiam quidam primus motus, qui sit mensura omnium aliorum: & ex hoc habuit motiuum, vt hic quærat, an omnes motus sint comparabiles adinuicem. Pro parte affirmatiua facit: quod omnes motus conueniant in vna ratione mensuræ, quę prima est, motus primi mobilis. Pro parte tamẽ negatiua, sunt quæ hic facit de motu recto, & circulari, & de motu locali, & motu alterationis, qui differunt specie.

Notand. 2. ¶Secundò est notandum, quod Aristote. cũ expropositò disputet. q. non respondet informa, sed vtranque partem velut dubiam relinquit: qua ratione sunt qui affirment, Arist. non negare, posse esse comparationem inter motum circularem, & rectum: sed tãtũ proponit argumenta ad partem negatiuam, quæ relinquit in soluta. Alijs tamen placet, qꝛ illa argumentatio negatiua, sit responsio negatiua, more Peripatetico, & ob id Commenta. rationem reddit cur linea circularis, & linea recta, non sint magnitudine comparabiles: qua neutra potest alteri supponi vt appareat æqualitas, vel excessus: vt supponuntur duæ lineæ rectæ: neque motus qui per eas fiunt sunt comparabiles: tamen Soto in. q. 2. superhunc. 7. dicit Arist. sententiam esse, nõ omnes motus adinuicẽ cõparabiles: & esse in genioſam valde, in qua nisi lector sit diligẽs, hallucinabitur, vt ipse ait.

Alber. q. 5. *Cõmẽ. t. 21* *Soto.*

Notand. 3. ¶Præsupponendum est non esse idem duarum quãtitatum vnam, esse altera maiorem, aut minorem: & esse commensurabiles. Ad hoc enim quod commensurabiles sint, requiritur sit inter eas rationalis proportio, hoc est, ab aliquo numero denominata, putà aut dupla, aut sexquialtera: ad quod requiritur vt vna pars aliquota vnius, sit aliquota alterius, quæ sit mensura vtriusque: tunc illæ quantitates habẽt se sicut numeri, in quibus vnitas communis mensura est: qua ratione omnes numeri, sunt commensurabiles: ob quod diameter, quadrati, & costa, eiusdem sunt incommensurabilia: vt Arist. in multis locis tradit, & probatur infrà: & tamen vna alia maior est.

¶Ex isto fundamento probatur lineam rectam, circulari esse incommẽsurabilem: quia non potest dari vna vtriusque mẽsura: nam linea recta, illa lõgior est, cuius extrema, quę sunt puncta, magis ad inuicem distant: & circularis illa maior cuius portio circuli est maior: sed portio circuli, diuersorum circulorũ regula certa non est, neque potest esse rectæ lineæ comparatio.

¶Ex isto etiam infertur, motum circularem non esse comparabilem recto motui: quia illa sola sunt commẽsurabilia, quæ eadem mẽsura mensurari possunt. His suppositis, respõdetur.

¶Prima conclusio. Comparatione propriè dicta, non potest comparari motui recto, motus circularis, sicut neque motus alterationis motui augmentationis. *1. Conclu.*

¶Probatur conclusio. Illa solùm propriè cõparari possunt, quæ propriè sunt commensurabilia: sed motus rectus, & circularis, nõ sunt commensurabiles adinuicem: ergo non sunt propriè comparabiles. Maior est nota: probatur minor, quia vtriusque non datur vna certa mensura, quę velut pars aliquota vtriusque sit: sicut cõtingit in numeris, qui adinuicem comparantur. Patet: quia pars aliquota lineæ, potest esse certa pars eiusdem: quæ toties sumpta adæquet: siue sit quarta, vel sexta, vel quæuis alia sed ista non poterit mensurare circulum: quia siue semel, siue bis, siue cẽties, nũquam per partem lineæ rectæ, erit circulus adæquatè mensuratus. Neque pars aliquota circuli, poterit esse mensura lineæ rectæ. Manet ergo non esse adinuicem cõparabiles motus: quandoquidem, neque quantitates ipsæ, penes quas contingit, possunt commensurari, etiam si vna figura alia maior, vel minor dicatur: quia aliud est, vt diximus, quantitatem esse maiorem, vel minorem altera: aliud est ei esse commensurabilem. *1. Ratio. Na omnis motus omni motui est cõparabilis.*

¶Præterea. Ad hoc quod motus circularis recto sit comparabilis: requiritur quod velocitas in motu vtriusque eodem modo consideretur: sed non consideratur eodem modo: ergo non est propriè comparatio. Patet: quia dato eandem esse velocitatem circuendi, quando non est eadem velocitas motus: sed in recto solũ attẽditur velocitas mot⁹ penes longitudinem descriptæ lineæ: velocitas vero circulationis, attenditur penes hoc, quod in tanto tempore tales anguli describantur *Ratio. 2.*

circa

circa idem centrum: vt si tria sint mobilia, & circuirent in eodem tempore hos tres circulos, sic vt quo tempore infimum mobile mouetur, moueatur superius, & medium: tunc omnes equaliter circuirent, quia idem angulum constituunt respectu centri: sicut orbes cœlestes omnes æqualiter circuunt. Nam si angelus motor orbis, cum eo moueatur, & quilibet sit in suo orbe, in eadem proportione, & parte correspondente inferius, & superius in eodem tempore perficiunt circulationem quia semper constituunt angulos equales in tali motu: tamen nō sequitur quòd æquè velociter: quia ille qui in supremo orbe velocius mouetur, quàm ille qui in infimo: quandoquidem maius spatium pertransit in eodem tempore: sed in motu recto nō est hæc diuersitas. De hoc bene Albertus de Saxonia in hoc septimo, quæstione quinta, conclusio. 3.

Albertus de Saxonia.

Cōditiones ad comparationem māximum.

¶ * Et Aristo. text. 21. & 22. & 23. ad comparationem propriè, nonnullas ponit conditiones, nempe tres. Prima quod prædicatum in quo fit comparatio, prædicetur de vtroque extremo comparabili vniuocè: propter hoc hæc comparatio nulla est, vox Socratis est acutior gladio. Secunda conditio: quod illud in quo, fit comparatio, habeat idem susceptiuum: quapropter non est hæc bona comparatio vox Socratis est maior Socrate: quia magnitudo recipitur in Socrate prout est substantia: sed recipitur in voce prout est sonus fortiter immutans auditum. Tertia conditio, quod prædicatum, in quo est comparatio, debet esse species specialissima: quapropter nō est hæc propriissima comparatio, Plato, est sapientior Socrate: sed oportet in specie dicere, in Dialectica, vel in Physica. &c. Hæc pleniori intelligentia sunt notata.

2. ¶ Secunda conclusio. Comparatione largè dicta, motus differentes specie adinuicem comparabiles sunt: vt motus curuus, motui recto & motus augmētationis, motui alterationis,

2. Conclu.

1. Ratio.

Probatur: quia si nō posset fieri comparatio, maximè quia linea recta, & linea curua non sunt comparabiles: sed comparantur, vt patet: quia chorda est minor arcu.

Ratio. 2.

¶ Item. Figura quadrata, circulo cōparatur: imò contendebat ad æquare Archimenides. Et aliqui putant de quadratura circuli scientiam iam esse. Eodem modo videtur quod motus augmētationis, etsi à motu alterationis differat: quod posset fieri comparatio: vt secundum argumentū probabat: sed dicitur larga comparatio: vt loquimur.

Cassa. Bobilu. Brabar.

Maius est huius frigus, quàm alterius albedo: & maior est huius scientia, quàm sit alterius virtus quæ tamen specie differunt.

Ad arg. 1.

¶ Ad primum respondemus, concedendo sic esse: vt dicatur linea recta, maior, vel minor circulari, & figura vna, maior altera: etiam si specie differant: tamen non sequitur quod illæ figuræ, sint adinuicem commensurabiles. aliud est enim vnā, alia esse maiorem: aliud esse commensurabiles proportione, quæ rationalis videtur: nam ad esse commensurabilia propriè, requisitū est, quod vtriusque detur aliqua certa mensura, quæ sit vt pars aliquota sicut in numeris diximus contingere quapropter sunt adinuicem mensurabiles: sed in linea recta, & circulari, non est dabilis aliqua talis certa pars, quæ mensuræ habeat rationem.

Ad esse commensurabilia, requiritur aliquid esse mensuram utriusq;.

1. Solutio.

¶ Secundò potest solui argumentum primū iuxta conclusionem. 2. vt posit fieri comparatio quidem, sed non propria, sed largo modo: vt illa, quę adinuicem maiora, vel minora dicuntur comparari, dicantur & mensurari: siue sit proportio rationalis, siue irrationalis, quo pacto augmentationem, alterationi, potest quis comparare.

2

¶ Ad id quod dicebatur in cōfirmatione de circuli quadratura, quod sit scientia, per quā possit esse adæquatio istarum figurarum: dicendum, quòd dato ita sit, vt talis sit inuenta scientia, nihil contra nos: quia nunquam motus per circulum factus, poterit æquari illi qui per rectum in dato duo mobilia, mouerentur æqua velocitate, vnum per lineam circularem, & aliud per rectam citius mouetur quod per rectam, vt si formemus lineam æqualem rectæ in quadrato, tunc mobile quod mouetur per quadratum, dum ad angelum peruenit eadem velocitate, non pertransibit tantam portionem anguli rectum, quantam aliud mobile rectam: & eadem ratione, si eadem linea disponatur in figura plurium angulorum, eadem velocitate, non transibit totam eodem tempore quo fit, vt non sint commensurabiles propriè.

Ad confir.

Euclides.

¶ Demus aliud exemplum, supposito quod dicit Euclides: quod in figuris polygonijs quantum plurium angulorum, tanto areacapacior: vbi probat, vnam figuram alia maiorem, sed non esse rationalem proportionem, imò ex eo sumitur ratio pro conclusione: quia per lineam circularem, & per rectam, eadē velocitate, quod mouetur, non pertransibit vtranque in eodem tempore: quia plus temporis in circulari: nam data linea recta bipedali, si ex eadem fieret triāgulus, maiori tempore opus esset, vt eadem celeritate percurreret: & si fieret quadratum, maius tempus: & si pentagonus, maius, & consequenter vsque ad circulum: quia ex hypothesi, semper capacior area esset amplior: ergo si mobile, debet pertransire eandem figuram in eodem tēpore: necesse habet celeriorem motum adhibere.

¶ Ad illud de proportione circuli ad diametrum, quòd sit tripla sexquialtera: dicendum non esse exactam: sed paulò plus, minus vè, & quando dederimus hoc, esset ratione quātitatis, sed maneret incommensurabilitas in velocitate motus: quia maior esset mora in circulari, quam in recta via.

¶ Ad secundum patet solutio ex secunda cōclusione.

¶ SPECVLATIO Tertia. De proportionibus.

Argumen.

SPeculatio tertia. Vtrùm saltim omnis quantitas omni quantitati sit comparabilis, quod mensurari possint adinuicem.

¶ Videtur quod sic. In illis quę sunt eiusdē speciei, & vniuoca, vt Arist. probat, comparatio est: sed omnis quantitas continua, est eiusdē speciei cum alia continua: ergo poterit esse comparatio, & commensuratio.

In cōtrariū

¶ In contrarium est: quia costa quadrati diametro incommensurabilis est.

¶ In præsentiarum de quantitatum comparatione & de proportione agendum, quanuis tractatum seorsum aliqui constituunt de proportionibus, visum tamen est necessariū hīc tractare per vnicam speculationem: maximè, quia regulę positę ab Arist. de motuū velocitate, non possunt intelligi, ignoratis proportionibus.

Proportionis definitio

¶ Proportio idem est quod habitudo aliquorum adinuicem: & hæc quantitates erunt: sic Boetius definit, esse duarum quantitatum habitudo certa. Quantitas est duplex, vt exprę dicamentis constat: continua, & discreta. Cōtinua, cuius partes ad vnum copulantur terminum cōmunem. Discreta, cuius partes nō copulantur: vt numeri. De vtraque erit dicēdum: sed maximè de habitudine quantitatis, quæ discreta est, in præsentiarum sermo erit: atque exactam definitionem proponentes, dicemus proportionem, esse duarum quantitatum habitudinem. Duarum, ad differētiā proportionalitatis Geometricæ, quę est habitudo proportionum, & ad minus inter tres quantitates debet inueniri: vt inferius ostendemus: sed oportet intelligas secundū id quod vtrique earum quātitatū conuenit: quia quantitas discreta, continuę non erit cōparabilis: nec erit proportio: quia nil vtriq; cōuenit: sed debet fieri cōparatio quātitatis cōtinuæ, ad aliā quātitatē cōtinuā: & discretæ ad discretā. Quod si quātitatē non solū mollis intelligas, sed virtutis: etiā iuxta doctrinā B. Aug. iā nō solū proportio erit, & cōparatio quantitatum mollis adinuicem, sed etiā perfectionis: vt si fiat vnius ad aliam speciē cōparatio, in essentiali perfectione: & indiuidui, ad indiuiduū: sicut fit numeri ad numerū: acsi dicamus hominis essentialē perfectionē in duplo esse ad elephātinā, & equinā, elephātino esse in subdupla proportione. Qua ratione aliqui in isto. 7. lib. solēt tractare de huiusmodi rationū cōparatione, quantū ad essentialē perfectionem. Qui voluerit poterit de huiusmodi proportionibus legere Brabardinum, in sua arithmetica: Siliceum Archiepiscopū Toletanum: Albertum de Saxonia in tractatu proportionum: Petrum Ciruelo in suo de arithmetica, & Aluarum Thomam in suo de triplici motu in principio, & Petrum à Spinosa.

Proportionis exacta definitio.

B. August.

Brabar. Siliceus. Saxonia. Ciruelo. Albarus. Spinosa.

¶ Diuiditur primò proportio, vt quædam sit æqualitatis: alia dicatur in æqualitatis, Illa, est quæ inter æqualia, & hæc inter inæqualia.

Diuisio. 1.

¶ Diuiditur etiā illa quę inter inæqualia: quędā quæ maioris inæqualitatis dicitur: & est, quādo maior numerus minori comparatur: vt si quaternariū binario cōpares, ponendo duplā proportionē. Minoris inæqualitatis est, quādo minoris numeri ad maiorē, vt si binariū quaternario cōpares, quæ ad differentiā alterius subdupla vocabitur. Itaque post hac tenēdū, quod si minor, ad maiorē cōparatur, sub; dicitur: vt subdupla, subtripla, subquadrupla, &c. Si maior, ad minorē, dicetur dupla, tripla, quadrupla.

Diuisio. 2. Maioris in æqualitatis Minoris in æqualitatis

¶ An proportio sit realitas quædam distincta à rebus ipsis proportionatis, disputatio est, sicut de relatione in prædicamento relationis: vero similius est, non esse aliā rem distinctā ab ipsis comparatis: quāuis nō sit substātia, formaliter proportio, neq; quātitas sit proportio, vt admonuimus non semel. Neque proportio est nomē collectiuum, quod

ſupponat pro vtroq; extremo, inter quę eſt proportio: ſed ſi maiorem, minori compares in maiori ponitur proportio: quia ibi eſt habitudo, & relatio, & ſi minorem, maiori in minori, ponenda erit.

Diuiſio. 3. Rationalis. ¶Rurſus. Proportio, quædam dicitur rationalis: alia irrationalis. Rationalis eſt, duarum quantitatum proportio, quibus aliqua pars aliquota communis eſt in continua quantitate: vt hominis, ad pedem, vel cubitum, quia tot pedes habet homo, vel tot cubitus, & ſic cubiti ad pedē, pedis ad palmū, palmi ad digitū. Cōtinet palmus quatuor digitos ex tranſuerſo, & pes quatuor palmos, ſic quòd palmꝰ quarta pars pedis, & ſexta ſit cubiti: quia ſexquipes facit cubitum.

Peſquatuor palmos continet, palmꝰ 4. digitos in tranſuerſo ſexquipes facit cubitū

Pars aliquota. ¶In quantitate diſcreta, vt ternarij ad quaternarium, eſt ſexquitertia, & vnitas eſt pars aliquota. Pars aliquota dicitur, quæ aliquoties ſumpta, ſuum totum conſtituit: vt ſi digitum quater ſumas, reddit palmum: ſi palmū quater, reddit pedem, & ſi cubitum quater, conſtituit hominis quantitatem, ſi naturalibus credimus. In diſcreta quantitate, vnitas eſt pars aliquota: quia aliquoties ſumpta, efficiet quēcūque numerum. Binarius erit ſenarij pars aliquota: quia ter ſumptus ſenariū efficit. Sed ad partem aliquotam oportet, q; totū ſuū cōſtituat adæquatè: vnde binarius nō eſt pars aliquota ternarij: quia neque bis conſtituet ternariū, neque binarius erit pars aliquota quinarij: quia ſi ſolùm bis, non conſtituit, ſed deficit: ſi ter, excedit: non aliquota dicitur, quod non redit ſuum totum, vt eſt binarius in ternario, & in quinario, & proportionabiliter in alijs numeris.

Pars nō aliquota.

Irratiōalis proportio. ¶Proportio irrationalis illa erit, quæ eſt duarum quantitatum, in quibus nō datur aliqua pars aliquota communis: vt eſt coſtę quadrati ad diametrū: de quo infra. Sequitur quod omnis proportio inter duos numeros, eſt rationalis neceſſario: quia inter ipſos aliqua pars erit aliquota, ſaltim vnitas: quia quilibet numerus ex vnitatibus multiplicatis conſtans eſt.

Diuiſio. 4. Multiplex ¶Proportio rationalis rurſus diuiditur, quæ inęqualitatis eſt: quędā multiplex ſuperparticularis, ſuperpatiens: multipilex ſuperparticularis, multiplex ſuperpatiens. Multiplex illa eſt, in qua maior numerus continet minorem pluries, adæquatè tamē: vt eſt quaternarij ad binariū, quæ dicitur pluries: quapropter ternarius ad binarium: nō eſt multiplex: qa ſolùm cōtinet ſemel. Dicitur adæquatè, quapropter quinarius ad binarium, non eſt multiplex: quia licèt bis contineat binarium tamen non adęquatè: quia adhuc eſt vnitas. Denominatur ſic, vt quæ bis adæquatè continet, dicatur dupla. quæter, tripla: & ſic cōſequenter datur exemplum.

2.3.4.5.6.7.8.9.10.
1.1.1.1.1.1.1.1.1.

¶Superioris ad inferiorē, dupla. tripla, quadrupla &c. Inferioris ad ſuperiorem, ſubdupla, ſubtripla. &c. Notandū quod in multiplicibus datur minima, quæ dupla eſt, ſed non poteſt dari maxima.

super particularis. ¶Super particularis eſt, in qua maior numerus continet minorem ſemel, & cum hoc aliqua pars aliquota minoris ſupereſt, vt ternarius, continet binariū ſemel, & vltrà, vnitatē, quæ eſt medietas minoris, & pars aliquota eius, ſic quaternarius reſpectu ternarij. Et ſunt plures ſpecies: videlicet, ſexquialtera, ſexquitertia, ſexquiquarta, &c. Sexquialtera dicitur: quæ continet totum minorem &, adhuc medietatē eiuſdē: vt eſt. 3. ad. 2. & 6. ad. 4. & 12. ad. 8. Sexquitertia dicitur: quæ continet totum, adhuc. 3. partē: vt eſt. 4. ad. 3. Sexquiquarta erit, quæ cōtinet totū, & adhuc quartam partem: vt. 5. ad. 4.

Sexquialtera. *Sexquitertia.* *Sexquiquarta.*

Superpartiens. ¶Superpartiens eſt, quæ continet minorem numerum, & ſuperſunt aliquę partes aliquotæ minoris, quæ non faciunt vnā minoris: vt eſt. 5. ad. 3. ſemel cōtinet quinarius ternariū, & ſuperſunt duæ vnitates, quarum quęlibet eſſet pars aliquota ternarij: ſed ſimul iunctæ non faciunt vnam aliquotā: ſunt tamen duæ tertię. Ternarij dicentur ſuperbipertiens tertias. Et. 7. ad. 4. eſt ſupertripartiens quartas. &. 9. ad. 5. ſuper quadripartiens quintas. Exempla ſunt.

5.7.9.11.13.15.
3.4.5.6.7.8.

Multiplex ſuperparticularis. ¶Multiplex ſuperparticularis eſt, quando numerus maior minorē continet pluries, & adhuc partem aliquotam eius: vt quinarij ad binariū eſt multiplex ſuperparticularis. ſ. dupla ſexquialtera: quia continet minorem bis & adhuc vnitatē, quæ eſt medietas binarij. Et ſeptenarij ad ternariū, eſt dupla: ſequitertia.

Multiplex ſuper partiens quarta. ¶Multiplex ſuper partiens eſt, quando maior numerus minorem continet pluries, & eo multiplex: & vltra aliquam partem, quæ cū non ſit aliquota, eſt ſuperbipartiens, & denominabitur iuxta cōditionem partis: vt. 8. ad 3. continet minorem bis, & cum hoc binariū qui non eſt pars aliquota ternarij, & ſunt duæ tertiæ: ob id dicitur dupla ſuperbipartiens tertias: & ſic de alijs.

8.11.14.17.20.23.
34.5.6.7.8.

¶Solent ponere regulas ad generationē harum proportionum: ſed quia non ſunt difficiles, & non agitur ex propoſito hic de proportionibus, ſed ſolum vt ſeruiunt ad debitā intelligentiam Ariſt. conſulto multa miſſa facimus: breuiter tamē apponamus nonnullas regulas. Quarum prima.

Regula. ¶Si quis vult generare multiplices proportiones: faciet facilè, deſumpta radice eam duplicando, ſi duplam: vt ſic. 1. & 2. radix multiplicis. Si vtrunque duplex, erit dupla nempè, 2. & 4. Et ſi triplicis, radicem triplices, triplam generabis: vt in. 1.3. triplicando erit. 3. &. 9. quæ eſt tripla. Sic ſimiliter accipiendo radicem quadruplæ.

¶In ſuperparticulari capiendo primam ſexquialteram. 2. 3. & primam ſexquitertiam. 3. &. 4. multiplicabuntur ſuperſcriptis in vno ordine omnibus numeris excedētibus ſe maiori numero radicis, reſpondenter ſubſcripſeris numeros excedentes numero minori: vt quia prima radix ſexquialterę eſt. 2. 3. cōſtituas ſic.

3.6.9.12.15.
2.4.6.8.10.

¶In iſtis inuenies omnes eſſe ſexquialteras, ſic ordinatim procedendo in ſuperiori ſerie ſemper diſtantia vnius radicis, & in inferiori alterius.

¶In ſexquitertijs eodem modo.

4.8.12.16.20.
3.6.9.12.15.

¶In ſuperbipartiens tertia quinarij adternarium. 5.10.15.20.25.
3.6.9.12.15.

¶De proportionalitate aliquid diſſeramus.

Proportionalitas. ¶Proportionalitas, eſt proportio proportionū: vt ſcilicèt quod eodē modo, quo ſe habēt duo numeri adinuicē in certa proportione, duæ proportiones dicantur inter ſe habere proportionē: vt ſi dixeris: ſicut ſe habet quaternarius ad binariū, ſic octonarius adquaternarium: quia vtrobique proportio dupla eſt.

Triplex proportionalitas. *Arithmet.* ¶Triplex eſt proportionalitas: quædā Arithmetica, alia Geometrica, alia Harmonica, ſeu Muſica. Arithmetica eſt: habitudo inæqualiū proportionū, quarū termini, ſeſe pariter continuo, eodem numero, excedūt. Exē plū, in ſerie naturali numerorū, 1.2.3.4. Quicunque enim proximè precedentē vnitatem excedit, & tamen eadem proportio non eſt: quia. 2. ad primum dupla, &, 3. ad. 2. ſexquialtera, &. 4. ad. 3, ſexquitertia. Hæc proportio in iuſtitia commutatiua attendi ſolet: vt Ariſto. 5. Ethico. docet ſolùm habendo reſpectū ad quantitatem.

¶Proportionalitas Geometrica eſt, ſimilitudo proportionū æqualium conſequenter ſe habentium, quorum termini inæqualiter ſe excedunt: vt ſi conſtituas. 2.4. hæc eſt dupla: & iſta. 4. &. 8. ſimiliter dupla. Hæc eſt proportionalitas Geometrica, vbi ad exceſſum nō habemus oculum: ſed ad proportionem vtrobiquè eadem, ſed non eſt eadem quantitas: Sex ad. 9. eſt eadem, quę eſt. 8. ad. 12. quia vtrobiq; ſexquialtera: ſed in prima exceſſus ternarius: & in. 2. quaternarius. Et aliquando ſolū inter tres terminos cōtingit: vt ſi capias. 4.6.9. ſicut ſe habet. 9. ad. 6. quia eſt ſexquialtera, ſic. 6. ad. 4. quia eſt ſexquialtera & tamē exceſſus non eſt idem. *Geometri.*

¶Harmonica proportio eſt, habitudo inter duas proportiones inæquales, terminorum item inæqualiter ſe excedētium: vt qualis eſt proportio maximi ad minimū, talis ſit inter exceſſum, quo maximus excedit mediū, ad eum quo medius excedit minimum: vt. 6. 4. 3. eſt. 6. ad. 3. dupla, & talis inter exceſſum maioris, qui, eſt. 6. ad. 4, qui eſt in. 2. ad exceſſum qui eſt. 4. ad. 3. qui eſt in vno. *Hermoni.*

¶Dicitur harmonica, quia eſt in vſu in harmonia, i. in cantu, de quo nihil dicendum in præſentiarū: quia ad muſicam ſpectat, legat qui voluerit Boetium. Oportet ergo in præſentiarum cognoſcere proportionum ſimilitudinē, & quæ ſit alia maior. In ſimplicibus illa maior eſt, cuius maius extremū pluries minus cōtinet, aut maiorem partem. Quapropter omnis multiplex proportio, eſt maior quacunque ſuperparticulari, & ſuperpartiēte: & ſic maior eſt proportio. 2.1. quam. 6. ad 4. quod prima duplex. 2.

Sexquialtera. ¶In multiplicibus illa maior, quæ à maiori nūero nomē habet: vt tripla maior eſt dupla.

¶In ſuperparticularibus: quæ à minori numero dēominātur, eſt maior: vt ſexquialtera eſt maior, quàm ſexquitertia: & ſexquitertia, quàm ſexquiquarta. Eadem ratione inſuperpartientibus, ſi idem ſit numerus numerans, illa cuius numerus denominans fuerit minor, erit maior: vt maior eſt, ſuperbipartiens tertias, quam ſuperbipartiens quintas: at vbi numerus denominans fuerit idem, tunc quanto numerus numerans fuerit maior, tanto proportio erit maior: vt maior eſt ſupertripartiēs quintas: vt. 8. ad. 5. quā ſuperbipartiēs quintas: vt. 7. ad. 5. Numerus denominās dicitur, qui vltimo loco ponitur: & nu-

merus numerans, qui ponitur in ipsa proportione dicendo, supertripartiens, superbipartiens, superquadripartiens.

¶Sed quãdo superparticulis comparatur adsuperpartientem, est maior difficultas: quæ sit maior proportio, aliquando ipsæ denominationes ostendunt excessum: vt si quis quærat: quæ maior est, sexquialtera, aut superbipartiens tertias: statim dicet hanc esse illa maiorem: quia duæ tertiæ magis sunt quã medietas: aliquando tamen non potest sic constare.

Regula ad cognoscendam proportionem proportionum

¶Et datur regula generalis. Propositis duabus proportionibus, si sint eiusdem denominationis, sunt æquales, & nulla est. q. vt. 1. 2. 10. & 20. vtrobique dupla. Si sunt inæqualis denominationis: tũc minorẽ in minimis ei⁹ terminis vt in radice: attẽde & super eũdẽ terminũ minorẽ, cõstitue maiorẽ proportionẽ & mediũ proportionale, indicabit quæ sit inter eas proportio: vt si inter quadruplã, & duplã scire velis, cõstitue duplã suprà. 1. & quadruplã sic. 1. 2. 4. in qbus patet quadruplã ex duab⁹ duplis cõstare, scilicet. 4. ad. 2. & 2. ad. 1, ob id inter illas erat dupla: & fiet sic collectio. Quadrupla ex duabus duplis cõstat adequatè: & omnes duplæ sunt æquales: ergo vtraque est eius medietas: sed totius ad suã medietatẽ dupla est proportio: ergo quadruplę ad duplam dupla est proportio.

Quadrupla ad duplã est dupla proportio.

¶Non tamen inde sequitur octuplæ ad duplã quadruplam esse: quia octupla nõ cõponitur ex duabus quadruplis, sed ex quadrupla, & dupla: quia est inter. 1. ad. 8. quę cõstat ex illa quæ. 1. ad. 4. & 4. ad. 8. nam quando dicimus aliquam proportionem componi ex alijs, intelligitur non communicantibus constat quod si octupla ex duabus quadruplis, scilicet. 1. ad. 4. & 2. 8. constituas: communicãtin dupla, quæ est binarij ad quaternariũ: cum ergo octupla, ex quadrupla, & duplacõstet: & dupla medietas est quadruplæ, octupla, se habet ad quadruplam in proportione sexquialtera: sic est tripla, ad duplam: quia ex tribus duplis constãt. 1. ad. 2. & 2. ad. 4. & 4. ad. 8.

¶Si quis quærat proportionem inter duplã, & sexquialteram: quia sexquialtera, est minor secundum regulam datã, ponatur in suis terminis. 2. & 3. & super, 2. constituatur duplã, quæ est. 2. ad. 4. qua ratione liquet duplã cõfici ex sexquialtera, & sexquitertia. Et quia sexquialtera est maior quam sexquitertia, fit vt neutra sit medietas duplæ: nam quãdo totum componitur ex duabus partibus inæqualibus, maior superat medietatẽ, & minor est medietate, minor: quo tãdẽ sequitur, q duplæ, neq; ad sexquialterã, neque ad sexquitertiã, sit proportio rationalis, sed irrationalis: quia neutra, est pars aliquota duplę: neque constans ex aliquotis duplæ. His igitur dictis, sit prima conclusio.

1. Conclu.

¶Prima conclusi. Proportio est comparatio quantitatum adinuicẽ, & inter continuas, & inter discretas, & maximè inter discretas, est proportio numerorũ. Probatur ex supra dictis: nam comparatur quadratũ diametri ad quadratũ costę, q se habet in proportiõe dupla: & cõparãtur tres anguli, triãguli in equalitate duobus rectis. In quãtitate discreta: numerus ad numerũ facit proportionẽ multiplicẽ: duplam, triplã. Ternarius, ad binarium est sexquialtera. Quaternarius ad ternariũ est sexquitertia: & sic de alijs.

2. Conclu.

¶Secunda conclusio. Non solùm est comparatio numerorum adinuicẽ, quæ proportio, dicitur, sed etiam est proportionum cõparatio, quæ proportionalitas vocatur. Hæc conclusio etiam patet, quia est comparatio proportionũ secũdũ proportionalitatẽ arithmeticã: quando excessus est idem: vt si fiat comparatio, sicut se habet excessus quinarij ad quaternariũ: vbi proportio est sexquiquarta se habet excessus quaternarij, ad ternarium, vbi est sexquitertia, quia vtrobique vnitas, & in geometrica proportione, & in harmonica: vt probatum est.

Ratio.

¶Tertia cõclusio. Licèt omnis numerus omni numero comparari possit, vt sit proportio rationalis: in quãtitate cõtinua diametri ad costã quadrati æquilateri, irrationalis proportio est. Hæc cõclusio habet duas partes. Prima est, quòd inter numeros, sit proportio rationalis. Ipsa est proportio rationalis inter duo: quãdo vna datur pars cõmunis, quæ mensura potest esse: sed in numeris est: vt. si. 8. senario cõparemus: inueniemus binariũ partẽ cõmunem, quæ possit metiri vtranque quantitatẽ: quia binarius ter sumptus, facit senariũ: & quater octonarium: & sic excessus vnius ad alium in binario est: sicquè quibuscũque alijs datis numeris: quia in eis vnitas est, ex qua cõponitur quilibet numerus, quæ pars esse potest cõmunis ad mensurãdũ: ob id in conclusione dictum est: in omni numero cõparando ad alium numerũ, inueniri proportionem rationalem.

3. Conclu.
4. Euclides
Ratio. 1. p.

¶Secunda pars est, quod in quãtitate continua irrationalis inueniatur, costæ quadrati ad diametrũ. Tũc est irrationalis, quãdo nõ reperi

reperitur aliqua proportio, quæ rationalis est qualis dupla, vel tripla, aut sexquialtera, aut sexquitertia, aut superpartiens: sed inter talẽ costã, & diametrũ, nulla talis reperitur, vt notũ faciemus: ergo nullo modo est proportio rationalis, sed irrationalis.

¶Est supponendum primo ex Geometria, q quadratum, diametri ad quadratum costæ se habet in dupla proportione. Duo autẽ quadrata tunc se habet tanquã quadratum diametri ad quadratum costæ, quãdo quælibet costa maioris, est æqualis diametro medij quadrati, vt patet in hac figura, vbi sunt tria quadrata, ita gradatim descripta, vt costa maximi, putà. a. b. sit diameter medij, & costa medij. a. c. sit diameter minimi. Maximum ergo q dicitur quadratum diametri, respectu medij, habet duplã proportionẽ ad mediũ, & eadẽ ratione mediũ ad minimũ, quæ satis ad oculũ patet: cũ medietatẽ medij, mai⁹ quater cõtineat: nã vides triãgulũ. a. d. b. qui est quarta pars quadrati maximi, medietatẽ, esse medij quadrati: atq; ideo totũ mediũ quadratũ, esse medietatẽ totius, maximi. Ex hoc est conclusio mathematica. Proportio quadratorũ, est costarũ duplicata: nã qua ratiõe maximi ad mediũ est dupla proportio, medij ad minimum colligitur esse etiam duplam: quia costa medij, scilicèt, a. c. est diameter minimi, & per consequens proportio maximi, ad minimum est quadrupla: quia constat ex duabus duplis, scilicèt maximi ad medium, & medij, ad minimũ: vbi dupla proportio est: sicut dictum est in hac specu. quadruplã proportionem ex duabus duplis constare. Proportio autem costæ maximi, ad costam minimi, est dupla: vt ad oculum patet: nam medietas lineę. a. b. est costa, quadrati minimi, a. c. Quadruplæ, ad duplã est proportio dupla: igitur proportio quadratorum, est costarum duplicata, id est, est dupla, ad proportionem quæ est inter costas.

Paulò supe rius.

¶Ex hoc retrocedendo concluditur, quod proportio diametri ad costã est irrationalis: quod dicit conclusio.

¶Proportio, quadrati diametri, ad quadratũ costæ ex dupla: vt maximi ad medium: vt in præsenti figura: ergo proportio cuiusque costę maximi, ad costam medij, est medietas duplæ, vt proxima conclusione est monstratum: sed duplæ, ad suam medietatem est proportio irrationalis: quia, vt suprà dictum est, proportio dupla nõ potest diuidi in duas medietates, & sic medietas duplæ, non potest denominari ab aliquo certo numero. Cõponitur enim dupla ex sexquialtera, quæ est. 3. ad. 2. & sexquitertia, quæ est. 4. ad. 3. quarum prima est maior medietate, &. 2. minor ea: ergo costæ maximi quadrati, quę est diameter medij, est proportio irrationalis, ad suum diametrum. Et esse irrationalem, vt diximus est, quod nulla pars aliquota costæ, est aliquota sui diametri: & sic manet probata conclusio & soluta manet. q. de proportionibus: reliqua legantur in illis, quę ista tractant ex proposito, maximè in Boetio, à quo ferè omnes acceperunt pro præsenti negotio. Hæc dixisse sit satis.

¶Dixi, æquilateri quadrati, quia si non sit æquilaterum quadratum, tunc nõ sic probatur: vt optimè Apolinaris super lib. primum poste. fo. 6. quia in alijs quadratis non est præcisè dupla, quadrati diametri ad quadratum costæ, sed vel maior, vel minor dupla. Neque præcisè proportio quadrati, ad quadratũ est in dupla proportione, quã proportio diametri ad costam, sed vel plus quam in duplo, vel minor: de quo in posterioribus.

Apolinaris

¶ SPECVLATIO. Quarta. De velocitate motus.

Vtrùm velocitas in motu sit attendẽda penes quãtitatẽm spatij, quod per transitur. Videtur quod non: In motu circulari velocitas non attenditur penes quantitatem spaci⁹ pertransiti: ergo non consideratur in motu velocitas penes spacium, Patet: quia si deberet velocitas attendi, maximè à puncto velocissimè moto, quod in superficie conuexa est: sed hoc est falsum, quia eadem ratione deberent mensurari alij motus: vt motus alterationis in illo quod alteratur, vniformiter, difformiter, à non gradu vsque ad. 8. & motus ille deberet dici vt. 8. & nõ vt. 4. vt vocant, secũdum gradum medium: ergo neque in motu circulari, velocitas est sumenda penes illum velocissimè motum, sed penes medium punctum: sic nõ consideratur penes spacium pertransitum.

1. Argum.

¶Præterea. Stat duo grauia æqualiter moueri, & tamẽ nõ æquale pertransire spacium: ergo velocitas in motu nõ debet cõsiderari penes spacium pertrãsitũ. Patet. Si vnũ grauẽ

2. Argum.

desc̄edat per lineam rectam,& aliud per curuam,& in eodem puncto perueniant ad centrum,æqualiter mouentur quia æqualiter approximant centro terræ:tamen non æquale est spacium.

3.Argum. ¶Tertio. Omnes orbes cœlestes æquè veloces habent,& exercent circulationes: quia æquales describunt angulos:tamen spatium non est idem pertransitum:quia maius pertransit Saturnus,quam Iupiter, & Iupiter, quàm Mars,& Mars quam Sol,& sic consequenter:tanto quanto superior orbis, tanto maius spatium:ergo velocitas,in motu nō attenditur penes spacium.

In contrar. ¶In contrarium est Arist.in.6.tex.11.

Notand. 1. ¶Pro solutione notandum,quòd hæc speculatio,solet in præcedenti libro.6.moueri:sed quia in isto.7.est sermo,de velocitate motus penes causam,id est,ratione virtutis mouentis,visum est,ponere eam,quæ est de velocitate motus,quæ attenditur penes effectum, hoc est,penes spacium materiale pertrāsitū: & post istam congruè sequeretur speculade velocitate cōsiderata penes causam,id est penes virtutem mouētis.Et quia hic agitur de proportione motuum,secundùm proportionem spatij:ob id præposuimus speculationē de proportione,& comparatione quantitatum adinuicem.

Notand.2. Duplex motus, uniformis,& difformis. ¶Secundo notandum, quod motus est duplex:vniformis,& difformis:tam vniformitas,quam difformitas,considerari potest ex parte subiecti,& ex parte temporis. Respectu subiecti,ille motus dicitur vniformis,cuius omnes partes,æqua velocitate mouētur: vt si lapis per planū moueatur, vbi omnes lapidis partes æqualiter moueātur. Difformis motus est,ex parte subiecti,quando nō omnes partes æqualiter mouētur:vt est in cœlorū motu:nō omnes partes æqualiter mouentur:quia illæ quæ sunt proximiores superficiei cōuexę,velocius mouentur,quā illę,quę magis propinquant concauæ:vt in rota molendini est videre,& in plaustro.

Motus difformis,duplex. ¶Motus difformis est duplex:quidam qui dicitur vniformiter difformis:alius difformiter difformis. Vniformiter difformis ille est: qui sic se habet,quod in eadem proportione qua pars superior, quæ velocissime mouetur,excedit mediam,& ipsa media excedit infimā, quæ mouetur tardius:vt in cœlo est videre, in quo iuxta distātiā à cōuexa superficie,est & motus difformis vniformiter tamen.Et similiter si aliquod calidum calefiat a non gradu,vsque ad.8.sic quod in parte proxima ad calefactiuum sit vt.8.& statim progrediendo vt.7.& tandem in extremo non gradus,dicitur esse calor vt.8.vniformiter difformis: sic & in motu locali.

¶Difformiter difformis est,quando non seruatur in velocitate,vel intensione motus, or do partiū:sed in vna parte proxima ad agens est velocitas vt.4.& in alia est,vt.6.non secūdùm quòd distant,vel proximæ sunt in motu locali.Potest esse in circulari,vniformiter difformis motus:quia partes æqualiter mouētur:sed nūquā in motu locali ex parte subiecti.

Exparte tēporis. ¶Exparte temporis,est motus vniformis,& difformis.Vniformis,est ille quo in certo tēporis spacio,certas spatij partes pertransijt: vt in regularissimo,ctiā si vniformiter difformi,cœlorum motu contingit. Et difformis quo ad tempus ille erit,quando nō est correspondentia temporis ad spacium,sed contingit quod in vna parte temporis magis sit de spatio,quàm in alia parte æquali:vt in motu progressiuo animalium est videre:qui mot⁹ à principio est velox:& postea remissior: & tandem in fine remississimus.

¶Ethic motus difformis exparte temporis, est vniformiter difformis,& difformiter difformis.Primo modo est,vt ex parte subiecti dicebamus,& solet esse in naturaliter motis; & in proiectis: vt ea proportione mediū excedat tardissimè motum,qua intēsissimè, excedit medium.

¶Difformiter difformis quo ad tēpus est, in motu progressiuo animaliū.Exēplū est clarū.*Quādo nō est correspōdētia tēporis,ad spaciū,sed cōtingit quod in vna parte tēporis,magis pertrāseat de spacio,quā in alia parte tēporis:vel in inęquali spacio,inęquale tēpus.

1. Conclu. ¶Velocitas motus localis recti attenditur penes quātitatē linęæ descriptæ.Hoc est dicere Si duo mobilia adinuicē in velocitate comparētur,qualis fuerit proportio inter lineas cōdē tēpore ptrāsitas,talis & erit inter velocitates.Similiter,si mot⁹ eiusdē mobilis,quo vno tēpore mouetur,cōparetur ad motū eiusdē quo in alio.Itaq; si.a.mobile,in vna hora percurrit duo milliaria,&.b.mobile,percurrat tria milliaria,mouetur vnū alio velocius in sexquialtera proportiōe,qualis est.3.ad.2.Et si.a.percurrat.20.milliaria in vna hora,&.b.solū quinq;,erit velocior motus in dupla ꝓportiōe.Et si.a.mobile,mouetur in vna hora per spaciū septēmilliariū,&.b.mobile,solū p quinque,habebit se uelocitas vnius,ad velocitatē alterius in proportiōe super bipartiēti quintas:& sic consequenter,vt continget proportio,spacijad spacium,erit & motus,ad motū velocitas.Ecce quomodo fuit necessaria proportionum cognitio,ad cognoscendam motuum velocitatem.

¶Ista conclusio non indiget alia probatione quia desepatet:nam si in eodem tempore vnum mobile,spaciū pertransit amplius quā aliud,erit motus velocior:nam dato oppositō,quod non sit velocior,sed equè velociter moueātur,necessārium est dare idem spaciū pertransitum in eodem tempore,& non amplius.

2.Cōclusio In motibus cœlorum uelocitas attēditur penes punctum uelocissimè motum. ¶Secunda conclusio.Velocitas motus localis vniformiter difformis, qualis est in motu circulari,attenditur penes punctum velocissimè motum.Hic intendimus dicere cum in motibus cœlorum contingat,quod dato motus sit regularissimus,quia non magis velociter mouetur vna hora,quam alia, tamen est diformis:quia partes non æqualiter mouentur:sed vniformiter difformiter::in tali motu velocitas,non erit attendenda penes partem tardissimè motam,qualis est illa quæ est in superficie concaua: neque penes partem quæ in centro est grossitiei cœli:quæ velocior mouetur,sed attendi debet penes partem velocissimè motam:qualis est illa quæ in superficie conuexa est.Hæc est proportio Hētisberi, quam recipiunt Philosophi omnes.

Hētisber. 1.Ratio. Et ratio est.Linea descripta à peripheria circuli,id est à superficie conuexa, describitur à toto circulari corpore,vt notum est: ergo tantum mouetur corpus circulare, quātum est illud spacium descriptum.Probatur consequentia: quia in alijs rebus tam longa est res,quàm lōga est pars, quæ longior est: ergo & in motibus similiter talis motus diceretur,& tale pertransitum spacium,quale est descriptum à parte,quæ velocissimè mouetur.

Ratio.2. ¶Secundò. Si non attenderetur motus penes illam partem velocissimè motam, ergo vel penes tardissimam, vel penes mediam: non penes tardissimam:quia esset vanum dicere:ergo penes mediam,quod aliqui putāt: sed non attenditur penes mediam:quia hoc in spheris non potest esse, cuius vniformitas difformitas, non extenditur vsque ad non gradum,sicut contingit in qualitatibus. Et probatur: quia si sic esset attendendum iuxta medium,sequeretur, quod datis duabus rotis eiusdē ambitus,& magnitudinis circūferētiæ,quæ sic se haberent,quod vtriusq; circunferentiæ æqualiter mouerentur, illa quæ versus centrum esset grossior, tardius moueretur,vt quæ haberet solùm latitudinis duos palmos a.6.vsque ad.8.moueretur vt.7 quæ tamen habet.4.scilicèt à.4.vsque ad.8. moueretur dūtaxat vt.6. sed cōsequēs est falsum, qa supponimus circūferētias æqualiter moueri:sequitur qꝫ velocitas in motu circulari debet attendi penes punctum velocissimè motum,vt dicit conclusio.

3.Conclu. ¶Tertia conclusio.Motus velocitas quo ad tempus in motu,tam vniformi,quàm vniformiter difformi,eodem modo regulatur:vt si duo mobilia,equales emetiantur lineas, in eodem tempore:quanuis vniformiter vnum mobile,& aliud vniformiter difformiter: æquè illi motus dicuntur esse veloces. Patet: Ratio. quia velocitas in motu tunc consideratur penes tempus,& spacium,secundum totum,& non secundum partem:ergo in prima parte horæ & in prima parte spatij segniter,vel velociter & in secūda alio modo,dummodò in hora absoluat spacium:sicut aliud mobile, ꝙ vniformiter mouetur,dicuntur æquè velociter moueri:quia spacium æquale, in æquali tempore absoluitur.Secùs esset si comparatio partis vnius ad partē alterius fieret, quia tunc esset aliud.Tamen de toto spacio,& toto tempore loquentes,æqualiter mouentur, & æquè velociter.

4.Cōclusio ¶Quarta conclusio.Velocitas mobilis vniformiter difformis moti,quo ad tempus,attendi debet penes gradum medium, & non penes tempus,inquo velocissimus est motus.In ista cōclusione volumus dicere,quod si mobile,moueatur per horam,& in.4.parte tardè,& in alia.4.velociùs,& tandem in.2. medietate velocissimè: velocitas in isto motu attēdi debet,quo ad tempus,nō penes partem illam in qua motus velocissimus,sed penes medium:vt scilicet,si à non gradu cœpit vsque ad velocitatem vt.8.dicatur velocitas vt.4.Ratio est quia tale mobile inveritate nō Ratio. mouetur vt.8.sicut in fine horæ:quia in principio horæ,& in medio non mouebatur nisi vt duo,vel vt tria: ergo non erit motus in hora velox vt.8.quādoquidem in multis partibus horæ nō fuit sic velox.Neque hæc conclusio est contra.2.quia est discrimen in motu vniformiter difformi,ex parte subiecti,& exparte temporis,quia in illo verè à mobili describitur illud tantūspaciū:ob id velocitas secundum illam rationem erit:& non potest alio modo moueri:sed in motu secundum rationem tēporis nō est motus secundum om-

nē tempus,sed solùm secundum partem: & ideo nō debet denominari totum ab illa parte:quia si per partes temporis moueretur eadem velocitate qua in illa parte tēporis, spacium maius in illo edem tempore pertransisset:ob id non est denominandus motus secūdum velocitatē ab illa parte temporis,in qua motus est velocissimus,sed secūdum mediā partem.

5.Conclu. ¶Quinta conclusio.Non penes idem attenditur velocitas circulationis,& velocitas motus circularis:quia velocitas circulationis,at

Non est idē uelocitas circulatiōis & uelocitas motus circularis.

tenditur penes magnitudinem angulorum, qui describitur circa cētrum,& velocitas circularis motus,penes spacium descriptum. Patet:quia in rota tonsoris cum partes omnes non æquè velociter moueātur,æquè tamen uelociter circuunt:quia eodem tempore omnes partes cōplēt suos circulos,licètnō æquales faciāt.Quod patet in hac figura.De quo in speculatione.2.diximus.

6.Conclu. ¶Sexta conclusio.Licèt per naturam detur motus velocissimus,non tamen datur tardissimus.Probatur.Datur velocissimus per naturam ille qui est primi mobilis: quia nullus

Ratio.p.p. alius naturaliter velocior,ille est mēsura omnium motuum.Patet:quia si esset alius:ergo esset aliquod mobile quod maius spaciumin æquali tempore,vel æquale spacium,in minori pertransiret:sed nullum tale per naturam datur:quia ponimus esse primū quod mouetur,& q nullus orbis velocio mouetur|eo. Dixi per naturam, quia non negamus quin Deus possit, quia non repugnat facere de nouo aliud cœlum supra,quod velociùs moueretur,quod in eodem tempore maius spacium pertransiret, vel aliud corpus æquale quod in minori tempore idem spacium pertranseat.

Ratio.2.p. ¶Secunda pars,quod non detur tardissimus patet:maximè quia pars orbis quanto axi propior,tardiùs moueretur:& sic proportionabiliterpars illa propinquissima tardissimè moueretur sed hoc non sufficit, imò ex ipso est argumentum,quia data illa parte de qua dicis moueri tardissimè,potest diuidi in aliā partem minorem:quia non est dabilis vltima pars continui:sic non erat illa pars signata tardissimè mota :quia alia esset tardior ea, in quo videntur quidam decepti.Ecce quo-

Alberti de saxo.lib. 6 q.7. modo licèt per naturam detur pars velocissimè mota,nō datur pars tardissimè mota.Datur enim actu pars velocissimè mota in æquinoctiali: & nō datur per naturā pars tardissimè mota circa polum.

Ad argu. Ad pri.solutio patet ex dictis. *Ad argum*

¶Ad.2.dicimus quodilla duo mobilia, quæ *Ad.2.* per lineam rectam cadent,& quæ per arcum æqualiter descendunt,quia æqualiter cētro approximant:sed non inde sequitur:ergo æqualiter mouentur:quia velocitas attenditur penes descriptam lineam:& quia maiorem describit quod per arcum,velociùs mouetur:sed descensus attenditur penes accessum ad centrum terræ,qui est æqualis.

¶Ad.3.patet etiam solutio in.5.concl. *Ad.3.*

¶ SPECVLATIO. Quinta. De velocitate motus ex parte causæ.

VTrùm velocitas in motu attendi debeat ex parte causæ,id est, penes proportionum proportionē quę velocitatū est adsuas resistentias.

¶Videtur quod non. In telligentia motrix orbis , maiori velocitate mouet orbem primum quam inferior intelligentia,tamen maior,vel minor velocitas attendi non potest penes maiorem resistentiā: quia cœlum non resistit. *1.Argum.*

¶Præterea.Lapis magnes ferrum attrahit aliqua velocitate,& eadem,siue sit magnum,sive paruū:sed vbi ferrum maius resistētia maior:ergo velocitas in motu nō penes proportionē resistentiæ,ad virtutem debet attendi *2.Argum.*

¶Tertio.Si esset verū quod velocitas in motu,penes huiusmodi proportionem proportionum consideranda esset virtutis,& resistētiæ,sequeretur quod si virtus vt. 4. lapidem proijcit ponderis vt.4.ad distantiam.50.passuum. medietatē pōderis poterit ad.100. & 4.partem ad.200.passus:sed hoc constat experientia falsum:ergo & illud ex quo sequitur. *3.Argum.*

Et confirmari potest de palea,vel pluma,vel aliqua alia re leui,quę non poterit moueri tā velociter,sicut res grauior mouetur,ergo nō attēditur velocitas ratiōe proportionis virtutis ad resistētiā,sed oportet alia considerare. *Confirma.*

¶In contrarium est quod Arist.tradit in isto 7.per.7.regulas. *In contrar.*

¶Pro solutione est notandum,quod ad iudicandum de velocitate vel tarditate motus, oportet considerare quatuor.Id quod mouetur: *Notand. 1. Quatuor conditiones cōsiderāde.*

tur:virtus à quo fit motus:spaciū per quod, & tempus in quo.Quod mouetur, resistentiam habet,& cùm mouetur,superatur à virtute actiua mouentis:& si non superetur,nō

Notandare gula. poterit esse motus.Quapropter notanda regula est,quod à proportione æqualitatis:aut minoris inæqualitatis non fit actio: hoc est dicere,si tanta est resistentia, quanta virtus: non erit actio. Si enim lignum tantum resistit,quantum ignis agit,non erit combustio. Et à fortiori si maior sit resistentia, quam sit virtus agentis:ob id est certum,quòd semper à proportione maioris inæqualitatis , fit actio.

Notand. 2. ¶Notandum præterea quod tam virtus actiua,quàm resistentia,potest esse & interna,& externa. Internam virtutem habet ad descēsum graue,& internam resistentiam, si proiiciatur,qua resistit:& aër,&aqua,cùm sint media per quæ fit motus, habent resistentiam externam.Et virtus actiua,potest considerari vel corporea,vel spiritualis : corruptibilis, vel incorruptibilis.

Notand. 3. ¶Tertiò attendendum,quod velocitas motuum,quatuor modis potest attendi. Primo modo penes proportionem potentiarū motiuarum.Secundo modo, penes proportionem resistentiarum.Tertio modo,penes proportionem inter excessus potentiarum , super suas resistentias . Quarto modo, penes proportionem proportionum agentium, super suas ipsarum resistentias . Verbi gratia. Sit.a.mouens vt.8.&.b.mouens vt quatuor: mouentia pares resistentias vt vnum. Vtrùm

Vide suprà specul. in isto libr. 7. a.moueat secundùm primum modum,in duplo velociùs,quàm.b. propterea quod actiuitas in duplo maior est.An iuxta.3. modū in dupla sexquitertia,propterea quòd excessus.8.ad.1.ad excessum.4.ad.1.qui est.7.ad 3.est dupla sexquitertia . An verè secundū 4. modo solùm in sexquialtera mouet, eò quòd proportio octupla quæ est.8.ad.1.est sexquialtera ad quadruplam,quę est.4.ad.1. Eodem modo si agēs.a.virtutis vt.4.moueat resistentiam vt.2.&.b.eiusdem virtutis vt.4. moueat resistentiam vt.3.vtrùm.a.iuxta.2. modū moueat in sexquialtera velociùs quā b.eò quòd resistentia vt duo, est in sexquialtera minor quàm resistentia vt. 3. an secundum. 3. modum in duplo velociùs propter hoc quòd excessus.4.ad.2.est duplus ad excessum.4.ad.3. an verò iuxta quartum modum plus quam in duplo velocius. Quomodo excedat vna proportio aliam vide supra specu.3.

1.Conclu. ¶Prima conclusio. Velocitas in motu attendenda non est penes proportionem virtutis vnius agentis,ad virtutē alterius.Patet: quia *Ratio.* si resistentiæ sunt inæquales , non sequitur quod vbi maior virtus est, ibi velocior motus:nam virtus vt. 4. mouet resistentiam vt vnum velocissimè:& virtus vt decem nō potest sic resistentiam vt nouem, eò quòd maior sit resistentia maiori virtuti,& minor, minori. Attamen si resistentia esset eadem,conclusio esset certissima. Patet:quia aliàs si virtus vt.4.moueret resistentiam vt.3.aliquave locitate,virtus vt.2.moueret eandem resistētiam subdupla velocitate: quod est impossibile propter regulā: quia à proportione minoris inæqualitatis non fit actio: quia resistē tiam vt.3.virtus vt duo,non potest mouere.

2.Conclu. ¶Secunda concl.Velocitas in motu,nō est attendenda penes proportionem resistentia *Ratio.* rum.Patet:quia si sunt diuersæ virtutes actiuæ,non sequitur secundum diuersitatem re *Dehuiusmo di uelocitate motus & proportione uacuum.2.to. theoremate 15.* sistentiarum sumendam esse velocitatem:nā si resistentia vt duo mouetur à potentia vt 8.resistentia vt tria à potentia vt.4. non sequitur quòd secundum proportionem resistentiarum sit motus:imò dato virtus sit eadem,est vera conclusio:nam si resistentia vt 2.mouetur à virtute vt.4.aliqua proportione,sequeretur quòd resistentia vt.4.quæ est dupla , moueretur ab eadem virtute subdupla velocitate,quod est falsum:quia à proportione minoris inæqualitatis non fit actio.

3.Conclu. ¶Tertia conclusio. Velocitas motus ex parte causæ non attenditur penes proportionē arithmeticam,quæ est inter excessus virtutū *Ratio.* super suas singulares resistentias.Patet. Nā si esset verum,sequeretur vt si.a. virtus vt. 8. moueret resistentiam vt.4.&.b.virtus vt duo moueret resistentiam vt vnum,velocitas primi motus esset velocitate vt. 2. quadruplo maior:qualis est proportio excessus primæ potentiæ super suam resistentiam,qui est.4. ad excessum.2.super suam, qui est. 1. cuius contrarium asserit Aristo.in.4.regula dicēs. Si aliqua virtus moueat aliquam resistentiā in aliquo tempore,per aliquod spacium:subdupla virtus,mouebit subduplam resistentiā eodem tempore per idem spaciū:& sic deinceps diuidendo & virtutem,& resistentiam. Quo fit vt virtus vt.2.eadem velocitate moueat resistentiam vt. 1.qua velocitate virtus vt.8.mouet resistentiam vt.4.

4.Conclu. ¶Quarta conclusio.Velocitas motuum penes causam,attenditur penes proportionem proportionum agentium super suas ipsorū

resistentias:quæ proportio geometrica proportionalitas dicitur:vt si virtus vt. 6. moueat resistentiam vt quatuor & virtus vt. 3. resistentia vt duo:quia vtrobiq; est sexquialtera:virtus vt.9.quæ constat ex.6.&. 3. mouebit resistentiã vt.6.quæ cõstat ex.4.&. 2. eadem velocitate:quia omnes istæ sunt proportiones sexquialteræ.Ista concl. sequitur ex regula Aristot.quæ dicit. Si duæ virtutes seorsum moueant aliquas duas resistentias, aliquo vno tempore,virtus cõposita ex ambabus virtutibus mouebit resistentiam compositam ex duabus resistentijs eodem tempore per idem spacium.

¶ Scio bene quòd calculatores, & sophistæ multiplicant argumenta hic contra hanc regulam,sed sine fructu, & multo cum labore ingeniorum:quapropter ex proposito missa facimus.

Ad argum. ¶ Ad primum, dicendum in intelligentijs habere verum,quod qualis est proportio virtutis,talis sit in velocitate respectu sui orbis.

Cœlum nõ resistit moventi. Non tamen propriè dicenda est proportio super resistentias:quia cœlum non propriè resistit motui:sed tantùm quantum cœlum sua natura est mobilis tantæ virtutis,ab ipso Deo applicata est intelligentia motrix. Et secundum hoc posset quis dicere, quòd vbi maior moles, maior est resistentia quodammodo.

¶ Secundò dicendum,quòd regulæ Aristo. non sunt intelligendæ de intelligentijs,neq; de orbibus cœlestibus: quia illæ virtutes & sunt spirituales,& indiuisibiles: & si vna alia perfectior dicitur, est ratione differentiæ in specie:sic intelligentia, quæ mouet primum mobile,nõ potest orbem alium celeriùs, aut tardiùs mouere:quanuis lapidem posset suo arbitrio.Hoc tamen ad diuinam spectat prouidentiam:vt sic sint ordinatissimè dispositæ,quod nulla neq; sit, neq, possit esse deordinatio in illo cœlorum motu. *Solutio. 2.* *Abule Iosue. 10.q. 23.& 34.*

¶ Ad secundũ de magnete,si mouet per virtutem impressam ferro,cõclusiones habent verũ.Oportet enim quòd ferrum resistat illi virtuti impressę:sic ratione grauitatis nõ poterit ferrum magnum leuari,vt paruum:nisi virtus magnetis crescat:vt scilicèt, à maiori lapide magnete, maior virtus, seu qualitas imprimatur,& eleuet ferrum. *Ad. 2.*

¶ Ad tertium dicendum quòd ita est, non sequi:primò,quia leuiori lapidi plus, mediũ resistit:& ob id tardius lana, & palea mouetur,quàm lapis:tamen quia distantia ad quã homo potest iaculari est finita & limitata, vltra non poterit. *Ad.3.*

Finis septimi libri Physicorum.

OCTAVVS

OCTAVVS PHYSICORVM LIBER.

¶ ARGVMEN. OCTAVI libri Physicorum.

IN isto. 8. Aristotel. agit de primo mouente, qui est immobilis, & æternus,& quomodò omne quòd mouetur ab alio mouetur.

SPECVLATIO prima. Vtrùm sit articulus fidei mundum fuisse in tempore,& non ab æterno.

Primũ arg. VIdetur quòd non sit articulus fidei. Id quod est de fide, infallibiliter est verum: sed mundum cœpisse in tempore non est verum: ergo non est articulus fidei. Consequentia est bona.Maior est de fide, & velut fundamentum christianæ religionis.Minor probatur.Id quòd probatur euidenter in lumine naturali,est infallibiliter verũ:sed motum esse perpetuum,& consequenter mundum non incœpisse Aristo.probat in isto.8. libro in lumine naturali, vt constat:ergo est verum non incœpisse:ergo eius contradictorium est falsum,scilicèt,incœpisse,& sequitur non esse fidei articulum.

Argum.2. ¶ Item.Verum vero consonat: sed mundũ non habuisse principium,per naturam probatur:quia nulla ratio naturalis datur quòd incœperit,ergo fides,quæ est vera huic cõsonat: & non erit de fide mundum incœpisse, sed potiùs initium non habuisse.

¶ Præterea.Si mundum incœpisse est articulus fidei:ergo Arist. contrarium asserens errauit in fide.Quòd si errauit in fide,sequitur quòd omnes qui sequuntur opinionem Aristo.in hac parte sunt hæretici,sed hoc nõ videtur,cùm multi catholici ex rationibus Aristo.probent mundum non incœpisse: ergo non est articulus fidei. *Argum.3.*

¶ In contrarium est symbolum apostolorũ: Credo in Deum, creatorem cœli & terræ, visibilium,& inuisibilium. *In contra.*

¶ Pro solutione oportet præsupponere, quòd sicut est verum,omnia quæ sunt fidei, esse infallibiliter vera,quia non potest fidei sub esse falsum,cùm innitatur summæ veritati, quæ Deus est:ita est verum multa fide teneri,quę ratione naturali probari non possunt:imò præcipua sunt eiusmodi,quale est trinitatis mysterium, & incarnationis arcanium,& sacramentorum virtus, & efficatia, siquidem ista sic vera sunt,quòd natura non probet:neque efficaces conuincentes intellectum de hoc rationes dari possunt: imò potiùs in contrariam partem fert natura in multis. *Notand. 1.* *S.Th. 2.2. q.p.ar.3.*

¶ Secundò est notandũ,quòd ista quæ fidei sunt, nullo modo haberi possunt aliqua inuentione humana, neque diligentia, nisi a Deo specialiter reuelentur.Patet, quia aliàs fides inniteretur humano fundamẽto,quod deficiens est: & sic non esset firmata supra firmam petram:& tandem deficere posset. Quapropter dicunt Theologi, vltra physicas disciplinas necessariam fuisse scientiam reuelatam aliquam,vbi traderentur Deo reuelante,quæ non possunt via naturali probari:cuius testimonium habemus, quando Christus dixit Petro confitenti vnum ex articulis fidei potissimũ, quòd ipse esset filius Dei:Beatus es Simon Barionã,quia caro, & sanguis non reuelabit tibi, sed pater meus qui est in cœlis.Et hoc est quod Paulus dicit,se prædicare mysterium à seculis absconditum,etiam ipsis sapientibus. Nec attigit Socrates sapientissimus,neq; diuinus Plato, neque *Notand.2.* *Matt.19.* *S.Th.p.p. q.1.ar.1.* *Matt.16.* *Ad coll.1.*

neque Arist. sed absque lumine fidei in tenebris ambulantes, offenderunt: quantum ipsa ratio ostendere valeat, fateor, videtur eis cõmunicatum fuisse: cæterum, superiora, non magis, quàm oculus noctuæ lumen solis potuerunt videre.

2. Met. tex. 1.

Notand. 3. ¶ Ex istis sequitur, quòd aliud est loqui vt naturalis philosophus, & aliud vt catholicus: non quòd illa quæ secundùm naturam sint, sint contra illa quæ sunt fidei: sed eò quòd vbi ratio naturalis non potest pertingere, lumen fidei penetrat. His habitis, tribus conclusionibus respondetur: & sit prima.

Concla. 1. ¶ Mundus fuit in temporis initio à solo Deo creatus. Probatur ex sacro eloquio.

Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram.

D. Grego. Quod. D. Gregor. super Ezechie. Prophetauit (inquit) Moyses de præterito dicens. In principio creauit. &c.

Ioan. 1. Item. Est Ioannis testimonium in initio sui Euangelij: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Et ipse Christus testimonium apertissimum perhibuit. Clarifica me pater,

Ioan. 17. claritate quam apud te habui, antequam mundus fieret.

Prouer. 8. Sic in Prouerb. Dominus possedit me, antequam quicquam faceret à principio. Multæ sunt aliæ sacræ scripturæ autoritates congruentes, aliæ adducentur infra.

Concla. 2. ¶ Secunda conclusio. Mundum incœpisse in tempore, est fidei articulus expressè tenẽdus, & credendus ab omnibus. Patet. Ille est articulus explicitè credendus, qui non solũ est veritas in scriptura contenta, sed est relata inter symboli articulos: sed quòd mundus sit à Deo creatus, est huiusmodi: ergo est articulus fidei.

Ratio.

Differentia quæ est inter illa quæ implicitè tenemur credere, vel explicitè. Thobiæ. 6. Pro quo oportet considerare, differentiam esse inter illa quæ in sacra scriptura continentur vel expressè, vel ex expressis sequuntur: & inter illa quæ vt articuli fidei sunt proposita: non quidem quãtum ad infallibilitatem: non quo ad reuelationẽ: quia sicut illa quæ in quatuordecim articulis fidei continentur, sunt infallibiliter vera: & omnia quæ in sacra scriptura, etiam vsque ad illud minimum: Thobias habuit canem. Et sicut articuli fidei sunt à Deo reuelati, & illa quæ sunt in scriptura sacra: tamen est in hoc differentia, quod illa quæ in sacra scriptura sunt, solum maiores tenentur credere explicite, magis vel minus secundum rationem status: minores sufficit implicitè in ipsis maioribus: cæterum, articulos fidei, qui sunt ex illis omnibus selecti, tam maiores, quàm minores explicitè tenentur credere, licèt maiorem ad subtiliorem intellectum eorũ obligentur. Et ne videamur limites physicæ disciplinæ transire, sit satis hæc dixisse, reseruates suo loco, si Dominus dederit in. 3. sen. d. 23. vbi de fide latissimus sermo erit in Resolutionibus Theologicis. Hic ergo intendimus probare, hunc articulum esse fidei, mundum cœpisse, & in tẽpore ab ipso Deo creatum fuisse: quia sic propositus hic in symbolo tenetur ad cuius explicitam fidem omnes tenentur fideles.

¶ Dixi, fuisse creatum in tempore, esse articulum fidei: & non solum fuisse creatũ: quia sic videtur proponi ab Ecclesia.

¶ Tertia conclusio. Nulla ratio: imò neque omnes simul Aristotel. in isto libro congestæ, concludunt mundum esse ab æterno, tantum abest, vt demonstrent. Hæc sequitur corollariè ex supra positis: quia mundum fuisse ab æterno, est falsum: ergo per rationem concludi non potest: quia ratio non est contra ipsam veritatem (quæ secundum rationem est) verum, enim vero consonat: & cùm illa quæ rationis sunt, vera sint: oportet vero fidei consonẽt: nam licèt natura non probet, quæ sunt fidei, non potest concludere contrarium, nisi sophisticè. Quòd non sint demonstrationes, patet. In demonstratione oportet fit progressus ex verisimmediatis: sed non procedit Aristotel. probando mundum ab æterno, ex veris, sed ex falsis: ergo non demonstrat: imò rationes eius sunt hæreticæ: vt dicit doctor sanctus secundo sententiarum distinc. prima de quibus aliàs. Et eas non esse demonstrationes, simpliciter docet idem Sanctus Thom. & dicit fuisse adductas ab Aristotele contra antiquos, qui ponebant modos impossibiles incœptionis mundi, & probat ex eodem Aristotel. qui in libro Topi. dicit, mundum fuisse ab æterno, esse inter problematica ponendum: etiam si. 2. contra gent. c. 81. dicat, eum expressè posuisse mundum æternum.

Conclu. 3.

Ratio.

Aristo.

Aristot. 1. Poste.

D. Thom. p. p. q. 46. art. 1.

¶ Quid senserit Aristotel. de mundi creatione: Albertus Magnus refert eum dixisse, fuisse creatum à Deo, in libro qui de naturâ Deorum dicitur: qui aliter de substantijs separatis intitulatur: qui liber non extat: ob id non constat, neque est quare de hoc catholici discrucientur. Vnum nobis sit compertum, rationes Aristot. non cõcludere ad probandum mundi æternitatem: nam de illa quæ sumpta est, ex illo dicto celebratissimo, ex nihilo nihil fit, suprà in primo libro tractauimus: quomodo, etsi ex nihilo simpliciter per naturam nihil fit, ex nullo fit aliquid: ex non ente in potentia, quale materia est, fit aliquid, id est ens actu. Sed dato per naturam id concedamus, per diuinam tamen potentiam (cuius vocare est, quæ non sunt, sicut ea quæ sunt) potuit mundus fieri, cum antè non esset, neque aliquid eius: quia à primo ente (quod est Deus) omnium entiũ emanatio est intelligenda.

Alber. Magn. hic tract. 1. ca. 4.

Ad Ro. 4.

¶ Neque quòd ipse Deus sit immutabilis, argumentum est, ab æterno necessitate naturæ mundum creasse: nam cùm per intellectũ, & voluntatem agat, liberè extra se agit, & sine sui mutatione aliqua sicut intellexit, & voluit mundum pro illo tunc temporis, quo produxit, sine aliqua mutatione in ipso Deo. Si enim ex non cognoscente fieret cognoscens, & ex non volente volens, argumentũ probaret: sed non sic: quia quæ vult in tempore, ab æterno voluit: sed vt fienda in tempore: & quæ cognoscit in tempore, ab æterno cognouit: sed vt in tempore: quia omnia sunt Deo præsentia, & nuda coram oculis eius.

Ad Heb. 4

S. Th. p. p. q. 19. ar. 4. & 2. cõtra gen. c. 23.

¶ Et quòd extra se liberè agat, patet: quia Dei potentia non potest ad vnum coarctari, aut limitari: ergo extra se per modum naturæ non agit sed liberè, & volens: sic non necessario mundus effluxit ab ipso ab æterno, sed initio temporis, quando voluit, de quo infra.

Varie de opinione Platonis.

¶ Quid de mundi creatione senserit Plato, non est compertum. Apud eius discipulos quidam dicunt eum affirmare, quòd mundus sit à Deo quidem, sed non habebit finem habuisse tamen initium. Alij putant dixisse, mundum fuisse à Deo, sed ab æterno: vt beatus Augustinus refert. 10. de ciuita. capi. 31. Tamen sententia Platonis illa videtur fuisse,

B. August.

D. Ambr.

quam D. Ambrosius in exameron ex Basilio magno refert, Platonem posuisse Deum, & ideam, atque hylen fuisse ab æterno: per hylen materiam intelligebat, ex qua Deus, ad idearum exemplar constituit cum tempore cœlum, & reliquum mundum: nõ quidem voluntatis arbitrio, sed ex ipsa idearum materia quia necessitate, præter angelos, quos immateriales faciebat. Vide ibi. Dato quòd Plato dixerit, mundum habuisse initium, non tamen eo modo quo fides tenet: quia non potuit percipere modum creationis materiæ. Quid alij senserint, latè adducit Augustinus Eugubinus in suo de perenni philosophia, & Theodoretus.

Eugubinus inde peren-

¶ Ad primum respondetur, rationes Aristot. non demonstrare mundum fuisse perpetuum, neque ex Dei infinitate, neque ex eius immobilitate: quia eius infinita potentia aliter innotescit, quàm per hoc quod mũdus fuerit ab æterno: imò in hoc probatur quod fuerit in tempore, quando ipsi placuit fuit. Non enim mutatur ipse, quamius in tempore dicatur creator, sed ipsa creatura passa est mutationem de non esse ad esse. Mutaretur tamen, si in sua æternitate, mũdi non habuisse cognitionem, & si caruisset potentia creandi, quam in tempore acquireret.

niphilo. lib. 5. c. 10. & 12 & latissimè lib. 2. per totũ, maximè cap. 9.

¶ Ad secundum dicimus, probari per rationes naturales mundum habuisse initium, sic vt non potuerit ab æterno per Dei potentiam creari, sicut modò constat ex generabilibus, & corruptibilibus, vt in sequenti speculatione probatur: ob id sunt rationes probantes in initio temporis fuisse: licèt nos nõ propter rationes, sed propterea quia à Deo est reuelatum, credamus: & verum vero consonat, quandoquidem ratio suadet, & manuducit ad id quod fides confitetur.

Ad. 2.

¶ Ad. 3. pedibus, & manibus imus in eam sententiam: & Aristot. errasse in hoc artic. fidei, & omnes sequentes eum eadem nota inurendos affirmamus: sed quia Aristot. non Christianus: sed paganus, non est hæreticus censendus: quia hæresis propriè in illo, qui est fidelis, & in fide errat, inuenitur. De quo suo loco dicemus. Et quanuis potuit esse, sicut & verè apparet, quòd in hac assertione ipse Aristot. non peccauerit: quia non tenebatur ex plicitè credere, neque fuerat ei propositum, vt in scriptura expressum, quam ipse tenere tur admittere: tamen catholicus, qui nũc defenderet Aristo. mundum asserendo ab æterno, etiam si diceret à Deo per creationem, esset hæreticus. Et non solum catholicus negare habet, quod hìc dogmatizat Aristote. sed ex Ecclesiæ determinatione tenetur, qui in scholis exponit Arist. eius soluere rationes, quæ videntur esse contra illa quæ fide tenemus, ne aliquam ansam præbeat errandi audientibus rationes Aristo. si non audiant argumentorum solutiones, quæ sufficienter à catholicis dantur. Hoc est munus præceptoris catholici: vt suos discipulos efficiat doctrina sapientiores: at sine Christi recta fide, sapientia vera nulla, sed ficta, & inanis est: sicut infrà trademus in tertio de anima.

Ad. 3. Aristo.

Nota.

In cõci. Late sub Leone. 10.

¶ * Et aduerte, variam opi. antiquorum de mundo & de motu consequenter, de quo philos.

Democrit⁹. Variauit quorũ opinio de initio mundi.

philos. in principio huius: nam Democritus opinabatur mũdum fabricatum ex atomis qui sunt in continuo motu: & quorum natura est semper moueri, quibus concurrentibus in vnum, mundum factum dicebat à casu: & non solùm de isto mundo sed de pluribus mundis, quia vno destructo, alius producebatur: & sic quia semper fuit mundorum generatio, fuit & motus semper. Secũda opi. fuit Anaxa. & Empedoclis, qui vnum tantũ ponebant mundum, & non esse æternum: sed Anaxa. dicebat quod per tempus infinitum res erant admistæ inuicem, vt elementa, & sic cahos: & tunc nullus motus, sed omnia quiescebant: & primus intellectus quem nos dicimus Deum, cepit se gregare admista, & in suo loco distincto collocare & hac segregatione productus est mundus: & incepit motus in cœlo, & elementis. Empedocles autem litem & amicitiam principium mundi dixit, licèt diuersimode: nam lis producebat mundum, & conseruabat: quia proprium litis disgregare res ad inuicem, & sic per litem producebatur mundus, & cõseruabatur, sed post erat amicitia, & omnia confundebãtur adinuicem: & destruebatur mundus, & cessabat motus, & iterum in surgente lite, producebatur iterum mundus. Hæc omnia fatua sunt, nisi ipsis fictionibus, aliquid aliud intendebant tradere, quæ Arist. exactè in. 1. Physico. suprà tractauit.

Anaxagoras. Empedocles

SPECVLATIO secunda. Vtrùm mundus potuit esse ab æterno.

Primũ arg. Vide Durã. in. 2. sen. d. 1. q. 2.

POst quàm dissertum est, quòd mundus ab æterno non fuerit, nunc autem opere pretium erit quærere, an potuit fieri ab æterno. Videtur quòd sic. Deus ab æterno habuit eandem potentiam, quam habuit quando mũdum in tempore produxit: ergo sicut potuit quando de facto creauit, potuit & ab æterno. Consequentia est bona: quia aliàs aliqua virtus, & potentia Deo adueniret in tempore, & esset mutabilis: ergo mundus potuit esse ab æterno.

Argum. 2. ¶ Præterea. Deus rerum causa est per intellectum, & voluntatem, sed ab æterno Deus cognouit mundum, & omnia quæ in eo fuerunt, sunt, & erũt, & sicut cognouit, & potuit velle ab æterno vt producerentur sic cognita: ergo potuit & causare ab æterno. Consequentia est bona. Maior est commune Theologorum axioma. Minor non potest non cõcedi à catholico: sequitur quòd potuit fieri mundus ab æterno.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Quicquid nõ implicat, Deus de potentia absoluta potest: sed mũdum fuisse ab æterno creatum, non implicat: ergo potuit esse. Quòd non implicet, probant rationes adductæ ab Arist. quibus contendit mundi æternitatem à parte ante probare.

In contra. ¶ In contrarium est: quia generabilia, & corruptibilia, quæ sunt mundi pars, nõ possunt fuisse ab æterno.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quod rerũ multitudo, habet se in duplici differentia: quædam enim sunt incorruptibiles, vt absq; miraculo habeant in se illam perpetuam durationem: vt nullo modo possint desinere esse nisi per anihilationem à Deo: sicut & non potuerunt esse, nisi per creationem ab eo: vt angelus: anima rationalis: & cœlum. Alię sunt, quæ sunt corruptibiles per naturam: & istæ, quædam sunt permanentes: aliæ sunt successiuæ. Permanentes sunt omnia generabilia, & corruptibilia, tam viuentia, quàm non viuentia, quæ mundi partem complent nõ minimam. Omnia enim quæ sub globo lunari contenta cognoscuntur, ex elementis, & elemẽtatis, corruptioni obnoxia esse, est exploratissimum. Ista sunt permanentia dicta, ꝙ eis non repugnet, suas partes habere simul omnes.

¶ Inter successiuas res tempus, & motum ponimus: quibus videtur repugnare, quòd omnes partes sint simul: de quibus supra in. 4. mentionem fecimus. Respondetur. 4. cõclusionibus: & sit prima.

Conclu. 1. ¶ Mundum fuisse ab æterno, & non à Deo factum, non solùm falsum, sed impossibile reputamus, & infatuum asserere. Hæc conclusio est probata, & approbata à. B. Augustin. vbi ait. Haud enim solæ propheticæ voces, verùm & mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate, & visibilium omnium pulcherrima specie, tacitus se factũ à Deo proclamat; vniuersaque eius membra psallunt quod ait propheta: ipse fecit nos, & non ipsi nos: ob idque, Cœli enarrant gloriam Dei. Atque Arist. hic ait, primum motorem, & primã causam esse omnium causam. & 1. de Cœlo. text. 100. & 2. Metaphy. text. 4. licèt alij aliter

Aug. 11. de ciuitat. c. 4.

Arist. 8. phys. & 12 Meta. tex. 24.

interpretentur hæc dicta Aristo.

Ratio. ¶ Conclusionis ratio est: quia omnia quæ sunt participatiuè talia, oportet sint ab illo quod essentia tale est: sicut participatiuè ignita sint ab ipso igne, qui talis est per essentiam suam calidus: sed Deus est ens per essentiam, & est sua essentia suum esse, & è contra. Creaturæ verò omnes habent esse participatum, & limitatum, quarum esse, de essentia earum nõ est: ergo omnia ab ipso primo ente, scilicèt Deo, qui per essentiam tale est.

S. Th. p. quæst. 3.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Mundum quantum ad illam partem incorruptibilium Deus potuit in suo æterno producere, quanuis de facto non produxit: vt angelum, animã rationalem, & cœlum. Hæc conclusio probatur communi argumentõ. Quicquid non implicat contradictionem ex parte rerum: Deus de sua potentia potest producere: sed ista, quæ sunt incorruptibilia, non implicat ab æterno fuisse: ergo potuerunt esse.

Ratio. 1.

S. Th. 2. sen. d. 1. q. 1. ar. 5. Capreo. in. 2. dist. 1. q. 1. cõtra secundã concluſ. Herue. in. 2 dist. 1. q. 1. Paulus Socin. d. 12. Met. quæst. 1. Rom. 9. Roma. 11. Egubini error.

¶ Præterea. Si Deus hoc non potuit, & pòst in tempore potuit: sequitur quòd fuit impeditus vsque ad illud tempus: sed hoc est absurdum dicere. Quis enim potuit eum impedire? Quis enim voluntati potuit resistere? Quis prior dedit ei? Videtur ergo esse asserendum consequenter potuisse ista ab æterno producere. Ex hoc apparet Egubinum in sua cosmopeia errasse, quando dicit cœlum empireum ab æterno fuisse creatum de quo infra.

Conclu. 3. ¶ Tertia concl. Mundus quantum ad partẽ illam quæ generabilium & corruptibilium est, non potuit esse ab æterno à Deo. Hanc cõclu. exemplo mulieris prægnantis solent probare phil. quæ nõ potuit ab æterno crearimisi esset prægnans in tẽpore infinito: quia si post conceptionem nono peperit mense, tunc vel ætas illius partus fuit finita, aut infinita: si infinita, vnum infinitum esset alio maius, versus infinitum extremum: quia mater esset senior suo fœtu per illos. 9. menses: sed implicat quòd vnum infinitum versus partẽ infinitã sit alio maius: quia finiretur. Si tamẽ illa ætas filij fuit finita, & matris eius finita erat: quia solùm per nouem menses excedit: vel si non, necessariò per infinitum tempus fuit prægnans.

¶ Et probatur de mixto, vel elemento: nam si ab æterno fuit creatum: quæro quo tempore fuit corruptum? Si dicas post. 100. annos à sua creatione, vel per. 500. Vel post corruptionem vsque huc, tempus pertransiuit infinitum: & tunc alterum creationis infinitũ, erit maius isto: vel non transiuit infinitum: & sic sequitur quòd nõ fuit creatum ab æterno, sed habuit principium. Neque poterit quis dare quòd infinitum temporis creationi præcesserit corruptionem eius, quia est contra naturam rei corruptibilis, quòd per infinitum tempus duret.

Corolla. 2. ¶ Ex hac concl. sequitur, quòd in lumine naturali stando, nullum indiuiduum corruptibile potuit esse ab æterno.

Corolla. 2. contra Aristotelem. ¶ Sequitur secundò contra Aristotelem, in lumine naturali, non posse concedi speciem rerum corruptibilium aliquam, quæ successione indiuiduorũ perpetuatur, esse ab æterno. Ratio est, quia species talis non potuit esse ab æterno, nisi contracta in aliquo indiuiduo etiã corruptibili: sed illud tale nõ potest ab æterno dari, quia repugnat: ergo neq; talis species rerum corruptibilium poterit fuisse ab æterno. Neque est idem dicere, quòd si mundus fuisset ab æterno, & infiniti dies essent transacti: vt docet. S. Tho. quia tempus est quid continuũ successiuũ, nõ clausum inter duo pũcta: & sicut nõ repugnat cœlũ fuisse ab æterno creatum: quia est incorruptibile, non repugnaret dies esse infinitos transactos: de corruptibilibus autem alia ratio est: quia species non est nisi in indiuiduo cõtracta: cuius conditio est vt corrumpatur.

D. Tho. 1. p. q. 64. ar. 2.

¶ Quarta conclusio. Nulla species corrupti bilium, potuit esse ab æterno creata à Deo, maximè humana. Probatur de alijs speciebus: quia (vt dicebamus) nõ nisi in indiuiduis conseruari possunt, cui indiuiduo repugnat ab æterno esse: vt probatũ est proximè. Sed quod maximè de humana specie hoc sit assendum: patet, posita immortalitate animæ rationalis. Nam si humana species fuit ab æterno, ab æterno fuerunt animæ rationales infinitę nunc superstites: & sic actu esset infinitum: hoc tamen in. 3. libr. probauimus implicare: sequitur ergo quod species humana non potuit esse ab æterno. Hoc argumentũ est commune, & tam raram habet solutionem, vt vix satisfaciat solutio soluunt aliqui dicentes animam rationalem esse mortalem: sed est à fide alienum. Alij concedunt Pythagoricum figmentum de commigratione animarum in corpora diuersa: sic cum certo numero earum, ponunt corporum infinitam multitudinem, quæ tamen actu non est: hoc etiam est hæresis. Alij sequuntur Auicen. & Algazelum, qui dicunt, infinitam multitudinem per se causarum sub ordinatarum repu-

4. Concl. Alex. Alber. Henricus.

Error. 1.

Error. 2.

Error. 3.

repugnare(quia effectus nõ esset) infinitam verò multitudinem entium non sub ordinatorum admittunt:sed hoc non potest stare: quia etiam esset cõtra philosophum. Ob id nulla istarum solutionum videtur satisfacere.Qua ratione.S.Th.p.p.q.46.ar. 2.hoc cõ

D. Thom. uictus argumento,destitit ab Arist.opinione in (vniuersum defensanda) quòd fuerit possibile Deum ab æterno mundum creasse,sed concedit potuisse fieri,quo ad aliquas eius partes,non quo ad omnes.

¶ Vnum est hic consideratione dignum, quòd Aristo.(qui mundum posuit ab æterno,& infinitum actu:negauerit) in tertio libro physicorum,animarum rationalium nõ meminerit,quas posuit immortales , quic-

Caieta. quid dicat Caieta. vt in. 3. de anima notum faciemus.An fuerit in causa,quod ipse ingeniosus non habuerit quo pacto posset nodũ soluere:quia ex vna parte vrgebat illud: ex nihilo nihil fit: & ex alia parte conuictus: quòd anima rationalis non educitur de potentia materiæ:non ausus est absolutam , & claram de anima rationali depromere sententiam:sicque varius apparet in aliquibus locis.

* ¶ * Plato etsi mundum ab æterno fuisse po-

Platonis opinio. nit in Timeo,sed tamen à Deo in æternitate effectũ,idẽ Plotinus,Proclus,Alcinus, Apuleius,Simplicius,& alij:& licet Arist.in æternitate cõueniat,dissentit tamen,quia de opifice & dependentia,non meminit.

Ad argum. ¶ Ad argumenta solutio patet ex dictis.

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm omne quòd mouetur,ab alio moueatur.

Vide Ægid. quodlib. 5. quæst. 16.

HÆC speculatio est satis principalis, quæ tangitur ab Arist.ot.in præcedenti lib. & in isto. 8. Et videtur non esse verum, quòd omne quod mouetur ab alio moueatur. Est commune argumentum : Grauia, & leuia mouentur naturaliter ad suum locum:tamen non mouentur ab alio : sed à se ipsis:quod experientia patet : cùm graue descendat, etiam impellente nullo : imò & ascendit etiam sine alio mouente, solùm ob vitandum vacuum: ergo non omne quod

Argum. 1. mouetur ab alio mouetur.

¶ Præterea. Viuentia mouentur,& propriè mouentur:tamen à se ipsis,&non ab alio.Patet in motu progressiuo animaliũ:quis enim poterit negare motum à seipsis esse?

Argum. 2.

¶ Tertiò. Proiecta:vt sagitta, & globus eiectus à tormento bellico propter sulphurem incensum,mouẽtur & nõ ab alio,Patet:quia maximè à proijciente esset : sed stat ipsum proijcientem mori,quando tamen proiecta ipsa durant in motu:ergo non mouentur ab alio.Quòd si dicas ab impetu impresso: iam habeo intentum,quòd à se cùm impetum in se habet id quòd se mouetur.

Argum. 3.

¶ In contrarium est Arist.o.sententia in isto loco.

In contra.

¶ Pro solutione notãdum, quod tã id quod mouet, quàm id quod mouetur , dupliciter contingit,scilicet,per se, & per accidens , vt musicus per accidens mouet sanando:&per accidens mouetur si sanetur : per accidens etiam mouetur,quòd ad motum alterius mouetur:vt qui vehitur naui.

Notand. 1. Aristo.tex. 27.

Moueri de per accidẽs

¶ Per se autem dupliciter contingit: quod dam per se primò,quando neque ratione accidentis,neque ratione partis mouet , sed se toto : vt Deus , quando de nihilo mundum creauit vniuersum.Aliud mouet per se qui, dem:quia non per accidens,tamen non per se primò:quia per partem:vt animal mouetur per se , sed non per se primò: quia homo mouet pedibus,& corde reliquum corporis.

Moueri de per se.

¶ Secũdò notandũ:quod duplex est motus, quidam est physicus,seu naturalis:vt est corporeus,& materialis:alius est motus spiritualis,qualis est intellectus,& voluntatis.

Notand. 2.

¶ Etiam considerandum,quòd Arist.in tex. non dicit:Omne quod mouetur ab alio mouetur , sed omne quod mouetur ab aliquo mouetur:quod videtur esse distinctissimum à primo:nam ad hoc quod sit verum, omne quod mouetur ab alio mouetur , oportet sit ab alio suppositò distincto ab eo quod mouetur:si tamen sit,omne quod mouetur ab aliquo,sufficit sit ab alia virtute, etiam si sit intrinseca in re ipsa quæ mouetur : quanuis absolutè possit intelligi dictum Aristo.Omne quod mouetur ab alio mouetur.Pro solutione sit prima conclu.

Notand. 3.

¶ Omne quod mouetur sic ab alio mouetur , quòd vel ab alio suppositò distincto, vel ab alio principio intrinseco à re distincto mouetur.Hæc est Aristote. in principio septimi libri , quam repetit in isto. 8. text. 28.&

Conclu. 1.

28. & 34. & eam confirmat vsque ad text. 50.Huius est ratio:quia nihil seipsum secundùm se totum mouet primò: ergo quicquid mouetur,ab alio mouetur.Patet:quia per accidens potest se quidam mouere : vt qui in naui remigat, & anima quæ in corpore est: quædum hominem mouet,&ipsa mouetur pariter:& etiam potest res se partim mouere:vt homo corde mouet corpus. Sed quòd secundùm se ipsum totum non possit mouere, patet. Nihil mouet, nisi quantum est actu,per formam , quam in passo producit: vt nihil mouet calefaciendo , nisi habeat actu calorem,sed quod mouetur ad formam, eo mouetur,quòd careat ea : ergo non potest esse simul mouens,& quod mouetur: ergo necessarium est, quod id quod mouetur, ab alio moueatur : nam secundùm se totum nil potest esse in actu & in potentia: nec aliquid potest esse quod se primùm moueat.

Ratio.

Ratio.

¶ Formari ergo potest ratio . Omne quod mouetur per se primo,oportet non moueatur de per accidens,neque secundùm partẽ: sed quod non mouetur de per accidens , neque secundum partem, non potest moueri à se:ergo oportet moueatur ab alio . Minor probatur: quia omne quod mouet , in quantum mouet , actu est : & in quantum mouetur,in potentia est,sed simul , & semel esse aliquid secundùm se totum in potentia, & actu,repugnans est : ergo similiter repugnat quòd aliquid per se primò à se moueatur.

Conclu. 2. Grauia & leuia à generãte mouentur.

¶ Secunda conclusio.Grauia,&leuia neque mouentur à cœlo per expulsionem , neque à suis locis naturalibus per attractionem, neque ab aëre,vel aqua medijs per quæ fit motus,sed dicuntur moueri à generante . Hæc conclusio est Aristotele.hic text. 27. vbi ponendo differentiam inter animata , & inanimata , dicit hæc moueri à generante , & sic

Ratio. text.33.concludit.Probatur:quia rem mouere seipsam,est proprium viuentium: cùm ergo inanimata,vt grauia,&leuia,non viuãt, non mouent seipsa: & sic à generante causabitur ille motus.Et hæc fuit confessio indubitata philosophorum.Patet,ex Platone in

Plato. Phedone:vbi dicit inanimata habere externum motorem: vnde qui dixerunt cœlos à se moueri:& non ab intelligentia , posuerũt ea esse animalia grauia &leuia: ergo à generante moueri dicuntur:pro quãto perfectio grauis,& leuis,est esse in quiete in suo loco naturali:& ob id generans eo mouet , vsque dum sistat in tali loco naturali. Quapropter omnis motus,quousque ibi perueniat,tribuitur generanti.

Vide Ægid. diũ quolib. 5. q. 16.

¶ Quòd cœlum non sit quod mouet grauia,(vt aliqui putabant)patet : quia sine ratione assignant : neque locus ipse attrahẽs, neque medium,vt putarunt quidam:manet ergo conclusio vera , quod à generante fiat motus.

Ratio.

Conclu. 3. Scot. in. 2. di. 2. quæst. 10. Gregor. d. 6. q. 1.

¶ Tertia conclusio.Et si opinio docto. sub. & Gregorij,quæ dicit grauia,& leuia à seipsis moueri ratione grauitatis , & leuitatis videatur suam habere probabilitatem: est tamen directè contra Aristo. Prima pars probatur ab eis multis rationibus , quæ superfluã esset hic adducere.Putãt enim ipsi,q talis motus sit ab intrinseco,ratione grauitatis,& leuitatis.Sed quod sit contra Arist. patet ex dictis in conclusione præcedenti.

4. Conclu.

¶ Quarta conclusio. Non solùm aer causa est quæ proiectum mouet,sed ipse proijciẽs per impetum impressum.Hoc videtur indubitatum apud Arist.qui ex analogia ad grauia,& leuia probat. Nam sicut generans dat graui grauitatem,qua mouet ad locum naturalem,proijciens,imprimit impetũ,seu qualitatem quandam,qua ratione dicitur moueri.Et de mente Aristo.fatetur huiusmodi impetum in proiecto Sanct. Thom. Et quòd

D. Thom. de potentia q. 3. ar. 11. & de anima ar. 11.

aëri etiam detur virtus aliqualis mouendi. Aristote.ait,proiectionem dare aëri virtutẽ motricem præter motum: quia dicit, priùs definit mouere,quàm moueri . Si ergo aëri datur,à fortiori & imprimetur corpori moto talis impetus.

¶ Pro hac parte quòd aër etiam faciat ad impetum sunt experientiæ: inter quas vna est sagittam non tanta vehementia ferire obiectum propinquius, quàm aliquanto remotius.Qua ratione Arist.2.cœli.tex.35. dicit,

Aristo. 2. cœ. tex. 35

quòd motus naturalis intensior est in fine, motus verò proiectorum neque in principio,neque in fine,sed in medio .Ex quo aliqui putant,quod impetus,non totus imprimatur simul:sed pòst vel intenditur per sagittam, vt virgentiùs moueat, quanuis hoc non sit certum:nam à quo potest intẽdi? Nõ à se ipso:quia accidens non potest intendi à se,neque à proijciente,quandoquidem maior ratio erat quod à principio imprimeretur.Quapropter.S.Tho.causam dat in. 2. de cœlo,multitudinem aëris commoti esse:quia vna pars aliam concitet, atque alia subinde aliam. Et adhuc aliam dat causam idem quòd id proueniat, quia quælibet res suam

De impetu putãt aliqui quèd nõ imprimatur totus simul.

S. Thom.

S. Th. 1. 2 q. 75. ar. 6.

appetit conſeruationem: vnde fit quo maiori obniat reſiſtentiæ, intendatur impetus, ſed quia ab extrinſeco, citò debilitatur.

Concl. 5. ¶ Quinta concluſio. Impetus, eſt qualitas diſtincta ab ipſa re proiecta, ſicut grauitas à forma ſubſtantiali. Patet: quia eſt quædã virtus per quam mobile mouetur, diſtincta ab ipſo motu: ergo oportet ſit qualitas diſtincta, quę ponenda eſt in prima ſpecie qualitatis: vt habitus, & diſpoſitio, quæ poteſt intendi, & remitti. Sed dato res moueantur per talẽ impetum: motus non eſt naturalis: quia licèt ab intrinſeco, non eſt ei naturale.

Contrariũ tenet Cirue lo in ſuiſpa radox. q. 4. Corolla. Venetus.

¶ Ex hoc ſequitur, quòd negare impetum qualitatem eſſe impreſſam, ne ponatur eſſe motum naturalem in proiectis: vt ſuſpicatur aliquis, non videtur eſſe neceſſarium: quia ſtat quòd ſit impetus, qualitas realis vt dictũ eſt, & tamen non dicitur quod mouetur, moueri motu naturali: quia licèt ab intrinſeco, illud intrinſecum eſt ab extrinſeco: ſic dicitur motus violentus.

6. Conclu. De viuentibus.

¶ Sexta concl. In omni viuẽti, per ſe mouẽs, anima eſt, qua ratione actus corporis eſt. Patet. Cùm moueatur animal, & in ſe principiũ habeat ſui motus, ſignandum eſt tale principiũ, & nõ eſt aliud niſi id per quod actu eſt, quod eſt anima, & in ſpecie cõſtituitur. Et cõfirmatur ex Ariſt. qui ponit eã eſſe actu corporis: quia eſt per ſe agens.

Ariſto. 2. de anima tex. 4.

Concl. 7.

¶ Septima cõcluſio. Sicut in viuẽtibus pars per ſe mouẽs anima eſt: per ſe mota corpus, ieu materia, quatenus recipit corporeum à forma. Et ponendo vnã animã ſolùm in rationali, illa ſufficiens eſt ad omnes motus inferiorum: & in ſenſitiuo, ipſa ſufficit ad motus vegetatiuæ. Nam in viuente, oportet vltra partẽ per ſe mouentem, dare partẽ per ſe motam: & cùm in eo non ſit niſi pars quæ eſt anima, vel pars quæ eſt corpus, ex quibus eſſentia conſtat: oportet quòd vel mota ſit pars, ſcilicèt, anima, vel corpus. Non anima: quia ipſa eſt quæ primò mouet: & idem ſecũdum idem non mouet, & mouetur: cùm omne quod mouetur, ab alio oportet moueatur. Relinquitur ergo quòd pars mota ſit corpus, & ſic mouetur, quod non mouet. Et manet verum, quòd omne quod mouetur ab alio moueatur. Sed hoc oportet intelligamus in motibus qui ſunt animantium proprij. In iſtis enim oportet inueſtigare partem per ſe mouentem, & partem per ſe motam: iam circa motus, qui cõtingunt, quod caleſiant, vel frigeſiant ab elementis, non eſt neceſſarium quærere mouentem partem in

S. Th. p. p. q. 76. ar. 4.

Ariſto.

trinſecam.

Conclu. 8.

¶ Octaua concl. Corpora cœleſtia quia animata non ſunt non mouent ſeipſa, ſed mouẽtur exteriùs ab intelligentia motrice. In hac concluſione duo intendimus. Primũ, quod corpora cœleſtia, non ſint animata: ex quo ſequitur ſecundum, quod in motu corũ non ſit ponenda pars per ſe mouẽs anima: vt ponitur in viuentibus, & pars mota, vt corpus: ſed motus in eis ab angelo eſt: quia ratione grauitatis, neque leuitatis ſignari nõ poteſt, cùm non ſit graue, neque leue cœlum. Item: quia ille motus eſt circularis. Probatur concluſio. Corpora cœleſtia, cùm non ſint animata, & moueantur, oportet cauſam ſignare illius motus ab extrinſeco: ergo vel erit à generante, vel ab aliqua intelligentia motrice. Non à generante: quia hoc in grauibus & leuibus eſt, ratione grauitatis & leuitatis, quod in cœlo non eſt: ergo oportet ſit ab ipſa intelligentia.

Ratio. Ariſtot.

¶ Dixi, non eſſe animata: quia non ſolùm fidei repugnans eſt, ſed etiam phyſicæ diſciplinæ. Fidei nãque aduerſatur, quæ docet, ſolum duas eſſe naturas ſpirituales: angelicã, & rationalem, capaces Dei, Anima illa (ſi daretur) non poſſet eſſe niſi intellectualis: & ſic eſſet capax Dei: vel ſi habent animam rationalem, cum cœlum ſit perpetuum, aliquod animal brutum eſſet immortale. Item. Quomodo poſſet eſſe animal, quod nulla habet organa motus: vt Ariſt. dicit. Neque in eis ali qua diſpoſitio animalis reperitur. Quapropter non eſt credendũ D. Auguſtinum, nec B. Hieronymum, imò neq; Ariſt. fuiſſe illius ſententiæ, quod cœlum fuerit animatum, vt S. Tho. refert. Quòd ſi aliquando Ariſto. videatur contrarium dicere: vt. 1. de cœlo. tex. 13. debet intelligi vt tibi. S. Thom. exponit, quod cœlum habet ſuam motricem intelligentiam, à qua non mouetur, vt grauia, & leuia, à generante: quia hæc talia à re abſente mouentur, per virtutẽ impreſſam à generante in ipſorũ generatione: ſed mouẽtur ab ipſis intelligentijs per intellectũ, & voluntatẽ, apprehendentibus rationem mouẽdi, quod ſolet eſſe in viuentibus: ob id animalibus videntur aſsimilari, cùm tamen nõ ſint. Et hæc ſufficiat dixiſſe in præſentiarum. * Quia infrà in libro de cœlo eſt peculiaris ſpeculatio an cœlum ſit animatum vel aſtra.

Ariſtot. 1. d. cœlo. tex. 50.

S. Th. p. p. q. 70. ar. 3.

¶ Et Plato dicit, motorem cœli non informare cœlũ: vt anima informat corpus, ſed monere ad modum animæ.

Plato.

¶ Ad primum dictum eſt, vnde grauium & leuium

Ad argum.

leuium veniat principium motus, nempè à generãte, ad ſenſum ſuprà dictum, licèt quo, mouentur, grauitas ſit.

Ad. 2.

¶ Ad. 2. etiam patet ſolutio ex dictis. Viuentia enim mouentur: ſed ab alio, non quidem ab alio quod ſit extrà, ſed ab alio quod intrà eſt: quia pars mouens anima eſt, per quam actu eſt, & mota pars eſt corpus. Et ſic eſt verum, quòd omne quod mouetur ab alio mouetur: quia non ſecundum eandem partem animal mouet, & mouetur.

Ad. 3.

¶ Ad. 3. iam declaratum eſt, quomodo proiecta, moueantur per impetum: quem intelligimus qualitatem impreſſam in mobili, ratione cuius mouetur, quæ diſtincta eſt ab ipſo motu, & à mobili: & quia impreſſa qualitas, poteſt durare: motus, etiã deficiente proiectore, & paulatim remittitur illa qualitas, & tandem deficit motus.

SPECVLATIO quarta de primo motore. Vtrũ ſit immobile, & vnum.

Primũ arg.

Videtur quòd non ſit immobilis. Ille dicitur moueri, qui eſt in loco de nouo: ſed Deus eſt in loco de nouo. Patet. Fuit quando creauit mundũ in eo in quo nõ fuit antè creationem: ergo fuit in loco de nouo. Item. Eſt in omni creatura, quam de nouo creat: vt in qualibet anima rationali, quam quotidie de nouo creat: ergo mobilis eſt Deus, qui eſt primum mouens.

Argum. 2.

¶ Præterea. Si Deus eſſet immobilis ſecundũ locum, maximè quia ſpiritus eſt: ſed ſpiritui non repugnat motus, vt ſuprà probatũ eſt de angelis, qui etiam ſi ſint ſpiritus, mouẽtur. Patet: quia dicitur miſſus angelus ad Abraham. Dicitur etiam miſſus ad virginem:

Lucæ. 2.

ergo Deus etiam poteſt moueri.

Argum. 3. Comment.

¶ Tertiò eſt argu. quod Deus moueatur, ex Cõmentatore, qui aſſerit Deũ moueri ſecundũ intellectum & voluntatem per intellectũ, de nouo intelligendo, quæ non intelligebat. Per voluntatẽ, de nouo volendo, quæ ante nolebat. Nam ſi ego ſcribo nũc: vult me ſcribere, & cùm relinquo calamum, vult nõ me ſcribere: ſed iſta non videntur eſſe ſine mutatione: ergo Deus mobilis eſt.

In contrà.

¶ In contrarium eſt Ariſt. tex. 44. & 45. vbi concludit eſſe immobilem, & tex. 48. concludit eſſe vnum.

Quinq; cõcludit Ariſ. de primo motore.

¶ Pro ſolutione notandum, quòd in lumine naturali loquens Ariſt. 7. de primo motore in hoc. 8. lib. concludit. Primum, quod ſit immobilis. Secundum quòd ſit perpetuus. Tertium quòd ſit vnus. Quartũ quod infinitus. Quintum quod indiuiſibilis. In iſta ſpeculatione differemus quomodo ſit immobilis, & vnus, in ſequenti alia tria probabuntur.

Notand. 2.

¶ Notandum quod etiam de Deo dupliciter poſſumus loqui: vno modo naturaliter: alio modo ſupernaturaliter. Supernaturaliter ſpectat ad Theologum ex profeſſo: nã dato tractet de Deo quantum ad aliqua quæ per naturam ei conueniunt, tamẽ ex propoſito ad eum attinẽt illa quæ ſupernaturaliter de Deo conſiderantur, & ſolùm per reuelationem habentur: ob id de iſtis nõ eſt ſermo in præſenti. De ipſo tamen in quantum naturaliter, dupliciter: vno modo exactè id conſiderare: & ſic non ad phyſicum, ſed ad metaphyſicũ ſpectat: ideo Ariſt. abſolutiùs loquitur. Sed cognitio de Deo non exacta, quæ ſcilicèt per motũ haberi poteſt, ſpectat ad iſtum 8. phyſicorum. Et hac ratione Ariſt. mentionem fecit. Ad quod reſpondetur, & ſit prima concluſio.

Ariſt. 12. Metaph.

1. Concluſio. Ratio. 1.

¶ Deus eſt omnibus modis immobilis: Patet. Ille eſt immobilis omnino, qui nulla ſpecie motus neque mutationis poteſt moueri: ſed Deus huiuſmodi. Patet: quia non generatur: non corrumpitur: non augetur: non alteratur: non mouetur localiter, & non ſunt aliæ ſpecies motus: ergo nullo modo mouetur Deus. Maior probatur facilè, diſcurrendo per omnem ſpeciem motus. Non localiter de per ſe, neque de per accidens, de quo propriè loquitur hic Ariſtote. Probatur, ſuppoſita propoſitione probata, quòd omne quod mouetur oportet ab alio moueatur. Eſt ratio. Si Deus mouetur: vel à ſe, vel ab alio: ſed non à ſe omnino, vt probatũ eſt: ergo ab alio. Probatur minor quia id quod mouetur, neceſſario eſt in potentia ad illam formam reſpectu cuius mouetur: aut ſi ſit motus localis, caret illo loco, ad quem eſt motus: ſed res quæ mouet, neceſſario eſt in actu: ſed actus potẽtiæ repugnãt: ergo à ſe non poteſt moueri. Quapropter quod ſe ipſum mouet oportet duas habeat partes: vnam qua mouet, & aliam qua mouetur: & ſic quod mouetur ab alio, oportet vel ſit ab alio diſtincto in ratione

suppositi, vel in ratione partis. Si illud quod mouetur, mouetur ab alio: vel illud mouetur, ab alio, & illud rursus ab alio, & est processus in infinitum, quòd motui repugnat: quia nihil moueretur, cũ omnia inferiora in virtute prioris mouentur: quod prius non daretur, dando processum in infinitũ: oportet ergo deuenire ad vnum, quod non mouetur ab alio, sed mouetur vel à se, vel à nullo: si à nullo, habemus intentum: si à se, tunc est necesse assignare partem mouentem distinctam ab illa quæ mouetur: & tandem ad vnã deueniendum est, quæ sit purus actus: nam si illa quæ mouet sit a. quæro, vel illa rursus diuiditur in mouentem & mobilem, vel nõ: si secundum, iam das esse purum actũ: si primum, rursus queram de illa à quo, vsque per ueniam ad purum actum, quandoquidem non est in infinitum procedendum. Hucusque Aristo. qui quanuis non videatur concludere hunc primum mouentem immobilẽ per se subsistentem, tamen ex dictis probatur: quia probat illud primum esse purum actum: quòd si pars non est, oportet sit per se subsistens.

Ratio. 2. ¶ Probatur etiam conclusio, quia illud primum oportet sit ingenerabile: quia à se nõ potest generari, neque ab alio: quia nullum eo prius. Alia missa faciamus, quæ vide in.

S.Th. p.p. quæst. 3. 2. Conclu. S. Tho. vbi probat vnitatem Dei.

¶ Secunda cõcl. Primũ quod mouet omnia, nõ solũ immobilis est aliqua specie motus, sed etiã per intellectum, & voluntatem contra Commentatorem. Probatur: quia illud primũ est purus actus: ergo nihil in eo potẽtiæ considerandum est: at esset aliquid potẽtiæ, si hoc genere motus moueretur.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Si per species intelligeret receptas, & non per essentiam suam, similiter esset in potentia. Si de nouo aliqua cognosceret, quæ non antè, esset etiam in potentia. Si aliqua vellet de nouo, quæ ante noluit: sequitur ergo ipsum esse simpliciter immobilem etiam per intellectum, & voluntatem: si quidem ab æterno cognouit quando res producendæ, & quando debent deficere: in quo

Contra Comment. Commentator turpissimè errauit, putans Deum non posse cognoscere res ipsas antequam actu essent. Quod si Plato sic intellexit, primum mouens mouere se ipsum, pari errore captus est.

¶ Atque conclusionem sic Aristote. intellexit. 12. Metaphysicæ qui dixit, Deum per suam essentiam omnia intelligere, & sua intellectio, sua essentia est: & sicut eius intellectus immutabilis est, sic & sua voluntas: & quicquid voluit, in æternitate voluit, pro tẽpore sibi placito.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. Sic primum mouens est immutabile, vt eius sit proprium, & alteri sit incommunicabile. Patet discurrẽdo per omnia alia, quæ continuè mutationi sunt subiecta: vt corruptibilia: & quæ sunt incorruptibilia, etiam subiacent mutationi, & variationi: vt angelus & anima rationalis. Patet. Quicquid non est purus actus, potest mutari, pro quanto aliquid de potentia habet: sed omnia alia, citra Deum, purus actus non sunt, *S.Th. 1. p. q.* cùm solus Deus sit talis: sequitur ergo quòd omnia alia mutari possunt, & solum ille est per naturam immutabilis, qui per naturam purus actus simplicissimus est: at solus Deus est talis: ergo illius propriũ hæc est.

Conclu. ¶ Quarta conclusio. Primus motor [illegible] bilis, pariter & vnus est. Hæc conclusio [illegible] batur ab Aristote. tex. 48. quia frustrà [illegible] per plura &c. sed motus vniuersi ad vnum principium reduci possunt: ergo solus vnus est.

Ratio. ¶ Præterea: quia cùm sit purus actus, in se omnium perfectiones eminenter continet, quòd si duos admittas, iam oportet necessariò aliquid in vno esse, quod non in alio, per quod inter eos distinctio sit: atq; cum id ad perfectionem pertineat, constat aliquid perfectionis in vno esse, quod non in alio.

S.Th. p. p. q. 11. ar. 3. Theol. 1. sent. d. 2. ¶ Sumitur enim ratio ex omnipotentia: quia duo dij omnipotentes dari non possunt. Et tandem dantur aliæ rationes, quæ probant Dei vnitatem, de quibus vide in Theologicis in primo sent. * Est considerandum quod Aristo. cum ex sensatis, contendat adinuisibilia conscendere: inuenit & probauit vnam primam causam, sed tamen indistinctè, & non in particulari: quia probat substantiam æternam ex motu æterno: sed omnes intelligentiæ, apud eundem mouet motu æterno, vnde in. 2. Metaphy. ex pluralitate motuum æternorum, concludit numerum intelligentiarũ, quanuis in ipsis mouentibus, vnum primum mouẽs probet: de hoc alibi.

Ad argum. ¶ Ad primum patet solutio ex dictis.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum dicendum, vt supra dictum est, quod angeli possunt esse in loco, & anima: quia quanuis, eò quod spirituales, non possint esse circunscriptiuè, vt corpora sunt, possunt tamen esse diffinitiue: quia limitatam habent essentiam: Deus tamen habet illimi-

illimitatam: ob id non solum circunscriptiuè, sed neque diffinitiuè potest esse in loco: quia ex modo suæ existentiæ sic est in isto loco, quod non repugnat alibi esse. & sic nõ potest moueri: quia replet omnem locum: neque mutare potest locum: quia ille posset mutare, qui acquirit de nouo, & deserit quem ante habebat, sed Deus non potest id facere: quia in omni loco est. Quod si creato cœlo cepit esse in cœlo, non fuit per eius mutationem, sed quia non potest esse creatura in qua non sit Deus. Quòd cœlum moueatur, non sequitur quòd Deus moueatur, quia vbicunque cœlum moueatur, ibi intelligitur Deus.

Ad tertium ¶ Patet etiam ad. 3. solutio in. 2. conclusio.

* ¶ * An substantiæ separatæ sint immobiles: & quidem secundum Philosoph. & Cõmen. intelligentiæ non sunt mutabiles secundum esse substantiale: quoniam omne mutabile

De intelligentiarũm mutabilitate. materiam habet, qua carent intelligentiæ 12. Metaphy. tex. 5. Item secundum Philosoph. & Cõment. intelligentiæ, non sunt mobiles motu locali intrinsecè: neque per se, neque per accidens. Hæc ex. 6. Physicorum: nã quod est per se mobile diuisibile est: vt supra probatum est: at intelligentiæ sunt indiuisibiles, vt Arist. probat. 12. Metaphy. tex. 43. quod non de per accidens intrinsecè: probatur. 8. Phys. tex. 52. quia non sunt formæ in formantes corpus quod mouetur: secũdum veritatem dicendum, quod omnes intelligẽtiæ, quo ad substantiam, sunt immutabiles per potentiam intrinsecam: quia carent materia. Secundò dico quod sunt mutabiles secundum locum, non quod occupent locum cum sint sine magnitudine: quia virtutem suam loco applicant. Tertiò sunt mutabiles secundũ actiones intellectuales, de quibus alibi in Theologia in loco proprio.

¶ SPECVLAT. V.

Vtrùm primus motor sit durationis infinitæ, & impartibilis, & virtutis infinitæ.

Primũ arg. VIdetur quòd non sit infinitæ virtutis. Diuina virtus non aliunde quam per effectus potest innotescere: sed non datur effectus infinitus: quia infinitum non potest dari, vt in. 3. probatum est; etiam per potentiam Dei absolutam: ergo Deus non est infinitæ virtutis.

¶ Probatur quod non sit infinitus duratione. Nam eius infinita duratio innotesceret aliquo suo effectu, sed non potest innotescere: quia repugnat mũdum fuisse ab æterno, vt probatum est, ergo non est infinitus duratione.

¶ Tertiò. Non est impartibilis. Patet. Eò probatur esse impartibilem, quia est infinitæ virtutis, quæ non potest esse in magnitudine: sed potest infinitum dari in magnitudine, cum ipsa sit diuisibilis in semper diuisibilia: ergo.

In contra. ¶ In contrarium est Aristotel. qui text. 49. probat, primum motorem esse perpetuum. Et text. 86. ex perpetuitate motus colligit esse infinitæ virtutis: & quia talis non potest esse in magnitudine, concludit esse impartibilem.

¶ Pro solutione oportet in memoriam reuocare quod tetigimus in. 3. libr. de infinitate: nam quædam est infinitas, quæ se tenet ex parte materiæ, & hæc dicit imperfectionem: quia dicit non esse actuatam per formam, & posse omnem recipere. Infinitas quæ ex parte formæ actus est, & perfectionẽ dicit. Non est ergo de prima infinitate sermo, sed de ista secunda sit prima conclusio.

1. Conclus. ¶ Deus est sempiternæ durationis. i. est sempiternus. Hanc Arist. probat ex perpetuitate motus. Fũdat enim rationem in perpetuitate mundi, quã tamẽ nos reprobauimus in præcedentibus: ob id aliũde perpetuitas primi mouentis sumenda est, scilicet ex eius immutabilitate: vt doctè San. Th. quia Deus est summum ens, & purus actus, alienus oportet sit ab omni potentia, & ob id à nullo erit producibilis: sic infinitæ erit durationis: cũ enim ab alio non possit esse, à se implicat: sequitur ergo q̃ per se sit perpetuus, & eius essentia non potest intelligi, nisi existens. Aliarum rerum essentiæ intelliguntur, absq; existentia earũ: vt quatuor & tria. 7. fuerunt, vt docet pater Augustinus. Et hominẽ esse animal rationale, etiam ante creationem mundi: & habuerunt existentiã huiusmodi quidditates in mundi creatione: sed tamen de intrinseca ratione ipsius Dei est existere: quia cum omnem includat perfectionem, & existere sit perfectio, non potuit aliquando ea carere.

S. Thom. p. p. q. 10. ¶ Et addere oportet, quòd æternitas eius non solum consistit in eo quòd non habuerit

rit principium, neq; habebit finem, sed etiã in hoc, quòd nulla in eo potest intelligi successio.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Primum mouens est infinitæ virtutis, & perfectionis essentialis. Hanc Aristote. probat ratione motus à posteriori. Deus mouet infinito tempore: ergo posset mouere infinitum mobile, si daretur: quod esset facere infinitum motum per se: quia si infinitum esset secundum longitudinem, si transiret per certum signum, nunquã absolueret motum: & ob id concludit, quòd primus motor, debet habere virtutẽ sic mouendi, quanuis repugnet infinitũ dari: quia sic daretur ipsum moueri vt in. 3. dictum est speculatio. secunda. Tamen diuina virtus infinita non bene ex effectu probari potest: quia creaturæ non possunt capere tantum quantum est ipsa: sicut diximus eum nõ posse producere actu infinitum: quia repugnat conditioni creaturæ. Probanda ergo venit Dei virtus infinita à priori, ex essentiæ infinitate: quia primo principio antiqui omnes rationem infiniti tribuebant: in materia, dicit imperfectionem: sed secundum formam, dicit perfectionem: & sic ratio perfectionis in Deo erit, quòd sua essentia, non sit in alio recepta, sed per se ipsam sit illimitata. * Et aduerte quod Sanctus Thom. in hoc. 8. &. 12. Metaphy. tex. 79. & Scotus in septimo quo lib. & Albertus Magn. 8. Phisi. tracta. vltimo, tenent: de mente Aristot. probari infinitatem entitatis, & perfectionis, in prima causa, & tenent deuiasse Commenta. in hoc ab Aristot. De quo Sanct. Thom. prima parte, quæstione. 7.

Ratio. Ratio. 1.

* San. Tho. 2. Ratio. Scotus. Albertus Magnus.

¶ Et probatur Dei infinita potentia: quia quacunque specie data, cuiuscunque perfectionis, potest Deus perfectiorem creare: quod non posset, nisi esset infinitæ virtutis.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. Primus motor est incorporeus, & indiuisibilis. Hæc est eiusdem Aristotel. in fine huius libri. Quod probat ex infinita eius virtute: quia ipse est infinitæ virtutis: vt probat secunda conclusio: sed infinita virtus non potest esse in quantitate: ergo est impartibilis. Minorem probat ex eo, quòd virtus in quantitate agit semper ex necessitate naturæ; secundum vltimum suæ potentiæ: atque sic produceret infinitum & moueret in non tempore. Hæc ratio supponit, quòd virtus in corpore non possit agere per intellectum, & voluntatem liberè, sed sicut sol, vel ignis: sed hoc non est necessariũ nam licèt intellectus, & voluntas sint potentiæ indiuisibiles, non repugnat esse in corpore, sicut sunt in nobis. Ob id Aristo. licèt demonstret quòd virtus infinita, non possit esse, vt forma extensa, nõ tamen probat quòd non possit habere corpus, vt homo: sed ex alijs eius principijs in isto libro physico. probatur: nam res corporea, non mouet, nisi mota. Patet ad sensum: sed primus motor est demonstratus immobilis: ergo non est corporeus. Item, quia cùm sit causa omnium, oportet careat omni potentia, quæ dicit imperfectionem. Corpus tamen habet rationem potentiæ: vel saltim habet eo quod diuisibile sit.

¶ Item probatur ex Dei nobilitate: quia est nobilissimum in entibus, sicut & perfectissimum: sed spiritus est nobilior corpore: ergo non est corpus: sed est summus spiritus excedens & rationalem creaturam, & angelicam in dignitate, & impartibilitate, & indiuisibilitate. In quo primo motore, & prima causa omnium nostra est vltimatè posita fœlicitas. Cui honor, & gloria per immensa secula.

¶ Solutiones argumẽtorum patẽt ex dictis.

SPECVLATIO sexta. Vtrùm prima causa seu primus motor agat de necessitate naturæ.

Videtur quod sic, patet ex philoso. in hoc. 8. vbi probat, motum cœli esse æternum de necessitate: ergo necessario prius motor mouet: & in. 2. de generatione, probat inferiorum generationem de necessitate esse æternã, & hanc causari ex motu diurno: ergo illud primum, de necessitate producit hæc inferiora mediante motu.

¶ In contrarium est veritas.

¶ Pro solutione quæstionis primo considerandum, quòd effectus contingens, duplici ter considerari potest: vno modo quantum ad esse suum, quod est esse corruptibile, & deffectibile: vt sunt effectus voluntarij, & causarum contingentium istorum inferiorum, quæ omnia patent ad sensum, esse contingentia: & habere esse pro aliquo tempore, & corrumpi, & tandem omnia suã habẽt periodum:

Effectus cõtingens dupliciter considerator.

periodum: vt supra dictum est: & ex proposito inferius ostendemus. Et de his contingẽtibus non fuit dubiũ apud philoso. nec apud Commen. vt patet in lib. 6. metaphysi. comment. 7.

¶ Secundo modo consideratur contingentia quantum ad causalitatem, scilicèt, an dentur aliquæ causæ, vel saltim prima causa sit quæ necessario causet, vel contingenter: & in hoc est difficultas physica: nam si prima causa apud philosoph. liberè agit, & consequenter probabitur contingentia in rebus, per hoc quòd causæ proximæ sunt contingentes: sed, si ipsa prima causa ex necessitate operatur, quantumuis sit contingẽtia respectu causæ proximæ, erit difficile ostendere: Et ob id quærendum primò, & resoluendũ, vtrum prima causa agat necessario, & suppositò quod sic, an contingentia sit in rebus ob causas proximas.

2. Notand. ¶ Est aduertendum quod Deum agere de necessitate naturæ, (quem impræsentiarũ causam primam vocamus) dupliciter contingit: primo vt agat per naturam, vt præueniat intelligere, & velle: ita vt non agat per hæc: sicut homo necessitate naturæ, digerit cibum, neque anima vegetatiua quo ad suas vires subijcẽta est voluntati, vt infra in libro primo de anima probabitur & experientia docet.

¶ Et sicut ignis calefacit, & sol illuminat de necessitate: hoc modo nullus ex philosophis, qui Dei habuit veram cognitionem; opinatus est agere: quia sic Deum sine intellectu dicerent. Cognouerunt enim philosophi quod omne agens, aut agit à casu, aut propter finem: sed Deus à casu non agit, quia causa esset per accidens: ergo agit propter finem: ergo vel finis erit ab ipso agente intentus, vel ab alio, si à se ipso, ergo intellectu agit: quod si ab alio, illud esset primum.

¶ Secundo modo potest intelligi quod agat ex necessitate naturæ, vt sit sensus, quod id velit necessario: sicut dicimus voluntatẽ, necessario velle summum bonum, &c. sic

S. Th. p. p. q. 19. ar. 3. Deus necessario agat, quia necessario vult suam bonitatem: & vult necessario communicare suam bonitatem cuilibet rei secundum suam capacitatem: ad quam volitionẽ, necessario sequatur effectus: quia non est qui impediat: in quo sensu Aristote. probauit in hoc. 8. motum cœli æternum, &. 2. de generatione inferiorum generationem æternam esse.

¶ Tertiò considerandum, quod Deum agere necessitate naturæ hoc secundo modo, potest dupliciter intelligi: vno modo, quod sic vellit necessario causa secundas, & proximas agere & suos effectus producere: vt necessario ipsæ causent: sicut Deus necessario ex bonitate sua vult eas causare: & hoc modo omnium rerum contingentia tollitur, quia necessario causæ secundæ, suos producunt effectus: sicut causa prima ipsas causas secundas causare facit: secundo modo potest intelligi, vt Deus ipse vellit causas secundas esse, & causare: sed tamen iuxta ipsarum causarum conditionem: vt quæ sunt necessariæ, suos producant effectus necessario: & quæ contingentes, contingenter: & sic contingentia à rebus non excluditur: sed stare potest, etiam cum necessitate causę primæ.

3. Notand. S. Th. 1. p. q. 19. ar. 8.

¶ Conclusio. 1. Deus neque mouet, neque agit aliquid extra se de necessitate naturæ secundo modo: sed merè & liberè operatur. Patet: quia quicquid voluit, fecit siue in cœlo siue in terra. Probatur: si Deus aliquid necessario ageret, maximè esset eò, quod necessario vult bonitatem suam tanquam finem, sed ex hoc non probatur. Patet: quia nullus qui necessario vult finem, necessitatur ad id fine quo finis haberi potest: sicut si quis necessario vellit sanitatem, non ex hoc necessitatur ad volendum id, sine quo finis haberi potest: & ob id non necessitatur ad comparãda sibi arma, vel ad aliquas disciplinas capessendas: quia ista non sunt media necessario ordinata in illum finem, sed nihil creatum est necessarium ad bonitatem diuinam, neque ad hoc quod habeatur, neque ad hoc quod melius, quia eò Deus est, quia nullius rei extra se indigens: aliàs Dei perfectio ex creatura penderet: cõtra ipsum philosoph. 7. politi. qui ait seipso Deus solus beatus est: & sibi sufficiens, &c. nam eo quod alicuius indigeret, probatur in lumine naturali, quod Deus non esset.

1. Conclu. Psalm. 15. Aristo.

¶ Secunda conclusio, etiam si Deus ex necessitate naturæ ageret, mouendo causas secundas proximas, non eò sequeretur quod omnia necessario euenirent: sed adhuc maneret contingentia in rebus à causis proximis contingentibus: probatur: quia si necessario omnia euenirent, esset quia si necessario prima causa mouet. a. causam ad operandum, &. a. necessario mota, necessario mouet b. & sic consequenter proxima & immediata necessario agit: quia prima necessario mouet;

2. Conclu.

met:sed ex hoc non sequitur: nam non sufficit quod prima necessario moueat secundã, & secunda tertiam,si illa motio est secundũ exigentiam & naturam causæ secundæ: vt quæ contingens est necessario mouetur,sed ad operandum iuxta naturam suam & conditionem,scilicèt,contingenter: & hoc est quod docet August.quod Deus sic res quas condidit administrat,vt secundum proprios actus agere sinat.Deus perficit rerum naturam,& non destruit:quod si ad hanc motionem,quæ à prima fit,etiam si necessario attẽderet Docto.sub.in.2.sent.d.2.q.2.non afürmaret conclu.hanc:scilicèt, quod si prima necessario mouet & causat :causæ secundæ etiam necessario agerent,& rerum contingentia tolleretur:nam esset verum quod docet Doctor sub. si Deus per suam motionẽ, & causalitatem,rerum naturas mutaret & tolleret:qua propter hæc duo stant physicè loquendo, Deus necessario necessitate naturæ agit,& tamen non omnia necessario eueniunt quod aduertendum est.

August.

¶ Ex dictis ergo constat, qualiter philosophus sit intelligendus: vt Deus moueat necessario cœlum, & tamen quod contingenter res eueniant in istis inferioribus. Quanuis vt in prima cõclusione dictum est, sit certum & physicè probatum:Deum non agere necessitate naturæ,vt aliquid extra se necessario velit, &c. de quo vide Naclantum in propria quæstione de origine contingentiæ.

¶ Ex dictis patet solutio ad argumentum in principio positum.

*SEPTIMA SPEculatio. Vtrùm ad physicum spectet,vel solùm sit metaphysici de substantijs separatis considerare.

Primũ arg.

PRimo videtur quod non: quia ad quamlibet scientiam, expectat consideratio de proprio subiecto, & de proprijs passionibus, quæ ei conueniunt: sed substantiæ separatæ, neque sunt subiectum physicæ disciplinæ, cum eius sit vel ens mobile,vel corpus mobile,quorum vtrunque à substantijs spiritualibus alienum videtur:nec de talibus subiectis dicuntur,ergo neq; passiones corporis mobilis eis possunt competere.

¶ Secundò quanto obiectum est altius & perfectius, tanto ad altiorem & perfectiorem scientiam expectat consideratio eius: sed substãtia immaterialis est perfectior,imò quæ prima, perfectissima est, imò & ipsa perfectio:ergo ad perfectissimam scientiam pertinebit consideratio: sed hæc non physica,sed metaphysica est:ergo non expectat ad physicam,consideratio de substantijs separatis. 2.

S.Th.p.p. q.4.ar.1.

¶ Tertiò quod immobile,& in variabile est, à physico non consideratur: cuius propria sit consideratio de ente mobili,vel corpore mobili,sed esse mobile,& variabile, alienum à substantijs separatis est, cum sint incorruptibiles:& maximè prima, quæ est Deus,qui non mutatur & idem ipse est. 3.

S.Thom. p.p. q.9. art.1.

¶ In contrarium est Aristo.12.metaphysi. text.5. & in hoc.8. physico. qui de prima substantia,& de intelligentijs considerat.

¶ De hac quæstione sunt variæ opiniones, & extremæ:nam Comment.in primo physicorum Commen.vltimo & lib.12.metaphysi.Comment.5.loquens contra Auicennam, & Alexan.affirmat,quod ad physicum expectat considerare de substantijs separatis: & eius est ratio,quia ad probandum substantias abstractas,manuducimur ex motu: vt patet.8.physic. & omnis alia via est insufficiẽs:& considerare de motu, est proprium physici vt notissimum est.

Variæ opi. Comment.

¶ Et in.12.metaphysi.Comment.5. concludit in hæc verba. Impossibile est declarare aliquid abstractorum esse,nisi ex motu:hæc Commen.

¶ Secunda opinio in alio extremo fuit Auicenna:cum quo tenet Alexan. & Albertus magnus in hoc loco,& Scot.in primo sentẽ. 2.q.prologi ad secundum argumentum: & est,quod nullo modo expectat ad physicam disciplinam consideratio de abstractis substantijs:sed hoc sit solum metaphysici:quoniam cum principalior pars scientiæ metaphysicæ sit de separatis,si à physico de ipsis considerationem acciperet, ipsa metaphysica esset sub alternata physicæ:&minus principalis,quod non est dicendum.

Opinio Auicennæ. Alexand. Scotus. Albertus Magnus.

¶ Pro resolutione quæstionis considerandum,quod de separatis,possumus dupliciter loqui:primo in genere, id est, in distincte, pro vt omnia separata in hoc conueniunt, quod

1.Notand.

quod sunt abstracta:secundò potest esse consideratio in specie,id est,de tali substantia abstracta,puta de primo principio, & primo motore,vel de alijs intelligentijs, applicatis orbibus cœlestibus.

2.Notand.

¶ Secundò aduertendum,quod separata, tã in genere,quam in specie,dupliciter possunt considerari:vno modo quãtum ad hoc prę dicatum commune omnibus,quod est existere:pro vt verificatur,hæc substantia separata est existens in rerum natura & non solũ est per operationem intellectus, vt de entibus rationis solemus dicere:vel potest esse cõsideratio quo ad prædicata intrinseca, essentialia,& quidditatiua : puta quod substantia abstracta sit æterna, immaterialis,actus simplex, siue potentia passiua, & alia huiusmodi. Istis suppositis sit prima cõclusio. De substantijs separatis cõsideratio,quãtum ad hoc q̃ est existere in rerum natura, ad solũ physicum expectat,patet:omne illud quod deprehendi non potest sine motu,ad physicum solum expectat,cuius propria consideratio de motu est:sed quod substantiæ separatæ existant,solùm motu comprehenditur:ergo ad physicum expectat talis consideratio: maior est manifesta,& minor cõstat ex hoc.8.& in.12.metaph.eodẽ modo Aristo.procedit ad probandum substantias separatas,existere tex.29.

1.Conclu.

2.Conclu. ¶ Secunda conclusio. Probare substantiam separatam in specie,puta primã causam, seu primum mouens, penitùs immobile existere,non ad physicum, sed ad metaphysicum pertinet hæc probat à Doctore Sancto Thoma.1.contra gen.cap.13.vbi ostendit: quod Aristot.in quantum physicus,in hoc.8. solũ deuenit ad probandum primum mouens se ipsum:quod distinguitur in partem mouentẽ,& in partem motam: quod est aggregatũ ex cœlo & intelligẽtia motrice:sed quia De⁹ non est pars alicuius mouentis seipsum: vlterius Aristo.in sua metap.inuestigat ex hoc motore qui est pars mouentis seipsum:alium motorẽ omnino separatũ,qui Deus est. Vnde in duo decimo metaph.t.6.nõ per motũ physicũ,sed per intelligere,& appetere,quæ excedunt limites physici,& sunt propria metaphysici,probat.

S.Thom.

3.Cõclusio ¶ Tertia conclusio de substantijs separatis in genere,& in specie,consideratio: quoad prædicata intrinseca,essentialia,quidditatiua,nõ ad physicum,sed ad metaphysicũ expectat: vt q̃ sint actus simplices & immateriales q̃ sint intellectuales,& alia huiusmodi:q̃ primum sit tantum vnum,ad quod omnia alia referuntur.&c. Hæc conclusio est expressa Aristo.12.met.à tex.30.vsque ad.40. probat huiusmodi intrinseca, & essentialia prædicata,eis conuenire.Probatur:ad illam scientiam expectat,probare huiusmodi essentialia intrinseca prædicata cuius substãtiæ separatæ abstractæ sunt subiectum, vel principale eius:sed metaphy.est huiusmodi,quæ habet proparte principalissima entia huiusmodi separata,quia sunt potissima pars entis: quod ens,est subiectum metaphysicæ.

Aristo.

¶ Hæc quæ dicta sunt in opinione media de mente.Sanct.Thom. sunt & conuenit cum Comment:& discordat ab eo,in secunda cõclusione discordat,à Commen.nam Comm. putauit,quod prius motor, seu prima causa mouens:sit sic applicata cœlo, sicut intelligentia saturni est applicata orbi saturni: sed quia Deus non applicatur cœlo,neque mouet per se ipsum,sed per intelligentiam motricem,ob id dictum est in secunda conclusio.quod ad metaphysicum expectet,probare Deum esse:quia non per motum physicũ inuestigat,vt putat Comment.sed in prima, & in tertia conclusione hæc opinio. cũ Cõmen.concordat:quia quo ad esse,in rerũ natura,probare,ad physicum expectat:& prædicata intrinseca, quidditatiua,de eis probare excedit limites eius.Cum Auicenna, hæc opinio concordat in secunda & tertia conclusio, & discrepat ab eo in prima.

S.Thom. cõmenit cũ Auicenna.

¶ Sed offert se se ex dictis Aristot.contra illa quæ in secunda conclusione: nam ipse in hoc octauo probat primum motorem infiniti vigoris existere,in rerum natura, motu infinito:& sic videtur quod ad physicum expectet,probare de prima causa quæ est Deus benedictus in secula:quod existat & quod non sit proprium metaphysici.

Obiectio.

¶ Soluitur obiectio:quod in hoc.8. philosophus posuit fundamentum quo tanquã per gradus esset conscendendum:nam ex motu physico,est progressus ad motum metaphysicum,scilicet,intelligere,& appetere:& ab ipso metaphysico, probatur primam causam existere: ob id in hoc octauo probat quod moueat motu infinito,&c. sed quis ipse motor sit in metaph.Nam hic posuit hanc maiorem:in rerum natura datur motor virtutis infinitæ:qui mouet tẽpore infinito: sed in metaphy.ponit hanc minorem: motor virtutis infinitæ Deus est:qui est primus motor,penitus immobilis : nec obstat dictis quod Sanctus Thomas in hoc octauo expositioni suæ

Solutio.

Nota.

finē imponens dicit qui est benedictus in secula, &c. quia hæc subiunxit non tanquam probatum & scitum in illo loco, & scientia, sed tanquam aliàs habitum, & mutuatum à metaphysi. Quanuis Frãciscus Ferrariensis in suis Com. ad libros cõtra gẽtes in primo lib. c. 13 conetur alia via soluere.

Ferr.

Ad argum. ¶ Ad primum argumentum, ex dictis solutio constat: nam hoc quod est existere, communissimum substantijs separatis, nõ excedit limites physicæ disciplinæ, cuius est ex motibus consideratio: vt in prima conclusione ostensum est.

Ad. 2. ¶ Ad secundum in quo tangitur id quod Doctor subtilis mouit ad tenendum cum Auicẽna, quod ad solam metaphysicam expectet, ea ipsa subalternãs, & superior: & ob id à physica non debet superari, &c. Dicendum ergo est quod non ex illis quę in prima conclusione dicta sunt, quæ conueniunt physicæ disciplinæ, sequitur quod metaphysica, physicæ subijciatur: quia non subijcitur ei vt nobilior, sed vtitur ea vt sibi deseruiente: quia versatur circa motũ: quę est vnica via ad venandũ rerũ existentias: nam ex eo probatur ingenere, substantias abstractas esse: & eo ponitur fundamentum, ad progressum quo vsque ad primum, deueniamus.

Ad. 3. ¶ Ad tertium dicendum, non esse alienum à substantijs separatis de motu consideratio: nam quo ad existentiam eorum in rerum natura, ex motu probatur: vt dictum est: & ipsę sunt cœlorum motores: & quanuis sint immobiles quo ad corruptionem: habent tamen moueri posse, & secundum locum, per applicationem suæ virtutis, & alijs modis de quibus in suis locis proprijs. &c.

Finis octaui libri Physicorum.



LIBER VNICVS DE CŒLO, AEDITus A. R. P. F. Alphõso à Vera Cruce ordinis Eremitarum S. Augustĩ prouinciali, artium, & Theologiæ sacræ Magistro, & moderatore primario in alma vniuersitate insignis, atque fidelissimæ Mexicanæ Ciuitatis, nunc quarto ab eodem auctore editus, correctus & in multis speculationibus locupletatus.

¶ ARGVMEN. VNICI libri de cœlo.

POst quam Aristo. per. 8. lib. de physico auditu *in generali tractauit de ente mobili, & velut fundamenta ponẽs ad omnia dicenda, incipit tractare de mobili, & de ente in particulari: & sic in .4. libris, qui de cœlo intitulantur, tractat de mundo in generali: de corporibus cœlestibus, & proprietatibus eorum: de motu locali, qui est in eis: & de multis alijs quæ spectant ad cœlestia corpora. Considerat etiam de elementis, & qualitatibus, & dispositionibus eorum: & de motu ipsorum.*

Varię opi. de subiecto librorum de cœlo. ¶ *De subiecto huius libr. variè opinantur docti. quibusdam dicentibus quod sit totũ vniuersum: alijs quod corpus cœleste: qđ communiter approbatum est. Alber. Magnus, & alij dicunt esse corpus mobile ad vbi: quia ex professo de eo tractat. Et quia corpus cœleste, habet dignitatem inter alia, & motus localis est simplicior & prior & vniuersalior: primò de corpore cœlesti mobili ad vbi agit. Institutum nostrum sequemur: vt si nõ omnia, illa quæ sunt alicuius momenti ab Aristo. dicta discutiemus.*

¶ SPECVLATIO. prima. Vtrùm vniuersum sit perfectum.

ARguitur quod non. Illud non est perfectum, cui potest fieri additio, sed vniuerso, potest additio fieri: quia Deus potest multa de nouo creare, quæ non sunt creata: & quæ sunt modo, potest meliora reddere: ergo sequitur quod mundus non est perfectus. *1. Argum.*

¶ Item illud dicitur imperfectũ, in quo sunt innumerabiles defectus: sed in mũdo sunt defectus sine numero: defectus in moribus, cũ sint multa peccata, Deo permittente, & monstrum: ergo mundus non est perfectus. *2.*

¶ Præterea. Illud propter quod vniuersum est factum, est imperfectum: ergo non est vniuersum perfectum: nam si in fine est defectus & in medijs erit, cum media à fine sortiantur bo-

bonum,vel malũ.Probatur antecedens:quia homo(propter quem omnia videtur creata) *Iob.13.* eſt imperfectus:& in naturalibus,& in morabilibus, & plenus multis miſerijs:ita vt in eodem ſtatu non permaneat,breui viuens tempore, multis meſerijs repletus:qui tanquam flos egreditur, & conteritur ſtatim.

In contra. ¶In contrarium eſſe Ariſt. hic in principio, qui vniuerſum dicit perfectum.

1.Notand. ¶Pro ſolutione notãdum, quod vniuerſum, ſicut & mundus,poteſt capi pro tota rerum vniuerſitate,quæ habet eſſe , ſiue à ſe ſiue ab alio:& ſic in vniuerſo, & in mundo in cluditur Deus qui mundi,& vniuerſi prima cauſa eſt:cum ipſe vere ſit,& maximè ſit , à quo & omnia alia ſunt.

¶Secundo modo ſumitur ſolùm pro multitudine rerum quæ habet eſſe ab alio, ſiue ſit per creationem:vt habuerunt eſſe à principio omnia:ſiue ſit per generationem:vt ſunt quæ quotidie fiunt . Et adhuc iſte modus.2. poteſt dupliciter intelligi:vno modo,vt inter illa quæ eſſe ab alio habent,ſolùm corrutibilia intelligantur ſic mundus eſt quicquid infra orbem lunæ reperitur:quo pacto Ariſtotel,ſumit,quando dicit. *Ariſto. 1. meta. te. 1.* Neceſſe eſt mundum iſtum coſtellationibus cœleſtibus eſſe continguum.Et cum cœlum ſit incorruptibile corpus:aſtra & angeli non eſſent vniuerſum,neque de vniuerſo,vel mundo.

¶Secundo modo capiendo mundum prout includit corruptibilia,& incorruptibilia,corpora,cœlum,& aſtra ſunt de vniuerſo,ut partes eius.

Notand.2. ¶Secundò notandum,quod perfectum vno modo dicitur ſimpliciter, & eſt cui nihil deeſt.Secundo modo dicitur inperfectum,quãdo habet quod ſpectat ad perfectionem ſuæ naturæ,vel ſuæ ſpeciei.

Notand.3. ¶Tertio aduertendum,intentionem eſſe Ariſt.in lib.de cœlo tractare de toto vniuerſo corporeo,& de partibus eius principalibus, inter quæ corpora cœleſtia,& elementa primas obtinet partes:ob id ex profeſſo de corporibus cœleſtibus agit,& de elementis. Et tractat ſtatim in principio de magnitudine, & corpore,in quo ſunt perfectè tres dimẽſiones,latitudo,lõgitudo,& profunditas:vnde & dicit:Deus numero impari gaudet:quia ternarium numerũ olim antiqui ſolebant adhibere in ſuorum deorũ cultu:quia ignẽ, thus & oratione.Nunc reſpondemus per concluſiones,quarum prima.

1.Cõcluſio ¶Vniuerſum , capiendo pro omnibus quæ habent eſſe,ſiue à ſe,ſiue ab alio,nõ ſolũ perfectum,ſed perfectiſsimum eſt . Patet . *Ratio.* Illud eſt perfectiſsimum,quod in ſe includit ſummam perfectionem,& in quo nulla poteſt eſſe imperfectio:ſed in vniuerſo(ſi Deus includatur)eſt ipſe Deus,qui eſt ſumma perfectio in quo nulla poteſt eſſe imperfectio : ergo vniuerſum perfectiſsimum eſt.

2.Conclu. ¶Secunda concluſio. Capiendo vniuerſum pro rebus quę habent eſſe ab alio,ſiue corruptibilia,ſiue incorruptibilia ſint:non eſt perfectũ ſimpliciter,quod nulla deſit perfectio: *1.Ratio.* quia multi gradus ſunt in ipſis rebus imperfecti,quibus deeſt aliqua perfectio ſimpliciter,vt conſtat.

2.Ratio. ¶Secundò.Illud non poteſt dici ſimpliciter perfectum,cui poteſt fieri aliqua additio ad perfectionem ſpectans:ſed vniuerſo poteſt fieri aliqua additio:quia Deus poteſt omnes res quæ nunc ſunt meliores facere,quàm fecit:& poteſt facere alia de nouo,quæ non fecit,neque faciet:& contrarium fuit hæreſis. Ioan. Vuitclef,damnata in concilio Conſtantinenſi. Quem errorem prius habuit Petrus Abailardus.Contra quem.B.Bern.& Hugo. de ſancto Victo. Et contra Vuiclef. Vuald. Ex propoſito authoritates ex ſcriptura quæ errorem conuincunt non citãtur,ne fiat magna digreſsio.Si ergo perfectio,mundo, vel vniuerſo tribui debet,loquentes vt philoſophi:ſic tribuamus,vt potentiam diuinã quã philoſoph⁹ in lumine naturali probat infinitã,exhauſtam non dicamus,ſed quibuſcũq; datis,& alia de nouo,perfectiora,poſſunt eſſe:quia infinita eius eſt virtus , & diuinitas: quanuis Marſil.& Augu.Nimphus dicãt Ariſto.non dediſſe primæ cauſæ virtutem infinitam intenſiuè,ſed ſolùm extenſiuè , vt dicemus.

Bernardus epiſt. 190. Hugo.li.1 de ſacra.p. 2.capit.ulti Vua.in ſuo doct.fi.li.1 ar.1.4.c.10 uſq; ad.19 Ari.8.phyſico.Ari.in pri.d. 42. Durã ibid. Marſil. Nimphus.

3.Cõcluſio ¶Tertia concluſio.Mundus vnus exiſtens perfectus eſt:ita quod in ſuo genere nihil ꝙ ad perfectionem eius ſpectat,deeſt. In hac concluſione volo dicere primò, vnum eſſe mundum.Patet.Vbi ſunt plura,& diuerſa in perfectione,dicentur eſſe vnum,ſi ſint inter ſe bene ordinata,& ad vnum benè ſint diſpoſita: *Ratio. p.p.* ſed rerum creatarum vniuerſitas eſt huiuſmodi:nam cum ſint tam diuerſa,vt etiam intellectus angelicus non valeat enumerare,ordinatiſsimè ſunt diſpoſita , & ad inuicẽ conueniunt:nõ caſu,vel fortuna:aliàs,non haberent diuinam ſapientiam diſponentem prouidentem,& gubernantem. Et ſi non eſſent ſapientia & intellectu diſpoſita, ſed temere coaceruata,& congregata, non potuiſſent tandiu permanere:cum ergo rerum ordo

do in mundo progrediatur,& duret, neceſſarium eſt dicere vnitatem in eo eſſe. Vnitas etiam attenditur penes ad vnũ recurſum:ſed habet mũdus,vt cum omnia adinuicem ſint benè diſpoſita ad ipſum Deum omnia dicãt *Pſal.118.* ordinem,tãquam ad efficiẽtem,& finẽ : quia omnia propter ſemetipſum fecit Deus:& ordinatione ſua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt Deo. Vnum ergo eſſe mundum & non plures ratio naturalis probat. Vbi enim ordo vnus rerum adinuicem eſt,& ordo vnus,ad vnum gubernatorem,& non ad plures erit. Dicimus vnam ciuitatem: vnam prouinciã:vnum collegium,ex hac duplici ratione:quia vnitatem inter ſe, & vnitatẽ ad vnũ caput ſeruant.

¶Et non ſolùm ratione naturali probatur,ꝙ vnus ſit mundus,ſed etiam altiori lumine tenetur.

Ratio.2.p. ¶Secunda pars, quod nihil deſit quoad perfectionem,patet:quia nihil videtur addendũ perfectionis:Vidit enim Deus cuncta quę fecerat,& erant valde bona. *Geneſ.1.*

4.Conclu. ¶Quarta concluſio.Sicut videtur eſſe error in fide,aſſerere non poſſe eſſe plures mũdos, ſic eſt aberrare in fide,dicere plures mundos nunc eſſe. *Ratio.p.p.* Probatur prima pars:quia cũ Dei virtus ſit infinita,vt fides docet catholica in ſymbolo dicens:Immenſus pater:immenſus filius &c.Et de ſumma trinitate,& fide catholi.capitul.Firmiter.& Baruc.3.& Pſalm.144. Magnitudinis eius non eſt finis:ſequitur ꝙ propter creationem huiuſmodi , virtus eius non eſt exhauſta : aliàs finita probaretur , ſi creatis iſtis viſibilibus,non poſſet alium mũdum,ſcilicèt,alios cœlos,& alia elemẽta creare.In fide ergo erraret:imò quia phyſicã tradimus ſpeculationem,phyſice loquẽtes probatur eius infinita virtus ratione naturali, *Cõtra Nimphum.* quicquid dicat Auguſtinus Nimphus,etiam ſi egregius philoſophus aliàs,in ſuo de infinitate primi motoris. Ait enim,quod licèt non poſsit ratione naturali probari primi motoris infinitas,poteſt perſuaderi. Nos dicimus, non ſolùm probari ratione naturali,& demõſtrari,ſed iam probatum , & demonſtratum eſſe:vt diximus in.8.phyſicorũ:quod Sãctus Thomas multis rationibus probat. Neque opus eſt ad probandam infinitatem primæ cauſæ demonſtrationes adducere : ſicut ad probandum omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis : ſed ſufficiat (vt Ariſtotel.docet) vt iuxta materiam rationes adducantur,quæ non proteruientem cõuincunt. Et quod tales rationes conuincant in lumine naturali, aſſerit Grego. Arimi. qui fuit egregius Philoſoph. Idem aſſerit Durand.Ex quo patet Deum poſſe plures mundos facere.

S.Thom.1. cõtra.ge.c. 44. Ariſtot.8. Phyſi.t.89 Ariſtot.1. Ethico. c.3 Ari.in.1.d. 42. Dura .ibi.

Ratio.2.p. ¶Secunda pars, quòd ſit aberrare dicere plures eſſe mũdos in naturali lumine loquẽtes, patet ex tertia cõcluſione.Sed quod in fide, probare videtur egregius Auguſtinus: & Iſidorus,& adducitur.24.quæſtio.3.capit.Quidam.Id etiam cõſtare apparet ex dicto Chriſti Matthæi vltim.Ite docete omnes gentes. Illi verò profecti prædicauerunt vbique,&c. ſed Apoſtoli nõ in alio mũdo,niſi in iſto prędicauerũt.Itẽ quia ad Roma.5.dicitur. Sicut per vnũ hominẽ peccatũ introiuit in orbem terrarũ,&c. à quo omnes qui in hoc mundo ſunt,trahunt originem.

D.Auguſt. in ſuo de hæreſi.ca.77. Iſid.6.Etymo.c.5. *Actuũ. 17*

2.Ratio. ¶Item. Si alius eſſet mundus,vel alius,quia ab alio Deo:vel alius,quia aliam haberet fidẽ alterius Dei:vel alius, quia alium haberet in ſpiritualibus Chriſti vicarium:vel alius,quia alia haberet ſacramenta:ſed dare alium in aliquo iſtorum eſt contra fidem. Quòd ſi non haberet alium Deum,neque alium cultum, iam vnus eſſet mundus,& non plures. Facit ad hoc ꝙ Chriſtus redẽptor noſter dixit de *Matth.26* Magdalena: Vbicũq; fuerit prædicatũ Euãgeliũ in vniuerſo mundo.&c.ꝙ non dixit de multis mundis.

¶Verum eſt tamen,ſi quis eſſet proteruus, quod exponere poſſet quæ adducuntur pro vnitate:vt non videantur conuincere , maximè quod de Apoſtolorũ prædicatione,quæ ſicut tunc non fuit completa,in nouo orbe, modo completur continuè:ſic etiam de alio mundo poſſet quis dicere.Et quòd ab Auguſti.& Iſidoro in hæreſum catalogo ponatur hic error,haud dubiè non conuincit , neque propterea à nobis poſita eſt concluſio : cum multa ibi adducantur non,vt hæreſes(quæ & in veritate non ſunt)licèt ſint aliàs falſa , vel erronea,vt poterit diligens lector attendere: tamen ſi hæreſis non eſt,dicere plures mundos,eſt tã proximum,vt nihil diſtare videatur:quia multa excogitari poſſent cõtra fidẽ ſequi, ex poſitione alterius mundi.

Non omnia quæ in lib. de hære. ab Augu. ſunt hæreſes.

¶* Si quis nobis obijciat contra quartam cõcluſionem,eſſe mundum alium,non quidem de nouo à Deo creatum: ſed modò de nouo inuentum:vbi hęc primo dictata ſunt in noua Hiſpania:nam ab anno Domini.1492.ad annum iſtum , ab Hiſpanis:tantus orbis eſt de nouo inuentus:vt ſuperare videatur antiquum,de quo antiquis mentio facta eſt.Et ſi non ſuperat,æquat tamen:& adhuc per ſingulos

gulos dies de nouo,aliqua habitatoribus frequentiſsima loca tam incontinente quam in inſulis inueniuntur:quod infrà exploratiſsimum erit,vbi deſcriptio erit totius noui orbis per maritima loca ad auſtrum & Aquilonem,vt anno.1567.noua aliqua ſunt inuenta vt infra latius.Sed tum alius mundus non eſt ſed vnus etiam ſi antiquis illa pars tam habitata fuerit incognita:de quo ſuo loco.

¶Ad primum ſatis patet ſolutio ex dictis.

Ad argum. ¶Ad ſecundum,imò in hoc conſiſtit perfectio vniuerſi:nam quod Deus res quas condidit ſic adminiſtret,vt ſecundùm conditionē earū:ſinat agere,magnificat ipſum Deū.

Ad ſecun. B. Auguſt. Contingitque raro defectus,& monſtrū:ſed hoc eſt,quia cauſæ ſecundę ſunt deficientes, & defectus erit in effectu:& relucet perfectio ex huiuſmodi defectu.Quod mala culpę ſint

S.Th.p.p. q.19.ar.9. Deo permittente,etiam agit ad decorem ob graduum diuerſitatem. Et quia homo liberi arbitrij eſt, ſeruatur eius conditio,& natura in hoc quòd Deus non cogit ad bonum,

Eccleſ.15. ſed ante ipſum poſuit aquam, & ignem,vitam & mortem vt ad quod voluerit,manum porrigat.

Ad.3. ¶Ad tertium. Dicendum quòd vniuerſum propter ſe habet Deum,licèt omnia quæ ſunt infrà hominem,ad hominem ordinentur,ſicut imperfecta,ad perfecta.Et dato in homine ſint defectus,non ob id pulchritudo, & perfectio tollitur vniuerſi:ſed potius apparet in tali variatione:quia ex imperfectione aliquarum rerum intelligitur aliarum perfectio. Oppoſita enim iuxta ſe poſita magis

Ariſtot. eluceſcunt.

¶ SPECVLATIO. ſecunda.Vtrùm cœlum ponē dum corpus ſimplex,an cōpoſitum ex materia, & forma.

1.Argum, ROBatur q̄ non ſit compoſitū ex materia, & forma. Omne compoſitum ex materia,& forma, corruptibile eſt : ſed cœlum non eſt corruptibile : ergo non eſt compoſitum ex materia,& forma.Cōſequētia eſt bona,& antecedens eſt verum:ergo & conſequens.

2.Argum. Coment.in ſuo de ſubſtant. orbis & hic. & 7.Meta. ¶Secundò.Commenta.affirmat cœlum eſſe corpus ſimplex,abſque compoſitione exmateria,& forma:quia ſi materiam habet:ergo poteſt recipere aliam formam : & cum non poſſint eſſe duæ formæ ſubſtantiales ſimul, neceſſario abijceret priorem , & ſequeretur corruptio.

¶Vltimo.In cœlo non eſt forma:ergo cœlū non eſt compoſitum ex materia,& forma.

Patet.Si haberet formam, cum omne quod habet formam,moueatur ab ea,cœlum poſſet moueri a bintrinſeco:ſed non mouetur:qa aliàs non deberent poni intelligentiæ motrices cœlorum.

In contra. ¶In contrarium eſt,quod ſi non ſit compoſitio in cœlo ex materia,& forma,totum eſſet forma,& actus:at quod eſt tale, intellectuum eſt:ſicque cœlum eſſet intellectualis naturæ.

1.Notand. ¶Notādum quod omnes tā philoſophi quā Theologi elementa quatuor vocant corpora ſimplicia:non quidem ſimplicia,quia non habeant compoſitionem ex materia,& forma:ſed ſimplicia,ad differētiam mixtorum, quæ ſunt compoſita ex.4.elementis,vt dixi

In libr. de gene,& corruptio. mus:& etiam quia ſolum ſibi quodlibet elementorum duas vendicat qualitates,& non. 4.cum tamen in quolibet mixto,oportet intelligere.4.qualitates,vel contemperamentum debitum earum.In propoſito ergo ſpeculamur vtrum cœlū,ſi ponitur corpus ſimplex,ponatur ad modū quo elemēta,quæ cū ſint ſimplicia:quia non ſunt vt mixta,ſint tamē ex materia,& forma compoſita:vel ſi eſt corpus ſimplex,nō ad modū quo elementa, ſed ad modum quo ſubſtantiæ ſeparatæ dicūtur ſimplices:id eſt,non habētes compoſitionē ex materia,& forma:licēt aliā habeāt compoſitionem.

Opinio. Cōment. 1. ¶In hoc ſenſu intelligendo:fuit opinio Cōmentator. in locis citatis ſingularis, qui tenet:cœlum eſſe corpus ſimplex, quod nulla in eo ſit compoſitio ex materia & forma: qa (putat ipſe)ſi eſſet compoſitio talis,eſſet corruptibile:ſicut ſunt omnia,quæ ſunt compoſita.Hanc etiam Commentatoris opinionem *Sco.in.1.q. 14.q.1.* ſequitur doctor ſubt.qui ait, Loquendo ad mentem Ariſtot.in cœlo non eſt compoſitio ex materia,& forma:quia.9.Met.dicit,quod potentia paſsiua, eſt potentia contradictionis:& ſi cœlum eſſet compoſitum ex materia,poſſet habere aliam formā:& poſſet corrumpi.Eandem opinio,ſequuntur Durand. Marſil.& Gabri.

¶Eſt notandum, quod in iſta ſpeculatione vna

Durand.2.d.12.q.1. Marſi.2.q.8.& Gab. vna alia inuoluitur,quam oportet ſimul tractare:vtrùm eadem ſit materia omnium,iſtorum inferiorum corruptibilium & incorruptibilium:vt eſt cœlorum. De quo etiam controuerſia eſt inter Theologos,& Philoſoph. *d.12.q.2.* Et quidam non volentes ponere eandem materiam cum iſtis corruptibilibus, declinauerunt in aliud extremum:vt dicerent non habere cœlum materiam.Quod ſi concederent ſtatim ſequebatur quod eſſet cœlum corruptibile,vt dictum eſt.

D. Th.p.p q.66.ar.2 ¶Sanct.Thom. concedit materiam in cœlis, vt videbimus:ſed negat eſſe eiuſdem ſpeciei cum iſta:eo quintam eſſentiam vocat cœlū. Eum ſequitur ſchola Thomiſtarum.Idemte

Albertus. Taranta. Halen. net Albertus Magnus,& Petrus de Taranta & Alexan.Halen.Ad diſſoluendam ſpeculā ſit prima concluſio.

1.Cōcluſio Ratio.1.p. ¶Cœlum eſt corpus ſimplex,aliud à.4. elementis,compoſitum tamen ex materia , & forma ſubſtātiali.Probatur.Omnia corpora quotquot in mundo ſunt,ex materia, & forma ſunt cōpoſita:ergo & cœlū:quia non eſt potior ratio de vno quàm de alio.

2.Ratio. ¶Præterea.Omnis res naturalis,cōſtat ex naturis:at cœlū eſt res naturalis,quod ſi negas, ergo eſt ſupernaturalis,q̄ eſt falſum:quia miraculoſe cœlum eſſet.

3.Ratio. ¶Vltimo.Omne ens actu,vel totū eſt actus, & forma,vel habet formam,vt actum:ſed cœlum eſt ens actu,vt cōſtat:ergo vel totū eſt actus,& forma,vel habet formam, non totum eſt actus,& forma:quia cum omne tale ſit intellectuale:vt ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, cœlum eſſet intellectualis ſubſtantiæ : ergo eſt ens actu formam habens:ſed quod habet formam , habet & materiam:in qua recipitur talis forma:ergo eſt compoſitū ex materia, & forma.

Ratio.1.p. ¶Quod ſit corpus ſimplex claret:quia illud dicitur corpus ſimplex,quod nō cōponitur ex elemētis,& non ſibi vēdicat quatuor qualitates primas tangibiles: ſed cœlū eſt huiuſmodi : nam non componitur ex elementis: quia nunquam generatur,neque corrumpitur:ſed ſicut à Deo primo fuit creatum, manet.Et quod ſit aliud ab ipſis.4.elementis,cōpertiſsimum eſt , cum omnia mixta fiant,ex ipſis elementis,& adinuicem vnum in aliud tranſeat,& corrumpantur,& generentur ſecundum partem.quod tamen cœlo,non conuenit.

D. Thom. vbi ſupra. ¶Iſtam concluſionē tenent S.Tho.Themiſtius,& Theophraſtus.

2.Cōcluſio ¶Concluſio ſecunda. Cœlum,eſt habens eſſe formale à ſua forma:& non ſolum eſt ſubiectum motori,in potentia ad vbi.Hæc concluſio eſt contra Ioan.de Gādano , qui ponit ſub iſtis verbis ſuam concluſionem, Videtur dicendum ſecundum Ariſtote.& Commen. quod cœlum (vt ipſa quinta eſt eſſentia) circunſcripto motore,non componitur ex materia,& forma , ſed eſt corpus ſimplex actu exiſtens,ſubiectum ſuo motori,vel motoribus.Itaque non eſt potētia ad eſſe,neque habet eſſe formaliter à motore, vel ab alia forma:ſed ſolum eſt in eo potentia ad vbi. Hæc ille.Contra eum ſit noſtra concluſio,quæ licet virtute,ſit contenta in prima, ad maiorē tamē declarationem volui eam ponere. Eſt ergo ratio.Cœlum eſt corpus:ergo habet eſſe:ergo vel eſſe formæ,vel eſſe materiæ:non eſt dabile medium:quia nullum creatum eſt quod non habeat eſſe formę : vel materiæ: ſed non habet eſſe formæ (vt ipſe dicit)ergo debet eſſe materiæ:ſi habet eſſe materiæ: ergo vel habet aliquam formam, vel non , ſi habet:ſequitur eſſe compoſitum ex materia & forma:ſi non habet,ſequitur quod materia eſt ſine forma,ſine miraculo,quod omnes negant. Vel non habet potentiā ad eſſe:quia illud habet:& ſic iam oportet quærere vt prius,à quo habet illud eſſe: nam cùm non ſit à ſe,oportet ſit eſſe receptum in aliquo, & per aliquid participatum,quod habet rationem formæ.

Cōtra Gandunū. ii. de ſubſtā.orbi q.1.

Ratio ad cōclu.

¶Item.Si ad vbi,in potentia eſt,quæro quid eſt hoc quod in potentia ad vbi:nonne ſubſiſtens?Nam ad vbi,nullum non ſubſiſtens in potentia eſt.Quod ſi ſubſiſtens,aliquo ſubſiſtens eſt:& ſic per formam.Quapropter hæc imaginatio relinquenda eſt. Neque poſſum mihi perſuadere Ariſtote. ſomniaſſe quæ ei imponunt Cōmē.Ioannes de Gand.& alij.

3.Concluſ. ¶Tertia concluſio.Quanuis probabilitatem habeat opinio quæ tenet non eſſe vnā materiē cœlorū,& iſtorum corruptibiliū: ſed illā ab iſta diſtinctam,mihi probabilior eſt ſentētia quæ tenet vnam eſſe materiam cœlorum & iſtorum inferiorum.

Ratio.p.p. S.Th.p.p. q.66.ar.2 ¶Prima pars eſt quod habeat probabilitatē opinio,quæ eſt Thomiſtarum,Alberti Tarāta,& Alexan.Halen.Quorum ratio potiſsima eſt:quia materia iſtorum inferiorum eſt inpotentia ad aliam,& aliam formam ſuſcipiendam,& ſunt generationes,& corruptiones:ſed cœlorūm materia non eſt in potētia ad aliam,niſi ſolùm ad formam quam habet: ob quod dicunt eſſe aterius rationis. Fateor ergo habere probabilitatē.Alia tamen opin.

mihi

Abu. super 1. c. gen. fo. 27. cœlo. 3 & 4. B. Bona. Ocam. Ægidius. Argenti.

mihi apparet nunc probabilior, quam tenet Abulen. & B. Bona. in. 2. dist. 12. & Ocam. in 2. q. 22. De Argentina, & Ægidius. Probo. Tota ratio quare opinio cõtraria habeat probabilitatem est, eo quod in cœlo non est corruptio: sed hæc ratio non conuincit: nam ratio corruptionis non solum à materia est: sed causatur à contrario agente ad expellendum cõtrarium. Euenit etiam ratione formę, quæ non videtur fatiare potentiam materiæ. Etiã est propter dispositiões quas requirit in subiecto, quæ non sunt tam validæ, vel tam fixę ad permanendum. Hinc videmus in istis inferioribus, quod aliquæ formæ magis in subiecto durant, & manent absque corruptione, vel quia non habent contrarium, vel quia nõ tam potens est cõtrarium. Si ergo forma cœli talis conditionis est à Deo creata, quod actuet potẽtialitatem materiæ: & requirat dispositiones tales, quę à nullo cõtrario possent expelli, quid opus est ponere aliam materiã, & illi tribuere causam incorruptibilitatis, cũ hoc potius pendeat à forma tali? Nam secũdum diuersitatem formarũ est periodus certa, durationis cuiuslibet rei: non ergo à materia prouenit: ob quod videtur probabilius q̃ vna sit materia omnium. Et cum hoc alterna tio generationum, & corruptionum in istis inferioribus inuenitur frequẽtior, vel rarior, secundum conditionem formæ, & contrarij, & dispositionis in materia, & nõ ratione materiæ. in cœlo tamen est incorruptibilitas, etiam si eadem esset materia: quia sicut forma in inferioribus facit diuturnum ad tempus maius, vel minus: sic forma illa cœli conueniens, illi corpori cœlesti, talis naturæ ab ipso Deo est creata: vt satiata sit omnis potentialitas eius, & no fiat ibi alteratio, neque corruptio. Et posito, sit vna materia omniũ, dantur tamẽ in ipsa materia diuersi gradus essentiales, secundũ diuersitatẽ dispositionũ ad diuersas formas habẽtes diuersos gradus perfectiõis: quod late probat Ægidius. quolibet. q̃ quæstione. 8.

Corruptio à forma.

Probabilius quod una sit materiã omnium.

Ægidius in quolibet. Cõtra Auicembron.

¶ Nolo tamen ponere vnam materiam cœlorum & inferiorum, vt posuit Auicembrõ, propter formam vnam corporalem, quam tribuebat omnibus corporibus: quia hãc corporeitatis formam non probamus, sed reprobamus, vt non semel, atque iterum diximus: sed ponimus vnam, ac si esset massa quędam vel cera, ex qua omnia sunt constituta. Itaque quod quędam sint diuturniora alijs: sint corruptibilia, vel incorruptibilia, à formis, vel à dispositionibus, vel à contrarijs euenit. Et quidem si Platonis haberemus imaginationem, quod cœlum sit natura corruptibile, & solum diuina voluntate sit incorruptibile, & non naturaliter: magis constans esset hęc nostra opinio, vt vna intelligatur materia omnium. Et ante Arist. tenuerunt omnes, vnam esse materiam omnium.

Opin. Pla. Vna materia omniũ. Adargum

¶ * Cum Platone conuenire circa cœli corpus putat Plotinus in libro de cœlo. Plutarchus etiam & Simplicius & Proclus cũ Arist. Cœlũ quintã essentiã dicat siue mundũ quintum, ab hoc inferiori diuersum, ipsumquecõ stare forma præstantissima & æterna: sed diss ensus est, quia Arist. neque eiusdem materiæ, neque qualitatum quibus constant cætera cœlum putat: at Plato eandem materiam omnium & qualitates ponit, sed tamẽ maiori pefectione coeuntes: & stabilitas ob id, qđ illa forma perficit materiam, vt aliam non appetat.

Plotinus. Plutarchus Simplicius. Proclus. Cõuenientiã inter Platonẽ & Arist. & differentia.

¶ Ad primum. Dicimus cœlum esse corpus simplex: tamen compositum ex materia, & forma: & negamus esse corruptibile: quia ratio corruptionis non solũ ex tali venit cõpositione, sed quia forma non actuat, & implet omnem potẽtialitatem quam habet. Si ergo cœli forma virtute Dei creata est talis, qualis competeret corpori, quod deberet perpetuo durare: erit incorruptibile quia non erit appetitus naturalis ad aliam formam. Euenit etiã corruptibilitas ex dispositionibus, & à cõtrario, quę non sunt in cœlo: vnde data eius cõpositione ex materia, & forma, non sequitur necessario esse corruptibile: quia nõ sunt talia contraria, quæ in istis inferioribus inueniuntur: ob id hic, omnia corruptioni subiecta sunt, & non ibi.

Ad. 1. arg.

¶ Ad secundum iam responsum est, Commẽtatorem valde aberrasse in sua imaginatione neque credimus fuisse mentem Aristo. Et dato Arist. videatur ponere aliam esse materiã cœlorum, & istorum inferiorum, vt doctor S. deducit: tamen non negat cœlum esse cõpositum ex materia, & forma. Ob quod qui probant in hac parte Commentatorem, videntur decepti, & etiam contra Aristotel. loquuti. Neque est necessarium ad saluandam cœlorum incorruptibilitatem ad has deuenire angustias: vt negemus contra rationẽ naturalem, in cœlo non esse compositionẽ ex materia & forma.

Ad secun.

Arist. aliã ponit esse materiã cælor. & istorũ inferiorum.

¶ Ad tertium. Negamus in cœlo non esse formã: imo est. Et si inferas: ergo monebitur per suam formam: non est necessarium concedere in inanimatis: nam grauia, & leuia cũ mouentur, non à forma, sed à generante mouentur, vt dictum est supra. Et cœlo cõpetit motus, sed non mouetur à semetipso qui diceret cœlũ moueri à se, necessario deberet dicere cœlum esse animal: vt supra diximus. Et sic Aristo. ait, quod mouere seipsa propriè, animalium sit: sic intelligit S. Tho. Quapropter nõ sequitur, quod si formã habeat, quod mouea tur à se, sed mouetur ab intelligentia motrice secundum diuinam prouidentiam.

Ad. 3.

Supra. 8. Phys. Arist. 8. phys. t. 29. S. Thom.

¶ SPECVLATIO. tertia. Vtrũ vnius corporis simplicis sit tantùm vnus simplex motus.

Argum. 1.

Videtur quod non. Patet. Cœlum est corpus simplex, vt probatum est in præcedenti speculatio. tamen nõ competit ei vnus motus simplex naturalis. Patet. Quod mouetur, naturaliter mouetur à se: sed cœlum nõ mouetur à se: sed ab intelligentia motrice, vt diximus in fine præcedentis speculationis.

¶ Præter eà. Ignis est corpus simplex, tamen non competit ei solus vnus motus: quia mouetur ad cẽtrum motu recto: & mouetur circular iter: vt notum est, & isti sunt diuersimotus: ergo non cuilibet corpori, correspondet vnus motus.

¶ Tertiò. Mixta mouentur ad motum prędominantis elementi: sed datur corpus mixtum cui respondent duo motus naturales: ergo & ipsi corpori simplici potest cõtingere. Patet de ferro quod descẽdit: & ascẽdit à trahente magnete, & vterque motus est naturalis.

¶ Vltimò. Aqua est corpus simplex, & ascendit: vt in panno posito in aqua in vase: & ad vitandum vacuum: ergo non solùm vnus motus competit cuilibet corpori.

In contra.

¶ In contrarium est Aristotel. in isto primo libr.

Notand. 1.

¶ Hæc est principalis speculatio huius libri de cœlo, quam ex proposito tractat Aristot. Et oportet cõsiderare, quod corpus simplex vocabitur in præsentiarum, quod habet principium alicuius motus naturalis in se ipso, secundum naturam propriam: sicut ignis est corpus simplex, & habet in se principiũ motus naturalis, ascendere. Terra est corpus simplex, & habet in se principiũ sui motus. s. descendere, sed corpus mixtum est quod nõ habet in se principium: sed ad motum prædominantis elementi in eo.

Notand. 2.

¶ Secundo notandum, cum dicat Aris. quod omne corpus physicum, est mobile secundũ locum: ponit motus localis diuisionem, dicens quod omnis motus localis aut est rectus aut circularis, aut ex his mixtus. Rectus, & circularis dicuntur motus simplices. Et motus rectus, vel est ad medium: & hic est grauium vel est à medio, qui est leuium: vel est circularis, circa medium. Ad medũ dicitur, quia ad terrã, seu cẽtrũ terrę tendũt grauia omnia naturaliter, quę terra in medio mundi dicitur esse situata. Et à medio, leuia ascendunt ad locũ supremũ, qui lunæ cõcauũ est. Circularis autem motus circa medium dicitur, quia circa ipsam terram sit circuendo eam: vt contingit in motibus cœlorum.

3. Notand.

¶ Tertio cõsiderandum, quod motui qui est à medio, qualis est leuium, motus qui ad medium qui est grauium, cõtrarius est, vt supra diximus: sed motui circulari, nullus motus rectus dicitur esse contrarius, neque ille qui à medio, neque ille qui ad medium. Et iste circularis, est motus cõtinuus, & regularissimus & vocatur naturalis ei, non quia à forma substantiali: sed quia sic habet natura eius ex diuina dispositione. His adnotatis sit prima cõclusio.

1. Conclu.

¶ Cuilibet corpori simplici solum competit vnus motus simplex primo naturalis, secundũ naturam propriam. Hæc est Arist. Probatur. Si sunt duo motus simplices, vel sunt eiusdẽ speciei, vel nõ: si sunt eiusdẽ speciei, nõ plures, sed vnus motus censendus est: si diuersæ speciei, non possunt, cõpetere ei æquè primo: quia cùm motus naturalis competat ei ratione suæ naturæ, & quælibet res habeat suã determinatam naturã, & determinatam speciem, non potest esse quod tales duo motus simplices differẽtes specie cõueniãt ei æquè primò: quia si leue ascẽdit, si graue descẽdit. Neque æquè primo potest competere ascẽdere, & descendere.

Ratio.

¶ Secunda conclusio. Corpori simplici, possunt competere duo motus etiam naturales simplices diuersi, & contrarij, si vnus secũdũ naturam particularem & alius secundum vniuersalem sit. Patet de graui ascendente ad vitandum vacuum. Aqua enim est corpus simplex, & naturaliter competit ei motus simplex: quia descendit secundum naturam particularem & competit ei alius motus simplex,

2. Conclu.

Ratio.

plex,& contrarius,scilicet,ascẽsus ob vacuũ vitandum.Et hic motus est naturalis:sicut& primus.Non quidem secundum naturã particularem,in quantum graue est,sed secundũ naturam vniuersalem,in quantum pars naturaliter se exponit pro bono totius, sicut manus se exponit pro bono capitis,& vir politicus in lumine naturali pro bono totius reipublicæ.Et fortè magis ex inclinatione naturali est hoc quod spectat ad commune bonum quàm id quod ad particulare, cum bonum quanto communius , tanto diuinius vt ait Aristo.

Aristot. 1. Ethic.ca.2.

Conclu. 3. ¶Tertia conclusio.Vni corpori simplici diuersi motus simplices,quorum vnus non naturalis,vel vterque,non æquè primo,possunt competere.Patet.Aqua potest moueri naturaliter deorsum,& violenter sursum:competunt ergo aquæ duo motus simplices sed vnus est naturalis,alius vero est violentus.

Ratio.p.p.

Ratio.2.p. ¶Secunda pars; quod duo motus naturales etiam possunt cõpetere,si non sint æquè primo.Patet. Igni competit etiam circulariter moueri ad motum concaui lunæ ,& iste qui est circularis,nõ est ei violentus:quia neque est contra naturam,neque secundum naturã propriam,sed tamen est secundum naturam superioris mouentis:sed non æquè primo cõuenit vterque motus.Etiã luna mouetur motu simplici & naturali, ab Occidente in Oriẽtem,& mouetur motu alio simplici:imò & cõtrario secundum partes : quia Orientis pars, opponitur illi quæ est in Occidẽte,ab Oriẽte in Occidentem ad motum primi mobilis in qualibet die perficiens circulationem cum tamen alio motu simplici per 28. ferè dies moueatur,& vnam compleat circulationem. Et hic motus,qui ad motũ primi mobilis est, non est dicendus violentus:quia nullum violentum est perpetuum:neque debet dici indifferens,sicut aliqui putant.Et idem de motu circulari ignis , sed est naturalis hic vt primus:tamen non æquè primo conueniunt isti duo tam diuersi motus:quia primo conuenit ei motus qui ab Occidente in Orientem, & secũdo conuenit ei,(quanuis naturaliter) motus qui ab Oriente in Occidentem ad motum primi mobilis.

Aristo.

4.Conclu. ¶Quarta conclusio.Motus simplices,non æquè primò,non tolum duo possunt competere vni corpori simplici,sed plures.Patet. Infirmamento est motus ab Occidente in Oriẽtem ei naturalis,& motus diurnus ad motum primi mobilis,qui est ab Oriente in Occidẽtem.Est & alius motus qui trepidationis dicitur,qui neque ab Oriente in Occidentem,neque ab Occidente in Orientem:ergo non solum duo,sed plures possunt competere vni corpori simplici,tamen non æquè primò,de quibus infra.

Prior ratio

Posterior ratio. ¶Item.In sole,& luna , & alijs planetis vltra motum diurnũ,& motum qui ab Occidente in Orientem,mouetur planeta in suo eccentrico,mouetur in suo epiciclo:qui sunt motus diuersi:imò mouetur , vt dicatur planeta aliquando retrogradus : interdum stationarius,vel directus & planeta est corpꝰ simplex & cœlũ in quo planeta,est corpus simplex: ergo possunt plures motus simplices competere vni,verum non æquè primo : quia vnus prius,alius posterius:vel vnus ratione totius alius ratione partis de quibus infrà & hæc omnia in astrologia probantur.

Error Procopij. ¶*Hic cauendus error est Procopij Gazei vetusti authoris qui exponens illa verba Gene.7.cataractæ cœli apertæ sunt affirmat: per peram sentiunt illi qui cœlum fingunt sphæricum,& mobile:nam cœlum consistit immobile,& via est astrorum in ipso decurrentium &c.& quia de centricis , & epicyclis hic incidit sermo,alibi ex proposito tractabitur inferius.

5.Conclu. ¶Quinta conclusio.Non est necessarium ꝙ cuilibet corpori simplici,competat vnus motus simplex actu:sed sufficit secundum aptitudinem.Patet.Terra est corpus simplex,cũ sit vnum ex.4.elementis:tamen nullus actu, motus ei competit:quia immobilis perseuerat in medio mundi,nã cum graue sit,ad quẽ locum moueretur,nisi ad seipsam,quæ in cẽtro posita est?Quapropter sufficit secũdum aptitudinem sit:quia si terra esset vltra suam naturalem dispositionem extra locum suum moueretur ad locum , vbi nunc immobilis perseuerat.Et eodem modo alia corpora simplicia,qualia sunt elementa,si sint in suo loco naturali non mouerentur:tamen non est qui neget eis competere motum simplicem naturalem:quia secundum aptitudinem sufficit conueniat.

Ratio.

6.Conclu. ¶Sexta conclusio.Corpori mixto, possunt competere plures motus simplices æquè primo.Probatur.Corpori mixto cõpetit motus naturaliter secundũ rationẽ prædominantis elementi:si ergo detur mixtũ corpus,in quo sint duo gradus grauitatis,& duo leuitatis,æque primò conuenient ei ascendere,& descẽdere:vt lignum descendit in aëre positum, & ascendit in aqua proiectum,ob leuitatem.Et si daretur mixtum,quod haberet vnum gradum dum leuitatis ignis,per totum,& alium grauitatis aquæ,per totum : & alium leuitatis aëris,per totum,& alium grauitatis terræ, per totũ,multa notanda viderẽtur in tali mixtione motus quamuis dari posse neget Albertus Magnus , & Amadeus in isto primo quæ.1. Dixi per totum,quia si in vna parte mixti poneretur grauitas,& in alia leuitas,iã non competeret motus alius secundùm totũ sed secũdum aliam,& aliam partem:& vnius partis natura posset impedire aliam à motu. Quapropter optimè à Deo omnia ordinata sunt in suis proprijs naturis in pondere, numero,& mesura:vt quælibet res habeat , etiã suum motum deputatum iuxta naturam elementi prædominantis.

Albertus Amadeus.

7.Conclu. ¶Septima conclusio. Cùm solùm sint tres motus,qui simplices dicuntur solùm duo possunt competere naturaliter mixto, ratione elementi prædominantis.Hic volo dicere, ꝙ cum solum tres sint motus simplices,scilicet à medio,ad medium,& circularis: & duo primi,competant elementis, quæ sunt corpora simplicia,& tertius cœlo,quod est etiam simplex:mixtis non cõpetit naturaliter motus circularis,sed vel erit à medio,vel ad mediũ.

Ratio. Ratio est:quia mixtis,competit motus ratione illorum ex quibus componitur mixtum: & quia nullum mixtum ex cœlo componitur,sed tantum ex elementis,sequitur in motu naturam ipsorum elementorum:& si elementum graue dominatur,competet ei motus ad medium:& si leue,à medio.

¶Alius simplex qui circularis est , non conuenit alicui mixto.Cœlum enim neque leue neque graue est:vt docet Arist.quia si leue,ascẽderet,& si graue,descenderet:sed quia neque est graue neque leue, secundum naturã poterit ei cõpetere motus ille circularis , qui circa medium est.Cæterum nullum aliud est corpus siue simplex,siue mixtum,quod non sit graue, vel leue : & necessario naturaliter competet ei motus vel à medio , vel ad medium.

Aristot. 1. Cœli.t.17 & vltra.

¶Et quod cœlum non sit graue,neque leue probatur:quia grauitas,& leuitas sunt qualitates secũdæ causatæ à primis,scilicet,à caliditate,frigiditate,&c.& cum non habeat cœlũ primas illas qualitates,neque habet illa quæ ad ipsas consequuntur.Sit quia nullum est aliud corpus in quo non sint tales primæ , vel omnes:vt in mixtis,vel saltim duæ:vt in elementis.nullum est corpus,quod non sit graue vel leue.

¶*Et Aristo.cum dicat cœlum non esse graue,neque leue:dicit etiam moueri sine labore:vbi excludit tres opi. Prima Homeri qui fixit gigantem Atlantem humeris sustinentem cœlum:nam cum sine labore moueatur, & neque graue neque leue non indiget substentatione ne cadat:Excludit etiam opinio. Empedoclis,qui ideo dixit cœlum non cadere,quia scilicet,velocissime mouetur:sed hoc vanum est.Nam licet paruo tempore velocitas posset esse causa ne caderet,non tamẽ posset esse per tantum tempus:& Platonis etiã excluditur opinio . qui motum cœli æternum putauit, quia animatum:& anima cœli sustinet cœlum ne deficiat, & violẽter mouet illud :sed non potest stare, quia si anima cœli mouet violenter , æternum non posset esse,nullum violentum est perpetuum: quia illa anima esset continuo in labore,& fatigatione:& esset peioris conditionis quam animalia corruptibilia,quæ somno,interdum reficiuntur.

Notan.

Excluditur Plato.

Ad argum. ¶Ad primum.Nõ est necessarium quod omne quod mouetur naturaliter moueatur à se, id est à principio intrinseco:nam(vt aliàs nõ semel diximus)hoc solum Aristote.dat viuẽtibus,in quibus principium intra est motus: siue viuãt vegetatiua,siue sensitiua,siue intellectiua vita. Et si cœli ponerentur animati, vt aliqui voluerunt ex antiquis philosophis: imo & ex nostris Theologis sunt qui concedant(licet irrationabiliter)cõsequenter erat dandum,quod cœli moueri possunt à se tanquam à principio intrinseco:at quia nos cœlum inanimatum dicimus,(de quo infrà)mouetur ab extrinseco, scilicet,ab intelligentia motrice cœli.Neque motus ille violentus est quia non est contra naturam eius.

Aristo. phy. t. 27

Plato.

Caie. ꝑsal. 123.

Supra li.2 phy.spe.1.

4.Conclu.

Ad 2.

¶Ad secundum.Aliqui negant motum circularem ignis esse naturalem,sed dicunt indifferentem,nos vero concedendo esse naturalem,dicimus competere igni,duos motus naturales,sed non æquè primo.Et quando Aristo.dicit vni corpori simplici,vnus competit motus simplex naturaliter:& non duo,intelligit æquè primò.

Ad 3.

¶Ad tertium. De motu ferri ad magnetem ascendendo, negãdum est,quod sit motus naturalis ferri,quanuis sit naturalis magnetis.

Solu.1.

¶Secundo dicendum,& hoc est tenẽdum, quod motus ille ferri ad magnetẽ, sit naturalis:quia cuenit à proprietate naturali lapidis magnetis,quã habet à cœlo:& sicut naturale est illi,vt ferrum attrahat, est naturale ferro vt illam cœlestẽ proprietatẽ sequatur sicut

fluxus,& refluxus maris est naturalis ob eam dem causam:& tunc dicemus quod ferro cõueniunt illi duo motus naturaliter,sed nõ æquè primò:nam vnus ratione elementi prædominantis:alius autem ratione proprietatis magnetis.

¶Ad quartum ex dictis in conclusione secũda patet solutio.

Ad.4.

Omnes differẽtiæ locales sunt in cœlo ponendæ.

¶*Et cum motum esse in cœlo constet,& differentiæ locales sunt ponendæ:nempe dextrum,sinistrum,ante retro,superius & inferiꝰ & hoc non solum quo ad nos: sed ex natura rei:intelligentia mouens excellentius influit in illa parte vnde incipit motus,quàm in alia, & quidem respectu primi mobilis, dextrum est Oriens:& sinistrum Occidens:ante est pũctum Meridiei:& retro pũctum oppositum, sursum est polus antarcticus, & arcticus qui semper nobis apparet,est deorsum:ita vt nos in nostro hemisphærio simus inferiores respectu illorum:qui vltra æquinoctialem habitãt & tamen respectu motus planetarum ecõtrario & Occidẽs dicitur dextrum, vnde incipit suus proprius motus, & caput esse sub polo zodiaci arctici:& sic est pars superior. Hæc breuiter dicta,forte alibi latius.

Dextrũ Oriẽs sinistrũ Occidẽs ante est pũctũ meridiei retro punctũ oppositum sursum polus antarcticus arcticus est deorsum

¶ SPECVLATIO.
Quarta. Vtrum motus circularis, qui cœlo competit, ponsit esse perpetuus.

1. *Argum.* Idetur quod non.quia si esset motus localis perpetuus, ipse prior esset inter omnes motus,sed nõ est prior,nam in animalibus progressiuis,priores sunt alij motꝰ:scilicet augmẽtatio,alteratio,nutritio,&c. Et vltimo aduenit localis motus:hoc experiẽtia cõstat in paruulo,& in fœtu,in vẽtre matris prius est augmẽtatio,& alteratio,quã sit motꝰ localis.

Notan. ¶Secũdo.Si motus circularis posset esse perpetuus,& posset esse infinitus:quia repugnat q̃d sit perpetuus,& sit limitatus & finitus: sed non potest esse infinitus,quia infinitum nõ est dabile:ergo nõ potest esse motus circularis perpetuus,quod non sit dabile infinitũ, in.8.Physicorũ probatur.te.39.motus enim localis cõsequitur magnitudinem, quo addiuisionem, sed nulla magnitudo est infinita, vt probatur primo cœli.&c.

¶In contrarium est auto.Philosophi.

In contrar. ¶Pro solutione notãdum,quod quæstio hęc potest esse vel de possibili,an dari possit motus circularis perpetuus : vel de facto an sit circularis motus perpetuus.

1. *Conclu.* ¶Prima conclusio, circularis motus potest esse perpetuus.Hæc concl.probatur de mente Philosoi.in.8.Physic.tex.73.qui & probat non solum quod motus circularis possit esse perpetuus,sed quod solus,si non posset esse perpetuus esset propter contrarietatẽ, sicut motus reflexus,& alteratio,& augmentum, non potest esse perpetuus,quia habet cõtrarium:sed motus circularis non habet cõtrarium,vt notum est:ergo potest esse cõtinuus & perpetuus.Hæc est ratio Philosophi in loco citato & probat motum circularẽ non habere cõtrarium:quia qui habet contrariũ est ab vno termino ad aliũ terminũ oppositũ,vt augmentum à minori quantitate,ad maiorẽ, &c.sed motus circularis,non est ab vno termino ad alium oppositum:sed ab eodem,ad idem:&c.vt constat.

2. *Conclu. In ppetuis non differt posse & esse.* ¶Secunda conclusio.De mente Philoso.nõ solũ motus circularis,potest esse perpetuus, sed etiam est perpetuus,patet quia in doctrina Philoso.in perpetuis non differt posse,& esse:vt patet.3.Physic.tex.32. Item:quia vt in præcedẽti conclu.dictum est motus circularis,non habet cõtrarium:& inter vnam circulationem cœlestem,& aliam,non cadit tẽpus medium,ex quibus duobus simul iũctis sequitur conclusio scilicet, quod non solum de possibili,sed de facto, motus circularis sit continuus,& perpetuus de mente philoso,& comẽ.in.8.physi.com.75.tenetnõ solum possibile esse,& actu esse,sed necessariũ esse:q̃d sit motus circularis continuus & perpetuus: ait in hæc verba,existimatur quod ista causa quam dat hic Arist.non solum modo dat q̃ sit possibile motum circularẽ esse perpetuũ imo quod sit necessarium, hic igitur debet intelligi locus iste.hæc Commen.

Ioannes de Iandino. Iandinus defendit Comment. ¶Et aduerte quod Ioannes de Iandino. 8. Physicorum,quæ.18.ait posse sustineri hoc dictum Commen.Si motus circularis, terminaretur,oporteret esse ad aliquod vbi determinatum:sed hoc non oportet in motu circulari:quia cum quolibet vbi, quod acquiritur à mobili,motu circulari,sit ei naturale, non est maior ratio de vno quam de alio, vbi debeat motus terminari:nõ tamen sic de motu recto,quia mouetur ab vbi,nõ naturali,ad vbi naturale,vbi quiescit:vel debet intelligi ait Iandinus,vt in omni motu terminato, necesse fit vt terminus ad quem,sit actus distinctus à termino à quo,quod non contingit in motu circulari cum sit vnum & idem hæc Iandi.

Conclu. 3. De fide & motus cœli sicut incepit & finem habebit. ¶Tertia conclusio actu non est motus circularis cõtinuus,& perpetuus: neque rationes Aristote.concludunt,neque Commentatoris necessitatem probãt,neque Iandini interpretatio sufficit.Prima pars fide cõstat; quia motus cœli cessabunt:&c.sicut & cœperunt esse quando mundus à Deo creatus est in tẽpore sed rationes Aristot.non probant actu esse,quia vna circulatio alteri continuetur, quia ex hoc solum concluditur,quod quãdiu duret motus cœlorum,& duret illa cõtinuatio circulationum:sed non concludit,nisi supponendo primam non dari,quod negamus: neque vltimam futuram,quod etiam fidei repugnat.Quapropter commentatoris interpretamentum,refutandum est:neque quod adducit Iandinus pro eo facit, nã licèt quod libet vbi,sit naturali mobili circulariter moto ex parte sui tamen ex parte mouentis,qui per intellectũ mouet,determinari potest vbi à quo incipiat motus:& ad quod terminetur vltima circulatio : & sic ex parte primi mouentis , non esset eadem ratio de quolibet vbi:& hoc sufficeret,ad hoc quod non sit necessarium,perpetuum esse motũ circularem: concluderet tamen,si primum mouens mere naturaliter moueret.Et secunda eius ratio minus conuincit.Nam solũ probat continuatẽ,quandiu durant circulationes,vt diximus & non amplius.

Refutatur opinio Comment.

Adargum. ¶Ad primum dicendum:quod in eodẽ probatur quod motum localem alij motus precedant:sed in vniuerso,primus motus,localis est:& ipse solus posset esse continuus, & perpetuus,licèt de facto non sit.

Ad.2. ¶Ad secundum dicendum:quod & si motus circularis perpetuus esset, per hoc quod quęlibet circulatio circulationi continuaretur sine medio tempore,vel quiete:nõ ideo sequeretur infinitum actu : quia quælibet circulatio finita,& limitata est:quia ex parte mobilis non esset actu infinitum:cũ hoc non detur , neque ex parte ipsius motus circularis,licèt esset reiteratio in infinitum.

¶ SPECVLATIO.
V. vtrùm moueatur cœlum ab intelligentia tanquam à forma informã te.

QVON sequenter quæritur quia de intelligẽtijs, sermo est,mouẽtibus cœlũ,& de motu ipsius cœli:an moueatur cœlũ ab intelligentia : tanquàm ab aliquo informãte cœlũ, vel sit ab intelligentia,tanquam à motore extrinseco.

1. ¶Primo videtur quòd intelligentia motrix, sit forma cœli:patet ex Commenta.in.2.cœli Commenta.3.in hæc verba:ex intelligentia,& orbe,fit verius vnum,quã ex materia& forma.Sed hoc stare non potest,nisi quia intelligentia sit forma, informans cœlũ:sequitur ergo.

2. ¶Secũdò ex eodẽ Cõm.in secũdo de substantia orbis:vbi ait cœlũ,indiget mouẽte ipsum in loco,& virtute quæ non sit corpus,ad largiẽdũ sibi permanentiam æternam & motũ æternum,sed permanentia quod ad esse,dari non potest , nisi per hoc quod intelligentia motrix,forma eius est :ergo.

3. ¶Tertiò Aristo.& Commen. tribuunt cœlo intelligere,patet ex.12.metap.te.39.sed hoc non potest esse:nisi per intelligentiam informantem cœlum:ergo sequitur quod intelligentia,vnitur cœlo vt forma.

¶In contrarium est Aristote.vt adducemus.

1. *Conclu.* ¶Prima conclusio ex intelligentia motrice, & cœlo non potest fieri vnum per informationem,eo modo quo ex anima & corpore: probatur primo apud Commen.hæc conclusio est manifesta quia de mente eius repugnat naturæ intellectuali informare,& eò posuit vnũ intellectũ in omnibus,sed hoc figmẽtũ,seu potius deliramẽtũ in.3.de anima reprobabitur.(existimabat ipse quod omne informans generabile & corruptibile esset). Falsè tamen. 2.Sic ex dictis Comment.quia omne quod informat,& mouet,fatigatur in mouẽdo:si ergo intelligentia est forma , defatigatur,cũ mouet,& sic non posset perpetuo mouere,neque vniformiter: quod est contra dicta ex mente Aristo.

Ex Cõm.

Ex Arist. ¶Ex dictis Aristot.probatur conclusio.nul-

la virtus mouẽs tempore infinito, eſt in magnitudine. 8. Phyſic. tex. 39. ſed omnis intelligentia ſecundum Ariſtot. 12. Metaphy. tex. 43. mouet tempore infinito vt præcedenti ſpeculatione dictum eſt: ergo ſequitur cõcluſio vera, quod intelligentia nõ poteſt eſſe forma informans cœlum.

Vide Abul. exo. 23. q. 48.

¶Secundo, omne informans magnitudinem mobile eſt, ſaltem per accidens, ergo ſi intelligentia informat, mobile erit: ſaltim per accidens, ſecundum ſuam ſubſtantiam: ſed intelligentiæ, vt docet Ariſ. ſunt immobiles ſecũdum ſuam ſubſtãtiam, dixi ſecundum ſubſtãtiam, quia nõ inconuenit eam moueri motu raptus, primi mobilis.

Secundum Ariſ. cuilibet orbiuna intelligẽtia deputatur. Secundum Platonem pluresſunt.

¶Vnum eſt hic aduertendum, quod de mente Ariſt. non ſunt plures intelligentiæ quam ſint orbes: quia cuilibet orbi, eſt ſua intelligentia motrix, deputata: ſed tamen ſecundũ Platonẽ & veritatem ſunt innumerę de quo ſuo loco & tempore.

2. Cõcluſio

¶Repugnat naturæ intelligentiarum, informare aliquod corpus aut materiam, cui det eſſe: patet, nulla natura integra per ſe poteſt informare, ſed intelligentia, in ſua ſpecie eſt integra, & perfecta: ergo nõ poterit informare, maior patet: quia omne q̃ informat, pars cõſtitutiua eſt alicuius. 3. & ſic cõſequẽter natura integra nõ eſt: vt forma, quia integra natura non eſt, poteſt materiã informare, & vnũ tertiũ cõſtituere, ſcilicet, cõ naturale: cùm ergo intelligẽtia, in ſe perfecta ſit, repugnat, vt in compoſitionem alicuius tertij, intret tã quàm forma.

¶Manet ergo quod intelligentiæ, cum moueant cœlum, & non ſint forma ipſius, applicãtur cœlo, vt motor extrinſecus qui mouet cœlum, cui applicatur, & quando mouetur cœlum cui applicatur dicitur moueri nõ de per ſe, imo neq; de per accidẽs proprie: quia quæ diſtinguuntur ſecundum ſubſtantiam & non continuantur, neque contiguantur, & vnum non conſtituitur in eſſe per aliud, non ſequitur quod ex motione vnius aliud moueatur per accidens proprie: & in præſentiarum ſic eſt, ex intelligentia & cœlo: ſed per accidens improprie, dicitur intelligentia moueri: per hoc quod cœlum cui applicata eſt, mouetur: vt ſcilicet denominetur moueri denominatione extrinſeca, nõ quod motus ſubiectetur in intelligentia, ſed eo modo quo dicimus lapidem videri, nõ viſionis quæ ſit ſubiectiue in lapide, ſed illa quæ eſt in potentia viſiua, qua denominatione dicitur lapis viſus, ſic dicatur intelligentia mota, quia cœlũ eſt motum. &c.

Simile.

¶Ad primum dicendum Comment. dictum ſic interpretandum vt magis vnum intelligatur, ideſt nobilius, non quia fiat magis vnum per ſe, ex intelligentia & ſuo orbe, quam ex materia & forma: ſed quia fit aggregatum in corruptibile, quod non eſt ex materia & forma: quia omne quod ex materia eſt, Commenta. corruptibile dicit & ob id materiam eſſe in cœlo negat: de quo ſupra dictum eſt in primo phyſicorum.

A dargum.

Intelligentia Cõmen.

¶Ad ſecundum dicendum, quod eſſe permanens in cœlo, quod ab intelligentia prouenit de mente Cõmen. nõ eſt quantũ ad eſſe formale, quod formã informans dat rei quã informat: ſed intelligit quãtũ ad permanentiã, ideſt eſſe cõſeruatiuũ: ita vt de mente Cõmẽ. fit quod intelligentia applicata orbi, mouens ipſum, conſeruet ipſum, & hoc quidẽ ita eſt, immediate, vel mediatè, per virtutem, cõmunicatam à primo.

¶In hoc tertio argumẽto tangitur difficultas vtrum orbes cœleſtes ſint animati: & quãuis obiter alias diximus & inferius tangemus quo modo cœlum non eſt animatum anima ſenſitiua neque intellectiua, tamen in ſequẽti ſpeculatione ex profeſſo ſpeculabimur: pro nunc ad argumentum dicimus dictum Ariſ. & Cõmen. quando cœlo intelligere, & velle, tribuitur, id eſſe non ratione ſui, ſed ob intelligentiam motricem &c.

¶ SPECVLATIO. VI. Vtrùm cœlum ſit animatum.



VIDETVR quod ſic: cœlũ eſt cauſa, nõ ſolum inanimatorum, ſed etiam animatorum: quis ſua influẽtia, ſuo motu, ſuo lumine ſol & aſtra, cauſant generationes in iſtis inferioribus, & ex defectu influentię corruptiones: ergo ſequitur, quod cœlum eſt animatũ: aliàs non poſſet pertingere, ad productionem animati: quia effectus non excedit cauſam ſuam &c.

1. Argum.

¶Secundo, eſt authoritas Auicennæ. 9. ſuæ metaphy. capi. 2. qui dixit cœlum eſſe animatũ, anima intellectiua informante corpus cœli: & ratio eius eſt hęc. cœlum agit in hęc inferiora, & ſingularia, ergo oportet ſit cognitio eorum

2. Auicenna.

eorum, & quia id agit per motum, oportet etiam ſit cognitio motus in ſingulari: ſed iſta cognitio, nõ poteſt eſſe niſi cœlũ habeat animã, patet: quia nõ eſt ab intelligẽtia motrice cũ ſolũ ipſa vniuerſale cognoſcit: ergo oportet ſit ab anima cœli, quæ ratione phantaſiæ ſingularia poteſt cognoſcere, & quia intellectiua eſt, vniuerſale, etiã attinget. Hæc ex dictis Auicẽnæ, ergo ſequitur q̃ cœlum ſit animatum.

¶Tertiò cœlũ mouetur motu naturali, ergo habet animã à quo eſt motus: & ſic cœlũ eſt animatũ: probatur cõſequẽtia, quia ſi motus ille naturalis eſt, oportet ſitã principio intrinſeco, nã qui ab extrinſeco eſt, violẽt⁹ dicitur: cũ ergo motus cœli violẽtus nõ ſit, quia ſic perpetuus eſſe nõ poſſet: (quod eſt cõtra determinata ſuperius) & ſi violẽtus non eſt, ab anima propria, informante oportet ſit.

¶In contrarium eſt veritas.

¶Hæc quæſtio difficultatẽ habet tamẽ quia varius viſus eſt philoſophus in diffiniẽdo, & varij fuerunt expoſitores, tum etiam quiadoctor. S. Tho. qui exactiſsime penetrauit mentẽ Ariſt. & Theologorũ doctor. conſumatiſsimus ſit in diuerſis locis diuerſa eſt loquutus: & inter noſtri temporis auctores graues Caietanus doctiſsimus auſus eſt affirmare in expoſitione Pſal. 136. aſtra eſſe animata anima informante vt intelligentiam applicatam ratione motus, excluderet.

S. Thomas

Caietan.

Plato.

¶Plato in Timeo & alibi quẽ ſequuntur Platonici id affirmat: ait enim, dicendum eſt hũc mundum animal eſſe, idque intelligens re vera diuina prouidentia conſtitutum, & Procl⁹ huiuſmodi propoſitionem format & dicit animam cœli, eſſe mediam inter ęternitatem & tempus & auctor de cauſis animam cœli dicit conſtitutam in horizonte ęternitatis: quoniam ſicut horizõ terminat ſuperius hemiſpheriũ & eſt inferioris principium: ita vt medium de vtroque extremo participat, ſic anima cœli, media eſt inter intelligẽtiam, & corruptibilia.

Proclus.

Autor de cauſis.

Comment.

¶Commentator ſequendo mentem Ariſtote. nonnulla dicit ad propoſitum, ſuppoſito quod cœlum dupliciter capitur: vno modo pro corpore cœleſti, ſecluſo motore ſuo, ſeu intelligẽtia motrice: alio ſumitur modo pro corpore cœleſti & ſua intelligentia tãquam vnum aggregatione. Item oportet diſtinguere inter animata, quia quodã eſt animatũ anima inexiſtente, & informante & faciente vnum ſimpliciter, vt cõtingit ex anima rationali & corpore.

¶Secundo capitur pro animato non anima informante, ſed ſolum appropriata, & applicata, & dante motũ, eo q̃ eſt principiũ immediatum motus. ſit prima concluſio.

1. Conclu. S. Thomas. quolibet. 12. q. 6. & de potentia q. 3. ar. 11 ad. 13.

¶Cœlum ſecundum ſe (motrice intelligẽtia ſeclusa) animatum non eſt primo modo, patet: quia tale animatum, eſt compoſitum ex vera materia, & vera forma, quæ eſt pars cõpoſiti vere: ſed cœlum non eſt huiuſmodi, vt ſupra dictum eſt: neque eſt corpus organicũ vt conſtat, quæ diſpoſitio ad animam requiſita eſt, patet ex. 2. cœli. t. 42. nulla enim eſt diuerſitas in partibus cœli, in quibus organorũ diuerſitas attendatur.

Conclu. 2.

¶Secunda concluſio cœlum ſecundo modo ſumptum pro aggregato ex corpore & cœli & ſua intelligentia motrice, ei applicata, non eſt animatum primo modo: patet, quia in via Commenta. tale animatum primo modo eſt generabile, & corruptibile, ſed cœlum nõ eſt generabile, neque corrumpi poteſt: vt patet ex primo cœli, ergo non eſt animatum: & quidem Commenta. probat ex ſuis principijs, quia putat in quolibet animato, animam eductam de potentia materiæ: & ex cõſequenti omne animatum eſſe genitum, & eius generatio, terminus eſt alterationis: qua de cauſa motus eſt vt in errorem inciderit, animam humanam non eſſe formam informãtẽ, vt. 3. de anima late probabitur in propria ſpecula.

Conclu. 3. Opi. cõm.

¶Tertia conclu. cœlum ſecundo modo ſumptum pro aggregato ex corpore & intelligẽtia motrice, eſt animatũ. 2. modo, in via Cõmenta. patet: quia ſecundum Philoſo. 2. cœli tex. 7. ſex poſitionis differentiæ ſunt in cœlo, ante, retro &c. Ergo eſt animatum. Item quod habet intellectum, & appetitum eſt animatum: ſed ſecundum Philoſo. 12. Metaphy. tex. 36. in cœlo, quod mouetur à primo motore, vt ab appetibili oportet ponere intellectum, & appetitum: quod. n. mouetur ab appetibili, appetens eſt, & ibi dicitur q̃ principium appetitus eſt intelligentia. &c. Hæc dicta ſunt ad mentem Commen. de quæſtione qui videtur explicaſſe ſenſum Ariſtot. & oportet concedere in via Commen. quod intelligẽtia, cognoſcit motũ quẽ cauſat etiã in ſingulari: non per ſpeciẽ motus, ſed in ſua eſſentia, quia cognoſcẽdo eſſentiã ſuã perfectè cognoſcit omnes effectus ſuos proprios: & cũ ſit cauſa effectiua motus æterni, cognoſcit ipſum, & cognoſcit res inferiores producibiles per ſuum motum & in ſingulari, non per ſpeciem propriam, ſed per eſſentiam ſuam.

Obiectio. ¶Sed tamen contra Commenta. obstat, si cælum animatum non est propriè, ergo ignobilius formica: quia omne inanimatum, animato ignobilius est. 2. cœl. cõment. 61. Solutio est: quod quo ad gradum essendi, formica nobilior cœlo est, quia habet esse, & viuere, qui sunt duo gradus: & in cœlo solum vnum est: sed quo admodum qui sunt contingens, & necessarium corruptibile, & incorruptibile, cœlũ formicã excellit: quia habet esse necessariũ, & perpetuũ: vnde diuinũ corpus dicitur. 2. cœli tex. primo. ecce quid de mente Commenta.

Solutio.

Opi. S. Th. qui uidetur uarius. ¶Doctor. S. loquendo ad mentem Philosophi videtur: nam in quæstionibus disputatis de spiritualibus creaturis, artic. 6. & in prima part. q. 70. art. 3. tenet expresse secũdum Cõmẽ. asserens non esse cõcedẽdũ secũdum Arist. cœlũ esse animatũ nisi secundo modo: sed tamen secundo lib. cõtra gen. c. 70. probans cõtra Auerro. quod anima intellectiua sit forma informans nititur probare ex rationibus Arist. cœlum esse animatũ primo modo ita vt habeat animam alteram partem sui informantem.

Intelligentia dictorũ. S. Thom. ¶Quod verè tenendum est circa quæstionẽ late docet. S. Thom. 1. p. q. 70. articu. 3. ex dictis eius colligitur, nullo modo corpora cœlestia esse animata: quia non anima vegetatiua, cum in cœlis non reperiatur talis vita: neque operationes proprie vegetatiuæ: nõ ibi nutritio, non digestio, non augmentatio, nõ expulsio superflui: neque ponitur sensitiua: quia anima sensitiua vt in. 2. de anima demõstratum est, requirit diuersa organa, ob diuersas potentias ad diuersas operationes: in corporibus cœlestibus non est talis diuersitas, neque elementorum commistio varia, neq; est appetitus sensitiuus cum sequatur apprehensionem: & ibi non sit sensuum apprehensio, neque erit appetitus: & propter intelligere, non est opus ponere cœlum animatum anima intellectiua, quia intelligere, est operatio non organica, neque corpore indiget nisi ob phantasmata (hæc in cœlo non possunt esse: cum in eo non sit anima sensitiua): neque est ponendum cœlum animatũ propter motum quem videmus in eo quoniam vt patet ex. 7. & 8. Physico. sufficit ad hoc quod mouens, & motum sint simul ita vt sit tactus naturalis vel metaphoricus de quibus Aristot. 1. de genera. t. 44. & 45. infra suo loco & quidem contactu naturali satis constat. Metaphoricus contingit inter mouens non quantum, & corpus mobile, pro vt mouens applicat suam virtutem, & imprimit in mobili, sicut contristans tangit nos: neque ex motu cœli & influentia, & operatione varia in istis inferioribus, est necessarium ponere cœlum animatum: quia talis causalitas vniuoca non est, sed æquiuoca: in qua non est necesse causam ita esse formaliter sicut effectus: sed sufficit virtute sit: & ob id sat est cœlum vnitũ intelligentiæ, esse virtualiter viuum, ad hoc φ influãt in viuentia, & causet ea: & sic comducit viua, cum causa immediata viua, ex virtute intelligentiæ viuæ: sicut calor naturalis trahit ab anima virtutem generandi carnem viuam, per digestionem alimẽti: ob qđ potest dici calor viuus, quia instrumentum est viuentis.

Cœlum nõ est animatũ Vide Abu. exo. 23. q. 47.

Duplex cõtactus.

Causalitas uniuoca & æquiuoca.

Vera intelligentia.

¶Hæc ergo physicè loquẽdo sint dicta, quæ non sunt aliena à veritate quam docent nostri Theologi: quod si quando apud graues authores catholicos legatur, corpora cœlestia animata esse, illo secundo modo oportet interpretamentum adhibere.

Solutur cõ trarietas dictis. S. Th. Solutio. 1. Caieta. 2.

¶Sed contrarietatem: quæ ex dictis Sancti Thom. apparet, oportet soluere. Caietan. in prima parte, in loco citato soluit dupliciter, primo φ melius dixit in prima parte, quia & posterius scripsit. Secundo quo dibi in secundo contra gen. intendebat quod oportet secundum Aristotel. cœlum esse proprie animatum, Saltem, non repugnanter: eò quòd doctrina sua, ad hoc tendit, quanuis posit interpretari vt hic fecit: ex his tamen quæ in secundo cœli dicuntur habemus quod animatum indistinctè posuit: oportet ergo non repugnare quod sit animatum secundum substantiam, & hoc sat erat contra Commẽtat. contra quem loquebatur: sustinent autẽ verba illa hanc gloss. quia quando contra Commenta. erat sermo, fas erat declinare in opposita vt Augustinus contra Pelagianos facit. Posset tertio forte dici quod hic secundũ propriã opinionem Arist. & quãuis aducat Arist. nõ tamen asserit hanc esse eius opinionem sed ex dictis eius sibi seruit hæc ad literam Caieta. quæ omnia adducta sunt: quia non est extra chorum saltare, (vt aiunt) cum deseruiant Physicę disciplinę quia Philosophum, Theologum proxime futurum formamus.

3. Solutio.

¶ Ad argumenta ad primum ex dictis patet solutio: stat enim bene influxus, in ista inferiora & causalitas, sine hoc quod astra viuentia sint: nam virtute recepta, possunt ad viuentia pertingere: quãdo quidem sunt causę equiuocę, & subordinatę: & recipiũt virtutem, à priori & principaliori & eminenti: virtute cuius possunt viuentia producere: & in sententia sic soluit argumentum

Ad. 1o

San. Tho. Sanctus Thom. in loco citato, prima parte quæstione. 70. articulo tertio ad tertium.

Adsecũdũ. ¶ Ad secundum in quo tangitur opinio Auicennæ, quæ etiam fuit rabbi Moyses in secunda collatione, dicendum explodendam esse, neque sustinendam, etiam Physicè loquentes: nec ratio Auicennæ conuincit: imo neque probat: nam ex intelligentia singularium non, quia licet per speciem singulariũ intelligentia, singularia non cognoscat: per se ipsam intelligit vt adduximus in obiectione contra dicta Comment. Item, non potest Auicenna probare suam opinionem: vt ex sensatis, sit necessarium ponere animam in cœlo: quia quod experimur, motus est: sed ad saluandum motum, sufficit ponere cœlum animatum secundo modo: per hoc quòd sit intelligentia motrix applicata ipsi cœlo. Imò etiam si daremus animam cœlo informantem, adhuc singulare non cognoscceret per imaginatiuam, quia imaginatiua est potẽtia sensitiua, cuius organum est corpus elementatum, quod repugnat corpori cœlesti, nam non constat ex elementis, vt dictum est.

Ad tertium ¶ Ad tertium in quo tangitur difficultas, an motus cœli sit naturalis, vel violentus: quia ex dictis Aristo. videtur, quod si cœlum animatum non sit, motus non sit naturalis: primò quia naturalis motus est à principio intrinseco, & in cœlo intelligentia motrix, nõ est tale principium: secundò quia motus naturalis, non est regularis, neque vniformis: sed velocior est in fine, quàm in principio: è contra motus violentus: item quia motus naturalis est ad quietem, quæ omnia videntur deesse in motu cœli. Respondetur quòd est motus naturalis motus cœlorum: neque obid est necessarium ponere animam intrinsece, in cœlo, quia illæ adductæ conditiones in motu naturali ab Aristo. sunt intelligendæ de motu naturali, qui est ad medium, vt est grauium: vel à medio, qui est leuium, & non de motu, qui circa medium: vt est circularis qui est in cœlis: qui continuus, & perpetuus esse potest, & contrarium non habet.

Motus cœli dicitur naturalis.

SPECVLATIO septima. Vtrùm omnia corpora simplicia sint sphericæ figuræ.

Primũ arg. VIdetur quòd non. Primò de cœlo. Cœlum est figuræ orbicularis: ergo non est sphericũ. Consequentia est bona: quia orbiculare, & sphericum differunt. Orbiculare enim secũdum duas superficies, scilicèt concauam, & conuexam dicitur: & secundum concauam alio corpore repletur. Sphericum tamen solùm vna continetur superficie conuexa. Antecedès patet: quia cœlum continet omnia: & superius, continet inferius.

2. ¶ Præterea. De terra, probo quòd non sit figuræ sphericæ: ad oculum: cùm sint montes, & conuallesin terra: quod non potest esse in spherico.

3. ¶ Tertiò. Elementa non sibi determinãt certam figuram: ergo non sunt sphericę figurę. Patet ex Arist. in. 2. libro huius.

¶ Item: quia aliàs elementa non essent in potentia ad omnem figuram, si aliquam propriam vendicassent: sicut oculi pupilla nõ esset in potentia, ad omnem colorem: si aliquẽ sibi deputasset proprium.

In contra. ¶ In contrariũ est Arist. in. 2. cœli, & author sphęræ, & Ptolomæus, in principio Almagesti. cap. 3. & 4.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd propriè loquẽdo, est differẽtia inter orbiculare & sphericum, quod orbiculare, debet duabus superficiebus contineri: quarum illa quæ continetur sub alio, conuexa dicitur: & illa quæ continet, concaua est: vt globus Lunæ, seu cœlũ Lunæ, secundùm illam partem quæ respicit, & continet ignem, dicitur concaua superficies: sed illa quæ est respiciens cœlum Mercurij, secundum quam continetur sub eo, cõuexa vocatur. Sphericum tamen est: quod solùm vna continetur superficie. s. conuexa: vt globus pilæ.

Notand. 2. ¶ Item notandum. Cœlum esse sphericæ figuræ posse intelligi, vel quantum ad superficiem conuexam supremi cœli: vel quantũ ad concauam vltimi, vel quantum ad conue-

xam,& concauam mediarum ſpherarum.

Notand. 3. ¶ Etiam eſt differentia inter ſphericum, & rotundum,quod ſphericum dicatur,cuiusſu perficies exterior eſt ſine aſperitate,& omnes lineæ deductæ à centro ad circunferen tiam ſunt æquales. Rotundum tamen dicetur id, quod ad ſphericitatem tendit, licèt perfectè non ſit : vt pomum vocatur rotundum.Ad ſpeculationem eſt prima concluſio.

1.Conclu. ¶ Veriſimilius eſt pònere cœlum eſſe ſphe-
Ratio. 1. ricæ figuræ quantum ad vtrãque ſuperficiẽ: quàm ponere alterius figuræ.Probatur.Cor pori priori, rationabiliter debetur figura quæ prior eſt inter omnes figuras:ſed cœlũ prius,corpus eſt : vt conſtat :ergo ei figura
Euclides. prior eſt debita:ſed hæc ſpherica eſt, vt patet ex Euclide ergo meritò ſphericæ figuræ ponitur.

Ratio. 2. ¶ Secundò.Corpori ſimpliciori debetur figura ſimplicior: ſed cœlum eſt ſimplicius omni alio corpore:etiam ſi componatur ex materia, & forma, & minùs habet de compoſitione,cum in eo non ponantur qualitates primæ, neque duæ, neque quatuor : ſed figura ſpherica ſimpliciſsima eſt, & prima: quia vnica ſola linea contenta eſt : quod nõ eſt verum de alia figura:ergo cœlũ eſt ſphericum.

Ratio. 3. ¶ Eſt & ratio à perfectione: quia cum cœlũ ſit corpus perfectius, habet figuram perfectiorem:qualis eſt ſpherica.Item.Ex capacitate,& ex motu circulari, cui maximè cõpetit figura ſpherica,vt cõſtat,& cum ſphericã figuram dicat hic Ariſt.eſſe minimam, ipſa eſt maxima:quia eſt minima quo ad lineã: quia vnica linea continetur : & eſt maxima quo ad capacitatem.

2. Conclu. ¶ Secunda concluſio.Terra ab oriente in oc-
Ratio. cidentem rotunda eſt. Probatur. Stellæ & planetæ non æquè oriuntur orientalibus & occidentalibus,ſed priùs illis,quàm iſtis: ergo oportet quòd ſit rotunda : quia ſi plana, ſtatim æqualiter apparerent ſub orizonte: quod apparet falſum ex diuerſitate longitu
Diſtãtia meridiani Toletani à Mexicano fere 7. horarum eſt. dinum locorum,&ciuitatum.De quibus coſmographi. Sicut habitantibus in Hiſpania antiqua oritur Sol per ſex horas cum dimidia,& vltrà, antequàm nobis habitantibus in noua Hiſpania oriatur:&etiam priùs ipſis occidit,ergo ſequitur quòd ſecundùm longitudinem attendentes terram, quæ ab oriente in occidentem eſt,rotunda eſt.Et ſic eclypſis Solis qui apparet vni genti in hora 9. diei,apparet alij in alia hora. Vnde eclypſis Solis quæ contigit in Hiſpania anno 1539. nõ fuit viſa nobis habitantibus in Mexicana ciuitate:quòd licèt potuit(eo quòd Sol nunquàm totaliter eclypſatur)naturaliter euenire,etiam eſt neceſſarium ex diuerſitate longitudinis.Et ſi contingeret in Hiſpania antiqua eclypſis Solis in hora ante meridiẽ quacunque, non poſſet videri ab habitantibus Mexici:quia nondum ortus eſt Sol. Contigit Hiſpali(vt dicunt qui ibi aderant) hora vndecima ante meridiem,& non potuit hic videri,cùm per duas horas fere nondum eſſet nobis ortus Sol : quia quando apud eos meridies incipit nobis oriri,&quando nobis eſt meridies,iam occaſus eſt ſolis in antiqua Hiſpania.

¶ Tertia concluſio.Terra à meridie ad ſeptẽ 3.*Conclu.*
trionem, ſecundùm quam partem latitudo
terræ conſideratur:rotunda eſt.Patet: quia *Ratio.*
ſi quis directè à polo Arctico ad Antarcticũ pergat,vel è cõtra,videt vnum polorum eleuari,alio depreſſo, & occultato : ita quòd ſi per vnum gradum magis eſt eleuatus ille cõtra quem progreditur:alius qui à tergo eſt, per vnum gradum depreſſus erit. Nullus eſt qui non experiatur. Qua ratione in Hiſpali polus eſt eleuatus trigeſimaoctaua. Et ſi tendat ad ſeptentrionem, cum peruenerit Salmanticam : inueniet eleuatum per quadraginta & vnum gradus. Et ſi ab Hiſpali tranſfretet,& veniat Mexicum, inueniet polum depreſſum per gradus decem & nouem,quia Mexicum eſt in iſta eleuatione.

¶ Dixi,latitudinem conſiderari à diſtantia ab æquinoctiali, ratione cuius eſt variatio notabilis in diebus & noctibus quantum ad horas: & eſt diuerſitas in climatibus nã poſ *Eadem lõgitudo duarũ ciuitatũ cũ tamẽ diuerſa ſit latitudo.* ſunt habere eundem meridianum,& ſic eandem longitudinem:quia æqualiter diſtant à puncto fixo orientis,quando tamen non habent eandem poli eleuationem: & ſic neque eandem ab æquinoctiali diſtantiam: & neq; eandem latitudinem.

¶ Quarta concluſio.Terra eſt dicenda vbi- 4. *Conclu.*
que rotunda. Hæc ſequitur ex ſecunda, &
tertia concluſione : nam ſi ad orientem eſt
rotunda,vbi longitudo attenditur : & ad polos,ſecundum quos latitudo:ſequitur ipſam abſolutè rotundam eſſe.

¶ Præterea. Omnia grauia æqualiter ad ip *Ratio. 1.*
ſam deſcendũt,&per æquales angulos:quod non eſſet, ſi non eſſet rotunda.

¶ Item.Si rotunda non eſſet, montes debe *Ratio. 2.*
rent videri ad maiorem diſtantiam:ſed experientia conſtat, quòd quanuis ſint altiſsimi, progredientibus occultantur : ergo ſignum eſt ipſam eſſe rotundam.

¶ Vltimo.Hoc probat eclypſis Lunæ, qui nobis apparet in arcuali figura:quod non eſſet,niſi quia cùm terra ſit rotunda, radij ſolares contingentes ipſam diuidunt in Luna, partem eclypſatam à parte non eclypſata: in quo probatur quòd contingat terram ſecundùm portionem circuli,cum faciant apparere circularem figuram in Luna.

Obiectio. Dilutio. ¶ Neque obſtant montuoſa loca, & conuales,quia apparent in ſuperficie eius:quia iſta ſunt quaſi nullius momenti, ſi ad totam eius quantitatem referantur:quapropter rotunda dicenda eſt.

Corolla. ¶ Ex iſto infertur,quòd omnes lineæ deductæ à ſuperficie terræ,quanto magis centro appropinquant,minus diſtant: & ſic ſi ſint duæ turres æquè diſtantes ædificatæ ad perpendiculum,magis propinquæ erunt in infimo,quàm in ſummo.Et ſi puteus ad perpendiculum ſit elaboratus,neceſſario erit angu
Notent qui mineralia fodiunt. ſtior in profundo,quàm in ſupremo.Similiter ſi quis fodiat minerale,ſibi ſignatum, in tanta quantitate ſecundùm latitudinem in profundo:facit iniuriam vicino habenti etiã minerale quia non poteſt vena metalli equalem quantitatem occupare in viſceribus terræ quo ad latitudinem:quam occupat in ſuperficie terræ quia ſemper lineæ deductæ magis appropinquant:vſque dum in centro in puncto concurrant.

5.Conclu. Ratio. ¶ Quinta concluſio.Aqua,quantum ad ſuperficiem concauam, licèt non ſit perfectè ſphærica,tendit tamẽ ad ſphæricitatem.Probatur.Nam aqua quantum ad concauam,& terra quantum ad conuexam ſunt ſimilis figuræ:ſed terra rotunda eſt in ſuperficie conuexa:ergo aqua erit in ſua concaua,qua cõiungitur terræ quia continet aqua terram, quod ſi non eſſent ſimilis figuræ, vacuum oporteret dari, & non dicerentur contigua ſecundùm ſe tota : quod inconuenit. Vel ſequeretur penetratio corporum,contra Ari
Ariſto. 4. phyſic. ſto.ex quo eſt manifeſtum omnia elementa eſſe bene diſpoſita,& optimè collocata,& ſuperius,eſſe locum inferioris.

¶ Dixi,quòd non ſit perfectè ſphærica, ſed ad eam tendat:quia quantum deeſt terræ,de perfecta ſphæricitate,ſimiliter in aqua oportet intelligere.

6. Conclu. ¶ Sexta concluſio. Aquæ elementum, quo ad conuexam ſuperficiem eſt rotundæ figuræ.Probatur.Aër,qui locus eſt aquæ quo ad concauam rotundæ figuræ eſt : ergo aqua quantum ad conuexam ſecundũ quam cõtinetur & locatur in aëre etiam erit figuræ rotundæ:Probatur ſicut præcedens:quia inter locatum & locũ,oportet ſit huiuſmodi proportio & æqualitas.

Ratio. ¶ Ratio eſt.Si quis in naui in pede mali poſitus attendat,non videt tamen ſi in altitudine,& eius ſupremo (quod gauia vocatur)videt:ſignum ergo eſt ipſam aquam eſſe rotũdam aliàs ſi planæ eſſet figuræ, videretur in pede mali,ſicut in extremitate alta eius : ſicut & de terra argumentati ſumus à ſimili ratione.Et ſic nauigantibus à meridie,ad Aquilonem,incipiunt aliquæ ſtellæ apparere,quæ erant occultæ:&aliæ occultantur,quæ apparebant. Item ſi quis ab oriente verſus Hiſpaniam hanc nouam nauiget ad occidentem.

Corolla. ¶ Ex iſta ſequitur,quòd ſi ſtagnum ſit planum,in medio erit profundior,quàm in extremitatibus.Hoc eſt clarum,propter rotunditatem:quia ad medium fluũt partes,&gibboſam reddunt aquam in medio,

7. Conclu. ¶ Septima concluſio. Aër quantum ad ſu-
Ratio. 1. p. perficiem concauam eſt rotundæ figuræ:ſicut iguis,quantum ad ſuam conuexam. Patet. 1.pars:quia aër ſecundum concauam cõtinet aquam, quam poſuimus eſſe figuræ rotundæ:oportet ergo quòd continens correſpondeat contento : aliàs vel non contineret totum,vel eſſet vacuum, aut corporum penetrãtio : At nullum iſtorum eſt dicendum:ergo oportet concauum aëris ſit rotundum.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars patet.Conuexũ ignis continetur à concauo lunæ,quod eſt rotundæ figuræ:ergo oportet eadẽ ratione quòd ignis conuexum ſecundum quòd continetur à lunæ orbe.

¶ Reſtat de ſuperficie conuexa aêris, & de ignis concaua:nam quidam dicunt, quòd illæ non ſunt multum ſphæricæ, ſed ſunt oua
Ariſtot. 1. Meteor. lis figuræ:quia ignis ſub via Solis eſt ſpiſsior, quam ſub polis:& è contra aër.

8. Conclu. ¶ Octaua concluſio.Tam aër ſecundum cõ-
Ratio. uexam, quàm ignis ſecundum concauam, ſunt rotundæ figuræ.Patet.Si non eſſent,maximè eo quòd ſub polis magis de aëre generatur propter diſtantiam à via ſolis : ſed hoc non obſtat:quia aër cõtinuè fluit à partibus polaribus ad partem viæ ſolis:& ignis è contra,à via ſolis ad partes polares:& ſic videtur quod manent iſta elementa rotundæ figuræ quo ad illas ſuperficies conuexam aëris, & concauam ignis,ſecundum quam ſe habent

vt

vt locus,& locatum:nam vna data rotunda, oportet & aliam dare:vnde manet de omnibus elementis,& de corpore cœlesti declaratum,quomodo se habeant in figura.

Ad argum. ¶Ad primum. Dicendum quòd sphæricum sumitur hic vt se extendit ad orbiculare : & probando cœlum esse orbiculare, probatur quòd sit sphæricum:& secundum vtranque superficiem est sphæricum : ita vt omnes lineæ ductæ à centro æquales sint.

Ad secũdũ. ¶Ad secundum. Dicendum in terra esse mõtes:& valles:sed hoc quia minimæ quantitatis est,si ad totam terram comparetur, est ac si non esset. Quòd si quis dicat,terræ elementum secundum hanc exteriorem superficiẽ non esse rotundum,sed modo planum, modo montuosum,nodus argumẽti solutus est, quia sic optimè ab ipso Deo dispositа,& ordinata est:quòd in superficie terræ, talis esset differentia:vt fontes necessarij ad vitam hominum melius ex eis fluerent,& intra melius generarentur,(vt infra dicemus,) quàm in vallibus quia magis exposita sunt loca montuosa aëri,& magis porosa ibi terra inuenitur. Itaque diuersitas,ex diuina pendet dispositione,quæ omnibus prouidet secundum eorum indigentiã:quia in necessarijsnõ deficit.

Orontius.

In 1. Meteororam.

Aristot. Ad tertium ¶Ad tertium. Dicendum Aristotel. dixisse elementa non determinare sibi certam figuram ex parte formarum substãtialium: quia non sunt magis huius,quàm illius:sed secundum quod in suis locis naturalibus,collocãtur:& insunt dispositione naturali,determinant figuram rotundam quod Aristote.fatetur:cùm dicat, sphæricam figuram minimã quantum ad contineri:quia solum vna linea continetur:cum sit maxima quo ad continere:quia capacissima est.

QVia de terra mentio facta est, quòd secundùm longitudinem,& latitudinem rotunda est:& quòd latitudo ab æquinoctiali versus polos sumitur, operæpretium videtur, hic in breui de diuisione climatum, quæ secundum hanc rationem contingit,aliqua adducere ex cosmographis, sine disputatione.

De qua materia sphæræ author libro tertio in fine,& ibidem omnes sphæræ expositores.

SPECVLATIO octaua de Climatibus.

PRimo quidem totam terram in quinque diuidũt partes , quas zonas vocant.Quibus correspondent quinque similiter in cœlo . Vna est zona quæ in medio posita est, quæ & torrida vocatur:quæ habet in latitudine à tropico Cancri,ad tropicum Capricorni , à qua nunquàm sol recedit : quia siue ad Austrum declinet,solum ad tropicum Capricorni deuenit , & rursus cõuertitur ad Aquilonem.Conuertitur etiam quando ad tropicum Cancri deuentum fuerit. Per medium huius zonæ intelligitur æquinoctialis linea, quæ per medium secans,terram in duas diuidit æquales partes. Vnam ad Aquilonem,& aliam,ad Austrum.Et quælibet istarum medietatum vigintitres gradus habet in latitudine cum dimidio,ita vt tota latitudo à tropico ad tropicum sit.47.graduum distantia, quæ 822.leucarum est.

Prima zona

¶ Secunda zona intelligitur à tropico Cancri ad Aquilonem , vsque ad circulum Antarcticum : qui circulus intelligitur descriptus à polo ipsius Zodiaci:qui à polo mundi distat per 24.gradus & habet hæc zona 43.gradus.

2. Zona. A tropico ad tropicũ sit 47. graduum distãtia quæ est. 822. leucarum.

¶ Tertia zona est , illa quæ describitur à polo zodiaci , vsque ad ipsum polum mundi, quæ habet 24. gradus , & omnes gradus ab æquinoctiali ad polum sunt 90. quæ sunt quarta pars totius terræ,à polo ad polum,

3. Zona.

¶ Quarta erit ex alia parte australi,scilicet,à tropico Capricorni, vsque ad circulum descriptum à polo altero Zodiaci, qui circulus Antarcticus vocatur:quę zona est correspõdens huic nostræ habitabili:quę habet equalem latitudinem cum nostra i.43.graduum.

4. Zona.

¶ Quinta & vltima illa est,quæ inter circulum Antarcticum,& polum mundi intelligitur,quæ est 24.graduum. Ecce quomodo tota terra diuisa istis quinque zonis intelligitur secundum maiorem,vel minorem distantiam ab æquinoctiali,ex vtraque parte:& secundum maiorem vel minorem eleuationẽ polorum:ex qua diuersitate in diebus,& noctibus diuersitas oritur.

5. Zona.

¶ Climata ergo antiqui posuerunt iuxta huiusmodi

Quid clima

iusmodi diuersitatem dierum , & noctium. Clima enim (vt dicit author sphærę) certum spaciũ terræ habitabilis est inter cuius principium versus æquinoctialem,& finem versus polum prolixioris diei, vel noctis, quantitas per mediam horam variatur:vt si sit alia qua hominum habitatio , vbi dies maior est duodecim horarum cum dimidia , & sit alia vbi maior dies,vel nox.13.est horarum interceptum inter illas duas habitationes,vbi talis contingit variatio : clima dicitur , sicut si vna describeretur linea parallella,ab oriente versus occidentem,quæ transiret per zenith capitis illius qui habitat vbi maior dies , vel nox est duodecim horarum cum dimidia:& alia parallella,transiret similiter per zenith alterius:vbi maior dies,vel nox 13.horarum est.Id terræ interceptum,inter illas duas parallelas lineas clima vocatur primum apud Cosmographos.Et sic ex illa linea vsque ad aliam , vbi sit variatio per horam dimidiam secundũ dixerunt clima.Et antiqui solùm 7. climata posuerunt:quia terram vltra æquinoctialem ad Austrum non putabant habitabilem,ob id non posuerunt climata versus illam partem:sed solùm ad polum,vbi nos habitamus.

¶ Est etiam considerandum : quod ipsa climata denominauerunt à ciuitatibus principalibus per quas transibat illa linea , & non à principio,neque à fine climatis , sed à medio:vt constando de medio,non esset difficile de extremis intelligere. *Nota.*

¶ Ista septem climata sic ab antiquis signata 7.planetis appropriauerunt.Primum, Saturno.Secũdũ Ioui.3.Marti.4.Soli.5.Veneri.6. Mercurio.7.Lunę.Et distantiam,inter clima & clima posuerunt,non æqualẽ in omnibus: vt in sequenti figura erit manifestum:in qua ponetur principium:mediũ:& finis cuiusli-bet climatis:& distantia in latitudine.

Clima	Principium Horæ	mi.	Medium Ho.	mi.	Finis. Ho.	mi.	Milliaria. In latitudine.	Loca per quæ transitus
1.	12.	45.	13.	0.	13.	15.	44.	Dia Meroes.
2.	13.	15.	13.	30.	13.	45.	40.	Dia Sienes.
3.	13.	45.	14.	0.	14.	15.	35.	Dia Alexandrias.
4.	14.	15.	14.	30.	14.	45.	30.	Dia Rhodos.
5.	14.	45.	15.	0.	15.	15.	25.	Dia Romes.
6.	15.	15.	15.	30.	15.	45.	21.	Dia Boristhenes.
7.	15.	45.	16.	0.	16.	15.	18.	Dia Riphæos.

¶ Verùm astrologi iuniores, videntes terrã non solùm esse habitatam ad partem hãc polo arctici:quę ad septentrionem est:sed etiam vltra æquinoctialem ad partem austri:voluerunt signare etiam climata versus partem illam:& sic posuerunt 12.climata versus partem illam,& in hac nostra vbi habitamus nõ 7.vt antiqui,sed alia 12.vt sic numero essent omnia 24.Et cœperunt computum ab ipsa linea æquinoctiali,vbi equalis est dies nocti: & protenderunt versus alterum polum,vsq; dum dies esset 24.horarum , & etiam nox. Hanc rationem nunc Cosmographi sequuntur in suis instrumentis.

¶ Omnia ergo loca , & omnes prouinciæ quæ sunt per longitudinem ab oriente, vsq; ad occidentem,(si modo æque distent ab æquinoctiali)quia habent æqualitatem in diebus & noctibus , dicuntur esse in eodem clima-te . Esto vna sit ciuitas magis orientalis alia:quia ratio climatis solum ratione latitudinis consideratur:quæ est ex approximatione,vel elõgatione ab æquinoctiali. Et vbi est idem clima,erit eadem temperies aëris,& tempora (vt in plurimum) sic te habebunt, & quo ad fructus terręerit similitudo,sic terra Florida quæ est in nouo orbe ad Aquilonem,est in climate in quo est antiqua Hispania, quanuis ipsa Hispania sit per 6.horas magis orientalis * Hispani Castellani habent in terra Florida populum fundatum ex quo Galli expulsi qui contra ius ibi habitationẽ delegerant:& sunt occisi multi ab adelanta do.D.Petro Menendez anno 1566. vbi ergõ modo habitant,qui locus à nauigãtibus, *Rio de S. Augustin*,dicitur , est polus eleuatus 39.graduum cum dimidio:ex quo in climate eodem cum Hispalensibus,de quo in descriptione noui orbis infrà . Quare dicunt qui eam peragrarunt , esse in eadem ferè dispositione,qua Hispania, & fructus similes inuenti,sicut in Hispania,maximè nuces, castaneæ, *Menendez*

stanea,& pruna in magna abundantia,& vites alibi latius.

¶ Est etiam pro debita intelligentia authorum qui de hac materia scribunt,considerandum: quod sicut antiqui terram diuiserunt per climata,sic etiam fecerunt diuisionẽ per parallelos,vt cuiuslibet climatis fieret diuisio in duos parallelos:id est,duas lineas æquè distantes:sic ex 24.climatibus fecerunt 48. parallelos,vsq; ad eleuationem poli sub Arctico circulo: vt Arcticus circulus esset zenith, vbi eleuatio poli est per 66. gradus & minu.30.& vsque ad eleuationem vbi polus esset zenith quæ est 90.graduum,restãt 29. gradus, minuta 30. & sic fit accretio in diebus: ita vt vbi eleuatio sit poli per 67. gradus & 16.minuta,dies sit per mensem:& vbi per 69.& 30.minuta,per duos, & vbi 73. & 15.minuta per 3.menses,& vbi eleuatio per 78.gradus,per 4.menses, & vbi eleuatio per 84.per 5.menses: & vbi eleuatur summum quod potest,per 90.quãdo est supra zenith per 6. menses erit dies, & per sex alios erit nox.Et quod terra illa vbi primum clima ponitur à parte Australi, sit habitata & multa consideratione digna habeat, eloquentissimus historiographus Regis Christophorus Stella Caluetus in suis Commentarijs,de terra del Perú,ostendit & alij.

Stella Caluetus.



SPECVLATIO nona. Vtrũ omnis terra sit habitabilis secundũ omnes quinque Zonas, in quibus diuiditur communiter, & secũdum omnia climata,& parallelos ad Austrum & Aquilonem.

ARguitur quòd non. Zonæ illæ extremæ quæ sunt in polo Arctico,& polo Antarctico, sunt inhabitabiles propter nimiam frigiditatem: vbi contingit diem per mensem,& per duos:imò & per 6.esse, & noctem similiter. Et dicitur ibi mare esse gelatum ob intensam frigiditatem:ergo non potest esse ibi habitatio congruens,conditioni hominum. *1.Argum.*

¶ Præterea.Principalis terræ pars(quæ torrida zona appellatur)non est habitabilis.Patet ex nimio calore:quia semper Sol per illã circuit,& adustam habet:vt docet Aristoteles in Meteoris. *2.*

¶ Vltimò.Illa zona quæ est à tropico Capricorni,ad circulum Antarcticum non est habitabilis. Patet ex Ptolemæo, qui probat in illa zona in æstate nimium vigere calorem, propter hoc quod terræ Sol est propinquior:quia in opposito augis: & in hyeme, est frigus intensissimum : quia sol est in auge nimium elongatus à terra & homines nõ possunt viuere præ frigore. *3.*

¶ In contrarium est,quia per 3.zonas est habitata,vt constat experientia. *In contra.*

¶ Imprimis considerandum, de habitatione terræ fuisse opinionem Ptolemæi,& aliorum astrologorum inter quos author sphæræ est,quod de omni terra, sola erat habitabilis vna quarta: & dixit zonam illam quæ erat ad Austrum, correspondens illi in quæ Hispania,& Europa, non esse habitabilem: propter intemperiem aëris: propter calorẽ excessiuum,quando viget calor,& propter nimium frigus in hyeme.Et sic ad Austrum, à tropico Capricorni, nullo modo habitari potest terra.Hanc opinionem sequitur Petrus de Aliaco. Probat eã supponẽdo quòd Sol mouetur in suo eccẽtrico per medietatẽ anni versus augem tantum in fine geminorum sit in augesui eccentrici:& per aliam medietatem,mouetur ad oppositum augis:vt in fine Sagittarij est in opposito augis. Hoc patet per demonstrationem,quam ponit Ptolemæus. *Notand.1.* *Aliaco.q.3 super sphæram. Ptolemæus in 3.dictione Almagesti.*

¶ Supponitur secundò quòd centrum eccẽtrici Solis,distat à centro mũdi per duas partes cum dimidia illarum partium,quarũ semidiameter eccentrici 60. habet.

¶ Ex isto supponitur tertium, quòd quando sol est in opposito augis sui eccentrici: est propinquior centro terræ,quàm dum in auge est per 5.partium prædictarum,quarũ semidiameter eccẽtrici habet 60.Patet:quia Sol in opposito augis,propinquior est centro mundi: sic multo terræ propinquior in hyeme,quàm in æstate est.

¶ Supponitur quartò:quòd quãtò aliquod luminosum est propinquius,tantò fortius il luminat,& calefacit.

¶ Vltimò,si aliquiibi habitant,quando nobis est æstas:est illis hyems:& è contra. Istis suppositis,probat illam terram,esse inhabitabilem.

Ratio. ¶ Illa terra non est habitabilis, in qua nõ est temperamentum congruens humanæ conditioni: sed ibi non est tale temperamentũ: quia quando est æstas,nimium viget:& quãdo hyems,nimium friget. Patet:quia in ẽsta te illius plagæ Sol est in opposito augis sui eccentrici : & sic ex suppositione propinquior terræ,& magis calefacit. Si ergo nos non possumus sustinere calorem, cum Sol sit remotior, quomodo illi poterunt, cum tamen propinquè sint?Idem de frigore probat.Hęc est ergo istorum opinio circa illam partem terræ ad Austrum.

¶ Quantum ad torridam zonam etiam sunt opiniones:quidam dixerunt eam inhabitabilem ob æstum:saltim quo ad illam partem suppositam æquinoctiali: quia dicunt quod quanto quis accedit ad æquinoctialem, tantovidetur incongrua habitatio ob intemperiem aëris.Respondentes igitur sit prima cõclusio.

1.Conclu. 1.Ratio. ¶ Terra quæ zona media dicitur, seu torrida,quæ est inter tropicum Cancri, & Capricorni,habitabilis est.Patet.Est habitata, & frequenti habitatore habitata:ergo est habitabilis. Patet : quia Mexicani sunt sub ipsa torrida zona per 4.gradus, & amplius,intra tropicum Cancri versus lineam æquinoctialẽ:sunt & multi alij populi. Et in prouincia *Del Peru*,vbi ipsa ciuitas quæ metropolis est, regum ciuitas, quæ aliàs Lima vocatur. Et prouincia *Del Quito.*

Mexicani. Lima. Quito.

Cãpanus in sua sphæra 439. ¶ Præterea.Illa terra est congruens habitationi:vbi temperies est aëris,neque excessiuus calor,nec nimium frigus:sed hæc zona,quæ torrida vocatur,est huiusmodi:vbi neque calor in æstate tam vrgens, vt in Hispania:nec in hyeme frigus : nam toto tempore anni ferè,in omni loco totius nouę Hispaniæ nunquàm tantum homo frigore constringitur vt sit necessarium adhibere ignem ad calefaciendum, neque viget tantum æstus, vt hominem compellat vestem consuetam relinquere: sequitur quòd non solùm habitabilis est,sed maximè habitata, & congruentissima habitationi : potissimè sub æquinoctiali : sic tenuit beatus Isidorus eam habitabilem: vbi putat Paradisum terrestrem situatum ad orientem. Et adducit quendam qui in Anglia vidit incantatorem,qui arte superstitiosa dæmonem inclusserat(vt ipse putabat)qui vt posset exire, promittebat in qualibet die anni fructus maturos. Et incantatore petẽte vbi esset locus, respõdit,quod in quodam loco,qui ab hominibus reputabatur inhabitabilis,qui tamen est amœnissimus.s.paradisus terrestris. *Isidorus. 1. Etymo. lib.*

¶ Nos tamen in noua Hispania sub torrida zona habitantes:sine tali incantatione asserere possumus sic esse:quòd in qualibet die anni dantur fructus maturi,alij,& alij. Et sine opere dæmonis possumus adducere:imò comedimus:nam de fructibus quos profert ipsa regio est compertissimum:quia in omni tempore anni inuenies hunc, vel illum fructum. Et(quod magis est mirandum)de fructibus adductis ex Hispania antiqua. Nam tempore Natiuitatis,quo tempore maximè frigus viget, in noua Hispania ficus maturi comeduntur & non in vno,sed in multis locis:& vuæ maturæ,& poma , & alij fructus multi,quos vidimus, & gustauimus.Quolibet tempore anni etiam in multis partibus segetes inueniuntur maturæ,& aptæ ad messem:& multa,alia quæ miranda sunt illis qui non viderunt.Nobis tamen ex consuetudine vilescunt.Et in vno,& eodem agro segetes albæ sunt ad messem,& in alia parte incipit frumentum pullulare.

¶ Non solum ista concl.probat partem hãc quæ ab æquinoctiali est ad polum arcticũ, vbi noua Hispania est,esse habitabilem: sed etiam contendimus quod ex alia parte versus alium polum,& sub æquinoctiali : quia experientia constat.Et tandem tota torrida zona est habitabilis,& temperies aëris salubberrima huiusmodi inuenitur: ob id illi qui negauerunt,habitabilem,vel sub æquinoctiali,vel ad austrum,aut aquilonem:quia ibi nimium vigeret sol,sunt decepti , & vt homines errauerunt,neque cognouerunt omnia: scientia enim omnis accreuit additione.

¶ Et sub æquinoctiali esse terram temperatam, & congruentem habitationi hominũ, probat Campanus. *Campanus ubi supra.*

¶ Secunda conclu. Duæ zonæ extremæ, quæ sunt in circulis Arctico,& Antarctico, inhabitabiles apud antiquos,sed modo habitabiles *2. Conclu.*

tabiles esse imò frequentissimę habitationis probatur prima pars. Patet. In illis nimium viget frigus, quod est saluti hominũ aduersum. Viget (inquam) ex nimia elongatione à sole, vbi nox per mensem, vel per duos vt dicebamus: imò per 6. & similiter dies. Quo modo vitæ hominum congruens terra erit, vbi per mensem quis non videt solem, & cõtinuè esset nox, & in tenebris essent homines, & frigore constricti? Et quando dies per eundem mensem quomodo posset homo esse sine hoc quod requiesceret, & somnum caperet? Et dato in hoc sibi prouideret, ob indirectam solis irradiationem, frigus adhuc vigeret. Si.n. tempore hyemis apud nos viget ob irradiationem hanc indirectam, etiam si proximior sit tunc sol terris: quia est in opposito augis eccentrici, quanto peramplius esset in illis partibus? hanc opinionem anti qui secuti sunt vt Ouidius in Metamorphosi & Macrobius 2. libro de somnio Scipionis Vergilius in Georgicis, & idem ex modernis Apianus in sua Cosmographia & Gemma Phrisius atque item Commendatarius in expositione *de las crezientas de Iuan de Mena.*

Ratio.

¶ Secunda pars conclu. Quod modo sint habitatæ illæ duæ extremæ zonæ polares: probatur & authoritate & antiquorum & iunio rum. Plinius in 2. lib. c. 68. dubitauit de habitatione istarum duarum zonarum, item Strabo. lib. 7. item Solinus mentionem faciens de illis qui vltra Riphæos montes. Et item Pomponius Mela, verum moderni affirmãt & Cisus in sua Geographia & alij.

¶ *Hoc intelligas oportet in parte illa quę polum arcticum habet habitationem esse, nam in eleuatione 60. graduum, & vltra vsque ad 70. frequens habitatio est vt ex diuersis colligi potest, maximè ex Olao Magno Archiepiscopo Vpsalensi in suo illo opere de gentibus septentrionalibus, imò Nuruegam ponit in eleuatione 70. graduum, vbi dies per duos menses cum dimidio & vltra, plures ponit insulas habitatas, vsque ad eleuationem 83. graduum vbi Screligeros habitare dicit, qui Pigmæi vocantur, qui in veritate cum gruibus bella gerunt, quibus & dies per menses fere quinque, & multa alia videri possunt curiosa & ferè incredibilia de habitatoribus vltra circulum arcticum, & modo in libro nouiter impresso in vulgari lingua qui dicitur *Iardin de flores* multa de habitationibus ad partes Septentrionales sub circulo arctico in colloquio 5. videplura curiosè & ingeniosè adducta.

¶ Tertia conclusio. Aliæ duæ zonæ tam ad Aquilonem, quàm ad Austrum sunt habitabiles, imò sunt habitatæ. Quantum ad primam partem non indigemus probatione, cùm sit experientia cognitum, omnes affirmant talem terram habitatam: imò antiqui illam solam ponebant partem habitatam. 3. Conclu.

¶ Secunda pars habet difficultatem, ob Pto. & Pet. Aliac. & Alfraga. & Alber. Mag. De quo vide Ioan. Baptist. sed probatur. Ioan. Bapt. Capuanus *super sphæram fo. 72.*

¶ Illa pars terræ dicitur congrua hominum habitationi, vbi neque calor excessiuus neque nimium viget frigus: sed illa zona ad Austrum quæ est inter tropicum Capricorni, & circulum Antarcticum, est huiusmodi: ergo illa habitabilis est. Ratio. 1o

¶ Præterea. Si non est habitabilis, maximè ob rationem Ptolemæi, quam adduximus ex Petr. de Aliac. quia scilicet in æstate nimis sol est propinquus, & in hyeme elongatus: sed ista non conuincit, vt eam faciat inhabitabilem. Patet: quia dato ita esset, quòd ex propinquitate solis sit nimius calor, ex alia causa potest temperari, ex influentia, scilicet, lunæ, vel Saturni, aut aliorum astrorum: & hoc experimur sub torrida zona habitantes: quòd in aliquibus terris feruet calor: & in alijs terris proximis istis nimium rigidum est frigus in distantia vnius milliaris sic vt videatur transitus à calore nimio ad frigus nimium: & nos qui hæc scripsimus, sumus non semel, aut bis experti, & vbi frigus sic friget: vt etiam si sit in media æstate: sint niues, & pruina. In tam breui distantia huius varietatis non potest dari ratio, appropinquatio, vel elongatio solis: directio, vel mora: sed oportet ad alias causas etiam naturales recurrere, quæ vel obstant soli, vt calefaciat & est frigus intensum: vel iuuant, & intenditur calor. Si ergo hæc contingunt, sequitur quòd non est sufficiens ratio, dicere illam terram inhabitabilem ad Austrũ: quia in æstate sol, quando illis æstas est propinquior: & in hyeme est remotior. Propinquitas enim vel elongatio solis, quæ est per motum sui eccentrici ad augem, vel oppositum augis: non tantam causat intemperiem, vt reddat inhabitabilem terram.

¶ Et quidem relictis illis terris, quæ de nouo inuentæ sunt in parte illa australi, vltra tropicum Capricorni per 12. gradus cum dimidio, est situatus locus ille, qui extremum Bonæ spei vocatur, *Cabo de buena sperança*, vbi est locus aptus ad inhabitandum: vt Lusitani qui nauigant illud mare ad Indiam testes sunt *Cabo de buena sperança.*

sunt oculati. Et quid dicemus de prouincia Chile in regno vastissimo del Peru in eleuatione alterius poli 32. graduum, vbi maxima temperies: ex quibus manifestè apparet terram non solum habitabilem esse, secundũ omnes quinque eius zonas, sed habitatã esse & frequentissime, & in illa parte Aquilonari sub polo arctico fœlicem, quo ad temperiem aëris, habitantes agere vitam & de quo plura in loco citato congesta sunt ab Antonio de Turrecremata in illo suo citato *Iardin de flores*, colloquio quinto, vbi multa, quę noua apparẽt, & ferè incredibilia, sed satis authẽticè, adducit. Hęc certa putamus, etiã si olim sequẽtes cõmunẽ opinionẽ illas duas zonas polares & vltimas inhabitabiles existimabamus. Et haud dubiè astrologi antiqui, & cosmographi, ignorauerũt plures prouincias esse habitatas, quas nũc videmꝰ. Et quotidie de nouo apparent, industria, & solicitudine Hispanorum: vt patet vsque ad 60. gradus eleuationis ad Austrum, *el estrecho de Magallanes.* Et ad maiorem intelligentiam dictorum, vt animus assurgat ad Deum, qui hæc omnia fecit, per duas integras speculationes libet omnia loca in nouo mundo maritima describere, & leucarum distantiam, & poli eleuationem tam in mari quòd dicitur, *del Norte*, quàm *del Sur*, quòd & erit iucundum lectu, quia, *De an mar a otro ay mas de seys mil leguas, an dadas y conoscidas por los Castellanos.* Ad argum.

¶¶ Ad argumenta solutio patet ex dictis.

¶ SPECVLATIO decima: Quæ sit Poli eleuatio, tam ad Austrum quàm ad Aquilonem in locis noui orbis modo inuentis.

POstquam in præcedenti speculatione aliqualem notitiam dedimus de Zonis: in quibus tota diuiditur terra, & locis in quibus habitatio est: & de torrida Zona loquentes, quam antiqui olim inhabitabilem dixerũt, & modo in nouo orbe frequentissime cultam & hominibus plenam intelligamus: operæpretium duxi in hac 10. & sequenti speculatione omnia describere, quæ in nouo orbe nuper inuento loca sunt habitata, & cognita, per loca maritima discurrendo, tam mari quod dicitur *del Norte*, quam in mari quòd ad Austrum, & dicitur *mar del Sur*: & apponemus poli altitudinem: & leucarum distantiã, à loco magis Septentrionali exordium sumentes, qui vulgo dicitur *la tierra del Labrador.* *Tierra de Labrador.*

¶ In fine terræ firmæ ex parte Septentrionali, est eleuatio 48. graduum latitudinis, ab isto loco vsque ad fluuium qui dicitur *de las Gamas*: sunt quadraginta leucæ, *la buelta del Hueste*, qui locus est eleuatus per 44. gradus. *Rio de las Gamas.* 400

¶ A fluuio qui dicitur *de las Gamas*, vsque ad fluuium qui vocatur, *rio de sant Augustin*, est distantia eadem, scilicet, quadraginta leucarum: qui fluuius est in eleuatione triginta & nouem graduum cum dimidio: in hoc loco est *Colonia* modo Hispanorum Castellanorum, vbi fuerant Galli, qui cõtra fas, ibi sedem acceperant: & ab Adelantado D. Petro Menendez, sunt deuicti, expulsi & ferè omnes trucidati: anno 1566. *Fluuius S. Augustin.* 400

¶ Ab isto loco, qui dicitur fluuius sancti Augustini, vsque ad alium qui dicitur *Cabeça de los martyres*, est distãtia octoginta leucarum: eleuatio est ibi, triginta quinque graduum. *Cabeça de martyres.* 80

¶ A loco qui dicitur *Cabeça de los martyres* vsque ad locum qui dicitur sinus *de Miruelo*, vulgo *Baya de Miruelo, altura 30. grados y medio*, & distantia est centum leucarum. 100 *Seno de Miruelo.*

¶ Ab isto sinu *de Miruelo*, o *Baya*, vsque ad fluuium qui dicitur Spiritus sancti, est distantia centum & sexaginta leucarum: *al Hueste*: & est ibi eleuatio 30. graduum in ore fluuij. *Rio del Spiritu sancto.* 160

¶ Ab isto fluuio qui Spiritus sancti dicitur: vsque ad fluuium qui dicitur *rio Ascondido*, est distantia centum leucarum: & est ibi eleuatio viginti septem graduum cum dimidio. *Rio abscondido.* 100

¶ Ab isto fluuio absconso, vsque ad fluuiũ *de Panuco, que es costa norte Sur*: est distantia septuaginta leucarum: est ibi eleuatio 23. graduum. *Rio de Panuco.* 70

¶ Ab isto fluuio *de Panuco*, vsque ad ciuitatem Veræ crucis, qui est locus deseruiens pro negociatione nouæ Hispaniæ: & ad quem omnes nauigantes quam primo perueniunt, est distantia nonaginta leucarum: ibi est eleuatio poli 18. graduum cum dimidio. 90 *La Vera cruz.*

Campeche que. 100

¶ A portu Veræ crucis, vſque ad locum qui dicitur *Champecheque* eſt in prouincia de *Illucatan*: eſt diſtantia centum leucarum, ibi eſt eleuatio decem & nouem graduum cum quarta.

Cotoche. 80

¶ Ab iſto loco de *Champecheque*, vſque ad aliũ qui dicitur *el Cabo de Cotoche*: eſt diſtantia 80 leucarum, ibi eſt altitudo poli, 20. graduum cum dimidio.

Golfo de las Higueras. 100

¶ Ab iſto loco qui *Cabo de Cotoche*, vſque ad alium qui dicitur *Golfo de las Higueras*: eſt diſtãtia centum leucarum, & ibi eſt eleuatio 17. graduum.

Honduras. 85

¶ Ab iſto loco qui dicitur *Golfo de las Higueras*, vſque ad illum qui dicitur *Cabo de Honduras*: eſt diſtantia 85. leucarum: & eſt ibi polus eleuatus per 16. gradus.

Deſaguadero de la laguna. 70

¶ Ab iſto loco qui *Cabo de Honduras*, ad aliũ qui dicitur *el Deſaguadero de la laguna de Nicaragua*: eſt diſtantia 70. leucarum, eſt eleuatio 10. graduum cum dimidio.

80

¶ Ab iſto loco qui dicitur *Deſaguadero de Nicaragua*, vſque ad portum nominatiſsimum, qui dicitur *Nombre de Dios*: qui deſeruit pro omni negocio mercatorum, in illo vaſtiſsimo regno, qui dicitur *del Peru*: eſt diſtantia octoginta leucarum, ibi polus eleuatus eſt per nouem gradus cum dimidio. & quanuis ab iſto loco, *Nombre Dios*, vſque ad alium locum qui dicitur *Panama*, in mari *del Sur*, parua ſit diſtantia, ſcilicet, 17. leucarum in alijs partibus *Mar a mar*: eſt magna & ex aliqua parte eſt vltra mille leucas.

Nombre de Dios.

Carthagena 70

¶ Ab iſto emporio nominatiſsimo *de Nombre de Dios*, vſque ad ciuitatem *Carthagena*: eſt diſtantia ſeptuaginta leucarum, eſt eleuatio 10. graduum cum dimidio: in hac diſtantia ponitur fluuius qui dicitur *el Darien, ditiſſimus auri*, vbi noſtri Hiſpani collegerunt multitudinem: eſt magnus fluuius.

S. Martha 32

¶ Ab iſta ciuitate *Carthagena*, vſque ad *Coloniam* Hiſpanorum, quæ dicitur *Sancta Martha*: eſt diſtantia 32. leucarum, & ibi eſt eleuatio vndecim graduum. In hac diſtantia poſitus eſt fluuius ille magnus, qui dicitur *de Sancta Martha*, qui diſtat à populo, vbi habitant Hiſpani per 18. leucas fere, habet hic fluuius in ore, quando ingreditur mare, ſeptem leucas in latitudine: & tanta velocitate intrat, vt per diſtantiam quatuor leucarum in mari aqua ſit dulcis, & non miſceatur ſalſæ, ex vehementi fluxu eius. In hoc fluuio ſunt Crocodili, animalia illa celebratiſsima apud Ægyptios: de quibus multa Plinius & alij, & à noſtris Hiſpanis vocantur *Caymanes*, o *Lagartos de las Indias*. Sunt & piſces magni: & illi qui vocantur Manati in quantitate vitulorum: & eſus eſt ad ſimilitudinem carnis bouinæ. Eſt hic fluuius ditiſsimus in quo aurum colligitur: & erat frequentiſsime ex vtraque parte habitatus, ante aduentum Hiſpanorũ: longè vſque ad ortum eiuſdem fluuij per quadringentas leucas: tantam dicunt eſſe diſtantiam ab ortu eius vſque dum mare intrat.

Lagartos, o cocodilos.

Circalib. 1 hiſt. c. 31.

Fluuius de S. Martha per diſtãtia 400. leucarũ habet ortum.

¶ A populo *Sancta Martha*, vſque ad alium locum qui dicitur *Cabo de la Vela*: eſt diſtãtia quinquaginta quinque leucarum: eſt eleuatio 10. graduum.

Cabo de la Vela. 55

¶ A loco qui dicitur *Cabo de la Vela*, ad alium locum qui dicitur Buruata eſt diſtantia ad 90. leucas: & polus, ibidem eleuatur per nouem gradus cum dimidio.

90

¶ Ab iſto loco *de la Buruata*, ad inſulam qui dicitur *Cubagua*, vbi olim erat margaritarũ piſcatura: eſt leucarum diſtantia ſeptuaginta: ibi eſt eleuatio 10. graduum cum dimidio.

Burnata. Cubagua. 70

¶ Ab hac inſula *de Cubagua*, vſque ad locum qui dicitur *Cabo de Salinas*, prope inſulam quæ dicitur *de la Trinidad*: eſt diſtantia quinquaginta quinque leucarum: & eleuatur polus per 10. gradus.

Cabo de Salinas. 55

¶ Ab iſto loco qui dicitur *Cabo de Salinas*, vſq; ad locum qui dicitur *Rio dulce*: eſt diſtantia ſexaginta & octo leucarum: & eſt eleuatio ſex graduum cum dimidio.

Rio dulce. 68

¶ Ab iſto fluuio dulci, vſque ad illum fluuium nominatiſsimum qui dicitur, *de las Amazonas, o de Orellana*: eſt diſtantia centum viginti quinque leucarum: eleuatio eſt duorũ graduum. Hic fluuius habet in latitudine (vt aiũt) vltra quadraginta leucas: Antonius Turrecremata in libello *Iardin de flores* colloquio ſecundo quinquaginta leucas ponit: & eſt fluuius diſtinctus ab alio qui dicitur (de Marañon:) qui nõ multum ab iſto diſtat, in quo decipitur hiſtoriographus Petrus de Cieça Legionenſis Hiſpalenſis in prima parte ſuæ hiſtoriæ impreſſa Hiſpali c. 31. qui ponit eundem fluuium eſſe, hunc quẽ dicimus *de las Amazonas o de Orellana*, cum illo qui dicitur *de Marañon*: Sed tamẽ falſitas eſt deprehenſa à noſtris Hiſpanis: & hic fluuius dicitur *de Orellana*, eo q̃d quidã dux qui & *Adelantado* dicitur, egreſſus à prouincia *Peru*, peruenit ad originẽ huius fluuij: & per mille leucas deſcẽdit, vſq; dũ peruenit ad egreſſum eius in mari *del Norte* (quod vulgo dicitur,) qui eſt locus

Rio de Orellana. 125.

Deceptio Petri ã Cieça.

eus de quo eſt ſermo: ex quo probatur terrarum vaſtitas, vbi leucarum tanta diſtantia eſt: & experientia probatum eſt anno 1559. quando dux *Pedro de Orſua*, miſſus eſt à ſenatoribus ciuitatis *de los Reyes*, quæ dicitur *Lima* in prouincia *del Peru*: qui in ortu fluuij fecit nauigia: & militum congregauit multitudinem: inter quos ille nominatus tyrannus crudelis *Lope de Aguirre*, qui ſtragem fecit inauditam: & per labores plurimos, & per diuerſa rerum diſcrimina peruenerunt ad mare *del Norte*: vt ex hiſtoria manu conſcripta apparet. Hæc ſint dicta vt cõſtet aliũ eſſe hunc fluuium (qui Amazonarum, o *de Orellana* dicitur) ab alio qui *Marañon*.

Modo dicitur hic fluuius el dorado.

Lope de Aguirre tyranno.

Totius orbis partitio facta à ſummo põtifice ad inſtantiã regũ catholicorum & Luſitaniæ.

¶ Ab iſto loco vſque ad aliã partẽ fluminis, q̃ dicitur *Cabo blanco*: eſt latitudo eiuſdem fluuij quæ ad 40. leucas eſt: & iuxta aliorum menſuram habet quinquaginta: & ibi *el Cabo blanco*, eſt linea æquinoctialis per zenith capitis.

Cabo blãco 40 50 *Æquinoctialis linea*

¶ Ab iſto *Cabo blanco*, vſque ad fluuium etiã nominatiſsimum & vaſtiſsimum, qui dicitur *Marañon* eſt diſtantia octoginta quinque leucarum: vbi iam altitudo venit conſideranda ex alia parte quæ auſtralis eſt: & ibidem eleuatur polus per duos gradus cum dimidio: & quidem hiſtoriographi mentionem fecerunt aliquorum fluuiorum, qui inter alios nominatiſsimi ſunt: vt de fluuio Ganges, qui per Indiam Orientalem percurrit: & fuerunt memores Nili, qui diuidit Africã ab Aſia, & regnum Ægyptiorum rigat; & de Tigre: & Euphrate, qui circuunt Meſopotaniam, & Cappadociã: etiam memoria habetur fluuij Indi, qui ab India nomen accepit: & Danubij, qui Vngarorum regnum pertranſit: & de fluuio Tanais, qui Aſiam diſiungit ab Europa: & Ptolemæus, in ſua Geographia, Gangem potentiſsimum ponit: qui vbi magis de latitudine ſeptem leucarum diſtantia eſt: ſed quid ad fluuium *Marañon*? & ad præcedentem *de las Amazonas*: hic fluuius quadraginta leucarum in latitudine dicitur eſſe: vbi mare intrat Oceanum. Etiam ſi in libro qui dicitur *Iardin de flores* colloquio 2. Antonius Turrecremata, quindecim leucas dicat.

Rio Marañon. 85

Magna flumina.

40

¶ Ab iſto fluuio *de Marañon*, vſque ad locum qui dicitur *Cabo de Hueſte*: ſunt cẽtum leucæ: & altitudo poli, duorum graduum eſt ad auſtrum.

100 *Cabo d̃ hueſte.*

¶ Hic locus conſiderandus venit propter duo, primo quia prope hunc locum pertranſit linea illa diuiſionis totius orbis, in duas partes æquales: inter reges catholicos Hiſpaniarum, & Luſitaniæ: factam ab Alexandro ſexto Pontifice Summo anno 1494. tempore noſtrorum catholicorum regum, regis Ferdinandi & reginæ Eliſabeth & regis Portugalliæ Ioannis ſecundi, quæ linea, à polo ad polum extenditur: & totum diuidit orbẽ in duo æqualia: & ex diuerſis reſpectibus, conuentione facta inter reges, cum lineade beret per tranſire à polo ad polum per inſulam *Cabo uerde* vulgo dictã: ad petitionem regis Luſitaniæ, factum eſt vt magis verſus Occidentem, linea ſignaretur ad diſtantiam trecentarum & ſeptuaginta leucarum: vt terram rex Luſitaniæ haberet in ſua demarchatione, q̃ *del Braſil* dicitur: ad quam in noſtra hac deſcriptione peruentum eſt & datum eſt, quod ab illa linea verſus occidentẽ, omnia inuenta, & inuenienda: in commercijs, & in alijs in quibus ad bonum fidei promulgandæ, pertinerent: ad reges catholicos Hiſpaniæ: & ex eadem linea ad Orientem eodem iure, haberet rex Portugalliæ: & tãtum quantum Luſitani, voluerunt habere ex parte hac (ob terram *del Braſil*) amiſerunt ex alia parte, quæ eſt ditiſsima, aromatum & auri & lapidum precioſorũ, quapropter inſulæ Malucæ dictæ: vbi Gariophyllũ naſcitur, *que ſe dize del Clauo*, in demarchatione catholicorũ regum Hiſpaniæ eſt: & ſi per inſulam *de Cabo uerde*, linea pertranſiret, ſicut primo à Pontifice Maximo diffinitum eſt: ad ius pertineret Luſitaniæ. &c.

Tierra del Braſil. aduerte.

¶ Secundum ob quod locus hic notandus, eſt: eo quod in hac regione (quæ tierra de Braſil dicitur) Portugalenſes, habent multas colonias: vltra 18. (vt audio) & extenditur eorum poſſeſsio, per ſex centas leucas in longitudine, per loca maritima: & ferè ad ducentas leucas, intra ipſam firmã terram: pro parte, quæ reſpicit, *las prouincias del Peru*, ad Auſtralem plagã: hæc obiter dicta propter curioſos: aliàs fortè latius: conuertamur ad locũ à quo digreſsio facta eſt.

Coloniã Luſitanorũ in nouo orbe, en la tierra del Braſil.

¶ A loco qui dicitur, *Cabo de Hueſte*, vſq; ad primũ fluuiũ, qui dicitur, *rio primero*: diſtãtia eſt, centum quadraginta leucarum: eſt poli eleuatio, quatuor graduum cum dimidio.

Rio primero. 140

¶ Ab iſto loco qui dicitur à naucleris *rio primero*, vſque ad aliũ locum qui vocatur, *Cabo de ſant Auguſtin*: ſunt 70. leucæ, eleuatio eſt 8. graduum.

Cabo de S. Auguſtin. 70

¶ A loco qui dicitur, *Cabo de ſant Auguſtin*, ad ſinum, ſeu *Baya de todos los ſanctos*: eſt diſtantia

86 ſtantia octoginta ſex leucarum: & latitudo, eſt quatuordecim graduum ferè.

Todos los ſanctos. abre ojo. 117 ¶ A loco qui dicitur, *Baya de todos los ſanctos*, vſque ad locum ſignatum, qui dicitur *Abre ojo*: ſunt centum decem & ſeptem leucæ & altitudo eſt viginti & vnius gradus.

Cabo frio. 78 ¶ Ab iſto loco qui dicitur, *Abre ojo*, vſque ad locũ qui dicitur, *Cabo frio*: ſunt leucæ ſeptuaginta & octo: eleuatio poli 23. graduum cũ dimidio eſt.

117 ¶ A loco qui dicitur *Cabo frio*, vſque ad ſinum qui dicitur, *Baya de ſant Vicente*: eſt diſtãtia centum decem & ſeptem leucarum, eleuatio eſt viginti trium graduum cum dimidio.

Baya de S. Vicente. 70 ¶ Ab iſto loco qui dicitur, *Baya de ſant Vicente*, vſque ad locum qui dicitur, *Sancta Catherina*: eſt diſtantia ſeptuaginta leucarum: & altitudo eſt 27. graduum cum quarta gradus.

S. Cathalina. ¶ Iuxta iſtum locum qui dicitur *Sancta Catherina*, pertranſit linea illa diuiſionis totius orbis: de qua mentio facta eſt, inter reges noſtros Hiſpaniarum, & Portugalliæ.

Cabo de S. Maria. 144 ¶ Ab iſto loco qui *Iſla de ſancta Cathalina* dicitur, vſque ad locum qui dicitur *Cabo de ſancta Maria*: ſunt leucæ centum quadraginta quatuor: eleuatio poli, triginta quinque gradum eſt. Hic eſt fluuius magnus qui dicitur vulgo, *rio de la plata*: qui tantæ magnitudinis eſt: vt ab illo qui vidit, teſtimonium acceperim: habere in ore (vt dicunt) quando mare intrat, in latitudine vltra viginti leucas, Antonius Turrecremata in libello *Iardin de flores* colloquio 2. 25. leucas ponit & in multis locis, aſcendendo ad octo leucas diſtantia eſt: & per trecentas leucas aſcendendo Hiſpanorum *Colonia* eſt: vbi dicitur *la ciudad de la Aſcenſion*, de quibus plura in relatione facta *a Cabeça de Vaca*, in ſua illa gubernatione infauſtiſsima: vbi multa paſſus eſt à ſuis. Proſequentes vſque ad fretum Magallanicum quod reſtat.

Rio de la Plata.

Cabo blãco 20 ¶ A loco iſto fluuij, vſque ad locum qui dicitur *Cabo blanco*: qui eſt ex alia parte fluminis leucæ ſunt viginti eleuatio, eſt triginta & ſex graduum ferè.

Baya ſin fondo. 235 ¶ Ab iſto loco qui *Cabo blanco* dicitur, vſque ad alium qui dicitur *Baya ſin fondo*: ſunt ducẽtæ triginta & quinque leucæ: eleuatio, eſt quadraginta trium graduũ & amplius quarta gradus.

Baya de los trabajos. ¶ Ab iſto loco qui dicitur *Baya ſin fondo*, vſque ad alium qui dicitur *Baya de los trabajos*: ſunt ducentæ leucæ: & altitudo quinquaginta graduum cum dimidio. 200

¶ Ab iſto loco qui dicitur *Baya de los trabajos*, vſque ad fretum Magallanicũ, ſunt centum leucæ ferè: & eleuatio eſt, quinquaginta duorum graduum: & quid ſit ex alia terra eiuſdẽ freti, quæ ad orientem eſt: prorſus ignoramus, à longe viſa eſt, ſed non pedibus Hiſpanorum calcata. 100

Eſtrecho & magallanes. Habet fretũ Magall. de mar a mar 87. *leguas.* ¶ Ab ingreſſu freti Magallanici, vſque ad finem & ingreſſum in aliud mare quod vulgo dicitur *del Sur*, eſt diſtantia octoginta & ſeptem leucarum. Et hic eſt finis deſcriptionis totius terræ, per loca maritima in nouo orbe à parte ſeptentrionali incipientes, quę terra, *del Labrador*, dicitur vſque ad fretum Magallanicum, quod vulgo dicitur, *Eſtrecho de Magallanes*. Ab eodem duce inuento, anno 1519. & pertranſito ab eodem, non ſine vitæ diſcrimine ſuæ, & ſociorum. Quæ diſcrimina audiui ore proprio ab vno ex illis qui fretum pertranſierunt paucis annis poſt ducem Magallanicum in ſecunda nauigatione prudenti viro, & in arte nauigandi vnicè perito & quod maius eſt viro integerrimo & religioſo qui poſt tot maris & terrarum pericula, ad portum ſecuriſsimum & à procellis mundi tutiſsimum religionis peruenit: nam cum eſſet iam prouectæ ætatis, ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini religionem, profeſſus eſt in noua Hiſpania: penitus mundi renuncians honoribus, & diuitijs, qui frater Andreas de Vrdaneta vocatur ex nobili familia Cantabrenſium. Et pro hac ſpeculatione hæc ſufficiant, quæ reſtant ex alia parte noui orbis in ſequẽnti deſcribemus: & vt appareat ex hac parte eſt diſcoopertum, & tritum pedibus Hiſpanorum in nouo orbe: vltra tria millia leucarũ, nã ſunt tria millia & nongentæ & viginti & octo leucæ. *F. Andreas d Vrdaneta* 3928. *leguas.*

¶ SPECVLATIO vndecima. Quæ ſit poli eleuatio in locis diſcoopertis à fretoMagallanico in mari Auſtrali.

Sequi-

Leguas. Equitur conſequenter 11. ſpeculatio, in qua conſiderandũ erit: quæ ſunt à noſtris cognita, ex alia parte: & ab eodem loco incipientes, in quo fuit finis præcedentis ſpeculationis, nempè à freto Magallanico, ex parte qua reſpicit auſtralem plagam: hoc fretum in diſtantia habet aliquando tres, aliquãdo 6. leucas: vbi aquę impetuoſe decurrunt.

Nueſtra ſeñora del ualle. ¶ A ſinu qui dicitur, *Baya de nueſtra Señora del Valle*, in ore freti, vſque ad locum qui dicitur *Baldiuia*: eſt diſtantia centum & viginti duarum leucarum, vbi altitudo 47. graduum cũ dimidio ad auſtrum.

Baldiuia. 122.

El Chile. 148. ¶ A loco qui dicitur, *Baldiuia*, vſque ad portum, *del Chile*: eſt diſtantia cẽtum quadraginta octo leucarum & eſt in eleuatione polus graduum 32.

Baya de mexillones. 180. ¶ A portu, *del Chile*, vſque ad ſinum qui dicitur *Baya de Mexillones*: eſt diſtantia 180. leucarum eſt eleuatio poli 23. graduum cum dimidio.

Puerto de Ylo. 105. ¶ A loco qui dicitur, *Baya de Mexillones, al puerto de Ylo*, eſt diſtantia centum & quinque leucarũ: eleuatur polus 18. gradus: iſte portꝰ eſt iuxta Coloniã quę dicitur Arequipa *en frẽte.*

Lima. ¶ A portu Ylo, *que eſta frontero de Arequipa*, ad portum ciuitatis Lima: quæ alio nomine dicitur *de los Reyes*, quæ eſt metropolis & ſedis proregis, vbi & Senatores regij eſt diſtantia centum quindecim leucarum: eleuatur ibi polus per vndecim gradus cum dimidio.

80 *Truxillo.* 9 ¶ A portu Limæ, vſque ad ciuitatem Truxillo: ſunt octoginta leucę: eſt eleuatio poli, per 8. gradus.

Cabo Blanco. 40 ¶ A loco qui dicitur *Cabo blanco*, ad locum qui dicitur, *la punta de S. Elena*: quadraginta leucæ ſunt: eleuatur polus per gradum cum dimidio.

S. Elena. 50 ¶ A loco qui dicitur *punta de ſancta Elena, al cabo de Paſao*: ſunt quinquaginta leucæ: eſt ſub æquinoctiali.

Paſao. 30 ¶ A loco qui dicitur, *el cabo de Paſao*, vſq; ad alium locum qui dicitur, *el cabo de S. Franciſco*, ſunt trigẽta leucę: extollitur polus, pet duos gradus ad ſeptentrionem.

Eleuatio poli ad ſeptentrionem. ¶ A loco qui dicitur, *cabo de S. Franciſco* ad locum qui dicitur *la Baya y puerto de la Buenauentura*, ſunt octoginta leucæ: eleuatur polus, per quatuor gradus cum dimidio.

Bonauentura. ¶ A portu qui dicitur, *Buenauentura*, vſque ad Panama: ſunt leucæ octoginta quinque, eleuatur polus, *en Panama*, per octo gradus cum dimidio.

Panama. ¶ A Panama, Colonia Hiſpanorum, vbi modo eſt ſenatus Regius, & eſt emporium frequentiſsimum negotiatorum Hiſpanorũ omnium illarum prouintiarum regni, *del Peru*: vſque ad locum qui dicitur, *Punta de Burica*: ſunt nonagintæ leucæ: eſt poli eleuatio, ad aquilonem, per ſex gradus cum dimidio.

Punta de Burica. ¶ A loco qui dicitur *Punta de Burica*, vſque ad Nicaraguã, ſunt centum & decem leucæ: eleuatur polus per nouem gradus cum dimidio. 110

Nicaragua. Golfo de Fonſeca. ¶ A ciuitate Nicaragua, (quæ à noſtris de Leon dicitur) vbi ſedes epiſcopalis vſque ad locum qui dicitur *golfo de Fonſeca*: eſt diſtantia octoginta leucarum, extollitur polus, per gradus 12. & quartam. 80

Treguante peque. ¶ Ab iſto *golfo de Fonſeca*, vſque ad Teguãtepeque: eſt diſtãtia nonaginta leucarum: eleuat polus per 16. gradus. 90

Acapulco. ¶ A portu Teguãtepeque, ad portũ de Acapulco: ſunt centum & decem leucæ & eſt in eadem diſtantia ab æquinoctiali in qua Teguantepeque. 110

Puerto de la Nauidad. ¶ A portu de Acapulco, vſque ad portum qui dicitur *de la Nauidad*, qui eſt nominatiſsimus ob claſſem ibidem paratam ſemel atq; iterum pro inſulis malucis: eſt diſtantia centum quinquaginta trium leucarum, eleuatur polus per 19. gradus. 153

Puerto de S. Pedro y S. Pablo. ¶ A portu natiuitatis, vſque ad portum, qui dicitur *de ſant Pedro y de ſant Pablo*: ſunt leucæ 54. eſt eleuatio 25. graduum.

Puerto de los Puertos 54 ¶ A portu Petri, & Pauli, vſque ad locũ qui dicitur *Puerto de los puertos*: ſunt leucæ 76. extollitur polus per gradus 26.

S. Clara. 76 ¶ A loco qui dicitur *Puerto de los puertos*, vſq; ad portum qui dicitur S. *Clara*: eſt diſtantia cẽtum decem & ſeptem leucarum: eleuatur polus, per 32. gradus.

Barrancas. 117 ¶ A loco qui dicitur puerto de S. *Clara*, vſque ad locum qui dicitur *Barrancas de Miraflores*: ſunt 66. leucæ, eleuatur polus per 35. gradus.

Buena. 25. ¶ A loco qui dicitur *Barrancas de Miraflores, al rio* qui dicitur *Buena*, ſunt 25. leucæ: eleuatio eſt 36. graduum.

S. Cruz. ¶ A loco qui dicitur *rio de Buena*, vſque ad alium locum qui dicitur *ſancta Cruz*, qui eſt in principio *de lo que dizen la California*, ſunt

250. leucæ ducentę quinquaginta eleuatio eſt 23 graduum.

Punta de la California. 50. ¶ A loco qui dicitur *de ſancta Cruz*, vſque ad extremum ſeu promontorium in exitu Californię: ſunt 50. leucę: & altitudo poli, eſt 21 graduum.

Cabo Blanco. 48. ¶ Abiſto loco qui dicitur *de la California*, vſque ad alium qui dicitur *cabo Blanco*: eſt diſtantia quadraginta & octo leucarum, altitudo poli 20. graduum eſt.

Cabo de Santiago. 158. ¶ A loco qui dicitur *cabo Blanco*, vſque ad aliū qui dicitur *cabo de Santiago*: qui locus eſt maritimus induſtria D. D. Antonij *de Mendoça* proregis nouæ Hiſpaniæ, & expenſis eius inuentus: eſt diſtantia 158. leucarum, eſt eleuatio 26. graduum cum dimidio.

Cabo del Engaño. 146. ¶ Abiſto loco qui dicitur *puerto de Santiago*, vſque ad alium qui dicitur *el cabo del Engaño*: eſt diſtantia centum quadraginta ſex leucarum, eſt polus eleuatus per triginta & duos gradus cum dimidio.

Rio de ſancta Maria. 152. ¶ Abiſto loco qui dicitur *cabo del Engaño*, vſque ad fluuium qui dicitur *rio de ſancta Maria*: vbi finis terræ diſcooperte, ſunt leucæ dueę tę quinquaginta duæ: & polus eleuatur per 44. gradus.

¶ Hic eſt finis cognitæ terræ: verum reſtat in immenſum diſcooperiędum ab alijs: quia nondum finis repertus eſt in parte Aquilonari, quæ reſpicit mare auſtrale, (quod Sur vocatur) ignoramus quouſque continuetur terra: ſicut ex alia parte vltra fretum Magallanicum, nondum tentatum eſt à noſtris an locus ſit habitatus, an deſertus: neque eſt exploratum quo vſque extendatur. Inuentę ſunt ergo ex hac deſcriptione per loca cognita, & à nautis & naucleris nominata, & proprijs inſtrumentis exacte conſideratis omnibus in hanc partem quæ mar del Sur dicitur, tria millia leucarum: ecce & ex parte alia maris quæ del norte dicitur inuętæ ſunt 3928. leucæ quæ in nouo orbe ſimul iunctæ ſunt, ſunt 7. mille leucæ vt totius orbis intelligas quantitatem leucarum nondum cognitam: & ſub ſilentio pertranſiuimus, antequā ad nouum orbem deueniremus, mentionem facere inſulæ quæ dicitur *la Eſpañola*, & alio nomine *ſancto Domingo*: quæ & metropolis eſt: cuius inſulæ tanta eſt quantitas, vt per circuitum habeat vltra ſexcentas leucas: & latitudinem continet 60. leucarum: & longitudinem centum & octoginta: vbi erāt quinque regna diſtincta, & plena habitatoribus & auri feraciſſima: ita vt granum auri fuerit inuentum, in tanta magnitudine *como una haza de pan*: valoris 3600. Caſtellanorum: iuxta eam eſt & inſula de Cuba, quæ & Fernādina dicitur: tam vaſta & ingens, vt ſit maior quam diſtantia, quæ eſt à Valiſoleto, Romā vſque & iuxta has duas, ſunt aliæ duæ, illa quæ Iamaica, & alia quæ *ſant Luan de puerto Rico*: & ſub ſilentio pertranſiuimus alias pluſquam ſexaginta inſulas iuxta has: quæ dicūtur *de los Lucayos y Gigantes*.

Iſla de ſancto Domingo per circuitū 600. leguas.

¶ Et anno 1567. præſes & gubernator prouinciæ *del Peru*, illuſtris Licēciatus Caſtro miſit duo nauigia, dux fuit Aluarus de Mēdaña cū apparatu neceſſario, vt nauigantes verſus auſtrum vltra æquinoctialē quærerēt nouas terras, & per multa diſcrimina rerum inuenerunt inſulas populatiſsimas magnas non nullas, quæ in circuitu vltra trecentas leucas habebāt: Gens illa erat ferociſsima. ſ. brutalis valde: incedunt nudi ſolis verēdis cooperti nigri coloris, criſpi omnes, adinuicem inter ſe bella gerunt. Et multa alia narrantur, quæ in hiſtoria aliquādo legēntur. Hęc ſunt dicta vt intelligamus adhuc omnia non eſſe diſcooperta habitata loca ad auſtrum, & q̄ mirabile eſt Luſitani nauigauerunt per mari tima terræ quæ vltra fretum Magallanicum dicitur per duo mille leucas, ad orientē ſem per terram cōtinuatam deprehēdentes, quā ob multitudinem Pſitacorum, regionem Pſitacorum nominauerūt & habitatores dicūt nudos incedere, eſſe tamen pulcherrimos & magnæ ſtaturæ & hæc terra per 5. gradus ab æquinoctiali incipiens ex parte auſtrali à regione, quæ noua Guinęa dicitur, continuatur ad orientē cum Aſia (vt in mappa deſcribit Abrahamus Hortelus Antuerpianus) ex quo apparet alius orbis ex parte auſtrali vt nouus quem deſcripſimus, qui tam latè patet, inſula remaneat ob fretum Magallanicū.

SPECVLATIO XII. De cœlorum numero & ordine.

IRca libros cœlorum Ariſto. nonnulla alia conſideranda veniunt, & ſpeculanda, ſcilicet, de numero cœlorum, de ordine eorū, & de motu proprio: atq; de eccentris, & epiciclis, & tandē de quātitate ipſorū & diſtātia adinuicē, & à nobis: aț hæc omnia vna, & altera ſpeculatione, complere in animo eſt.

¶ Primo ſeſe offert ſpeculatio de cœlorum numero, an vnum ſint, vel plures: & quot ponantur: nam in ſecūda ſpeculatione dictum eſt de cœlo, quod ſit corpus ſimplex, & quo modo ſtet in eo compoſitio, & quia in prima & ſecunda editione excogitauimus peculiarem edere tractatum ſeorſum ſphæræ, vbi omnia quæ ab aſtrologis conſiderari ſolent tractarentur: non hæc inter ſpeculationes poſuimus: verum cum adhuc tertiā hanc in animo ſit in vulgus emittere, conſilium fuit: nonnulla, velut præludia quædam ad aſtrologiam, adducere: & primo de cœlorū numero & ordine.

Platoes Ariſt. poſuerūt 8. cœlos.

¶ Apud antiquos varia fuit de cœlorum numero opinio: Ariſt. & Plato, octauum poſuerunt firmamentum, (quod nos ſtellatum cœlum dicimus) primum ſupra locauerunt, & primū eſſe mobile affirmarunt: & infra alios ſeptē orbes planetarum, Saturni, Iouis, Martis, &c. vſq; ad orbem lunæ deueniētes: & adhuc in ordine quo planetæ infra firmamentum eſſent coordinati, fuit peculiaris opinio Plato. & Ariſtot. nam ſolem in penultimo loco, à firmamento incipientes, verſus nos collocauerunt. Ita vt nobis proximū, & primū lunæ cœlū, dicerent: & ſecūdo loco affirmārēt eſſe ſolem: cū tamen communiter in 4. loco inter planetas ſol ponatur ſiue à firmamētō incipiamus, ſiue à luna: tanquā prēcipuus planetarum & rex in regno inter ipſas 7. ſtellas erraticas quas vocant, in medio ſedeat quia à luna numerando, ſecundus planeta Mercurius eſt: & tertius Venus, quartus Sol, quintus Mars, ſextus Iupiter, ſeptimus Saturnus. Et ſi à Saturno incipiat computus: ſecundo loco Iupiter, tertio in loco Mars, & in quarto eſt Sol, in quinto Venus, in ſexto Mercurius, in ſeptimo Luna. Hic modus ab aſtrologis & philoſophis communiter ſeruatur: itaque Sol, planetarum præcipuus, in quarto loco collocatur: aſcēdentes ergo vnū quēque planetarum & motum eius & quantitatem ponemus orbium: nam ipſorum planetarum, in comparatione ad terram, quātitatem, infra in libris meteororum ſpeculatione 2. depingemus.

Ariſ. 2. cœli

Solem poſuit in 2. cœlo Plato & Ariſtot.

¶ Primus nobis proximus eſt orbis lunæ: qui ſolum vnam habet ſtellam, quæ eſt luna. Huius orbis craſſitudo, vt ab aſtrologis accepimus: eſt miliarium 99504. motus eius ad motum primi mobilis ab oriente in occidentem ſpatio 24. horarum fit: ſed tamē motu proprio, qui eſt ab occidente in orientem (de medio motu ſoquentes) ſpatio viginti ſeptem dierum, & ſeptem horarum & quadraginta & quatuor minutorum mouetur ita vt qualibet hora, ſuo motu moueatur ſpatio triginta duorum minutorum, & 56. ſecundorum & in quolibet die per tredecim gradus & decem minuta, & 35. ſecunda & tota circunferentia orbis lunæ eſt 1310829. miliarium.

Craſſitudo Lunæ 99504. milliarium.

Circunferentia. 1310829

¶ Secundus occurrit planetarum Mercurius: qui ſolum habet hanc vnicam ſtellam, quam Mercurium vocamus cuius craſſitudo eſt 334209. milliarium: & cum ad motū primi mobilis moueatur ſpatio 24. horarū, vt alij omnes orbes, ſuo tamen proprio motu, ab occidente in orientem, ſpatio 365. dierum & 5. horarum & 49. minutorum & 12. ſecundorum & per quemlibet diem, mouetur motu proprio ſpatio 59. minutorum & 8. ſecundorum & 19. tertiorum, tota eius circunferentia dicitur eſſe 3411572. milliarium.

Cœlum Mercurij. Craſſitudo 334209.

Motus.

Circunferentia. 3411572

¶ Tertius in ordine Venus, cuius orbis motus, ab oriente ad motum primi mobilis, ſicut in alijs planetis eſt & proprius, qui cōtrarius primo eodem modo ſicut de Mercurio intelligi debet craſſitudo eius eſt 3097250. Et in tota circunferentia milliaria habet 22880000.

Venus. Motus. Craſſitudo Circunferentia. 2288000.

¶ Quartus Sol occurrit: cuius craſſitudo eſt milliarium 325000. motus ad motum primi mobilis omnibus conſtat peragi, ſpatio viginti quatuor horarum ſed motu proprio per annum mouetur, fere eodem modo quo mouetur Venus & Mercurius. Iſti tres planetæ, circa motum conueniunt, Sol, Venus, & Mercurius, circunferentia orbis ſolis. 2492285 7. milliarium.

Sol. Craſſitudo Motus. Circunferentia. 2492285 7.

¶ Quintus eſt Mars: cuius globi craſſitudo, eſt milliarium 24882000. ad motum primi mobilis, ſpatio 24. horarum fertur ſed proprio motu, ab occidente in orientem totum pertranſit Zodiacum ſpatio vnius anni, & 321. dierum & 23. horarum ita vt quolibet die motu proprio, moueatur 31. minuta & 26. ſecunda circunferentia totius orbis hæc eſt 181324000. milliarium.

Mars. Craſſitudo Motus. Circunferentia. 24882000. 181324000.

¶ Sextus planetarum in ordine Iupiter: & orbis craſſitudo, eſt milliarium 1796250. Mouetur motu proprio, vndecim annis & 313. diebus & 20. horis ita vt quolibet die cōtra motum primi mobilis per quatuor minuta & 59. ſecunda moueatur circunferentiæ magnitudo, milliarium eſt 294273572.

Iouis. Craſſitudo Circunferentia. 1796250. 294273572.

¶ Septimus Saturnus eſt cuius orbis craſſitudo, fertur eſſe milliarium 18541350. motu diurno, ad motum primi mobilis ſpatio

Saturnus. Craſſitudo 18541350.

24. horarum mouetur: ſuo autem proprio ab occidente in orientem viginti nouem annis, atque 162. diebus & 12. horis pertranſit totum Zodiacum: ita vt quolibet die per duo minuta & quolibet anno per 12. gradus, & 13. minuta atque 35. ſecunda, moueatur. De eius circunferentia dicitur quod ſit tanta quanta milliarium 410818572. longitudo.

Circunferẽtia.

410818572.

¶ Ecce ab omnibus philoſophis, & aſtrologis, abſque differentia, ſeptem planetæ aſsignantur, & nominantur: vt diximus, & ob breuitatẽ ſuos proprios caracteres vnicuiq; aſsignant.

Saturnus.	frigidus & ſiccus
Iupiter.	calidus & humidus.
Mars.	calidus & ſiccus.
Sol.	calidus & ſiccus.
Venus.	frigidus & humidus.
Mercurius.	ſecundum conditionẽ illius cui coniungitur.
Luna.	frigida & humida.

Firmamẽtũ

¶ Supra ſeptem orbes planetarum de quibus diximus: ponitur octauus, qui firmamẽtum eſt & vocatur cœlum ſtellatũ: vbi multitudo ſtellarum, quæ apparent. Et tempore Ariſto. vt alias diximus, hoc cœlum ſtellatum 8. loco poſitum, primum mobile vocabatur 2. cœli. text. 61. vbi quærit quare in primo mobili, ſit tanta ſtellarum multitudo & varietas: eo quod Ariſtot. Calippus & alij Aſtrologi illius temporis ſolùm in firmamẽto vnum deprehenderunt motum diurnum: qui ſpatio 24. horarum perficitur. Illud poſuerunt eſſe vltimum & primum mobile: q̃ ſuo motu, omnes ſphæras inferiores planetarum ſecum raperet: verum vt nos diximus ſupra ſpecu. 3. conclu. 4. alij motus deprehẽſi ſunt in ſphæra 8. quæ firmamentum dicitur. Qua propter, poſt Ariſtotel. & aſtrologos illos antiquos, Hipparcus & Ptolemæus & alij, alium motum deprehenderunt in octaua ſphæra. Et antequam de eo ſit ſermo, quia diſcipulũ futurũ in proximo theologũ formare contendimus vt alias diximus notandũ erit, Procopium Gazeũ, vetuſtum authorẽ catholicũ (qui nuper impreſſus ad nos deuenit) circa cœlorũ motũ erraſſe: tractãs enim illa verba Gen. 7. Cataractæ cœli apertæ ſunt: ait in hęc verba: perperam ſentiunt illi qui cœlũ fingunt ſphæricũ & mobile: nam cœlum cõſiſtit immobile, & via eſt aſtrorũ in ipſo decurrentiũ: hęc ille, vt ſupra adduximus. Relicta hac falſa imaginatione, reuertentes ad locũ vbi digreſsi ſumus, cœlũ mobile eſt: & in firmamẽto (q̃ ſtellatũ cœlũ vocatur) nõ ſolũ inuentus eſt motus ille, quẽ Ariſt. & ante eũ alij inuenerũt diurnum: ſed vnus alius motus ab occidẽte in orientẽ: eo modo quo planetæ mouentur ſuis proprijs motibus quod Ptolemæus in 7. Almageſti probat: qui motus erat ita tardus, vt ſpatio 100. annorum ſolùm per vnũ gradũ moueretur. Quapropter ſuã perfectã reuolutionẽ ſpatio 36. milliũ annorũ cõpleret. Cũ ergo iã fuerint duo motus deprehenſi in firmamẽto: & cuilibet corpori ſimplici primo & per ſe vnus motus cõpetat ei naturalis, vt nos ſupra diximus ſpecula. 3. intellexerunt firmamentũ non eſſe primũ mobile, ſed aliud ſupra eſſe ponendũ à quo eſſet ille motus raptus diurnus ab oriente in occidentẽ: & ſuũ haberet propriũ cõtrarium primũ mobile dicebant aſtrologi & philoſophi ſolũ vno mouerí motu: quia erat valde proximũ primæ cauſæ quę erat immobilis: adhuc aliam dederũt rationem, quare oporteret ponere ſupra firmamentũ aliud cœlũ, quod mobile primũ dicereturnam vt Ariſt. ſentit in 2. meta. cuilibet cœlo ſua applicatur motrix intelligentia: ſed vna ſola nõ poſſet cœlũ mouere duobus motibus cõtrarijs quapropter neceſſario motus diurnus firmamẽti ab alia intelligẽtia ſuperiori erat, quę applicata eſt primo mobili & intelligẽtia firmamenti mouet cœlũ ſuo proprio & naturali motu, ab occidente in orientẽ, ſpatio illo tã largo qui eſt 36. millibus annorũ. Ecce quo modo 8. ſphæra vltima nõ eſt, & motũ habet propriũ, ſicut & planetæ habẽt. Et huius globi craſsitudo dicitur eſſe 653575oo. milliarũ & circunferentia 821637143. milliariũ & omnia hæc quæ ad craſsitudinẽ orbiũ, & circũferentiam eorum, ſic deſcriptã aſſumpſimus ex peritis in aſtrologia: maximè ex Iacobo Fabro: qui & interuallũ, etiã à cẽtro terræ, vſq; ad conuexã ſuperficiẽ orbis lunæ milliariũ ponit eſſe 10937. ex quo vno, poſt cõſiderata quantitate, & craſsitie, cuiuſlibet orbis, vſq; ad 8. ſphærã incluſiue deprehẽdi poteſt, & diſtantia, quæ eſt à nobis vſq; ad primũ mobile: q̃ ipſe Ptolemæus nonũ cœlũ dixit, in quo ſicut in alijs Deus à nobis venit glorificandus.

Procopij error.

Tẽpore Ariſtote. firmamentum. 1. mobile.

***

Cuilibet cœlo una motrix intelligẽtia applicatur.

Craſsitudo 65357500. Circũferentia. 821637143. Iacobus Faber. A cẽtro terræ ad conuexũ lunæ. 10937.

¶ Sed adhuc notandũ quod circa motum 8. ſphæræ qui proprius eſt ab occidẽte in oriẽtẽ fuit antiquorũ varia opinio: nã quidã poſt Ptolemæũ, & Hipparcũ, dixerũt 8. ſphæram moueri vno gradu, per 60. annos & quatuor menſes & ſic totam ſuam complebat reuolutionem ſpatio 21. millium & ſexcentũ annorum.

Motus trepidationis quando inuentus.

annorum. Sed adhuc poſt hos aſtrologos, Thebit conſiderauit in. 8. ſphera ſtellas moueri non ſolum ſecundum longitudinem, ſecundum ſucceſsionem ſignorum: ſed etiam ad Auſtrum, & Septentrionem: qui motus trepidationis dicitur: & hunc proprium. 8. ſphæræ dixit Thebit: ſicut illum alium ſecundum longitudinem, proprium poſuerat Ptolemæus.

Congregatio Aſtrol. tempore Regis Alphonſi.

¶ Verum tempore ſapientiſsimi regis Hiſpaniarum Alfonſi, congregatio ſapiẽtium philoſophorũ aſtrologorum facta eſt: qui inuenerunt ſtellas fixas firmamẽti interdum moueri ad Septentrionem, interdum ad Auſtrũ: & etiam inuenerunt, aliquando velocius moueri, verſus orientem, quam verſus occidentem: quæ variatio ſtare non poterat, ſi ſolum in. 8. ſphæra duo eſſent motus, ſcilicet, diurnus & alius qui ab occidente in orientem qui proprius dictus eſt. Quapropter, alium tertium, ei appropriarũt, qui trepidationis dictus eſt & illum ſecũdum motum vltra diurnum tardum vocauerunt qui ſpatio ducentum annorum gradu vno & .28. minutis eſſet: qui motus perficeretur. 49. millibus annorum: & hic motus dicebatur euenire à. 9. ſphæra, quam Ptolemæus, & Hipparcus primũ mobile dixerunt: & hic motus dictus eſt proprius. 9. ſphæræ, ſed alium ſecundũ motum, ab Aſtrologis inuentum tempore regis Alphonſi, quẽ trepidationis vocauerunt: affirmarunt fieri in duobus paruulis circulis, circa principium arietis, & libræ ratione cuius, ſtellæ fixæ aliquando mouebãtur ad Auſtrum, interdum ad Septemtrionem: & interdum ſecundum longitudinem, & hunc dixerunt proprium. Quapropter cum in. 8. ſphæra triplex eſſet repertus motus, primus, diurnus, alius ſecundus ſecundum ſucceſsionem ſignorum ſecũdum longitudinem & eſſet alius tertius qui trepidationis ſecundum latitudinem, ad aquilonem & Auſtrum, vnum aliud cœlum poſuerunt, quod. 10. vocarunt & primum mobile vt iam nonum quod fuerat à Ptolemæo poſitum vt primum mobile, non diceretur primum, ſed ſecundum & ſupra eum ponere tur. 10. cœlum, quod primum mobile eſſet à quo firmamentum, ſortiretur motum diurnum, quem habet per ſingulos dies: qui proprius eſt. 10. ſphæræ, quam primum mobile vocamus quæ alium non habet, niſi ab oriente in occidentem, ſpatio. 24. horarum.

Primus.

10. cælum.

1. Mobile.

¶ Et motus ille trepidationis qui proprius eſt firmamenti, ſeu. 8. ſphæræ: ſpatio. 7. millium annorum completur: ita vt. 20. annis fere vno gradu moueatur: hic motus non fit ſupra Polos æquinoctialis, neque ſupra Polos Zodiaci: ſed fit iſto modo, vt in principio arietis & libræ, in Zodiaco in. 8. ſphæra ſit paruulus circulus quem pertrãſit. ſpatio dicto ipſa. 8. ſphæra motu illo trepidationis.

¶ Habemus ergo omnes deſcriptas ſphæras, à Luna incipientes: vſque ad mobile primũ, quæ ſunt numero decem, & motus carũ preciſe. Vltra huiuſmodi. 10. ſphęras cœlum empireum ponitur à catholicis, quod & beatorum ſedes eſt quod immobile eſt & quidem & Baſilius, & Beda, & Strabo, & alij ſancti ponunt: de quo aliqui dicunt quod cum immobile & ſtabile ſit, & pro loco & ſede beatorum nullum habet influxum in hæc inferiora: verum doct. S. putat cælum empyreũ habere influxum ſuper illa quæ mouentur, licet maneat immobile, & influit in primum mobile, non aliquid tranſiens & aduenies per motum: ſed aliquid fixum, & ſtabile ſcilicet, virtutem continendi, & cauſandi, &c. An ſupra firmamentum (nonum cœlum quod ſecundum mobile dicimus) ſit criſtallinum per quod aquę intelligãtur, vel ſint verę aquę de quibus ſcriptura ſacra meminit: non eſt preſentis ſpeculationis vide doct. S. p. p. q. 68. articu. 2. &. 3. vide & Abulenſem ſuper Euſebium. p. p. capitu. 80. & Guilelmum de vniuerſo.

S. Th. p. p. q. 66. ar. 3 Ad. 2.

S. Thomas.

* Figuram de orbibus planetarum & firmamẽti, & de characteribus quibus ſigna & planetæ ab aſtrologis ſignantur: vide in fine octaui phyſicorum, pagina. 197.

¶ SPECVLATIO. XIII. De eccentris epiciclis.

Conſequẽter de eccẽtricis & epiciclis dicẽdũ: & primo oportet è medio tollere opinionem cuiuſdam Rabini vetuſtiſsimi de quo Iacobus Naclantus in ſuo de archanis. Qui dicebat vltra ſidereum cœlum nullũ aliud ponendum: & cœlos non eſſe in rei veritate diſtinctos: ſed omnes eſſe vnum corpus nõ ſecus ac aer plures in regiones partitus: & vnicuique planetarum ſua regio eſſet diſtributa, & dicit quod cœlum non eſt corpus ſolidum ſed permeabile ſicut eſt aer & quod ibi

Naclantus Vide. San. Th. p. p. q. 68. ar. 5.

Directus. *Retroga.* *Stationarius.* ¶Ratione huiusmodi motus epicliclorũ, vbi est planeta, qui etiam dicitur moueri in suo epiciclo: dicit planeta statiõarius, direct⁹ retro grad⁹ nam qñ planeta est in superiori parte epicicli quæ respicit firmamentum, vocatur direct⁹ rectus, quia tunc dicitur moueri secundum, successionem signorum: & vocatur retrogradus: quãdo est in parte oppositа inferiori: quia tunc dicitur moueri contra successionem signorum vocatur stationarius: quando est in illa parte epicicli, vbi contingit lineam à cẽtro terrę eductam, per circunferentiã eccentrici, vocatur prima statio, quando id ex parte orientis: & secunda statio quando ex opposita, quia tunc videtur stare planeta.

Luna nunquã dicitur retrograda uel stationaria. ¶Etiam si planetæ vocentur directi, retrogradi, & stationarij: ratione sui epicicli. Luna tamẽ etiã si habeat epiciclum, non dicitur stationaria, neque directa, neque retrograda: ob velocitatem motus orbis sui eccentrici: sed tamẽ dũ in superiori parte sui epicicli est, tarda dicitur, & in inferiori velox.

Declinatio. ¶Etiam tribuitur planetis declinatio, & latitudo: declinatio, est distantia planetę ab æquinoctiali. Latitudo, est distãtia planete, à linea ecliptica. Linea ecliptica est quæ per mediũ

Latitudo. latitudinem Zodiaci describitur, de qua inferius quæ & via solis dicitur, quia Sol nunquã recedit ab ea, quia semper sub Zodiaco per mediũ mouetur: ob id Sol nullam habet latitudinem, cum tamen habet declinationem.

Auctus. ¶In ordine ad Solem, sunt aliæ proprietates planetarũ, scilicet, augmentatio, & diminutio luminis, vt cum à Sole recedat, dicatur auct⁹.

Cõbustus. Oppressus Vnitus. Euasus. Et dicitur planeta combustus, quãdo Soli approximatur, per. 15. gradus & si est intra. 12. gradus vocatur planeta oppressus & quando in eodem gradu, vocatur vnitus & quando recedit à Sole, vocatur euasus.

Aspectus uarius. Oppositio. Cõiunctio. ¶Adinuicem inter planetas est passio, quędicitur aspectus qui & varius est, dicitur coniũctio, oppositio, sextil. &. 4. & trinus, &c. coniũctio est quando planetæ, simul iungũtur, oppositio quando per. 6. signa distant, & sextilis quãdo per duo. Et sic per. 60. gradus: quiacuilibet signo. 30. gradus deputantur & hæc est nota. ✱. quartus aspectus est quando distant per tria signa. 1. per. 90. gradus: & trinus aspectus est quãdo per quatuor signa. 1. per. 120 gradus.

¶ SPECVLATIO XIIII. De circulis componentibus sphæram.

Speculatio POstquam in præcedentibus nonnulla tetigimus obiter velut preludia ad astronomiã, operę pretium erit vna alia spec. de circulis, & ex quib⁹ sphęra cõponitur cõsiderare: nã loquuti sum⁹ de Zodiaco, de equinoctiali, & de polis & circulo arctico, & antartico: quę intelligi nequeunt nisi peculiariter speculentur.

¶De circulis ex quibus sphęra materialis cõponitur, tractare volẽtes: q is sit finis, vt quẽ admodũ in materiali describuntur & delineã in cœlo etiã secũdũ imaginationẽ apprehendãtur: & primo in primo mobili, nã cũ suo illo motu diurno. 24. horarũ spatio, oẽs inferiores secũ rapiat orbes, sub illis circulis in primo mobili imaginatiõe depictis: in quolibet cęlo inferiori, oportet contẽplari similiter vt correspõdentia sit inferioris, ad superiorem sphæram.

¶Ex decẽ circulis constat sphæra materialis: & sex sunt maiores: quatuor dicũtur minores, & qui maiores sunt, eo dicũtur, quia totã sphærã in duas dividũt partes æquales.

Æquinoct. ¶Primus circulus ex maioribus, æquinoctialis dicitur, qui æqualiter diuidit orbẽ vtæquè distãs ab vtroq; polo sit, & cingulũ primi mobilis seu primi motus dicitur & ideo æquinoctialis: qa qñ Sol peruenerit ad talẽ locũ in cęlo, lineã describẽs motu suo diurno, inter noctes & dies æqualitatẽ causat, q in duobus tẽporibus anni euenit, in principio arietis in mẽse Martij, & in principio libręin mẽse septẽbris, nempe. 11. die Martij & decimo tertio septẽbris. Et hic circulus in sphęra, ab omnibus alijs maioribus distinguitur in multis & quia in eo solo ęqualitas inter diẽ & noctẽ ar artificialẽ. Et quia ęqualiter distet à polis mũdi, &c. qa hic nõ expropositо tradimus astrologiã, neq; sphæræ tractatũ exponim⁹: sed solũ rudimẽta quædã pro tyronibus, quæ cõsiderãtur in sciẽtia, circa hũc circulũ æquinoctialis, missa ex ꝓposito facim⁹. Hic circul⁹ sine latitudine cõsideratur, à cui⁹ distãtia latitudo locorũ metiri debet: vt inferius dicemus.

Zodiacus. ¶Secũdus circulus ex maioribus, Zodiacus dicitur: hic intersecat æquinoctialem in duas partes ęquales, & intersecatur ab ea: & vna medietas declinat ad septẽtrionem: & alia ad meridiẽ, qui etiã vocatur circulus vitæ, unde Zodiacus à, 301. id est vita, nã secũdũ motũ planetarũ sub Zodiaco, vita in his inferioribus est, vel eo dicitur Zodiacus, quia ibidem signa duodecim quæ à diuersis animalibus nomen accipiunt quæ sunt sequentia.

Aries.

Aries.	calidus & siccus.
Taurus.	frigidus & siccus
Gemini.	calidus & humidus.
Cancer.	frigidus & humidus.
Leo.	calidus & siccus.
Virgo.	frigidus & siccus.
Libra.	calidus & humidus.
Scorpius.	frigidus & humidus.
Sagittarius.	calidus & siccus.
Capricornus.	frigidus & siccus
Aquarius.	calidus & humidus.
Pisces.	frigidus & humidus.

Zodiacꝰ habet latitudinem. ¶Est notandum quod inter circulos omnes ex quibus sphera constat, hic qui Zodiacus dicitur, latitudinem habet: & per medium vt diximus, linea in imaginatione describitur, quæ ecliptica dicitur vel via solis per quam viam semper Sol incedit & nunquam ad Austrum, vel ad Aquilonem declinat, verum signa quę per Zodiacum posita describuntur, interdum declinant in vnam partem, ad Aquilonem, & interdum ad aliam, & ob id signa dicuntur habere, latitudinen septentrionalem, & aliquando meridionalem.

¶Etiam considerandum quod sicut in terra latiudo sumitur ab æquinoctiali, vt talem ciuitatem dicamus tantam habere latitudinẽ, quanta distantia est ab æquinoctiali: & consequenter tanta est poli eleuatio sic in cælis, stellarum & planetarum latitudo, sumitur ab hac ecliptica linea.

In terra latitudo ab Æquino. ¶Et cum duodecim ponãtur supra dicta signa in Zodiaco: & cuilibet signentur longitudinis. 30 gradus, quilibet habet in latitudine. 12. quam latitudinem habet Zodiacus, & sic linea ecliptica per mediũ imaginata, sex gradus latitudinis Zodiaci, ad partem Aquilonarem &. 6. ad Austrałem relinquit. Et cum Sol non recedat a linea vt dictum est, non habet

In planetis à linea ecliptica. latitudinem, habent tamen planetæ, vt diximus.

¶Et notandum quod cum Sol nunquam ad Austrum vel meridiem declinet, & semper sub ecliptica, non potest eclypsis contingere Solis vel Lunæ, nisi sub eadem ecliptica nã si fit Lunę eclypsis, oportet fit per interpositionem terræ inter Solem & Lunam, & tunc solum est, quando Luna (quæ interdum ad Austrum declinat interdum ad Aquilonem) transitum facit sub linea ecliptica, in capite draconis, vt si sol existat in capite, Luna sit in cauda vel econtrario & ob id non fit eclypsis in omni plenilunio quia non contingit oppositio in illis punctis eo quod Luna non est sub eclyptica.

Quando cõtingit eclipsis. ¶Et eclypsis Solis, est etiam quãdo Luna supponitur sub ecliptica. Et in omni coniunctione posset contingere, si Luna semper sub ecliptica: sed quia declinat, non in omni coniũctione euenit talis sub ecliptica Lunæ suppositio. De hoc circulo Aristotel. in secundo de generatione loquens ait, secũdum accessum & recessum Solis in circulo obliquo, fiuntgenerationes, & corruptiones, quia inquantum Sol viam eclipticam obseruans, à puncto arietis, accedit ad tropicum cancri, generationes fiunt: & per recessum à puncto libræ, ad capricorni tropicum, contingunt corruptiones in hyeme. Et cum à puncto æquinoctij vernalis in ariete, vsque ad tropicum Cancri crescat dies, non tamen æqualiter: nam cum 24. graduum ferè sit maxima declinatio in ariete, fere per. 12. gradus crescit, & in Tauro quasi per. 7. & in Geminis fere quatuor: quod demonstrat Ptolemæus in Almagesto: & tãdem quãto maior approximatio ad æquinoctialem, tanto est maius augmentum, & sic erit consideratio inæquinoctio autũnali. Vide late Abulen. in. 2. p. defensorij. c. 88. De quibus suo loco latè. De prehẽditur error vulgi. Existimant enim per singulos menses, quando dies incipit crescere à tropico capricorni æquale esse augmentum vsque ad tropicum Cancri. Et quando incipit decrescere. Et proportionabiliter existimãt fieri à tropico cancri. 11. Iunij vsque ad tropicum capricorni. Et Calendarium Romanum huiusmodi explicat ignorantiam: verum quòd certo tenẽdum est ex astrorum peritia & motuum exacta consideratione Solis in Zodiaco, qđ



in so

in solo mense Martij magis crescit dies, quã in mense integro Ianuarij & Februarij &. 20. diebus Decembris à quo loco cæperunt dies crescere: & consequenter in solo mense Septembri magis decrescit dies quam ante per mensem Iulium, & Augustum &. 20. dies Iunij, vbi cœpit dies minui. Et similiter est aduertendum: non esse tantundem temporis in quarta illa quę est a solstitio hyemali, vsque ad æquinoctium veris: quæ est ab hoc æquinoctio, vsque ad tropicum cancri. Et similiter de alijs duabus quartis: nam cum in quolibet anno dies crescãt. 182. dies cum dimidio & amplius per tres horas & diminutio fit per totidem. In prima quarta quæ est à tropico capricorni, vsque ad æquinoctiũ veris, sunt duo dies &. 15. horæ minus quam in quarta quę est ab æquinoctio veris, vsq; ad tropicũ cancri. & in. 3. quarta quæ est ab isto tropico vsq; ad æquinoctium autumnale sunt alij duo dies &. 10. horæ magis quam in alia vltima quarta, quæ est ab hoc æquinoctio, vsque ad tropicum capricorni. Hæc omnia sunt exactè considerandа ꝙ hoc ad horologia artificialia sint optimè ordinata in omni tẽpore, & procuriosis appponenda erit tabula deseruiens pro antiqua Hispania, & multis alijs locis.

Colurus solstitiorum. ¶Sunt alij duo maiores circuli qui coluri vocãtur: alter est diuidens solstitia, aliter diuidit æquinoctia: primus diuidit sphæram in duas partes æquales, transiens per tropicũ Cãcri, & Polum Zodiaci, & polum mundi, & per Tropicum Capricorni; & semper medius circulus apparet nobis: & alius medius occultatur. Et ille punctus Cancri quem intersecat colurus, vocatur Solstitium æstiuale: quia est locus, ad quem maxime Sol eleuatur, & non progreditur ampliùs: sed rursus reuertitur ad æquinoctialem, & illa pars circuli intercepta inter æquinoctialem, & illum punctum, vbi intersecat solstitium, vocatur maxima Solis declinatio quæ ab authore sphæræ. 23. graduum &. 5. minutorum ponitur: vt patet ex Ptolemæo in libro suæ magnæ constitutionis capitu. 13. Verum Almeon, & Georgius Pubarchus, ait inuenisse. 23. gradus, &. 28. minuta. Alia portio coluri, quæ est ab æquinoctiali, vsque ad tropicum Capricorni, dicitur etiam maxima solis declinatio: quia vltra nõ progreditur. Hęc de coluro, qui solstitia diuidit æstiuale, & hyemale.

Colurus æquinoct. ¶Alter est colurus, qui etiam sphæram totã in duo æqualia diuidit transiens per polos mundi, & per duo puncta æquinoctialis, scilicet, Arietis, & Libræ: vbi ergo contingit ęquinoctialem circulum, qui cingulus primi mobilis dictus est, insinuat ibidem esse, vbi ęqualis est dies nocti: & habentibus pro zenith ipsam æquinoctialem, perpetuo erit æqualitas, sed illis qui non habitant sub æquinoctiali, quando contingit solem peruenire ad primum gradum Arietis, est dies æqualis nocti. Et quando in principio Libræ similiter, quod bis in anno contingit.

Zenith. ¶Et nota quod zenith dicitur punctus in cęlo respõdens vertici capitis: & punctus oppositus ex alia parte cœli, Nadir vocatur.

Nadir. ¶Omnes isti quatuor maiores circuli descripti intelligũtur in sphæra, & æqualiter omnibus habitantibus in orbe deseruientes: quia vbicunque contingat aliquem habitare semper est verum solstitium esse in tropico Cancri, & in tropico Capricorni, sicut æquinoctium in principio Arietis, & Libræ.

Meridian⁹. ¶Est alius circulus maior sphærę, & diuidens in duo æqualia, qui Meridianus dicitur, transit per zenith capitis, & per mundi polos, & per pũctum oppositũ correspondens capiti, qui Nadir vocatur. Hic circulus Meridianus deseruit ad hoc: quod vbicũque cõtingat aliquem habitare: cum sol Oriens pertingat illũ circulum seu lineam quæ transit per zenith capitis, & per mundi polos, Meridies illi erit in quocunque anni tempore: & ciuitates quę non ęqualiter distant ab Oriente, non habẽt eundem Meridianum: quia illis qui magis ad Orientem, citius sol oritur: & consequenter peruenit in Meridie ad lineam illam pertrãseuntem per zenith sui capitis per mundi polos: & nondum peruenit ad lineam alterius ciuitatis, quæ magis ad Occidentem posita est: ob id, sicut non semel diximus, habitantibus, Toleti per septẽ horas ferè ante ad Meridiẽ Sol peruenit, respectu eorum, quàm peruenit respectu illorum qui habitant Mexici, quòd tanta sit distãtia inter hos duos Meridianos. Et stat duos eundem habere Meridianum, cum tamen vnus habitet ad plagam Septẽtrionalẽ, in eleuatione poli ad. 60. vel. 70. gradus distans ab æquinoctiali: & quod alius habitet sub æquinoctiali, isti habebunt eundem Meridianum quia ciuitates æqualiter distant à parte Orientis: & quo ad latitudinẽ non conueniunt, quia vna ciuitas sub æquinoctiali, & alia vltra Tropicũ, ad. 70. gradus eleuationis poli.

Meridian⁹ Toleti distat à Meridiano Mexici fere per 7. horas.

Vnde lõgitudo & latitudo sit cõsideranda. ¶Itaque ciuitatum longitudo quo ad Meridianum, attendenda est penes punctum Oriẽtis: & latitudo, & dierum inæqualitas penes, distan

distantiam ab æquinoctiali. Et hic est modus loquendi de longitudine & latitudine apud Astrologos, quem sequimur communiter.

Olim longitudo numerabatur à polo ad polum

¶Aduertendum est apud Aristotel. vt secundo de cœlo constat, longitudinem numeratam fuisse olim, à polo ad polum: sicut nos latitudinem eã vocamus. Causam non oportet modo signare, sed sat sit quod de longitudine loquentes ad puncta Orientalia, vel Occidẽtalia attendendum est: sicut de latitudine sermonem habentes: ad distantiam, vel approximationem ad polos, vel ad æquinoctialem.

Ab insulis Fortunatis sumitur initiũ longitudinis.

Et Astrologi, & Cosmographi, ad ponendũ gradus longitudinis signarunt Meridianum fixum ad Occidentem, à quo inciperet ratio computi, & cum partes maximè remotæ essent de quibus erat notitia, insulæ Fortunatę (quas Canarias vocamus) ab illis incœperũt sic Ptolemæus libro septimo, capit. 5. & non posuerunt ex parte Orientis: quia datis illis quorum erat notitia, certo sciebãt, vltra alias esse regiones, etiam si incognitæ. Ob id putãtes ex parte Occidẽtis se inuenisse finem, statuerunt Meridianum illud insularum Fortunatarum, tanquam fixum & immobile sed si haberent notitiam vltra, quam nos modo habemus de nouo orbe, non ibidem Meridianum collocarent tanquam vltimum ex parte Occidentis à quo longitudo sumeretur. Ecce alio maiori circulo, qui Meridianus dicitur, & longitudo hæc maior & minor potest deprehendi, vt Ptolemęus libr. 1. c. 4. docuit per eclypsim lunæ: quæ contigit in ciuitate Orbelis quinta hora: & in Carthagine Africæ, visum est deliquium hora secunda. Quapropter collegerunt ab vna ad aliam ciuitatem esse differentiam trium horarum: & cuilibet horæ respondent. 15. gradus. Et sic erat longitudo vnius ciuitatis ad aliam. 45. graduum sicut & deprehensum est, quanto excedat Toletana ciuitas Mexicanam: vt illa sit magis Orientalis per centrum & amplius gradus quam sit hæc: & alijs modis deprehẽdi potest longitudo varia inter Meridianos, diuersis instrumentis.

Cuilibet horæ respõdẽt 15. gradus in æquinoctiali.

¶ Sicut deprehensum certo scimus anno 1565. à nostris Hispanis in insula Cebu, in qua dux Michael Lupus del Gazpi, ex nobili gente Cãtabrensi, & generalis classis totiꝰ, qui à noua Hispania à portu, qui dicitur (de la Nauidad) nauigantes versus partes Occidẽtales, ad insulas Philippinas (quas vocãt) post longam nauigationem ad insulam Cebu deuenientes: & ibidem moram trahentes, per viros in arte pertissimos, reuerendum patrẽ fratrem Martinum de Rada in Astrologia vnice doctum: & per reuerendum patrẽ fratrem Andreã de Vrdaneta, cuius supra meritionem fecimus in Cosmographia & nauigãdi peritia eminentissimum ordinis Eremitarum S. Augustini, qui iussu maiestatis regiæ selecti fuerunt vna cum alijs eiusdem ordinis viris probatissimis fratre Didaco Herrera, & fratre Andrea de Aquirre in nauigatione, & detectione insularum, vbi abundant aromata, ad euangelizãdũ illis gentibus incognitis; deprehensum inquam est, quanta sit longitudo à ciuitate Toletana (quæ est in eleuatione 40. graduum) vsque ad insulam Cebu, quæ est in eleuatione. 10. graduũ ad Septẽtrionẽ, vt sit longitudo. 216. graduum, &. 15. minutorum iuxta tabulas Alphonsinas: & iuxta neotericum Copernicum. Est longitudo. 215. graduum &. 15. minutorum, & sublatis. 43. gradibus, &. 8. minutis longitudinis, qui sunt à meridiano Toletano, vsque ad lineam demarchationis (quam vocant) vel diuisiõnis totius orbis: quæ facta est iussu summi põtificis Alexãdri. VI. inter principes Christianos regem catholicum Fernãdum Hispaniarum monarchiam & regem Portugalliæ factã anno 1494. vt supra diximus. Hæc linea ergo ab insula S. Antonij de las de cabo verde per. 370. leucas vltro ad Occidẽtem deberet signari quæ distantia ad gradus longitudinis reducta est. 22. graduum. &. 10. minutorum & à ciuitate Toleti vsque ad insulam sancti Antonij sunt. 12. gradus longitudinis iuncti faciunt. 43. remanent. 173. gradus, &. 7. minuta, & cum medietas totius orbis sit. 180. gradus. Insula Cebu; pertinet ad reges nostros catholicos: & vltra ad huc per. 7. gradus. Hęc obiter dicta sint vt intelligamus deprehendi posse distantiam, & differentiam locorum secundum longitudinem, vel considerando eclypsim lunæ, vel per instrumenta quibus in arte periti vtuntur, & quibus merito fides adhibenda est & non solum hæc iudicio nominatorum sunt exp̃orata, & comperta, sed cõgregatione facta, ex doctissimis Cosmographis in regia curia, apud Madritum anno 1567. euidentissimum effectum est insulam Cebu in demarcatione regis Hispaniarum esse & ad eũ pertinere ratione comertij illarum gentium in qua congregatione ego præsens affui: Et præsentes fuerunt prædictus pater F. Andreas de Vrdaneta, & F. Andreas de Aguirre qui ab insula Cebu in nouam Hispaniam reuersi, & in antiquam Hispaniam regi potentissimo Philippo rationem totius nauiga-

Distãtia in lõgitudine à Toleto ad insulam Cebuin insulas Philippinas

Insulæ Philippinæ ad regẽ Hispaniæ pertinẽt & nõ ad regẽ Portugalliæ: etiã ultra. 7. gra.

uigationis, & reuersionis, cedditurí deuenerunt.

¶Est alius circulus maior, qui dicitur orizon.1.terminator visus,hic diuidit sphæram in duo æqualia:quia vbicunque sit homo(vt dicitur)medietatem cœli videt,aliam medietatem nõ videt,& uocatur hæc medietas visa hemisphærium.

Orizon. ¶Hic orizon est duplex,rectus,& obliquus, rectus est illis qui habitant sub æquinoctiali & eam habent pro zenith capitis, qui vero habitant extra æquinoctialẽ,siue ad Austrũ,

Duplex orizon. siue ad Aquilonem:habent obliquum orizõtem.Sed tamen siue rectus,siue obliquus,pro medietate sphæram diuidit, & habentibus extra æquinoctialem tanto quanto polus eleuatur vnus,(quæ eleuatio tanta est,quanta distantia ab æquinoctiali) tanto alterius poli, depressio est,& semper medietatem cœli videt & medietas occultatur:& secundum diuersitatem orizontis obliqui est varietas,& inæqualitas in horis diei,& noctis,quod iuxta climatum diuersitatem nos suprà probauimus.

¶Ecce quomodo.6.sunt descripti circuli maiores in sphæra,æquinoctialis,zodiacus, colurus solstitiorum,colurus æquinoctialis,meridianus,orizon.

Tropicus Cancri. ¶Restat de alijs quatuor paruis circulis agamus, primus sese offert circulus,qui dicitur Tropicus Cãcri,est ille qui describitur à sole quando magis eleuatur in principio Cancri, vltra quem punctum non est progressus,sed reuertitur potius:ob id Tropicus vocatur,& est æstiualis,quia in æstate peruenit.Hic circulus vocatur minor,quia licet sphæram diuidat,sed tamen non in æquales partes. Cum versus Septẽtrionem minor portiõ maneat, & ad Austrum maior.Et sicut Sol perueniẽs ad punctum Cancri,describit circulum quẽ tropicum Cancri vocamus:sic quando ex alia parte ad Austrum declinat;cum peruenit ad gradum Capricorni,alium describit circulum ex minoribus quem tropicum Capricorni vocamus & minorem partem orbis relinquit ad austrum,& maior est,quæ ad Septẽtrionem remanet.Et id quod interceptum est inter hos duos circulos minores tropicum Cancri,& Capricorni,torridam zonam vocamus:vt diximus:quia semper Sol incedit sub ea,nunc ad Austrum,nunc ad Aquilonem.

Tropicus Capricor.

Circulus arcticus. Alij duo minores circuli sunt arcticus quidẽ, qui describitur à polis zodiaci,ad motum primi mobilis.Nam ibidem zodiaci poli positi intelliguntur ab Astrologis.Et sicut ex parte Septentrionali,ille paruulus describitur circulus:similiter ex parte Australi,alius correspondet,qui vocatur circulus antarcticus: & cum quanta est Solis maxima eleuatio, quæ est vsque ad Cancrum.23.graduum.& .51. minutorum duplicata,sit distantia inter tropicum Cancri,& circulum antarcticum:coniungendo cùm maxima eleuatione:quod residuum est vsque ad.90.gradus est distantia circuli arctici vsque ad polum mundi,quę est 23.graduum.Et hæc de compositione totius Sphæræ,& decem circulorum in ea sufficiãt, alia in propria scientia tractanda.itaque zona polaris circuli antarctici vsque ad polum habet latitudinem.23.graduũ & 51.minutorum,torrida autem zona est dupla in latitudine.s.47.graduum & 42.minutorum,& zona temperata habet in latitudine.42.gradus, &.18.minuta, & sic ferè æqualis est torrida zona,de quo alibi,quæ clarent in hac figura.



Circulus ser ticus.

¶SPECVLATIO XV. Vtrùm paradisus terrestris verè,& realiter sit in partibus Orientis.

1.Argum. OVòd sic.Patet ex gene.2. vbi dicitur,secundum Hebraicam veritatem:Plantauit Deus paradisum in Edem ad Orientem: sed Edem locus terræ nunc habitatæ ab hominibus: vt patet ex Ezechiele. *Ezechi.27*

2.Argum. ¶Prætereà. Paradisus vere est locus à Deo creatus,

creatꝰ,& ad literã intellectus,& nõ metaphoricè:ergo vere alicubi est:& non videtur vbi nisi in terra habitata ad Orientẽ:ergo ibi est.

In contrar. ¶In contrarium est:quia nullibi inueniturta lis locus in tali habitabili terra.

Notand.1. Aug.super gene.ad li. 1.Opinio. ¶Pro solutione notandum B. Augustinum dixisse varias fuisse doctorum sententias de paradiso illo terrestri à principio à Deo formato ad habitationem primorum parentum.Prima est eorum qui putant illud Genesis.2.tantum corporaliter intelligendum.Secunda est illorum,qui tantùm spiritualiter:& tertia est media,quæ tenet illud intelligi corporaliter,& spiritualiter:quàm B.P. Augustinus videtur amplecti,quando ait, Commode dici possunt de intelligendo spirituali ter paradiso, dummodo illius historiæ fidelissima veritas rerum gestarum narratione commendata credantur. Hæc ille. Et quidem merito hæc amplectenda sententia est: vt sic realiter paradisum creatum asse ramus, vt non tollamus quominus spiritua liter, & mysticè multa de Ecclesia Dei,tam militante in terris,quàm triũphante in cœlis intelligi possint.Veritate ergo literæ suppo-

2.Opinio. 3.Opinio. Augu.13. de Ciuita. S.Th.p.p. q.102.

Variæ opi. de situ.para di. 1.Opinio. sita,quoad sitũ loci,opiniones etiã sunt varię ¶Est opinio quæ tenet,locum illum amœnissimum adhuc stare,& ibidem omnia permanere,sicut à principio, & esse extra omnem terrã habitatã,& habitabilem ex parte Oriẽtis in quodã monte altissimo,qui nubes transcendit,ad quẽ diluuij aquæ non peruenerũt.

B.Hieron. ¶*Hæc fuit opinio Bedæ,& eam sequitur Magister Histo.scholasticæ.lib.1.c.13.

2.Opinio. ¶Secunda opinio tenet,quod ille locus fuit à Deo creatus in parte terrę habitabili,&nũc habitatur sed quod modo non sunt arbores illæ,à principio plantatæ,nec herbæ.Et tandem quod inundauerunt aquæ diluuij,&perijt loci illius amœnitas.

3.Opinio. ¶Tertia opinio tenet,paradisum terrestrem fuisse in Mesopotamia Syrię,vbi habitauere sancti patriarchæ post diluuium,Noe:Sem, Nachor,Thare,pater Abrahæ.

4.Opinio. ¶Quarta opinio recentior est,quod in Palestina Iudææ est:in onlongè à campo Damasceno,vbi primus homo de limo terræ fuit formatus. Et quidem motiuum non deest:quia Adam eiectus de paradiso, prope habitauit, & mortuus in Hebron,sepultus est iuxta Damascenum campum:vt author est D. Hieronymus.nam & consilio diuino ibi propè habitatio fuit primi parentis,& ex voluntate:vt ob oculos haberet loci amœnitatem, quam perdiderat ob peccatum.Et quod post diluuiũ sancti patriarchę frequentissimè in illo loco habitauerũt,vbi & sepulturę locũ elegerunt.

¶Est & alius author Ludouicus Fidelis,qui in illo suo opere de structura mundi in.4.libro in.c.vltimo loquens de paradiso,affirmat totum orbem terrę habitabilẽ fuisse terrestrẽ paradisum & totus orbis terrarum illa amœnitate & arborum varietate vernabat:neque negat locum fuisse particularem in quo Adam formatus. Neque obstat quod ibi dicatur positus & post peccatum eiectus,& qđ Cherubin & gladius versatilis positi ad custodiam:neque obstat quod Elias & Enoch ibidẽ reseruati.Nam omnia sanè intelligũtur & vere tot ũ orbẽ fuisse locum deliciarum ante peccatũ &admisso peccato locus maledictionis subiectus spinas & tribulos germinat.Vide ibi qa satis doctè & probabiliter loquit.Hãc opi.recitat Vgo de Sãcto Victo.in annot.super gen.etiã si nõ probet,& quãuis aliquibus videat erronea imo hæretica,qa ge.2.dicitur q De⁹ formauit hominẽ & tulit cũ & posuit in paradiso &.c.3.qđ Adã exclusus est à paradiso:sed tamẽ citatus auctor ad hęc respõdet & ꝓbabilẽ relinquit opinionẽ & idẽ cũ Ludouico fideli tenet Ludouicꝰ Noguerola in illo dialogo quẽ de Nilo inscribit& ad ꝓpositũ tã Philosophorũ quã catholicorũ varia satis ingeniose cõgesta vide in Antonio Turrecremata colloquio.2.in suo illo tractatu intitulato *Lardin de flores.*

¶Relictis ergo varijs opinionibus,& eorũ variꝫ fundamentis, quas poterit qui voluerit videre in paradoxis Cirueli Darocensis.q.5. quod probabilius apparet,sequentibus conclusionibus ostendemus.Et sit prima. *Ciruelo.*

Conclu.1. ¶Paradisus terrestris non est extra omnem habitabilem locum in monte inaccessibili,ad quem diluuij aquæ non peruenerunt.Probatur:quia nullus talis mons datur,qui perueniat vsque ad lunarem circulum,neque ad aeris supremam regionem:quia talis locus hominum habitationi est disconuenientissimꝰ: quod de paradiso dicere est irrationabile, cũ congruentissimus fuerit,& locato cõueniẽs, nempe primo homini. *Ratio. 1.*

Ratio.2. ¶Secundo.Quia Gen.7.dicitur. quod aquæ diluuij intantum creuerũt,vt sint operti omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo: & qꝫ aquæ ascenderũt super mõtes altissimos per quindecim cubitos:ergo non est dicendum quod aquæ non peruenerunt ob altitudinẽ ad talem locum paradisi.

Ratio.3. ¶Item est maximum argumentum:quia Hispani adnauigauerunt ad omnem cœli partẽ.

Septentrionem, Meridiem, Orientem, Occidentem, & cum insulas, & alia ignota loca inuenerint, de loco paradisi nulla mentio est. Qui locus si tam eminentissimus esset, latere non posset. Quapropter D. Aug. & alij doctores huius rei memoriam facientes, non assertiuè, sed recitatiuè sunt intelligendi secundum opinionem Hebræorum.

Conclu. 2. ¶Secunda conclu. Paradisus terrestris, inmõ tibus Sarmatiæ Asiaticæ Armeniæ ponẽdus non est. Patet. Omnes qui de paradiso terrestri loquuntur affirmant fuisse: ita vt ob hoc sub æquinoctiali aliqui ponerent: quia locus temperatissimus est, sed montes illi ad Septẽtrionem positi, frigidissimi sunt, quia nimis Septentrionales: ergo ibi non est ponendus.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶Ad idem. Si ibi esset ponendus, esset quia (vt ferunt) quatuor fontes oriuntur ex illis montibus, ex quibus quatuor illa flumina egrediẽtia à paradiso: sed hoc nõ probat: quia dato Tygris, & Euphrates ex monte Tauri no oriantur: qui est vnus mõtium Sarmatiæ. alij tamen fluuij duo Gyon, & Phison longe ab illo loco ad Orientem habent suos fontes originarios.

Conclu. 3. ¶Tertia conclusio. Non caret probabilitate paradisum terrestrem fuisse situatum in Me

Ratio. 1. sopotamia. Patet. Illa (vt ex scriptura patet) fuit terra amœnissima, & ibidem patriarchæ habitauerunt.

Ratio. 2. ¶Secundo: quia in Mesopotamia est Edem, in quo loco dicitur Deum plantasse paradisum: ergo aliquam habet probabilitatem opinio hæc.

Conclu. 4. ¶Quarta conclusio. Paradisus terrestris à Deo à principio creatus in Palestina circa Iordanem videtur fuisse, vbi Sodomitarum subuersio. Hæc suadetur ex B. Hieronymo.

Ratio. 1. Hierony. Adam in Palestina in agro Damasceno fuit formatus: & post quã erectus est, ibidẽ habitauit, vbi & sepultus est: sed hoc est in Palestina circa Iordanem: ergo ibi prope locus fuit ille deliciarum positus. Et quod ibidem Adam fuerit post peccatum, exillo Gene. 3. Reuerteris in terram de qua sumptus es, probat Hieronymus.

2. Ratio. ¶Præterea Gene. 13. de illa planicie Iordanis scriptura loquens, quando Abraham à Lot est separatus, dicitur. Leuans autem Lot oculos, vidit omnem regionẽ circa Iordanẽ, quę vniuersa irrigabatur Iordane, antequam subuerteret dominus Sodomam, & Gomorrhã. Erat enim sicut paradisus domini, & sicut Ægypt⁹ venientibus Segor: vbi Glos. ordinaria. Hic dicimus esse paradisum terrenum cui comparatur terrena irrigatiõ. Hanc sentẽtiam velut probabiliorem sequitur Ciruelo in loco citato, & contendit illam corrobo-

Ciruelo. rare, eò quod primum peccatum, per quod mundus infectus, ibidem cœpit in primo parente vt docet B. Paul. Per vnum hominem peccatum introiuit in orbem terrarũ: ergo illa omnium corruptionũ pessima ibi probabile est & post peccatum fuisse, qualis illa fuit Sodomorum: ergo verisimile est ibi fuisse situatũ paradisum. Et superaddit, quod Deus occasione primi peccati parentum tantum illum abhorruit locum, vt submergeret solũ illud, vt amplius appareat minimè.

Ad Rã.

Corollariũ ¶Ex hoc sequitur, vanum esse quod quidam nunc ex modernis astrologus, & Cosmographus asserit, paradisum terrestrem esse ad partem Australem, quam continuè habitatam inueniunt Hispani nauigantes, ad quem non peruẽtum est. Vanum (inquam) apparet, eo quod ad eleuationem vltra gradus. 60. peruẽtum est vltra æquinoctialem ad meridiẽ: vt patet in estrechõ de Magallanes: tamen de tali loco paradisi nullum vestigium est: imò adinuenta sunt loca intemperatissima, simul & inamœna, & habitationi hominum satis incõgrua: vt nobis retulerunt qui illud mare nauigauerunt, & strictum Magallanicũ pertransierunt.

¶Et quidem Iacobus Naclantus Clugiensis episcopus in suo de archanis quando de illis quæ. 3. die sunt facta affirmat locum illũ amenissimum, quẽ scriptura sacra paradisum võcat, in illa terra promissionis fuisse, atq; post peccatũ destructũ vel in diluuio: vel antequ de Enoch & Elia adducitur ad probandum illum locum in aere, vbi prædicti sancti asseruantur a Deo vsque ad Antichristi aduentum. Ait prædictus author hoc non obstare quia illi vere sunt à deo conseruati: sed vbi & quomodo, ipse nouit qui omnia potest: quia scriptura nõ dicit inter cetera paradiso eos positos vide ibi.

Dubium. ¶Verũ hic sese ingerũt aliqua dubia. Primũ est, & potissimũm: quomodo intelligitur id quod dicti sunt de illis. 4. fontibus, seu fluminibus paradisi, q dicti sunt, Gyõ, Phison, Tigris, Euphrates. Nam si vere & realiter tales sunt fluuij, cum circa Iordanẽ, vbi erat Sodoma, tales nõ sint. Quod si tales fontes habeant intelligi spiritualiter iuxta B. Aug. doctrinã, qui ait. Quãdo scriptura aliqd dicit, q̃ ad literã acceptũ, sensui videtur repugnare, ad sensum spiritualẽ est recurrẽdũ: sicut est illud Iudicũ. 9. Quãdo ligna siluę inierũt cõsiliũ: vt vngerẽt sibi regẽ. Quãsi spiri

D Aug. li. de doctrina Christia.

spiritualiter accipiatur, similiter de paradiso dici posset, quod tamen reprobatum est.

Dilutio. ¶Diuersorum doctorũ de dubio varia, & diuersa sententia est. Siquidem qui tenent paradisum esse in Oriente, in loco remotissimo, mare interiecto, inter habitatam terram, & ipsum dicunt. 4. illa flumina ortum habere ex tali loco: & statim in mare immergi, vt amplius non maneat vestigium: sed post in terra in diuersis partibus emergũtur: puta Phison in Sarmatia, seu Armenia maiori, & Gyon in Æthiopia: Tygris, & Euphrates in Syria, & Mesopotamia.

1. Opinio.

2. Opinio. ¶Alij qui paradisum in montibus Armenię collocant: de istis. 4. fontibus philosophãtur. Dicunt quę omnes. 4. fluuios per terram discurrere, vsque ad Indicum mare in hunc modum: vt Tygris, & Euphrates intrent mare in sinu Persico: sed Ganges quem Phison appellant, paulò superius ad Orientem intrat mare, in sinu magno Indiæ. Alius fluuius qui Gyon, in marisintroitu mergitur, & absorbetur à terra, & discurrens versus meridiem erũpit vltra Æthiopiam prope Tropicum hyemalem & iterum descendit versus septentrionem per Æthiopiam, & Ægyptum venit ad mare Mediterraneum prope Alexandriã Ægypti.

3. Opinio. ¶Tertia opinio, quæ in Mesopotamia putat esse paradisum, dicit omnes. 4. fluuios per terram discurrere, vsque ad mare Indicũ. Tamẽ tres citatæ opiniones reijciũtur, sicut & fundamentum ipsarum improbatum est: nam si paradisus terrestris ponendus est, vbi Sodomorum subuersio, prope Iordanem, oportet & fontium aliam ponere rationem.

Improbã opiniones.

Solutio dubij. ¶Ad dubium ergo consequenter loquentes, paradisum iuxta Iordanem asserentes, illa Gene. 2. litera de. 4. fluminibus sic intelligipotest. Fluuius egrediebatur de loco voluptatis id est, de paradiso, intelligitur de Iordane irrigante illam planiciem. Et quod sequitur diuidebatur in. 4. capita, accipitur fluuius materialiter pro ipso nomine, & verbum diuidebatur, tenetur logicè: vt significet diuisionem generis in suas species, aut differẽtias, ad hũc sensum. Hoc nomen fluuius, cùm sit valde cõmune genus, diuidi potest in multas species fluuiorum. Quarum. 4. sunt specialissimæ: & dicuntur capita, seu capitales species: Phison Gyon, Tygris, & Euphrates. Iste modus exponendi extraneus videtur, sed apud Rhetores & Grammaticos non infrequens, siquidẽ transitum faciunt à rebus ad vocabula, & è contra.

¶Et quidẽ hęc solutio potest roborari, quia omnes alij modi dicendi sunt improbabiles: nam multa inopinabilia habent, scilicet, sub mersionum, & emersionũ ad longissima quæque terrarum: vt prima, & 2. dicit opinio. Et quod 3. dicit, minus opinabile. Quapropter cum constet in sacra scriptura positum de illis. 4. fluminibus, oportet aliqualem intelligentiam habere, vel fateri mendosum codicem, vel nos non assequi intelligentiam, iuxta D. Aug. doctrinam. d. 9. c. Ego vero solis. Vbi ait. Si in sacris scripturis aliquid offendero, quod videtur contrarium veritati, nihil aliud existimo vel mendosum esse codicem, vel interpretem non esse assequutum quod dicitur, vel me non intelligere locum illum: sed in loco citato locus non est mendosus, & tres interpretes, Græcus Chaldæus, & Latinus concordant cum Hebræo: oportet ergo dicere quòd locus sit valde obscurus, & vix intelligibilis etiã à doctis. Hunc intellectum sequitur magister Ciruelo.

Roboratur solutio.

Ciruelo in suo paradiso.

¶Et Rupertus Abbas intelligentiam hanc se-

q. 7.

quitur, qui videtur olim, cum asserat, quod fons ille vniuersam irrigat terram, ad hunc sensum, quemadmodum iecur in corpore animalis cũctis venis sanguinem ministrat, vitamque animãtis hoc ministerio retineat: sicille fons vniuersam terrã per venas occultas vegetat, & in multos redundat fontes, & flumina: sed eorum omnium ista sunt. 4. capita. 1. principalia flumina. Igitur & fontes horũ. s. Tigris, & Euphrates. Si libet in Armenia demonstretur. Et tamen per viam quã nouit cultor fluminũ Deus de paradiso secundũ veritatẽ scripturæ huius manare credãtur. Hæc ibi. Quæ adducuntur à Loisio Lipomano in catena aurea super Gene. c. 2.

Rupertus.

Loisius.

¶De origine fluuiorum, & de aliis vide Abulens. gene. 2. q. 17. 18. & 19. * Vnum tamen hic adnotare licet Origenis fuisse errorem in tomis super gene. omnem hist oriam paradisi terrestris non ad literam, sed allegoricè intelligendam. Contra quem Metodius in Dialogo & Epiphanius in Anchorato & in epistola ad Ioannẽ Hierosolymæ episcopum, in quẽ errorẽ etiã incidit Franciscus Georgius Venetus in primo tomo problematum: quia multa dicit, quæ deliramẽta videntur: & Ambros. in suo libro de Paradiso videtur id sentire in allegorico sensu cum Origen. & in epistola ad Salimum verbis expressis id concedit. Sed tamen idem Ambrosius in prima epistola ad Corin. c. 6. geminũ ponit paradisum, & terrestrem & cœlestem: quapropter certũ

Abulens.

Egubinus. non est, cũm Origen. & Philone eum sensisse. Et quidem Aug. Chisamensis episcopus in adnotationibus in Pentateuchum asserit paradisum fuisse locum corporeum. Sed tamen statim post peccatum aboleri ceptum est, & per diluuiũ totaliter locus ille destructus est.

Contra Egubinum Verum decipitur quandoquidem ibidem Eliam & Enoch translatos tenemus. Et alijetiã Ioannem Euangelistam ibi collocant, & hic idem Augus. Egubinus episcopus Chisamensis ausus est dicere in suis illis annotationib⁹ in Pentateuchum mortem corporalem non fusse ob peccatum, & negat translatos ibidem Heliam & Enoch. Verum contra egregie probat & testimonijs scripturæ & rationibus contra eundem Ambros. Catherinus in suis Commenta. super quinque. ca. Geneseos. & idem de Ioanne euãgelista, & adducit autores graues id asserentes Simonem Metaphrastẽ in oratione de laudibus. B. Ioann. & nomi paraphrasim & Hippoli. martyrẽ in sermone de Antichristo & catenã Grece in Apocal. & Gregorium Turonensem libr. 1. c. 24. & S. Antoninũ, &c. Et idẽ tenet in opusculis. Et quidem de origine fluuiorum è paradiso terrestri & varia sententia doctorũ, vbi plura curiosa dicta. Vide Antoniũ Turrecremata in libro *Lardin de Flores* colloquio. 2. a fol. 88.

Ad. 1. arg. ¶ Ad primũ argumentũ vbi ex illo Ezechie. 27. de Edem probare contendunt in Mesopotamia fuisse paradisum terrestrem, respondetur, non eodẽ modo capi Edẽ gene. 2. & Ezech. 27. quia in Ezechiele est nomen propriũ loci in Mesopotamia: sed gene. 2. est nomen appellatiuum, quod significat voluptatẽ. Et sic literæ sensus hic est. Plantauit paradisum in Edẽm, id est, in loco voluptuoso & delicijs pleno, in qua significatione accipitur. 2. Regum. 1. Vestiebat nos coccineo in delicijs. Et quidem secundũ eius infallibile promissum, gloria, & decore nos vestiet in illo cœlesti paradiso, & suprema Hierusalem matre nostra. Vbi bibemus de torrente voluptatis suæ, & inebriabimur ab vbertate fontis luminis æterni, In quo quidem amœnissimo, & florido loco inamissibiliter manuri suscipiemur. Nã si per vnum hominem introiuit mors, & expulsio ab illo primorum parentum loco, in Christo vero fonte, & angulari lapide viuificabimur. Cui sit gloria, potestas, & imperium per æterna secula. Amen. Ad Rom. 5 Hebr. 10.

¶ Hæc dixisse sufficiant circa libros de Cælo æditos ab Aristo. & reliqua alia quæ maioris momenti sunt ad astrologiam iudiciariam reprobandam, & à finibus Christianorum relegandam pro suo congruenti loco (si dominꝰ dederit) reseruantes: nam vt aliàs non semel promisimus, in animo est, & hæc in nostris Theologicis resolutionibus tractare, vt par est, si in proprio tractatu non reposuerimus.

Finis libri vnici de Cœlo.

SPECVLATIO PHYSICA SVPER LIbros de generatione edita per Reuerẽdum patrem fratrem Alphonsum à Vera cruce Augustinianum: artium, & sacræ Theologiæ magistrum, & cathedræ primæ moderatorem in vniuersitate Mexicana in noua Hispania, nunc quartò edita & ab eodem auctore diligenter correcta & in multis addita.

Incipit Liber primus de generatione & corruptione.

¶ ARGVMENT. PRIMI LIBRI DE GENE.

DE generatione acturi, & corruptione, oportet præsupponere Aristo. per duos integros libros tractare de modo quo contingat generatio: corruptio: alteratio: augmentatio, & diminutio: & cõmemorat omnes quinque species motus, generationem, & corruptionem, annumerando. Hic tractatus non solum physicæ disciplinæ, sed maxime ad eam pertinens. Et cum in libris physicorum Aristot. iactando præludia quædam velut fundamenta totius ẽdificij de ente mobili disseruerit, ad particularia in consequentibus descendendo, de particulari motu entis mobilis loquitur. Et in libris de cœlo exacte satis de mobili ad vbi. In istis loquitur de mobili secũdũ generationẽ, & corruptionem. Istius tractatus merito subiectum dicemus esse ens mobile ad formã vt comprehendat omnes motus alios à motu locali. Docet enim Arist. quomodo acquiratur, vel deperdatur per motum forma substãtialis, & forma accidentalis ob id subiectum eius merito est ens mobile ad formã: & omnia quę tractãtur, reducũtur ad hoc subiectum: quia sub ista ratione in cõsideratione cadunt proquanto ad generationem, vel corruptionem augmentationem, vel diminutionem, aut alterationẽ spectant. Sũt qui argumẽtũ tractẽt hoc diligẽter, inter quos primꝰ se se offert Marsilius peritissimus physicæ, & in theologia: similiter scripsit & Ægidius, sed magis speculatiuas & subtiles ingerẽs quæstiones, quã practicas & intelligibiles. Cui vacat per otiũ, facilis est ad libros aditus. Nos tamẽ ab instituto nostro nõ recedẽtes, quæ necessaria sunt clare, & aperte trademus, alia quęq;, quę ad superfluum tendunt, ex proposito resecantes.

Ens mobile ad formam est subiectũ lib. de gene.

Marsil. Ægidius.

¶ SPECVLATIO prima lib. I. de generatione, & corruptiõe. Vtrũ generatio simpliciter, & corruptio sit posibilis per naturam.

1. Argum. 1. de gen. t. 11. & 12. meta. t. 7.

VIdetur quod nullo modo: quia generatio ad substantiam est, vt non semel docet Arist otel. sed substantia vel est materia, vel forma, vel cõpositum ex eis constans: sed nullum istorum potest simpliciter generari, neque potest simplicitercorrumpi: ergo generatio simpliciter non est posibilis. Mãior est nota. Probatur minor. Non materia, quæ ingenerabilis, & incorruptibilis. Nõ forma: quia ipsa non fit simpliciter, cum de potentia materię educatur. Non totum resultãs suppositum: quia illud nõ fit simpliciter, cuius partes non fiunt: sic Arist. 7. metaphysic. tex. 27.

2. Argum. ¶Itẽ. Si aliquid generaretur simpliciter, maximè forma, per quam res est, quę generatur & actu est, & in specie cõstituitur: sed forma non generatur. Patet. Quia vel fit ex nihilo, vel ex aliquo: si ex nihilo, ergo creatur, & non generatur: si ex aliquo, & non nisi ex materia: ergo ex materia fit: sed hoc non: quia materia, sicut & forma sunt principium rei naturalis, vt in. 1. physic. sepecula. prima diximus: sed de ratione principiorum est, quod non fiant ex alterutris: ergo forma non fit ex materia, neque ècontra: & sic non est generatio.

3. Argum. 2. de cœlo. t. 18. & 96. ¶Præterea. Nihil potest corrumpi: ergo nihil potest generari: quia vnius generatio alterius est corruptio, & è contra. Si esset corruptio, vel esset naturalis, vel esset violenta: non violenta: quia nullũ violẽtũ est perpetuũ. Neque potest esse naturalis: quia quælibet res appetit suã cõseruationem naturaliter vnde Boetius. Omne animal perniciẽ suã, mortemque deuitat.

Boeti. 3. de conso.

In contrar. ¶In contrarium est Arist. hic, & in. 1. physi. text. 11.

Notand. 1. ¶Pro solutione oportet breuiter notare varias antiquorum fuisse opiniones de principio rerum.

1. Opinio. Melis. ¶Prima opinio fuit Parmenidis, & Melissi, qui simpliciter generationem negauerunt, & solum concedebant alterationem.

Opinio. 2. Empe. ¶Alij dixerunt multa esse rerum principia, inter quos Empedocles. 4. posuit elementa: Eleucipus tamen corpora atomalia. Alij (vt Anaxagoras) posuerunt carnem & ossa. Alij vero alia posuerunt. De istis in superioribus in primo Physicorum mentionem fecimus. specu. 1. vbi de principijs.

Notand. 2. ¶Secundo notandum, quòd ex omnibus istis opinionibus vna fuit famosa tunc temporis, qđ nulla erat simpliciter generatio, quia ex nihilo nihil fit: & non entis, ad ens, distantia infinita est: & ex non ente nihil poterat generari. Quapropter posibilẽ negabãt simpliciter generationem. Nã si aliquid generari posset simpliciter, nõ nisi ex partibus præexistẽtibus esset, quod tũc non esset generatio sed congregatio. Quod si ex non præexistenti: ergo ex nihilo, quod erat cõtra presupositum.

Notand. 3 ¶Tertio. In memoriam erũt reuocanda, pro solutione debita, quæ nos in primo Physico. de materia diximus: quod sit quid præsuppositũ, omni actioni naturali: & ipsa quidẽ est ens, & non ens: est ens, in potẽtia tantũ, & est non ens, quia non habet actum.

Notand. 4. Sic Arist. 5. phy. tex. 7. ¶Quarto notãdum, quod generatio duplex est: quædam simpliciter talis dicitur, & est illa quæ substantiæ est, alia est secundũ quid, & quæ accidentis, sub qua & alteratio, & augmentatio. De modo generationis simpliciter Arist. ait quod subiectum sit ens in pura potentia: sic vt in eo per præuiam alterationem forma substantialis producatur, quę est respricipalior materia: quia ipsa est quędat esse in actu.

Ari. 1. phy si. t. 96. & 7. metaphy si. tex. 8. Conclu. 1. ¶Prima cõclusio. Generatio simpliciter est posibilis: & de facto multa generantur simpliciter in rebus naturalibus. Hæc conclusio est Arist. Probatur ratione. Tunc dicitur aliquid generari simpliciter, quando præsupposito subiecto per actionem agentis naturalis aliquid acquirit esse actu simpliciter: sed hoc contingit in rebus: ergo est posibilis. Antecedens pro maiori est notum. Minor probatur: quia ex ligno peractionem agentis generatur ignis: & vere acquiritur esse substantiale nouum, quod nondum erat. Ex semine (per virtutem quandam ibi inclusam) alterato, acquirit animal nouum esse substantiale & hoc est generari simpliciter, quod est acquirere esse substantiale nouũ, quod non erat, aliquo subiecto presupposito. Nam produci

Ratio. Arist. 1. de cœlo. t. 20.

ducitur ens, quod ante non fuit ens quia licet ante esset materia, tamẽ non erat ens, sed solum ens in potentia.

2. Conclu. Arist. 1. de gene. t. 1. ¶Secunda conclusio. Generatio simpliciter alteratio non est. Hæc est Arist ote. Probatur. Non est idem quod disponit ad aliud, & id quod disponitur, sed alteratio est disponens ad generationem simpliciter, vt Arist ote. dicit, ergo ipsa non est generatio simpliciter.

Ratio. 2. ¶Præterea. Ad generationem simpliciter requiritur quod esse habeat genitum simpliciter, quod ante non habebat, & adueniat esse non existenti in actu, sed in potẽtia tantum: sed quod aduenit per alterationem, vt est forma accidentalis, non dat esse simpliciter: sed esse accidentale, albi, vel frigidi, nõ aduenit existenti in potentia, sed iam existẽti in actu, vt constat: sequitur ergo, quod alteratio, & generatio simpliciter, non sunt idem.

Ratio. 3. ¶Quod si tertiam velis adhibere rationem, erit manifesta conclusio, cum in motibus & mutationibus ex termino ad quẽ species sumenda sit: sed terminus generationis simpliciter, alius est à termino alterationis quia hic accidentalis forma, & illic substantialis.

3. Conclu. Ratio. ¶Tertia conclusio. alteratio, generatio secũdum quid dicenda est. Patet. Id dicitur generari secundùm quid, quod acquirit esse aliqđ non simpliciter, sed esse tale, vel tale: sed per alterationem, cõtingit: quia frigidum, acquirit esse calidi: & album esse nigri, vt constat, ergo alteratio, generatio dicenda est secundũ quid.

4. Conclu. Generatio est naturalis. ¶Quarta conclusio. Tam generatio simpliciter, quam secundum quid, naturalis vocatur & naturaliter contingunt in rebus. Hic volo dicere, quòd ad huiusmodi generationẽ non est opus ponere miraculum, sed rebus naturalibus cõseruatis in suo esse naturali quod habent à Deo, per actionem, & passionem adinuicem contingit, quod ex semine fiat animal & ex ligno fiat ignis, & ex frigido fiat calidũ & ex calido, fiat frigidum. Probatur. Id dicitur naturale, quod est secundum naturam, & passum vim confert motui, sed tam in generatione simpliciter, quam secũdum quid, est huiusmodi: quia secundum naturam est vt materia ligni in se formam recipiat ignis, ad quam in potentia erat: & non magis erat ei naturale ligni forma, quam habebat, quã ignis quæ nunc est: tam naturale est quod subiectum hoc, quod est actu frigidum, fit calidum per actionem caloris, sicut erat naturale quod haberet frigiditatem: sequitur quod naturalis est generatio, & alteratio.

5. Conclu. ¶Quinta conclusi. Sicut dictũ est de generatione simpliciter, & secundum quid: similiter de ea, quod naturaliter contingat, eodem modo & de corruptione est intelligendum. Patet. Oppositа habent fieri circa idem, & contrariorũ eadẽ disciplina est. Probatur. Id simpliciter dicitur corrũpi, quod desinit habere esse illud essentiale, quod acquisiuit per generationem: sed contingit simpliciter, vt quando introducto igne in ligno, & generato, sequuta est corruptio ligni: & similiter quando alterata aqua per ignem, habuit esse calidi, & corruptum est illud esse per remotionem exloris: ita naturaliter sicut fuit generatio, & alteratio. Et hoc est quod dicit Arist otel. quod vnius generatio, alterius corruptio est. Nam cum duæ formæ substantiales in eodem subiecto simul esse non possunt: neque duæ formæ accidẽtales contrariæ. Non enim potest esse quod sit vna, quin alia corrumpatur. Et nõ potest esse frigus, quin calor expellatur.

Aristot. 5. Tropi. c. 4. Aristo.

¶Considerandum tamen, quod dictum Arist ote. generatio vnius est corruptio alterius, & è contra: verum habet in generatione simpliciter, & in corruptione simpliciter: sed in generatione secundum quid, quæ alteratio est, in qualitatibus quæ non habent contrarium sed priuationem, non sequitur: nam posito lumine, non corrumpuntur tenebræ, neque posita scientia, corrumpitur ignorantia: & de qualitatibus habentibus contrarium, sed separabilibus, non tenet verum, vt de colore, & sapore, nam dum ex elementis generatur pomum, & generatur sapor, & color, & tamen non corrumpitur contraria qualitas, sed tamen in qualitatibus inseparabilibus, quę habent contrarium: tenet verum, vt sunt primæ qualitates: nã generata caliditate, frigiditas corrumpitur, de quo ex proposito in frã specu. 3.

A dargum. ¶Ad primum argumentum dicimus: quod in generatione simpliciter & fit materia, & fit forma, & fit compositum, tamen aliter, & aliter: nam materia fit subiectum actu illius formæ, quæ per generationem introducitur: Ante generationem erat subiectum in potentia ad recipiendam formam, sed aduenientę, fit actu. Ecce quomodo materia fit subiectiuè: quia fit actu subiectum. Forma substantialis etiam fit: quia terminatur actio agentis, seu generantis ad formam substãtialẽ, quam intendit producere: quia contendit passum assimilare, quæ assimilatio non, nisi

Quomodo fit materia.

Quomodo fit forma.

in forma eſt, ante, forma non terminabat actionem huius agentis, cum ante non eſſet, & modo terminat, ſequitur quòd forma ſit terminatiue. Fit & ſuppoſitum completiue. Patet: quia totum ſuppoſitum eſt quod habet eſſe ſubſtantiale, & ſubſiſtere, & in eo eſt cõpletum, & conſummata ratio eſſendi, & non in forma, quæ non eſt perſe, neque in materia quæ nunquam abſque forma: ſed ſuppoſitũ compoſitum & materia non fit ex forma, neque econtra: quia ex terminatiuo, non fit ſubiectiuum: neque ex ſubiectiuo, fit terminatiuum, Et dato caſu quod forma educatur ex materia, dicitur fieri ſimpliciter quia educi ex materia, (vt in primo phyſi. probatum eſt) non eſt, quod forma præceſſerit, vel aliquid eius ante, ſed quod materia erat in potẽtia, vt eſſet ſubiectum formæ, & per actionẽ agentis naturalis, actuata eſt illa potẽtia. Ex iſto patet ſolutio ad. 2.

Forma ſit terminatiue. Subiectum ſit completiue.

Specula. 7.

Ad tertium

Ad. 3. oportet diſtinguere de naturali, vel in ordine ad ſuas cauſas efficientes, tam vniuerſales, quàm particulares: immediatas, & mediatas: vt Deus, ſol, cœlum, & agens naturale particulare & in ordine ad iſta agentia, oportet dicere quod corruptio ita eſt naturalis: ſicut & generatio imò eſſet contra naturam, quod non eſſet corruptio: nam naturale eſt igni calorem producere, & deſiccare. Applicato ergo ligno, erit naturale omnes diſpoſitiones neceſſarias ad formam ligni expellere & formam ligni corrumpere & eodem modo eſt naturale Soli, & cœlo concurrere cum igne ad hanc corruptionem. Deo etiam conuenit in quantum prima cauſa eſt, quæ magis in effectum influit, quam ipſa. 2. cauſa. Et huiuſmodi corruptiones ſunt intẽta ab iſtis ad cõſeruationem rerum. Et ſicut intendit generationes ad perpetuandum res, & intendit corruptiones.

Naturale dicitur ſimode dicitur.

¶ Secundo modo poteſt dici naturale, vel violentum in ordine ad ſubiectum: & hoc dupliciter: vno modo, de per ſe: alio modo de per accidens. De per ſe: corruptio, nõ eſt intenta a ſubiecto: quia quælibet res naturaliter ſuã appetit conſiſtentiam: ſed tamen per modũ ſequelæ: vel per accidens, quia ſubiectum habet appetitum naturalem ad formam quam non habet. De per accidẽs vult corruptionẽ formæ, quam habet quia cùm non poſſint ſimul eſſe duæ formæ ſubſtantiales in eodem ſubiecto, volendo habere alteram, expellit quam habet & appetit quam non habet. Poteſt dici etiam corruptio naturalis abſolute, etiam ex parte ſubiecti: attendendo quod bonũ vniuerſi in hoc ſaluatur, quod ſit rerum alternata generatio, & corruptio & ob id ſicut de graui dicimus quod aſcendendo non facit contra naturam: quia ſecundum inclinationẽ ad bonum vniuerſi, & bonum totius, ſic & corruptio, quanuis videatur ex parte ſubiecti appetentis ſuam conſiſtentiam violentũ quodammodo. Reſpiciendo tamen ad bonũ vniuerſi, quod cõſiſtit in hoc, dicitur corruptio illa naturalis, tale bonum reſpiciês: bono particulari relicto.

S. Th. 1. 2 q. 10. ar. 1

¶ Ex dictis poſſet inferri: quid de hominis generatione ſit ſentiendum, vtrum ipſa ſimpliciter talis vocatur, vel non: nam aliqui putãt quod non, ſuppoſito ſola ſit vna anima in eo quæ rationalis eſt: nam cum forma illa non educatur de potentia materiæ, ſed creetur, videtur quod non habeat dici generatio ſimpliciter: quia de nihilo, & non de aliquo. Si tamẽ eſſent aliæ animæ ponendæ diſtinctæ (vt nõ nulli ponunt,) ſcilicet, vegetatiua, & ſenſitiua cùm de potentia materiæ educatur poſſet dici generatio ſimpliciter.

Corolla.

Sco. & alij.

¶ Sed videtur dicendum, quod homo dicitur generari ſimpliciter, etiam ſi vna ſola ſit anima rationalis quæ à ſolo Deo creatur. Ratio eſt: quia dato anima à ſolo Deo creetur, tamẽ agens naturale: vt ſemen, vel quodcunque ſit illud, agit ad diſponendam materiam: ita vt ſit ſubiectum aptum, ad animam ratiõalem. Similiter agens naturale, concurrit ad introducendam formam in ſubiecto diſpoſito, etiam ſi ſolus Deus creet, vt in ſuperioribus diximus & inferius in. 3. de anima & totũ ſuppoſitum acquirit eſſe ſubſtantiale completiue, ſequitur quod vera ſit generatio, & ſimpliciter poſſit ſic vocari, maximè, quia licet forma ſubſtantialis, quę non eſt rationalis, educatur de potentia materiæ: non tamen ex eo quod ipſa fuerit in materia antè, vel aliquid eius: ſed quia ſubiectum, habebat eſſe ſubiectum illius formæ. Hæc dixerim, etiam ſi Marſi. dicat quod hominis generatio poteſt dici largo modo generatio. De quo infrius ſermo.

Homo dicitur generari ſimpliciter. S. Th. p. q. 60. ar. 2

Marſi. in. 3 de. gen. q. 2

¶ Hic poſſet dubitari, ſi tã euidẽs eſt, generationem & corruptionẽ eſſe in rebus: quo pacto antiqui illi ignorare potuerũt? nã in euidẽtibus nulla eſt ignorãtia: ſicut nulla eſt circa iſtud principiũ, ꝙ quodlibet eſt vel nõ eſt Soluendum eſt dubium diſtinguendo, nam euidentia duplex, ſcilicet, ſumma, & nõ ſumma & illa talis eſt, qua habita nullus falli poteſt, vt de primis principijs: & quod nix ſit alba, & ignis calidus quia ſenſu euidens eſt: ſed

Inſtantia.

Solutio.

Euidẽtia duplex ſumma & non ſumma.

ſed euidentia non ſumma naturalis, eſt talis quæ habetur experientia, & ſenſibilibus cõiecturis fortioribus ad vnam partẽ contra dictionis quàm ad aliam, ſicut Ariſt. in libris de cœlo, terram rotundam demõſtrat, & ex grauitate partium, & ex eclypſi lunæ, quæ fit arcualiter. Hęc eſt euidentia non ſumma, naturalis: de qua & dubitatio, & ignorantia: & ſic eſt in præſentiarũ de generatione ſimpliciter & ſecundum quid.

Comment.

¶ Et pro complemento huius ſpeculationis notabis Comm. voluiſſe quod omne poſſibile generari, generabitur: hæc lib. 9. metaphy. comment. 8. & ita Ioannes de Ianduno lib. 9. q. 5. defendit Comme. ſed tamẽ rectius S. Thom. 9. meta. text. 8. & 2. de genera. tex. 64. ait enim quod non omne quod eſt poſſibile generari, generabitur: quia poteſt eſſe impedimentum ex multis: aliàs omnia ex neceſſitate euenirent: quod eſt falſum primo peri. & 2. phyſ. cõment. 48. & aperte docet Ariſt. 2. de gen. tex. 64. quod nõ omnia quæ poſſibilia ſunt fieri, fient.

Ianduno.

S. Thom.

¶ SPECVLATIO ſecunda. Vtrùm vnum indiuiduum ſine ſui corruptione poſſit tranſire in indiuiduum alterius ſpeciei.

Primũ arg.

VIdetur quòd ſic. Aqua tranſit in vinum: vt ſi gutta aquæ vino admiſceatur: tamen manet incorruptum indiuiduum aquę. Patet, quia ſi voluerit quis extrahere, poterit deſumpto ſucco menthæ: ergo vnum in aliud tranſit ſine ſui corruptione.

Argum. 2. ¶ Præterea. Acetum, & vinum ſpecie differunt: quia hoc calidum, & humidum: & illud frigidum eſt, & ſiccum: tamen ſine ſui corruptione vnum in aliud tranſit. Patet: quia ex vino fit acetum, & rurſus acetum, conuertitur in vinũ: ſed hoc non poſſet eſſe, niſi quia indiuiduum vnius ſpeciei tranſit in aliud, ſine corruptione ſui.

Argum. 3. ¶ Vltimò. Per incantationes, homines in porcos, & in cætera animalia mutantur: vt de aſino aureo Apulei conſtat, & de Circe vt Lucianus narrat. Et confirmari poteſt de illis quæ per alchimiam fiunt.

¶ In contrarium eſt veritas. Non enim poteſt eſſe generatio ſine corruptione naturaliter.

In contra.

¶ Pro ſolutione conſiderandum, vt ait Marſilius: quod tranſmutatio in ſubſtantijs eſt duplex: quædam vera: alia ſolùm ſecundum apparentiam. Vera illa erit: quando realiter indiuiduum vnius ſpeciei tranſit in aliud. Non vera, ſed apparens eſt: quando ſolum accidentium facta eſt mutatio, manente integra ſubſtantia & ſalua, vt ſolet in illis quæ per alchimiam fiunt. ſiquidem accidentia monſtrant, & ſubſtantiam oſtendunt: ac ſi veræ eſſet.

Marſi. q. 3 1. li. gene.

¶ Secundò notandum: quòd in ſubſtantia, mutatio vera triplex eſt, ſcilicet, creatio, trã ſubſtantiatio, generatio, & corruptio. Exemplum primi: vt anima intellectiua creatur, & angelus. Tranſubſtantiatio eſt (vt fideles intelligunt) in admirando Euchariſtiæ ſacramento: ſiquidem ibi mutatio fit circa ſubſtantiam, cùm ſubſtantia panis tranſeat in ſubſtantiam corporis Chriſti realiter, & verè, & non ſecundum imaginationem. Degeneratione, & corruptione abundè ſuppetũt exempla.

Notand. 2. Triplex mutatio in ſubſtantia. S. Th. 3. p. q. 75. ar. 4.

¶ Prima concluſio. Tranſmutatione vera ſubſtantiæ: indiuiduum vnum, nunquàm tranſit in aliud ipſo manente incorrupto ſecundùm ſe totum. Probatur, Nulluni eſt indiuiduum, quod non ſit alicuius ſpeciei certæ: ſed tale (ſi daretur) nullius eſſet ſpeciei certæ: ergo vnum indiuiduum non poteſt mutari in aliud. Antecedens eſt pro maiori notum. Minor probatur: nam quæro: illud cuius eſſet ſpeciei? nam ſi illius, cuius prius erat, & manet: quæro, an ſit illius ſolius, vel ipſius, & alterius ſpeciei? ſi ſolius, habeo quòd tale indiuiduum non tranſiuit in aliam ſpeciem, ſi etiam ſimul eſt alterius ſpeciei: ergo ſimul & ſemel pertinet ad duas ſpecies ſed hoc non, quia non poſſet eſſe niſi quia in eadem materia ſunt ſimul duæ formæ ſubſtantiales diſtinctæ, non pertinentes ad vnam certam ſpeciem: quod repugnat per naturã. Dixi diſtinctæ, non ad vnam ſpeciem: quia in homine ponentes animam rationalem, ſenſitiuam, & vegetatiuam diſtinctas: ponũt eas vt pertinentes ad vnam ſolam ſpeciem hominis, quia rationalis continet ſenſitiuã, & vegetatiuam: ſed ſi quælibet per ſe ad vnã ſpeciem pertineret, non poſſet ſtare: ſequi-

Concl. 1. Vnum indiuiduum nõ tranſit in aliud.

tur ergo in præsentiarum, quòd talis transla tio in substantiam, non est possibilis per naturam, neque dici potest quod nouam speciem constituat.

2. Conclu. ¶ Conclusio secunda. Mutatione apparenti, & non vera, potest indiuiduum vnius speciei transire in aliud alterius, manente substantia primi. Hoc apparet in illis quæ fiunt per alchimiam, quæ quidem apparent, sed non sunt. Patet conclusio: quia fiunt variationes, & mutationes apparentes auri, & argenti, lapidum: cùm tamen vera non sit transmutatio (vt docet prima conclusio) oportet sit solùm per apparentiam. Et testis sum oculatus, fateor me vidisse aurum alchimia factum, & argentum similiter, & tam elaboratum vt ipsi argentarij sint decepti, nescientes inter verum & fictum, distinguere.

Ratio.

Conclu. 3. Transubstantiatio nõ datur naturaliter. ¶ Tertia conclusio. Sicut non datur naturaliter quod vnum indiuiduum transeat in aliud, manente substantia: neque per naturã dari potest transubstantiatio. Per transubstantiationem intelligimus, quando substantia, in substantiam conuertitur, cum mutatione realitatis, cuius est conuersio vt si panis transeat in carnem, vel in os, sic quòd amplius panis non maneat panis: sed sit caro, vel os: ad modum quo fides catholica tenet in sacramento Eucharistiæ, prolatis verbis à sacerdote, fit transubstantiatio, sic quòd panis substantia, tam materia, quàm forma trãsit in substantiam corporis Christi non manente amplius pane: quanuis maneant eius accidentia vt ad oculum videmus ipsamet manere post consecrationem. Patet quòd ista non sit naturalis. Omnis actio naturalis præsupponit subiectum in quo recipiatur, quod sit sub vtroque termino, sed in sacramento Eucharistiæ non manet subiectum sub vtroque termino, quia non manet panis materia, quæ erat antè consecrationem: nec manet forma substantialis panis, quæ erat antè: ergo non est naturalis mutatio, sed miraculosa & miraculum vnicum, & insigne. Neque valet dicere, quòd accidentia panis manent eadem. Non (inquam) valet: quia ipsa accidentia non sunt subiectum formæ substantialis: neque sunt subiectum esse substantiæ: sequitur ergo quod non datur per naturam talis transubstãtiatio. Et quod transeat substantia in substantiam: patet ex Ecclesiæ determinatione in capitulo Firmiter. extrà. de summa Trini. & fide catholi. & in Concil. Trident. Ob id opiniones quæ re-

S. Th. 3. p. q. 75. ar. 4.

Instantia. Solutio.

Conc. Tri. sess. 130. 4.

citantur extrà, de celebratione missarum. c. Cùm Marthæ, à glo. sunt reijciendæ, & solùm debet amplecti, quòd ibi nulla maneat substantia panis. De quibus erit sermo, & disputatio in nostris Theologicis Resolutionibus.

4. Conclu. Contra Dur. in 4. d. 11. q. 2. ¶ Quarta conclusio. Per diuinam potentiam quod libet creatum potest conuerti, & transmutari in quodlibet siue materia manente, quæ est ingenerabilis, & incorruptibilis, siue sit etiam ipsa conuersa simul cum forma. Patet: quia hoc est in sacramento apertissimum: ergo eo modo quo per virtutem illorum verborum factum est, potest fieri in omnibus alijs rebus: quia Deus non alligauit potentiam suam sacramentis, ergo poterit pro sua voluntate dare talem virtutem conuertendi vnum in aliud. Tamen non posset Deus (eo quòd repugnat) aliquid creatum in diuinam naturam conuertere: quia Deus esset mutabilis, & variabilis: quod est probatum falsum in 8. Physico. ab Aristot. qui dat primo mouenti immobilitatem.

Ad 1. arg. 35. Particula problem. ¶ Ad primum, dicunt nonnulli, quòd quando aqua miscetur vino, manet ipsa, & non mutatur. Commiscetur tamen propter suam subtilitatem vino vsque ad minutissimas partes: & si posteà aliquo artificio extrahatur aqua ex vino: extrahitur quod semper mansit, & nunquàm fuit transmutatum in aliud. Sic respondet Marsi. sed contrarium videtur: quia ibi fit vera mixtio, & aqua verè desinit esse aqua: & suam perdit formam substantialem & vinum fit sub materia illa sub qua aqua erat. Et hoc maximè constat: quia aliàs in consecratione calicis, illa gutta aquæ appositæ vino semper maneret aqua: & totum non esset sanguis: neque totum quod in calice est post consecrationem, absolutè deberet adorari quia ibi manet aqua, quæ non est capax consecrationis. Sequeretur etiam si contigat quòd quis sumat partem sanguinis secundam non sumeret ie unus: quia aquam prius sumpsit. Et si esset verum quod illi dicunt: non esset opus solicitè obseruare quòd aqua miscenda sit in parua quantitate: & quod fiat ante consecrationem, interuallo sufficienti ad illius conuersionem in vinum. Dicendum ergo est quòd aqua desinit esse. Quod si artificio extrahatur, non est aqua: sed aliquid quod videtur esse aqua: vel est subtile, eiusdem vini.

Marsi. q. 3

S. Th. 3. p. q. 74. ar. 8.

Nota.

¶ Ad secundũ de accto, concedit idẽ Marsi. quòd

Ad 2.

S. Th. 3. p. q. 64. ar. 5. quòd sint eiusdem speciei vinum & acetum: sic vinum non transit in aliam speciem. Hæc solutio non est tenẽda: nam si vinum est eiusdem speciei cum aceto, non est quare non possit fieri consecratio in aceto: sed non fit verè, & non alia ratione: nisi quia materia nõ est consecrationis non ergo sunt eiusdem speciei: nam quocunque maneat verè panis: & species panis, dato panis in corruptionẽ tenderet: si fiat consecratio, verè panis est cõsecratus quia panis est materia apta: ergo dato quis peccaret, si in aceto consecraret: esset tamen verus sanguis: quod Theologorum opinio communis non admittit: ergo signũ est quia vinum, & acetum specie differunt & constat: quia vinum calidum, & humidum est: & acetum frigidum & siccum: vt dicunt medici: sed ista ex diametro pugnant, ergo non sunt in eadem specie. Et quod vinum fiat acetum, vel acetum fiat vinum, non est argumentum esse eiusdem speciei: quia potest esse corruptio facilis à circunstante aëre inter formas has: quanuis specie differentes: & sit similitudo quantum ad dispositiones requisitas in materia, vt ex vna in aliam fiat facilis mutatio: & ob id corrumpatur vinum, & generetur acetum: corrumpatur acetum, & generetur vinum. Non ergo vnũ transit in aliud eo manente incorrupto: sed transitus est per generationem & corruptionem.

San. Tho. 3. p. q. 74. art. 5. ad. 2. Vinum & acetum non sunt eiusdẽ speciei.

Ad. 3. ¶ Ad 3. negatur quòd sint veræ huiusmodi trãsmutationes: sed solum illusiones quædam, & apparitiones: quas efformare, hosti generis humani nõ est difficile: sicut in somnis apparent aliqua, quæ verè non sunt: ob specierum reseruatarum commotionem in phantasia factam sic ergo in vigilia potest fieri à dæmone quia creatura omnis corporea, ad nutum est ei subiecta, quo ad motum localem & potest esse quod aliquis putet se asinum: sicut & de Nabuchodonosor, diuina voluntate, vt pœniteret, & seipsum humiliaret, factũ in sacra scriptura legimus.* De quo vide multa in malleo maleficarum, maximè 2. p. membro 2. cap. 4. & vide dialogũ Luciani, qui dicitur Lucius asinus: ad propositum multa lectu digna quæ verè contigerunt in historia Apolog. reuerendissimi Episcopi de Chiapa. Et doctissimi iuris diuini & humani fratris Bartholomæi de las casas Indorũ noui orbis vnici propugnatoris vt opera eius impressa & nondũ prelo cõmissa manifestãt, apologetica hæc historia nondum excussa. Et si quis tamen manuscriptam habet legat c. 98.

S. Th. p. p. q. 111. a. 3

S. Th. p. p. q. 110. a. 2

Dan. 4.

Augu. 18. de ciuit. dei c. 17. et 18

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm generatio vnius alterius sit corruptio, & è contra.

1. Argum. Aristot. p. Phy. t. 82. S. Th. p. p. q. ult. VIdetur quòd nõ. In nutritione hominis aliquid corrumpitur, scilicet, cibus: tamen nihil generatur. Patet. Non generatur materia: ga est ingenerabilis. Nec forma: quia suppono quod in eo solum sit anima rationalis, quę tamen à solo Deo creatur: & non educitur de potentia materiæ.

2. ¶ Præterea. In corruptione hominis, quando moritur, est generatio & non est corruptio ergo generatio vnius, non est corruptio alterius. Patet antecedens. Nam forma cadaueris verè generatur: quia in corpore mortuo est aliqua substantialis forma: & nõ nisi cadaueris, quæ ante mortem non erat, ergo tunc generatur: tamen nihil corrumpitur. Patet, non corrumpitur materia: quia ipsa manet, & incorruptibilis est, Arist. 1. Physic. tex. 82. Neque forma: quia anima rationalis, quæ est substantialis forma, immortalis est.

3. ¶ Vltimò. Lumen generatur in aëre & scientiæ habitus, in anima: & tamen nihil corrumpitur, quia neque lumen habet contrarium: neque scientia.

In contrar. ¶ In contrarium est Aristoteles hìc text. 17.

Notand. 1. Comme. 1. Phy. c. 60. ¶ Pro solutione primò notandum est, quòd aliquando generatio, sumitur pro subiecto generationis: sic dicit Commen. quod materia prima est quæ generatur: sic etiam dicitur corruptio.

Notand. 2. ¶ Secundò est præsupponendum quod generari, & corrumpi aliter contingit in rebus successiuis, & aliter in permanentibus: quia permanentes possunt habere suas partes simul: non sic successiuæ vt motus, & tempus. De quibus supra.

Notand. 3. ¶ Tertiò est supponendum, quod aliàs est dictum sæpè: & materiam non esse sine forma aliquando: & simul duas formas substantiales non esse in eadem materia: quibus adnotatis,

notatis, sit prima conclusio.

1. Conclu. In successiuis rē generari est ipsam corrumpi.

¶ In rebus successiuis rē generari, est ipsam corrumpi: & ipsam corrumpi, est generari. Probatur de motu: quia aliquando generatur: ergo vel quando est, vel quando non est: non quando non est: ergo quādo est: sed quādo est, quia successiuum, & non permanēs, tunc cum generatur, corrumpitur: quia non manet: & quando corrumpitur etiam generatur. Non enim potest intelligi ipsum esse, nisi in corrumpi quia non intelligitur nisi in successione & idem de tempore.

2. Conclu. Generatio vni⁹ est corruptio alterius.

¶ Secunda conclusio. In rebus permanentibus, generatio vnius, est corruptio alterius quantum ad compositum quod completiuè habet esse per generationem. Patet. Sit a. cōpositum, quod generatur: cùm hoc sit in subiecto præsuppositi: quæro an materia fuit ante denudata ab omni forma, vel non: si sic: ergo aliquando materia sine forma, quod nō potest esse. Si habuit formam: vel manet simul cùm illa quæ de nouo est in generatione, vel non: si manet: ergo duæ formæ substantiales simul, quod repugnat, quia illa vna res pertineret ad duas species distinctas. Si non manet: ergo vel corrumpitur, vel transit in aliud subiectum eadem numero: transire in aliud subiectum non potest: ergo corrumpitur, sed corrupta forma, corrumpitur suppositum, quod habebat esse per formam: ergo generatio vnius est corruptio alterius. Eodem modo probatur, quod corruptio vnius, sit alterius generatio. Dixi quantum ad compositum: quia generatio, & corruptio, propriè illius quod acquirit esse, vel definit esse intelligitur sed hoc non est forma, sed compositum quia esse est suppositi, & per se subsistentis, & non forma quia licèt generatio, & similiter corruptio terminetur ad formā: tamen completiuè ipsius suppositi est. Sic intelligitur: quod generatio vnius suppositi, sit corruptio alterius: & corruptio vnius, sit alterius generatio.

S. Th. 3. p. q. 17. ar. 2.

Conclu. 3.

¶ Tertia conclusio. Sicut homo generatur, sic & corrumpitur: & sicut ex corruptione alicuius sequitur generatio hominis: sic ex generatione alicuius, sequitur eius corruptio. Hic volo insinuare, quomodo dato anima rationalis hominis (supposito vnam solā habeat animam) non fit ex traduce, sed à solo Deo creetur: & quando homo moritur (quod est ipsum corrumpi) anima rationalis, cùm sit immortalis, non corrumpatur: tamen semper est verum quòd homo generatur: & est etiam verum, quòd homo corrumpitur. Probatur. Aliquid generari, est habere esse post non esse, præcedente aliqua alteratione, aut dispositione agentis naturalis in subiecto: sed homo habet esse post non esse, & verè completiue acquirit esse, & non sine dispositionibus præuijs: ergo homo generatur similiter & corrumpitur quia corrumpi aliquid, est habere non esse, post esse: sed sic est, quando anima separatur à corpore, q̄ post esse, est non esse. Et quod ad corruptionem hominis sequatur generatio: patet: quia sequitur cadauer, quod verè habet esse cadaueris, post esse hominis. Et ad corruptionem formæ substantialis, quæ erat in fœtu organizato, scilicet plantæ, introducitur brutalis & ad corruptionem brutalis: in infusione rationalis, generatio ipsius hominis quia introductio animæ rationalis est ad quam concurrit agens naturale, etiam si à solo Deo creetur anima: ergo etiam in homine est verum, quod generatio vnius, sit corruptio alterius.

Ratio. Quomodo est uerū q̄ homo corrūpitur.

¶ Verum est tamen, quod si exactam rationem generationis consideremus, respicientes non solùm ad suppositum, attendentes quod habet esse completum, sed ad formam quæ dicitur terminus generationis, & corruptionis: tunc enim, quia anima rationalis à solo Deo creatur: & non ab agente naturali: & similiter non corrumpitur: quia immortalis: possumus dicere non esse propriè generationem: & æquinocè conuenire alijs ab homine, & homini. Et in hoc sensu admittamus quod tradunt hic doctores (non contemnendi) dicentes generationem hominis, non esse propriè generationem, eo quod potiùs sit congregatio animæ creatæ à Deo cum materia, quàm generatio: licèt quo ad dispositionem subiecti præuiam habeat naturam generationis: quo tamen adveram hominis productionem habet magis naturam factionis miraculosæ. Hæc dicunt illi: sed Aristote. loquitur absolutè: sol & homo generant hominem: cùm animam non posuerunt ex traduce, vt nos in libris de anima ostēdemus: quia ibi redibit sermo. De quo Eugubin. in suo de perenni Phi.

Aristo. 2. Phy. t. 26.

Eugub. li. 8 c. 7. & 9.

¶ Quarta conclusio. Si sit aliqua qualitas, quæ contrariam non habet: ad eius generationem non requiritur corruptio alterius: neque ex eius corruptione alterius generatio. Hoc patet de lumine, & sensatione, & scientia. Probatur. Istę qualitates verè in subiecto producuntur, & generātur: tamen nō aliqua corruptione præuia: quia lumen in aëre producitur

Conclu. 4.

Ratio. 1.

ducitur sine corruptione: & corrumpitur per absentiam solis: & tamen nullius sequitur generatio & hoc non ob aliud, nisi quia contrarium non habet. Idem de scientia, quæ non habet contrarium. Et probatur sic. Si ad generationem istorum necessario sequeretur corruptio: esset ne daretur materia sine forma: vel vna materia informata duabus formis substantialibus simul: sed ponendo istorum generationem, sine corruptione, vel è contra: non sequitur aliquod istorum, vt cōstat, quia siue ab aëre tollas lumen, siue non: manet aër in sua substantia talis. Similiter si sensationem, vel scientiā abstuleris: sequitur ergo veram esse conclusionem.

S. Th. p. p. q. 67. ar. 3 Ratio. 2.

Conclu. 5.

¶ Quinta conclusio. In qualitatibus contrarium habentibus: ad generationem vnius, sequitur alterius corruptio: saltim secundum gradum intensum. Patet: quia contrariæ qualitates non se possunt simul compati in gradibus intēsis, ergo producta vna, alia corrumpitur: producto calore in subiecto, expellitur frigiditas. Et potest dari ratio quia istæ sunt qualitates primę, in quibus propria ratio cōtrarietatis inuenitur: sine quibus nō contingit materiam esse sine aliqua ipsarum oportet ergo quod vnius generatio, alterius sit corruptio.

Ratio.

¶ Dixi in gradibus intensis, quia in remissis nō sequitur quod si calor producitur, remissa frigiditas corrumpatur: cùm in aqua tepida, contingat calorem simul esse, cum frigiditate.

Ad 1. Marsi. 1. de gene. q. 5.

¶ Ad primum in quo de nutrimento viuentis, maximè de homine, Marsilius sicut tenet impropriam esse hominis generationem: sicut in tertia conclusione tetigimus: sic asserit impropriam esse nutritionē & dicit, nutritionem esse miraculosam partialiter: quia nutrimento corrupto, non generatur alia forma substantialis de nouo sed quod anima intellectiua incipit informare illā materiam de nouo, quam non informabat: sic non est naturale, quod forma substantialis vadat de subiecto in subiectum. Hæc Marsilius. Tamen non tenentes esse generationem hominis, vt in 2. conclusione diximus, ad sensum ibi positum: possumus concedere esse veram nutritionem: & per corruptionem vnius sequi alterius generationem: corrupto cibo, in chilo conuerso in stomacho: & post in epate conuerso in sanguinem, & per venas transmisso ad omnia membra. Iam facta vltima digestione: ibi est generatio ossis, & carnis, & neruorum. Per animæ rationalis informationem habet nouum esse illa pars: nam habebat esse panis, vel piscis, vel herbæ: & nūc habet esse carnis quia actio agentis naturalis ad illam perfectam, & necessariā fecit dispositionem, etiam si ad formam substantialem non attigerit: attigit ad introductionem & sic videtur quòd ibi sit nutritio: & per cō sequens generatio in isto sensu in quo dicitur homo generari. Quapropter corruptio vnius, alterius generatio est. Cui hæc nō placuerit solutio, teneat quæ dicit Marsilius, quæ sunt satis clara.

In homine uera nutritio. S. Th. p. p. q. ult. ar. 1.

¶ Ad secundum dicendum, quod in morte hominis verè aliquid generatur, scilicet, cadauer, & cōsequenter aliquid corrumpitur: nō tamen materia, neque forma, sed homo, eò quòd forma à materia remouetur.

Ad 2.

¶ Secundò, posset quis respon. quòd ibi aliquid generatur: sed non est necessarium aliquid corrumpatur. Neque hoc contra Aristot. qui in generationibus naturalibus est loquutus: sed in generatione hominis, & corruptione, est aliquid peculiare: propter animam rationalem, quæ à solo Deo creatur: & est incorruptibilis.

Solutio 2. San. Tho. p. p. q. pen. art. 2.

¶ Ad tertium patet solutio in quarta conclusione. * Quòd si causam corruptionis, Physice loquendo quæris intrinsece: prima, & vniuersalissima in omni corruptibili: hæc est materia adiuncta priuationi quia hæc est principium primum essendi: & non essendi vt late in 1. Physic. & Arist. ibi tex. 81. priuatio enim ad maleficiū machinatur: & in hoc primo tex. 17. & sicut est materia prima causa: secūdaria causa corruptionis, in quolibet composito forma est: nam ideo corruptio, quia forma separatur à materia & ideo forma separatur: quia forma non complet omnem potentialitatem materiæ, quia non dat omnem modum essendi, quem dant alię formæ receptibiles in materia: quibus est priuata & sic est status in materia sic priuata & forma, est causa secundaria.

Ad 3. *

¶ SPECVLATIO quarta. Vtrùm in corruptione substantiæ, fiat resolutio omnium formarum vsque ad materiam primam.

Videtur

Primũ arg. Videtur quòd non fiat resolutio: quia si sic, sequitur quòd in aliquo instanti materia est nuda ab omni forma. Patet. Fiat resolutio: ergo in instanti in quo ad vltimã formã deuenitur, vel est alia forma introducẽda, vel nõ: si sic: ergo duę formę simul si nõ cum non debet de nouo aliqua introduci, vsque dum expellatur quæ erat, oportet quòd in illo instanti medio sit materia sine forma: vel non sit resolutio vsque ad materiam nudam.

2. ¶ Secundò. In animali prior est anima vegetatiua, quàm sensitiua: sed manet vegetatiua cum sensitiua quæ post producitur: ergo non fit in generatione resolutio vsque ad primam materiam: aliàs in generatione animalis expelleretur quicquid ad vegetatiuum spectat.

3. ¶ Præterea. Elementorum formæ quæ fuerant in corrupto, manent in genito: ergo non fit resolutio vsq; ad materiam primam. Antecedens patet ex Arist. tex. 84.

In contrar. ¶ In contrarium est quod dicit Aristot. hîc quod generatio est transmutatio totius in totum: nullo sensibili remanente in eodem subiecto.

Notand. 1. ¶ Pro solutione oportet notare, quod id q̃ hîc quæritur est, vtrum aliquid maneat idẽ numero in genito, quod erat in corrupto: nã si nihil manet idem numero, nisi sola materia: tunc dicitur esse resolutio vsque ad materiam primam: si tamen aliquid idem numero maneat sub vtroque extremo. s. in genito, & corrupto: non fit resolutio vsque ad materiam primam.

Notand. 2. ¶ Secundò est considerandum, quod quando quæritur, vtrum resolutio fiat vsque ad materiam primam, potest intelligi solùm quo ad formam, vel formas substantiales: sic quod nulla quæ in corrupto erat, maneat in genito, vel non solùm quo ad substantiales, sed etiam quo ad accidentales: sic quòd neque aliqua substantialis forma, neque accidentalis maneat in genito, quæ fuit prius in corrupto.

Notand. 3. ¶ Variæ fuerunt philosophorum, & Theologorum opiniones circa vnitatem formæ substantialis in qualibet re, vel pluralitate.

Prima opi. Auicennæ. ¶ Fuit opin. Auicennæ in 6. naturalium, in mixto elementa manere formaliter: sic vt vnum quodque mixtum diceret esse aggregatum ex 4. elementis. In hoc sensu tamen concedebat quòd 4. elementa ad mixtũ constituendum conuenientia vsque ad minimum naturale diuidebantur: & exipsis 4. fiebat materia mixti: & in vna parte illius materiæ, erat terra: in alia aqua: & tandem inducbat mixti formam, extensam per totam materiam.

2. Opinio. Scot. in 4. d. 11. q. 3. ¶ Secunda opin. est docto. sub. ponentis formam corporeitatis substantialem: vltra formam per quam mixtum in esse specifico constituitur: & solum hanc in animatis ponit. Et dicit in triduo mortis Christi, fuisse illam formam in corpore: & non introductam formam cadaueris, quæ sonat corruptionem.

3. Opinio. Ocam. ¶ Tertia opinio est Ocam, ponentis in homine animam sensitiuam, simul cum rationali: quam impugnat Buridanus 2. de anima q. 5. de quo Sanctus Thomas p. p. q. 76. art. 3.

4. Opinio. ¶ Quarta opinio est Auicembron, ponentis in homine tot animas, quot sunt prædicata quidditatiua: & sic vna est vegetatiuum, & alia sensitiuum: alia rationale, & alia corporeum.

5. Opinio. Liconi. ¶ Quinta opinio potest esse illorum, qui ponunt in omnibus generatis formam substantialem corporeitatis: quam dicunt esse perpetuam in ipsa materia.

6. Opinio S. Th. p. p. q. 76. ar. 3. Ægidius. ¶ Sexta opinio est, quæ negat istam formã corporeitatis, & vnam solam ponit substantialem: quæ opinio est Sanct. Thom. quam egregie probat Ægidius Romanus in suo tractatu de gradibus formarum. Sanct. Thom. etiam in tractatu proprio. Non est nunc in animo rationes opinionum istarum examinare, neque illas impugnare, quippe quod esset prolixum nimis: & quia ipsæ secum afferunt suam damnationem. Sufficiat opiniones recitasse. Et ad speculationem respondẽtes, quid sit tenendum, vt rationi consonum appono conclusiones: & sit prima.

1. Conclu. ¶ Omnes illi qui ponunt plures formas substantiales in mixto, vel in animante: eò videntur tendere, vt negent resolutionem fieri in generatione, vsque ad materiam primã: & hoc non solùm quo ad formas accidentales, sed quo ad substantiales. Probatur: quia *Ratio.* qui vltra vnam dant substantialem formam: siue corporeitatis dicatur, siue sit elementorum, siue sit alicuius essentialis prædicati, siue sit sensitiua in rationali: affirmant post corruptionem in genito manere: & ob id nõ admittunt denudationem, & resolutionem fieri

fieri ab omni forma substantiali: quia non fieri talem, est eandem formam substantialem manere in genito, & corrupto: sed isti omnes qui plures ponunt, fic admittunt: quod eadem numero maneat forma substãtialis in genito, & corrupto: ob id non est resolutio vsque ad materiam primam secundùm eos.

2. Conclu. Denudatio fit vsque ad materiã primam. ¶ Secunda conclusio. In generatione cuiuslibet mixti, denudatio fit vsque ad materiam primam, vt nulla maneat forma substantialis nec accidẽtalis eadem numero in genito, & in corrupto. Probatur. In omni re naturali sola vna forma substantialis est, per quam constituitur in esse naturali, & specifico: vt supponimus, quòd aliàs probatum est: & in ferius probabitur, ergo cũ fit corruptio rei, & alterius generatio: manet cum forma generati, quæ de nouo aduenit, vel non: si manet: ergo non est corruptio facta: quia quandiu manet forma, habet suum esse specificũ, & formale: & nõ est alterius generatio: quòd si alterius est generatio: ergo alterius verè forma in materia est, est etiam alia forma, quæ antè erat: ergo sunt simul in materia duæ formæ substantiales, non facientes rem vnam: & sic esset vna, & eadem res in diuersis speciebus: quod non est dicendum, idem de accidentalibus formis. * Et aduerte quòd opinio hæc stat in hoc: quòd nulla dispositio, præcedens formam substantialem: quantũ vis sit illa quæ necessario requisita est, & sufficiens ad formam introducendam, manet sed cum ipsa forma quæ introducuntur omnia quæ faciunt ad conseruationem: & corrum puntur omnes dispositiones quæ præcesserunt. Sicut aliàs diximus, & ratio stat in hoc: suppositò quòd forma substantialis dat esse simpliciter: & quod in accidentibus, propositio de tertiò adiacente præsupponit veritatem propositionis de est, secundo adiacẽte: quia hæc, homo est albus, ideo est verã, quia homo est. His suppositis probatur conclusio apertius, si accidentia dispositiua, præcedunt formam introducẽdam, & remanẽt, dant esse actu ipsi materiæ: tunc quæro, vel dant esse actu simpliciter, vel secũdum quid: non simpliciter, quoniam ex primo supposito hoc conuenit formæ substantiali: non secundùm quid, quoniam ex secundo supposito esse accidentale, quod est esse secundum quid est suppositò esse simpliciter cuius signum est, quod in accidẽtalibus propositio de est, tertio adiacente, supponit illam quæ est de secundo adiacente: ergo si materia debet dici calida vel ficca, necessario est prius sit sub forma substantiali per quam primo fit actu simpliciter: & ob id peripatetice loquendo hæc via tenenda est: licet alia non careat probabilitate.

Dispositiones necessariæ ad formæ introductionem nõ manent formarum introductarum.

Conclu. 3. Ægidius de gradibꝰ formarũ. 2. p. ¶ Tertia conclusio. Licèt aliqui existiment quod sit impossibile idem accidens numero manere in genito, & corrupto: & sic vsque ad materiam primam ponunt fieri resolutionẽ: etiam quo ad formas accidentales: probabile tamen est aliquas qualitates manere easdẽ in vtroque extremo. Hæc conclusio probatur quo ad istam secundam partem: quia cũ ex aqua fiat aër, manet eadem humiditas, quæ erat in aqua: nam si corrumpitur, à contrario debet corrumpi, vel eò quòd possit stare humiditas, cum forma substantiali aëris, sed non est contrarium à quo corrumpatur: & humiditas dispositio est formæ substantialis aëris: sequitur ergo, quòd aliqua qualitas eadem numero manet in genito & corrupto.

Secundò. ¶ Item. In cadauere manet eadem albedo in ossibus, & calor qui erat in carne viua. Non curo de intensione eadem: quia solùm sermo est, quòd maneat eadem numero qualitas: quamuis ad tempus breue, quę tamẽ post remittatur: sequitur ergo, quòd non est resolutio vsque ad materiam primam.

Tertiò. ¶ Item. Videmus si viuus, habeat cicatricẽ, quòd etiam mortuus habeat eandem: cum sit accidens.

Quartò. ¶ Præterea: quia aliàs frigiditas generaret caliditatem. Patet. Ponamus, quod frigiditas corrumpat aliquod viuens: tunc si in cadauere fit aliquis nouus calor, qui prius non erat: est de nouo productus: & non videtur à quo, nisi à frigiditate corrumpente animal: ergo frigiditas, esset causa caloris: hæc faciunt probabilem opinionem, sed alia probabilior videtur.

Conclu. 4. ¶ Quarta concluſ. Omnes illæ qualitates, & accidentia quæ nullam habent contrarietatem ad dispositiones requisitas ad formam geniti: videntur manere eadem numero in genito, & corrupto. Ista conclusio videtur sequi ex 3. nam supposito sit probabile, q̃ aliquæ qualitates eædem numero maneant: non videtur quæ debeant manere, magis quàm illæ quæ ad formam generati faciunt: & non contrariantur suis dispositionibus: vt albedo, & aliæ similes, tamen si sint cõtrariæ: illæ videntur non manere quia à dispositionibus requisitis ad formam geniti corrũpuntur & in hoc sensu posset intelligi quod fiat

fiat denudatio vsque ad materiã primam in generatione. Multæ hinc inde adducuntur rationes, pro, & contra: sed sufficiat propositum intentum sequentes, hæc adduxisse. Vtranque probabilem putamus opin. s. q nullũ accidens numero maneat: & quod aliquod maneat: vt ait Albe. de Saxonia primo de gener. q. 6. Marsi. tamen in loco citato de denudatione ab omni forma substantiali expresse est loquutus: & in q. 7. affirmat hanc opin. dicẽs q eadem qualitas manet in genera to, quæ fuit in corrupto quòd probat ex Arist. hic tex. 24. & 25. & quòd eadẽ maneat quantitas, in genito, & corrupto.

Albertus de Saxo. Marsi.

Ad argum. ¶ Ad primum dicendum: quod nunquàm materia sine forma est: etiam in instanti, nam si vna hora sit tempus adæquatum introductionis formæ generati in materia illa: etiam est hora tempus adæquatum in quo corrũpetur forma corrupti quod si generatio tota simul sit (vt est probabile) in animalibus: tunc pro eodem instanti pro quo desinit esse forma corrupti, est forma geniti: & primũ nõ esse formæ corrupti, est primum esse formæ geniti & sic nullum instãs datur, in quo materia sit denudata à forma substantiali. Et licèt via ordinis naturæ per prius intelligatur amitti forma corrupti: non tamen priori tate temporis. Qui tamen formam corporeitatis admittunt, non est quare sint tam soliciti de introductione nouæ formę & expulsione antiquę in eodem instanti, quia sua corporeitatis forma in materia manet: qua ratione nunquam nuda ab omni forma substãtiali est, sed semper alijs inuicem succedentibus, intelligitur illa perpetuo.

Scot. in 4. d. 11. q. 3. Henricus quolib. 2. q. 2.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundum: sunt qui concedant aduenientem sensitiuo, non corrumpi vegetatiuũ, sed perfici potiùs: & aduenièt rationali, manere sensitiuum. De quo in libris de anima li. 3. specu. 1: cõtra Ocam. Vide ibi. Pro nunc, putamus verum esse solam vnicam animam ponendam, & in rationali includi sensitiuũ: sicut trigonus in tetragono: vt docet Arist. Et semper est ita, quòd in superiori virtus inferioris continetur eminentius, & venien te id quod perfectũ est, euacuatur, & corrumpitur id q ex parte est. Ob id nostri Theologi affirmant, cum clara Dei visione non esse ponendam fidem. In quo Durandus est deceptus. De quo suo loco: quia frustrà esset. Sic aduenientе anima rationali, frustrà esset anima sensitiua, & vegetatiua, cùm per solã illam possint fieri commodius, quæ pervegetatiuam, & sensitiuam.

Ocam. quolib. 2. q. 10 & 11. de quo. Sanct. Tho. 1. p. q. 76. ar. 3. Mai. in 2. d 16. q. unica et alij. Tho. in 3. d. 31. Durã. ibid. S. Th. p. 2. q. 67. ar. 3. Marsi.

¶ Non ignoramus Marsi. q. 6. in solutione ad 5. dicere, quod vegetatiua anima non est prius, quàm sensitiua, sed simul. Et ad Aristo. qui dicit, de generatione animalium, quòd embrio primò viuit vita plantæ, dicit, intellexisse quòd in animali generato prius pereiuntur opera animæ vegetatiuæ, quàm sensitiuæ: & prius sensitiuæ: quàm intellectiuæ: quia prius animal vegetat, quam sentiat, & sentit, quàm intelligat: tamen est vna eadem anima. Sed quicquid dicat, non oportet recedere à communi modo intelligendi, quod prius tempore sit vegetatiuum.

Singul. opi. Marsi.

¶ In tertio argumento tangitur difficultas satis principalis in materia, de formis substãtialibus elementorum: an maneant ibi formaliter, manentibus ipsis elementis formaliter in mixtis an solùm virtute, penes illas suas qualitates. Pro nunc dicamus quòd verum reputamus, ipsa elementa non manere ibi formaliter: neque concurrere, vt putauit Auicẽna, & alij, ad mixti generationem, per hoc quòd elemẽta seipsis materia sint mixti, vbi forma substantialis eius recipiatur: sed concurrunt virtute, per hoc quod in mixtò est reperire qualitates elementorum: frigiditatem: caliditatem: humiditatem: & siccitatem, in certo debito contemperamento, magis, vel minus de hac, vel de illa, iuxta conditionem elementi prædominantis: siquidem opinio illa Auicennæ quod maneant elementa secundùm suas formas substantiales: vt diximus, nullo modo potest stare: neque opinio Comment. qui tenet, quod omnes manent cum forma mixti, remisse tamen: hoc dicit 3. de cœlo. t. 67. De quo inferiùs in fine 2. li. huius.

Opin. Auicẽnæ nõ potest sustineri. Cõmẽt.

¶ SPECVLATIO quinta. Vtrùm augmentatio sit generatio.

1. *Argum.*

Videtur quòd sic: quia generatio vnius, corruptio alterius est: & ecõtra: vt supra diximus: sed in augmentatione est simplex corruptio ergo ipsa generatio est. Patet: quia nutrimentum verè corrumpitur.

Text. 17.

¶ Præterea, Diminutio est corruptio: ergo augmentatio est generatio. Consequentia bona est, & tenet illa regula topica. Sicut

2.

cut oppositum in opposito, sic propositum in proposito. Probatur antecedens. Aliqua viuentis pars in diminutione corrumpitur: aliàs non fieret diminutio. Tunc sic. Illa pars antè viua erat: & cùm deperditur, non est viua: ergo corrumpitur, ergo augmẽtatio erit generatio.

3. ¶ Tertio. Generatio est motus, aut mutatio ad substantiam sed augmentatio est motus ad substantiam: ergo est generatio. Patet minor: quia eò viuens augetur: & verè substantiam acquirit, per huiusmodi augmentum.

In contra. ¶ In contrarium est Arist. qui ponit differentiam inter generationem, & augmentationem in 3. Physic. text. 25. & in 5. Physic. text. 26.

Notand. 1. Multis modis capitur augmenta. ¶ Pro solutione est notãdum, quod augmẽtatio capitur multis modis: vno modo, pro intensione: alio modo, pro maioratione quãtitatis discretæ: alio modo, quantitatis continuæ: & hoc sine additione, sicut in rarefactione: alio modo cum additione, sed similis: vt si aquam aquæ addas: alio modo, per additionem disimilis: vt si ignem maiorem facias, cõbustibilia addendo: alio modo, quantitatẽ addendo quantitati. Nullo istorum modorũ hic de augmento loquimur.

¶ Alio modo dicitur augmentum esse in viuente solùm, quando fit intus per susceptionem nutrimenti, & conuersionem in partes maiores, vnde est augmentum in animante. Ita vt quãuis per actionem caloris naturalis in humidum radicale fiat deperditio: per actionem caloris naturalis in humidum cibale, seu nutrimentale, non solum fiat restauratio illius deperditi: sed & additio hæc. Est propria augmentatio, de qua tractat Arist. & de qua nunc speculatio est: vtrùm augmẽtatio sit generatio, quæ sic definitur.

Definitio augmentationis. ¶ Augmẽtatio est conuersio nutrimenti in potetia corpus animatum, in corpus actu animatum: in maius, quàm est deperditum per actionem caloris naturalis.

¶ Ex hac descriptione videntur nonnullare quisita ad augmentationem. Requiritur, q fit augmentum ex aliquo aduenientе. Secũdum, quod idem maneat sub vtroque termino, id est, quod ille qui patitur diminutionẽ, ille & augeatur. Tertiũ, quod quælibet pars auctа ad minùs porosa debet esse aucta quia augmentum fit ab anima mittente nutrimẽtum ad singulas partes. Quartum, quod hęc fiat per intus susceptionem nutrimẽti, quod à principio est disimile: & in fine est simile nutrito.

Quæ requiruntur ad augmentũ.

¶ Et Arist. t. 50. ponit conditiones ad augmentum, prior quod nõ sit vacuum: quod nõ sit penetratio dimensionũ: quod non fit aduenientе aliquo incorporeo: tandẽ quod fiat aduenièt corporeo: mà per incorporeũ nullum corpus posset nutriri naturaliter: neque augeri: quia calor naturalis non posset agere in illud incorporeum.

4. Phy. tex. 47. & 55.

¶ Secundum quas partes contingat augmẽtatio: sunt variæ opiniones.

¶ Prima est Cõment. dicentis, quod augmẽtatio fit secundùm formam, & non secundũ materiam. i. fit à forma, & nõ à materia: quia ipsa nullius est actiuitatis.

1. Opinio. Comment.

¶ Secunda opinio est, quod augmentatio fit secundum partes formales, & non secundũ materiales. i. secundùm partes humidas humiditate radicali, & non secundùm humidas humiditate cibali. Illæ quæ sunt radicali humido humidæ: sunt quæ ex semine fuerunt confectæ. Sed hæc opinio non est vera: quia in adulto paucæ sunt hæ partes, vel nullæ à radice contractæ.

2. Opinio. Alexan. & Magist. sen.

¶ Tertia opinio est illorum, qui dixerunt philosophum intellexisse per partes formales, eterogeneas: & per materiales, homogeneas: quia opera animæ magis manifestantur in eterogeneis.

3. Opinio.

¶ Opin. 4. est: quod Arist. intellexit augmẽtationẽ fieri per partes formales. i. porosas: non per materiales quia in illis non esset per intus susceptionem, sed per appositionem, præsuppolita alteratione. Recitatis opinionibus sit prima conclusio.

4. Opinio. Vene. de gener. c. 16.

¶ Ad augmentum in viuentibus, requiritur motus localis: alteratio similiter, & corruptio. Patet. Non potest fieri augmentatio, nisi cõiuncto aliquo cibo nutrimentali: quę applicatio, nõ fit sine motu, vt constat: ergo motus localis requisitus est.

Conclu. 1.

Ratio p. p.

¶ Secunda pars, quòd sit alteratio requisita paret: quia augmentũ debet fieri ex eo quod est disimile, vt fiat simile: & conuertatur in substantiã: sed hoc non contingit absq; alteratione: si enim panis nõ alteretur, non poterit cõuerti in substantiã aliti. Requisita etiã est aliqua corruptio. Patet: quia si ipsum nutrimentum, seu cibus, ex quo debet fieri augmentatio: nõ desinat esse panis, & caro animalis non poterit esse caro hominis, neq; os hominis. Patet: quia cum debeat esse in fine simile ipsi nutrito, & aucto, necessarium est quod fiat corruptio. Ecce ergo quomodo ad augmentationem verè requiritur corruptio

Ratio. 2. p. S. Th. p. p. q. ult. ar. 3.

Ratio. 3. p.

aliqua, alteratio, & localis motus.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Augmẽtatio propriè dicta requirit nutritionem, & etiam alicuius
Ratio. 1.p generationem. Patet: quia per augmentationem quælibet pars viuentis neruosa acquirit magis, quàm perdit: sed hoc fieri non potest absque nutritione: ergo nutritio est requisita in augmentatione. Patet maior: quia
Vide Ægi. quolib. 4. q. 13. in hoc consistit ratio augmenti, vt magis per humidum nutrimentale acquirat: quàm fuerit deperditum de humido radicali per actionem caloris naturalis.

Ratio. 2.p. ¶ Secunda pars, quod sit generatio requisita: patet: quia sicut cibus primò corrũpitur in stomacho, sic fit generatio Chili: & deinde corrumpitur Chil⁹ in epate: & fit sanguinis generatio: deinde in venis sanguis corrũpitur & fit caro, & os, & neruus: tandem fit cõuersio in omnes partes eterogeneas animantis. Ecce in omnibus istis generatio est: & sic præsuppositа, vt sine ea non possit esse augmentatio propria, viuentis.

Conclu. 3. ¶ Conclusio tertia. Augmentatio, non est generatio, neque motus localis, neque alteratio, neque nutritio, neque corruptio, sed motus ad quantitatem propriè. Ista cõclus.
Aristo. est Arist. qui ponit distinctam speciem motus augmentationem à generatione, & alijs: sequitur ergo, quod non est augmẽtatio aliquid illorum formaliter, sed quod propriè dicatur motus ad quantitatem, ex eodẽ Arist. patet: quia motus, speciem capit à termino ad quem, sed terminus ad quem augmentationis, maior quantitas est quæ resultat, quã illa quæ ante augmentum erat: sequitur ergo q augmentatio sit motus ad quantitatẽ. Hæc conclusio est clara ex supradictis.

Conclu. 4. Ægidius in ult. q. de generatione. ¶ Quarta conclusio. Licèt augmentatio nõ sit formaliter generatio alicuius suppositi,
Ratio p. p. quod de nouo habet esse, est tamen generatio realis, partis maioris substantiæ. Probatur prima pars: quia eo differt (vt dicit 3. cõclusio) à generatione: & augmentatio, nõ est generatio: sicut neque quantitas, substantia est: nam per generationem propriè suppositũ quod fit, seu generatur, acquirit esse substantiale, & per se existere: & hoc non facit augmentatio, quæ aduenit iam supposito actu existenti: & illius solùm augmentatio est, scilicet, viuentis.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars apertissima est: augmẽtationis proprietatibus consideratis: nã tunc est augmentatio, quãdo facta digestione, & nutritione, fit conuersio humidi cibalis in substantiã nutriti: nõ solùm quantũ deperditũ est, sed amplius: at hoc non potest fieri sine generatione partis substãtiæ. Patet: quia illa pars quæ augetur in viuente, vel est substantia, vel nõ: si, non est substãtiæ pars, ergo nõ est conuersa in substantiã, & sic non erit augmentatio: si ergo conuersa est, & substantia est: quæro quæ substantia, vel per se stãs, vel non? non per se extans, aliàs per augmentationem suppositum haberet esse: ergo est vt pars in alio, Tũc quæro, vel est pars eiusdem substantiæ cũ supposito, cui fit additio: vel non: si sic, & antè non erat illa pars aucta, & nũc est substantiæ pars: ergo nũc genita est: & cùm sit eiusdẽ substantiæ eadẽ forma substãtialis totius, & illa pars de nouo genita animaũ, & sustẽtatur. Quod si substãtię illa pars, nõ est eiusdẽ cũ illo in quo fit augmentũ: ergo non fuit verũ augmentũ, quia de ratione eius est, q̃ id q̃ est à principio dissimile, fiat simile. & conuertatur in substantiam aliti.

Conclu. 5. Augmentatio est generatio secundum quid. Ratio 1.p. ¶ Quinta conclusio. Augmentatio propria quæ in viuentibus contingit, generatio secũdùm quid dicenda est: quam præcedit corruptio simpliciter. Probatur prima pars: In omni augmentatione propria est necessaria conuersio alimenti in substantiam aliti: & hoc est generatio: ergo augmentatio est generatio: sed non est simpliciter: quia suppositum non habet esse simpliciter, sed esse maius: & aduenit iam supposito existenti: ergo est generatio secundum quid, quia si generatio est, ergo simpliciter, vel secũdũ quid: sed non simpliciter, quia in ea ex nõ esse simpliciter acquiritur esse simpliciter: erit ergo generatio secundum quid.

Ratio 2.p. ¶ Altera pars, quod ipsam præcedat corruptio simpliciter, patet. Non potest esse augmentatio, nisi fiat cibi perfecta corruptio: quia debet assimilari aucto, & nutrito: quia panis nõ debet amplius manere panis: quia verè fit caro: nec herba manet herba nec animalium caro. Et ratio formari potest sic. Ibi est vera corruptio, vbi totũ definit esse substantialiter: sed in augmentatione, cibus ex quo est augmentatio, totaliter definit esse, & nõ habet ampliùs suum esse substantiale per se existens: ergo simpliciter facta est corruptio ipsius, aliàs si non esset simpliciter, facta corruptione, maneret panis: vt antè: & facto augmento, & nutritione, esset substantia panis simul, & substantia aucti, & nutriti: & sic duas haberet formas substantiales: & non esset id ex quo augmentum, simile in fine: quod necessarium est ad augmentum, vt suprà dictum est.

¶ Patet

Ad argum. ¶ Patet ex dictis solutio ad argumenta: siquidem in augmentatione & corruptio, & generatio est.

¶ SPECVLATIO sexta. Vtrum in augmentatione perfecta quælibet pars aucti augeatur.

Primũ arg. VIdetur quod non: quia si augetur, est per additionem nutrimenti: vel illud recipitur in pleno, vel in vacuo: si in pleno: ergo est penetratio dimẽsionum: quod est contra Arist. & naturam: quod si recipitur in vacuo, ergo vacuum datur, contra ipsam naturam, cum ex proposito refugiat: vt suprà probatum est. Quod si dicas in poris fieri: ergo ipsis semel repletis, non esset amplius augmentatio, neque partes non porosæ augerentur: quod est intentum per nutrimentum.

¶ Secundò. Non potest fieri augmentum in parte aliqua, nisi per motum localem nutrimenti per applicationem ad partem illam: sed aliqua est pars, ad quam cibus nõ potest peruenire per motum localem: ergo illa saltim non augebitur. Patet de capite: nam cibus, cùm sit graue, non ascendet ad caput: ergo in capite non erit augmentum.

¶ Et cõfirmatur: quia non potest peruenire cibus nisi ad partes porosas: at non omnes sunt porosæ: ergo nõ omnes partes augẽtur.

3. ¶ Tertio. Nihil augetur: ergo nõ omnes partes augentur. Patet, quia non augetur pars, quæ præfuit: quia ista non est maior quã ante: neque pars quę aduenit: quia ipsa nõ fuit antè: neque aggregatũ ex eo, quod præfuit, & eo quod aduenit: quia hoc aggregatũ nõ fuit ante. Item: quia nunquàm hoc aggregatum fuit minus: ergo nunquã augetur: quia id augetur, quòd erat minus.

In contrar. ¶ In contrarium est Arist. hic tex. 32.

¶ Ista est vna specul. potissima in materia, in qua declarabitur modus nutritionis, augmenti, & digestionis.

Notand. 1. Duplex est viuentis augmentatio. ¶ Pro solutione oportet notare primo, q̃ augmẽtatio viuentis est duplex: quædam propria: alia impropria. Illa dicitur propria: quę est per intus susceptionẽ, & per conuersionẽ in maiores partes, quã sint deperditę. Impropria est: quãdo fit non per susceptionẽ intus sed per iuxta positionẽ nutrimẽti, mediatè, vel immediatè, vt si dicamus ossa augeri, nõ quia intus in ossibus recipiatur nutrimentũ: sed quia nutrimentũ iam digestũ apponitur iuxta os: & per virtutem quã habet os, sibi vnit, & conuertit in suam substantiam.

Notand. 2. ¶ Secundò notandum, quod in corpore viuo intus oportet intelligere esse poros: vt lut quædam foramina spongiæ, quæ non sunt vacua: cum hoc natura abhorreat, sed pleni sunt pori corpore subtili. scilicet aëre. Et quidem quod ista foramina ibi ponantur, est argumentum apertissimum in sudore emisso aviuente per partes corporis diuersas: quia si nõ exit per poros: sed per solidum, corporũ penetratio esset. Et si tales pori non darentur in animali, non posset esse nutritio: nam cùm nutrimentum nõ diuidat corpus, (aliàs cum dolore esset,) neq; penetret aliud corpus, non vnde recipi possit, nisi in istis poris. Et in cõtinuo causantur ex actiõe caloris naturalis resoluentis intus partes viuentis, apparet in manibus: nam si quis eis lotis eat cubitum: cum surgat, inueniet eas immundas: non alia ratione, nisi quia resolutio facta est: & partes resolutæ subtiles ad exteriora deuenere: non per solidum, ergo per poros.

Aristot. 4. Phy. tex. 8. 47. & 55.

Nota.

¶ Præterea notandum: quod cũ animal ex eterogeneis constet: habet aliquas partes nõ porosas: quia habet aliquos poros, vt dictum est: ergo vel ille porus clauditur terminis, vel nõ, si clauditur, vel poris, vel nõ poris, nõ poris clauditur: ergo clauditur partibus nõ porosis: quia aliàs animal non esset continuũ, si totum esset porus: oportet ergo inter porũ, & porum partem non porosam signare: quare iuxta hanc differentiam dispositionis in viuente: & dabitur diuersus modus augmenti, vt declarabimus. certum est. n. quia non est eadem dispositio carnis, & ossis: venarũ, & neruorum, musculorum, & aliarum partium. sit prima conclusio.

Notand. 3.

Conclu. 1. Quælibet pars porosa augetur. ¶ Quælibet pars viuentis porosa (quæ sana est) augetur, per receptionẽ intus nutrimenti. Probatur. Animal propriè augetur, vt suprà dictum est: & augeri contingit per receptionẽ in poris: ergo sequitur quod partes porosæ augẽtur. Sed quod quælibet pars porosa: patet. Aliqua porosa recipit augmentũ & nõ est potior ratio de vna, quã de alia: ergo quælibet augetur: nam detur oppositum. q̃ vna augetur, alia non aucta: & fit deperditio in illa per actionem continuam caloris naturalis: ergo deficeret animal, & non posset

consistere. Item: quia si secundùm aliquam partem non augeretur animal, totum nō augeretur: quod est contra suppositum.

¶ Dixi quod quælibet pars, quæ sana est: nam potest esse aliqua mala dispositio in aliqua parte: ratione cuius non possit fieri augmentatio: sic contingit aliquis defectus in membris, ita vt aliqua arida fiant: vel non habeant suam perfectam quantitatem per naturam. Et quidem hæc conclusio experientia satis constans est, quomodo omnia membra continuè augeātur proportionabiliter, & rarò contrarium contingit.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Pars non porosa animalis quanuis augeatur, non per intus susceptionem, sed per iuxta appositionem: sic nō

Ratio. propriè augetur. Probatur conclusio. Pars non porosa verè augetur, vt constat: ergo vel propriè per susceptionē, vel improprie, sed non propriè. Patet: quia esset per susceptionem cibi: vel esset in poris, vel esset in corpore: non in poris: quia partes sunt solidæ non porosæ: de quibus loquitur hæc conclusio. Neque in ipso corpore solido: quia esset corporum penetratio, quæ per naturam non datur: sequitur ergo, quod augmentatio nō est per intus susceptionem: ergo erit per iuxtà appositionē. Patet quod sit per iuxta appositionem. Non potest esse augmentum, nisi per hoc q̄ mediante nutritione alimentum conuertitur in substantiam aliti: sed non posset cōuerti, nisi vel intus in poris reciperetur: vel iuxtà apponeretur, & applicaretur: non recipitur intus, vt dicitur: oportet ergo q̄ iuxtà apponatur.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio. Partes non porosæ non solùm augentur per iuxta appositionem, sed per alterationem nutrimenti, & conuersionem in substantiam aliti. Hæc conclusio declarat præcedentem, vt non intelligamus in partibus non porosis, fieri augmentum: sicut contingit in aqua, quando aqua ei apponitur, vt fiat maior: sed fit per hoc quod cibus nutrimentalis iam appositus iuxta mēbrum, vel partem non porosam: quæ augeri debet per virtutem existentem ibi caloris naturalis: sibi coadunat, & coniungit, vt simile faciat, in propriam substantiam conuertēdo: ac si intus in poris (si illos haberet) susceptisset. Probatur conclusio. Nam verè pars non porosa augetur: ergo est mediante nutritione, per hoc quod in propriam conuertit substantiam: sed hoc non esset, nisi esset alteratio: neque esset si sola esset nutrimenti appositio, sequitur augmentum in eis contingere, non per solam appositionē quia aliàs si hac sola esset appositione augmētū, non magis esset in illis partibus augmentū, quā in aliquo liquore, superaddito alio eiusdem speciei.

¶ Ex ista conclusione, & præcedenti, sequitur intelligentia illius opinionis citatæ ab Aristotel. Corpora non porosa, augeri per iuxta appositionem: nam sic intelligi debet vt non negetur alteratio, & in propriam substantiam conuersio.

Conclu. 4. ¶ Quarta cōclusio. Illi pori, in quibus humidum cibale recipitur ad perfectum augmentum, non sunt vacui: sed aëre pleni, & continuò alij, & alij fiunt per actionem caloris naturalis resoluentis, in qua receptione nō est corporum penetratio, licèt sit aëris condensatio. Probatur. Quòd illi pori sunt dandi, iā probatū est: sed q̄ nō sint vacui, patet: quia nō datur vacuū in rerum natura, vt latissimè probatū est in 4. Phys. Si ergo sunt pleni, oportet sint aliquo subtili corpore, vt est aër.

Ratio. ¶ Quòd cōtinuò alij, & alij fiant, patet: quia si non fieret, sequeretur quòd quàm primū essent pleni illi pori, humido cibali recepto ad nutritionem & augmentum: non posset amplius esse augmentatio per intus susceptionem: sed hoc est contra Aristotel. & veritatem: qui ponit augmentum non semel sed continuè fieri vsque ad certum tempus ob quòd augmentatio, vocatur motus cōtinuus: quod non esset, nisi augmentatio, esset continua.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Calor naturalis semper agit resoluendo aliquas partes: oportet ergo dicere, quod per huiusmodi resolutionem maneant tales pori: qui intelliguntur esse in partibus non solidis, sed resolutis.

¶ Et ad conclusionem probandam, quod dentur pori, & quod sint aëre pleni: est vnū quod experientia constat ex vrinæ emissione, qua facta, euenit tremor & concitatio quædam, & commotio interior, etiam vsquè ad partes exteriores: qui tremor est (vt dicunt medici) eo quod in loco in quo vrina expulsa est, subintrat aër, ne detur vacuum: qui aër erat in illis poris inclusus: quod fit per rare factionem.

Ratio. vltimæ conclus. ¶ Probatur vltima pars conclus. quod per hoc quod in poris recipiatur nutrimentum, non fit corporum penetratio: quia cedit aër ibi inclusus, & condensatur, & potest recipi cibus. Hoc experimur quotidie: vt si quis ingrediatur domum aliquam, cùm tamen ipsa plena sit aëre: nō eo quod vnus, vel plures homines recipiantur in ipso loco: fit corporum penetratio, sed aër cedit & si nō posset exire, necessarium est intelligere condensationem aëris ibi existentis, semper manente eadem aëris substantia. Sic in animalis nutritione, & augmentatione: vt in illis poris aëre plenis, receptus cibus possit conuerti in substantiam nutriti, & aucti: condensato aëre, & rursus facta partium resolutione aër rarefit: & implet locum, vbi resolutio. Neque est difficile intelligere hoc, si ad illa quæ fiūt in viscеribus terræ attendamus: quoniam in terra sunt partes porosæ plenæ aëre, ex quibus generantur continuò aquæ fontales, & fluuiales: & sicut continuò fluunt aquæ: continuo aër subintrat: condensatur, & rarefit vt non sit vacuum, neque corporū penetratio vt infrà in primo metheororum specu. vltima dicemus.

5. Conclu. ¶ Quinta conclusio. Ad nutritionem, & augmentationem, tam propriam, quæ est per susceptionem intus in poris: quam impropriam, quæ est per iuxta positionem: vt est in partibus non neruosis in omnibus partibus viuentis: oportet vltra calorem naturalem, intelligere quandam esse virtutem attractiuam nutrimenti. Volumus in hac conclusione declarare: quod sicut in magnete intelligitur virtus attractiua ferri, etiam si graue sit: vt è terra attractum ferrum subleuet: etiā in omnibus membris in quibus est nutritio & augmentatio: talis est virtus, vt euocet ad se cibum, & etiam subleuet, si fuerit graue.

Aristot. 1. de cœlo tex. 32. Patet. Deus, & natura non deficiunt in necessarijs: sed ad nutritionem, & augmentum animalis est necessarium esse talem virtutem attractiuam nutrimenti: ergo ponenda est.

Ratio. 1. Patet: quia est necessarium quod cibus perueniat ad locum membri, & ei applicetur, vt conuertat in propriam substantiam: sed nō potest per naturam, rebus ipsis in sua natura consideratis, applicari, secluſa tali virtute attractiua. Patet: quia cum grauis sit descendere, & non ascendere, nō posset applicari, aut moueri ad cerebrum: quod in superiori parte est: cū cibus ponatur in stomacho, vel in epate ergo danda est talis virtus ipsis membris attrahendi, sicut & habent virtutem conuertendi in propriam substantiam.

Ratio. 2. ¶ Præterea in omnibus membris viuentis, anima vegetatiua est vel formaliter, vel virtute in alia superiori, & perfectiori inclusa: sed vegetatiua habet virtutem attractiuam simul cum retentiua, & digestiua, & expulsiua: vt dicemus in libris de anima: ergo in quolibet membro talis virtus est attrahendi cibum. Ad hanc cibi (etiam si sit graue) eleuationem facit calor ipse naturalis: cuius conditio est, vt leuare possit ponderosa, vt. sol virtute sua eleuat vaporem, & aliquando lapidem, vt constat: ergo sic poterit etiam adiuuari virtus membrorum attractiua à calore naturali.

In pri. de anima spe. 4.

6. Conclu. ¶ Sexta concl. ad nutritionem, & augmentationem membrorum debitam: digestio præuia intelligitur in stomacho, epate, & in venis: vt dissimile, simile fiat: & aptum conuersioni in propriam substantiā nutriti, & aucti conuertat. Hic intēdimus dicere cū medicis, q̄ cibus, qui in substantiā aliti transit: primò cōteritur in ore in animalibus perfectis: & deinde mittitur ad stomachum per fistulas aptas per naturam, & ibi fit prima digestio: ita vt cibus cuiuscunq; fit conditionis, in quandā massam albā conuertatur, quæ Chilos vocatur. Et hic in ista digestione, fæculentū, & impurū separatur: & ad intestina mittitur: & expellitur per partes ad id deputatas.

Quomodo fit digestio in stomacho & in epate.

Chilus. *Digestio in epate.* ¶ Ista alba materia seu Chilus per venas meseraicas (vt medici vocāt:) attrahitur ad epar vbi fit secunda digestio: & adhuc illa materia alba depuratur, & fit rubea, quæ in confuso continet 4. humores, & vocatur Chimus.

Chimus. A Chimo isto, separatur cholera pro magna parte, & mittitur ad fel per viam in epate destinatam: & etiam separatur cholera nigra, quæ est melancholia, & mittitur ad splenē per viam ibi existentem. Residuum massæ, quod sanguineum, & phlegmaticum est, mittitur ab epate ad venas magnas. Ab ista digestione, quæ in epate, impurum mittitur ad vrinæ locum, & sic vrina superfluum est, nō potus solum, sed cibi, ex ista digestione quæ in epate fit.

Vrina est superfluum ex digestione quæ fit in epate.

¶ Rursus in venis, massa, quæ sanguinea est, per venas quas capillares vocant, ad omnia membra nutrienda, & augenda mittitur: & ibi in venis fit 3. digestio illius materiæ: & superfluum illius mittitur per sudorem, per omnes partes corporis, & per alias superfluitates, quæ emittuntur per diuersas partes. Et sic depuratio facta est cibi vt fiat simile, ad hoc quod conuertatur in substantiam aliti. Vnum tamen considerandum, quòd in illa 2. digestione, quando materia ad venas mittitur, natura solicita non solùm de conseruatione, sed de perpetuatione speciei: partem segregat ad generationem, quam mittit ad vasa seminaria, ibi circa locum in quo vrina, & seruatur semen quod dicitur de

Digestio. 3

Nota.

superfluo:non de superfluo impuro, eo modo, quo est id, quod in intestinis, neque eo modo quo est id, quod in vase vrinario seruatur:imò est de depurato, & digesto in epate, vel (vt aliqui putant) in ipsis venis, quod quidem est segregatũ ad generationem. Dicitur tamen superfluum, quantũ ad id quod est necessarium pro nutrimento, & augmento: vt illa pars dicatur superesse: quia datur quod est necessarium ad indiuiduum: & seruatur pars illa pro generatione. Dixi, mitti vel ab epate, vel à venis, vel etiam à diuersis membris ex ipsa materia cibali iam proxima: vt conuertatur in substãtiam: eo quòd aliqui putant, quod semen in generatione, ab omnibus partibus membrorum decidatur: sed intelligendum est ibi in epate fieri segregationem, licèt posit esse, quod etiam ex alijs partibus pars decidatur.

S. Th. p. p. q. ult.

Vide Spin. fo. 7. in probiema notabil. 3.

Vide Iacobũ Naclantum in to. 2 theoremat. 13. de negetatiua potẽtia.

* ¶ * Non tamen me latet quod nonnulli tradunt in nutritione ex illa digestione quæ in epate fit, nutrimentum mitti ad cor per venam amplam: & quod ibi ex calore intenso cordis, adhuc depuratio alia fit: & partes impuræ ad nutrimentum, quia impurę, mittuntur à corde ad extremas partes pro nutrimẽto vnguiũ, pilorum, & capillorum: nam illæ partes non habent nutriri ex purissimo nutrimento, & illud depuratum, rursus à corde remittitur ad epar, per eandem venam amplam, seruata parte sibi necessaria, & per venas paruas, ad singulas partes corporis fit missio: in quibus per calorem naturalem fit vltima digestio.

Aliqui dicunt quod in corde fit etiam digestio.

¶ Ex istis ergo colligitur veritas nostræ conclusionis, quod digestio ipsa fiat, & non semel, aut bis: vt sit apta materia ad nutritionem, & augmentum.

Conclu. 7. ¶ Septima conclusio. Quando Aristote. dicit, augmentationẽ in animali fieri per partes formales, & non materiales: intelligitur per intus susceptionẽ, & propriè de augmento loquens: nã improprie, & per appositionẽ etiam fit per materiales partes. Ista cõclusio sit posita solùm vt intelligamus partes formales vocari partes porosas: & materiales dicuntur illæ, quæ non sunt porosæ. Et quia augmentatio propriè, quæ per intus susceptionem est, vt dictum est, non fit nisi in partibus illis porosis, dixit Arist. solum secũdum partes formales augmentum fieri: ob id nos (vt intelligatur Aristo.) ponimus cõclusionẽ, quod etiã fiat augmentatio per materiales partes: tamẽ est impropria augmentatio: quia per appositionẽ, vt declaratum est.

Partes formales sunt partes porosæ, & materiales sunt nõ porosæ.

Et nõ indiget alia noua probatione: quando quidẽ vniuersaliter probatũ est, omnes partes augeri, tã porosas, quàm non porosas.

Conclu. 8. ¶ Octaua conclusio. Augmentatio est motus continuus, siue vnus sit, siue plures, quilibet tamen continuus est. Patet. Augmentatio est verè motus: sed de ratione motus est, quod sit continuus: ergo augmentatio motus cõtinuus est. Sic Arist. hic text. 15. & 31. & 5. Phy. text. 18.

¶ Dixi, siue sit vnus, siue plures: quia cùm augmentatio propriè fiat per intus susceptionem in partibus porosis: sunt diuersæ partes, & disiunctæ non continuæ: & ideo non potest intelligi vnus & idem motus cõtinuus, cùm partes non sint continuæ: sed augmentatio quæ fit in manu est continuus motus, & vnus: & illa quæ fit in pede etiam continuus: & sic in partibus materialibus nõ porosis est dicendum: quod in qualibet est motus augmentationis continuus. De quo multa Marsil. li. de genera. q. 13. & nos in sequenti specu. latius. *Marsilius.*

Aduersum. ¶ Ad primum argumentum solutio satisex dictis constat: nam cibus nec in vacuo recipitur, nec in pleno: ne fit corporũ penetratio, sed in loco: vbi aër, qui cedit in illis poris inclusus, & ex ipso cibo fit nutrimentũ & semper sunt alij, & alij pori, effecti & causati à calore naturali per resolutionem cõtinuam: vt fit motus augmẽti quãdiu necessarius est.

Ad 2. ¶ Ad 2. iam diximus, oportere intelligere calorem naturalem habentem virtutẽ resoluendi: & ratione caloris inclusi (qui maximè igni conuenit, cuius est locus supremus) fit attractio. Habet quidẽ calor vt etiam, graue possit eleuare: & materiam aptam nutritioni existentem in epate, & invenis potest per venas capillares, quæ ad omnia membra terminantur eleuare. Peruenit etiam ad caput, & fit applicatio: & approximatio debita cibi membro augendo. Diximus etiã esse per naturam in quolibet membro, vt etiam graue posit eleuare, attrahendo ad se: aliàs natura in necessarijs defecisset.

Ad. 3. ¶ Ad 3. dicendum, quod pars quæ fuit augetur: nam per hoc quod aliam in sui naturam conuertit, facta est maior, quia anteà erat digitalis, & nunc est palmaris, verbi gratia: ergo augetur & totum augetur: quia totũ est maius quàm antè, nam si habebat tripedalẽ quantitatem: nunc habet quadrupedalem.

Verum est quòd partes quæ adueniunt,
non sunt auctæ, sed per ipsas
fit augmentum.

Specu-

¶ SPECVLATIO septima, An augmentum in viuente sit motus continuus.

Primũ arg. AN augmentum in viuente posit esse motus continuus. Patet sic: omne agens non impeditum, approximatum patienti dispositio: &c. potest agere, & continuo agere, vbi sunt omnia hæc: sed in viuente, continuè quãdiu vita durat: hęc inuenri possunt: ergo augmentatio est motus continuus: vel saltim potest esse: maior est notissima apud omnes philosophantes: & expresse est philosophi. Sed minor etiam est manifesta: nam manent omnia requisita, saltim possunt esse.

2. ¶ Secundò augmentatio est motus: & omnis motus necessario est continuus: ergo & augmentatio: maior est manifesta ex philo. 6. physi. quia tempus, habet continuitatem ex motu, & motus ex magnitudine, sed magnitudo augmentabilis est continuum: ergo augmentatio est motus continuus.

3. ¶ Tertiò, alteratio est motus continuus, ergo augmentatio: patet consequentia: quia eadem est ratio. Nam sicut hæc in quantitate, & illa in qualitate: & antecedens probatur: quia ponatur calefactibile, indebita proportione & approximatione, ad passum, erit alte ratio, & continue erit. Patet quia si non continue, sequitur quod agens, indebita approximatione habens passum, non ageret: contra philo. in hoc 1. & 9. metaphy.

¶ In contrarium Arist. in hoc 1. tex. 23. non enim augeri neque diminui possibile est cõtinue.

1. Notand. ¶ Pro debita intelligentia notandum: quod hæc propositio augmentum, *in* re viuente est motus continuus: potest habere triplicẽ sensum: primus est, vt intelligatur quod sic motus augmenti sit cõtinuus: quod sit vnus numero, perpetuus & continuus & in hoc

Motus continuus tripliciter.

1. sensu capit philoso. & physico. tex. 54. quando concludit solum motum localem circularem posse esse continuum, & perpetuum. se

2. cundo modo intelligitur continuus. 1. nõ interruptus quiete media: vt si Sortes cepit augeri, semper sit augmentum, vt nullum sit interuallum in quo non augeatur, & semper acquirat maiorem, & maiorem quantitatem, quod si interpolatè factum est augmentum, vt per mensem, vel per diem cessauerit, motus non dicetur continuus.

3. ¶ Tertiò modo dicitur cõtinuus motus partialiter, vt scilicet per mensem vel annũ &c. v.g. posito quod Socrates in vno anno acquirat quantitatem quatuor digitorum, & pro vno mense, fit augmentum per quantitatẽ vnius digiti: & in alio mense quiescat, & in illo mense in quo est motus, continue acquisitio sit maioris, & maioris quantitatis do nec in fine mensis sit quantitas digitalis: motus hic nõ dicitur totaliter cõtinuus, sed partialiter, quia in parte, puta in mense, fuit augmentatio. His suppositis sit 1. concl.

1. Conclu. ¶ Prima conclu. rei viuentis augmentũ non est motus continuus in primo sensu: Patet: vbi est determinata quantitas rei, & limitata, secundum naturam rei: non potest esse motus continuus perpetuus augmenti: sed cuiuslibet rei datur determinata quantitas: ergo consequentia est bona: & maior est manifesta: quia vbi limitatio non est, infinitum erit: & minor est philoso. 1. physi. text. 35. & 2. de anima. tex. 4. vt probatum est in 1. physicorum speculatio. 10. implicat enim rẽ habere determinatam quantitatem, ei debitã secundum speciem & in infinitum augeri: quia formica ad elephantis quantitatem posset deuenire: quod est repugnans speciei formicæ: vt ibi latè probatum est.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio non conuenit rei viuentis totale augmentum esse motum continuum in secundo sensu: patet quia viuens potest infirmari: quo stante, ex debilitate caloris naturalis, & paucitate nutrimenti: non potest fieri tanta conuersio in substantia nutriti, vt sufficiat ad nutritionem & maiorem extensionem, ex vtraque causa: & hoc constat experientia. Tunc ergo formatur ratio: vbicunque contingit debilitas caloris naturalis, & nutrimenti diminutio: non potest esse augmentum continuum: sed in omni viuente, ob infirmitatem contingit talis defectus: ergo non conuenit tale augmentum continue esse, imo non potest esse, quia cuilibet rei sit periodus designata: oportet tandem deficere, & quando res prope interitum, vt in senectute contingit: non solum non est accretio, sed diminutio, & consumptio acquisitæ quãtitatis.

¶ Et Aristotel. (etiam si daremus quod viuens non infirmaretur) probat: non esse

continuum augmentum: quia licet quantitas, acquisibilis per augmentum continua sit: & diuisibilis in infinitum: tamen est deuenire ad aliquam partem, quæ simul tota acquiritur, & non pars eius prius vna quam alia, & post illud instans, in quo tota acquisita est: incipit viuens per aliquod tempus disponi, ad aliam totalem partem quantitatis: & toto illo tempore, non augetur, sed disponitur ad augmentum: & dat exemplum de gutta aquæ, quæ lapidem excauat: quæ excauatio, non fit per quamlibet guttam, licet quælibet disponat. Et hæc est sentētia Com. 3. physico. commen. 6. itaque etiam si viuēs sit sanum, augmentum non erit continuum, vt exemplo & ratione est manifestatū. Sed tamen hæc non placent Marsilio: nam in primo de generatione quæstione decima quarta negat Commentatorem in dicto allegato, & octauo physicorum comment. vigesimo tertio, & dicit, non esse impossibile: & ponit conclusio. in sententia: si viuum maneat semper sanum, & nutrimentum sufficiens sit debitè approximatū, possibile est, quod sine interruptione temporis, à principio augmenti vsque ad finem, quo non potest amplius crescere, augeatur continue: &c. & contendit id probare, causis sufficientibus continue positis, in agentibus naturalibus, continuè & sine interruptione ponetur effectus: sed in casu, sufficienter ponuntur causæ: ergo, &c. Sed qui tenet doctrinam propositā de mente philos. & iuxta Cōmen. & S. Tho. interpretationem: posset respondere: quod positis omnibus supradictis, adhuc deest vna, scilicet, ratio continuæ producibilitatis ex parte formæ, quæ deficit: nam sicut repugnat, qualitatem continuè intendi, sic quantitati continuæ extendi: neque potest dari, quod omnia semper eodem modo se habeāt in augendo. &c.

Opi. Marsi. Contra Comment.

Cōtra Marsilium.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio, augmentum in viuente non est motus continuus, in 3. sensu. 1. non sic, fit augmentum secundum partem et in tanto tempore continue proportionabiliter acquiratur maior, & maior quantitas: hæc conclus. est Aristot. Commen. & Sanct. Tho. in 8. physicor. t. 23. vbi assimilat motū augmenti motui guttarum stillantium, vbi non per quamlibet guttam fit partis lapidis extractio: licet quælibet disponat & Sanct. Thom. ibidem: non est possibile aliquid augeri continue, ita scilicet, quod quantitas aucti, diuidatur secundum tempus: sic quod in qualibet parte temporis aliquid eius augeatur sed fit dispositio ad augmentum sequentis partis, hæc Sanct. Thom. & ratio est, supposito quod aliàs diximus de mente philos. in 6. physicorum quod cuiuslibet rei permanentis, detur primum esse: sed quantitas respectu cuius in viuente fit augmentum, est res permanens: ergo datur primum esse, in sui productione. Sed si motu continuo produceretur non daretur primum esse: quia in omni motu continuo, vt in 6. physicorum probatum est, ante quodlibet moueri, est motum esse: & è contra: ergo impossibile est in motu continuo dari primum sui esse: ergo neque in re acquisita per motum: quia si continue acquiritur, partitur sicut motus & tempus: ergo sicut in motu, & in tempore, non est dare primum, sic neque in re acquisita per motum cōtinuum. Quapropter non est augmentum in viuente motus continuus: & hæc est conclusio contra Ioannem de Ianduno in octauo physicorum quæstione septima.

Aristo. Comme. S. Thom.

¶ Ad argumenta: ad primum respondetur, quod verum esset: si omnia requisita inueniri possent: nam etsi inueniatur interdum ad hoc quod fiat augmentum: non tamen ad hoc quod cōtinuè fiat licet possit esse, quod causæ sint ad hoc quod sit continua dispositio, ad partem augendam: sed tamen quod semper continuè fiat augmentum, non potest esse ob dicta, & adducta in probatione conclusionum. *Ad argum.*

¶ Ad secundum dicendum quod hęc propositio quod motus de necessitate sit cōtinuus: nō est simpliciter vera in omni motu: siquidem in motu locali verificatur, eo quod spacium sit vere continuū, & cōtinuè acquiritur, quia prius pars minor, vbi, & post maior: sed in augmentatione viuentis, non tenet verum, ob rationes adductas: quia motus, non est ex se quantitas continua, sed continuitatem trahit ex mobili: & ex magnitudine, sicut & diuisibilitatem: vt lib. 6. physi. est probatum. Ideo si mobile esset non quantum, & si res ad quam est motus, non sit acquisibilis continuè: non esset necessarium motum esse continuum, &c. *Ad 2.*

¶ Ad tertium vbi tangitur de motu alterationis vtrum sit motus continuus eodem modo respondendum: & sentiendum de alteratione, sicut & de augmentatione: & sicut non datur motus continuus in augmento, non datur in alteratione: imò neque secundum partem quia erit disconti nua alteratio, in hunc modum: quod cum alterans *Ad 3.* *Item de alteratione & augmentatione.*

alterans sit debitè approximatum alterabili. Sicut augmētans augmentabili, vt si ignis vasi aquæ pleno, prius per aliquod tempus disponit ipsum ad calorem: & in instanti terminante tempus debitæ dispositionis, causat calorem tantum quātum potest in illo instāti: & sub illo calore quiescit aqua, donec ignis in tempore immediate sequenti iterū disponat ad esse magis calidum, &c. & sic semper alterans agit in alterabile, vel producendo, vel disponendo: hæc ad mentem philosophi. & Comment. Hæc dicta sunt in hac speciali speculatione quanuis in præcedentibus pro parte de augmentatione in viuente diximus: quia necessarium fuit & clarius & latius tractare.

¶ SPECVLATIO Octaua. Vtrùm rarefactio sit augmentatio.

Argum. 1. VIdetur quod sic. Rarefactio est motus ad quantitatem: sed hic est augmētatio, ergo rarefactio est augmentatio. Antecedēs patet pro maiori: quia in rarefactione motus est intelligēdus: & non alterationis, qui ad qualitatem: ergo ille qui ad quantitatem est.

2. ¶ Secundo. Omnis motus per quem producitur noua quantitas, augmentatio est: sed per rarefactionem producitur noua quantitas: ergo ipsa est augmentatio. Maior est nota. Minor probatur: quia si quātitas à re quāta distincta est, necessariò in rarefactione noua quantitas producta est, quoniam noua extensio partium est.

3. ¶ Præterea. Extensio quantitatis, correspondet intensioni qualitatis, & successioni temporis, quæ sonat continuitatem: sed intensio qualitatis, & temporis successio, fit per additionem partis ad partem: ergo & rarefactio erit per additionem: hoc autem est augmentatio ergo omnis rarefactio, est augmentatio.

In contrar. ¶ In contrarium est Aristote. hic, text. 39. qui ait, quod augmentatio fit aliquo adueniente: at rarefactio non est aliquo adueniente de nouo.

Notand. 1. ¶ Pro solutione considerandum, quod inter augmentationem, & rarefactionem, est differentia: sicut inter diminutionem, & condensationem: nam rarefactio, fit sine aliquo corpore extrinseco superaddito: & condensatio sine subtractione alicuius extrinseci: sed augmentatio siue propria (vt est viuentium) siue vt vulgo sumitur. non contigit sine additione alicuius extrinseci & subtractione, in diminutione.

Notand. 2. ¶ Secundo est inquirendum, quæ res sit raritas, & quæ sit densitas. De quo sunt opiniones variæ. Est Parisien. opinio, qui tenent, q̄d raritas, & densitas sunt res de. 4. specie qualitatis, quæ continentur sub figura: nam sicut figura est qualitas circa quantitatem: sic raritas, & densitas. *1. Opinio.*

¶ Secunda opinio dicit, quod raritas, & densitas sunt accidentia quædam, de prædicamento positus, vel positionis. Habent enim se ad modum qualitatum: sed non sunt, sed respectus quidam. *2. Opinio. Arist. inprę di. quali. te. 4.*

¶ Tertia opinio est quorundam nominaliū, qui ponunt quantitatem distingui à re quanta: & dicunt raritatem, & densitatem esse quātitates, quæ acquiruntur, vel deperdūtur successiue in rebus. *3. Opinio.*

¶ Quarta opinio est illorum qui non ponūt quantitatem distingui à re quanta: & dicunt raritatem, & densitatem esse motum localem partium substantiæ rei, quo partes accedunt adinuicem, vel recedunt situali positione, qui motus procedit ex aliqua præcedenti alteratione: vt contingit in aqua quando calefit, quæ fit rara. *4. Opinio.*

Notand. 3. ¶ Vltimò est notanddm, quod rarum communiter id dicitur, quod sub multa extensione, parum habet de materia: & densum, quod sub parua extensione habet multum de materia. Quibus suppositis, est prima conclusio.

1. Conclu. ¶ Rarefactio propriè fit per nouæ quantitatis generationem, sicut condensatio per deperditionem præteritæ quantitatis. Ista conclusio probatur, supposito quod quantitas sit res distincta à re quanta, vt in prædicamēto quantitatis probatum est. Volo dicere, ꝙ quando aliquid rarefit, est acquisitio, & generatio nouæ quantitatis: & quando fit condensatio, est deperditio quantitatis: seu corruptio: quia corpus quod rarefit, magis extēditur quàm ante: & dimensio non est res quę extenditur, vt supponimus: ergo oportet ꝙ sit alia de nouo genita. Patet: quoniam si nō est alia de nouo, sed quæ ante, quare non erat extensa, sicut nunc est? Et eodem modo d̄ condensatione.

Conclu. 2. ¶Secunda concluſio. Cum rarefactio poſsit contingere per ſolam generationẽ partis quãtitatis, quæ ſuperadditur præteritæ, & condẽſatio, per partis corruptionem, videtur probabilius quod fiat per generationem nouam totius quantitatis: ita vt tota præcedens corrumpatur. In hac concluſione volumus dicere, quod rarefactio, quæ eſt (vt dixit primacõcluſio) acquiſitio nouæ quantitatis: potuit eſſe per hoc, quod manente prima, ſuperaddita eſt noua: & intelligibile eſt hoc: ſed dicimus quod melius intelligitur ſi dicamus quod quantitas, quæ erat vt quatuor, quæ nunc rarefit, & extenditur vt. 5. non ſit per additionem illius noui gradꝰ, ſed per hoc qđ definit eſſe quantitas vt quatuor, & producitur tota quantitas vt. 5. ſic etiam in condenſatione: nam ponendo primum modum, eſt vnum argumentum quod vrget. Nam ſi manet quantitas vt quatuor verbi gratia, informabat materiam illam, nunc, manente eadẽ materia, iam eſt vt. 5. ille gradus quantitatis oportet informet aliquam partem materiæ, quæ antè erat ſub aliquo gradu vt quatuor. Tunc ſic. Illa quantitas informabat materiã a. & modo non informat: ergo forma eadem tranſiuit de materia ad aliam materiam, & de ſubiecto in ſubiectum. Propter hoc argumẽtum dicit Marſilius, eſſe ſecurius dicere, quod tota præcedens quantitas corrumpitur, & noua de nouo generatur. Sed qui tenet primũ modum, quod ſolũ fit productio partis quantitatis, diceret, quod non eſt tranſitus: quia illa pars manet in eadem materia, in qua inadęquate erat, & informabat.

Rarefactio per nouã generationem totius quantitatis fit.

Argumen.

Marſ. 1. de gene. q. 5. Solutio.

¶Tenendo quod fiat per generationem quãtitatis de nouo, corrupta præterita, oportet concedere: quod quando aqua calefit, noua, & noua corrumpitur quantitas quotidie: & noua: & noua quotidie generatur, vſque dũ perueniatur ad ſummam raritatem, quampoteſt habere aqua. Nõ enim poſſunt eſſe ſimul duæ quantitates: obid vna corrumpitur, & alia generatur: & corruptio vnius, alteriuseſt generatio.

¶Tenendo tamen quod ſolum fit per generationem noui gradus quantitatis, qui ſuperadditur præexiſtenti, oportet ſimilitudinẽ accipere ex intenſione, & remiſsione qualitatum, quæ fit ſecũdum communem opinionem, non penes maiorem radicationem in ſubiecto, vt ſchola Thomæ defendit, ſed penes additionẽ gradus ad gradũ ſic ſolum per cõtrariũ ſi motũ alterationis aquę, per quẽ rarefit, nouus, & nouus gradus quantitatis producitur: qui ſuperadditur præexiſtenti: & fit maior continue: & in condenſatione deperditur, & corrumpitur nouus gradus quantitatis: & fit minor. Hunc modum ſequitur Petrus Ciruelo, & infert contra Gilbertum Porretanum, omnem formam accidentalem, cuiuſcunque ſit generis, habere partes extenſionis, in quas diuiſibilis eſt: imo & addit habere partes intenſionis. ſ. gradus eſſentialis latitudinis, ex quibus ipſa conſtat, & in quos eſt etiam diuiſibilis, & infert, quod cum quãtitas continua ponatur eſſe forma accidentalis, in ſubſtantia, & qualitate diſtincta, debet etiam concedi quod præter partes ſuæ extenſionis ſituales: habet partes intenſionis graduales: & per illas fit rarefactio, & condenſatio rei naturalis: qui ſunt motus ad quantitatem. Hæc ille.

Ciruelo in ſuis paradoxis. q. 5. ar. 2. con. 3.

Gilbe. li. 6 principio.

¶Dixi contra Gilbertum: quia ipſe dicit vnum, quod omnis forma eſt ſimplex, & inuariabilis eſſentiæ, & impartibilis in partes. Quam propoſitionem plerique Pariſiẽſium auidus quam par eſt, ſunt amplexi, vt ibi Ciruelus. De quo infra.

¶Tertia cõcluſio. Rarefactio, eſt proprièmotus ad quantitatem. Probatur. Motus quo de per ſe noua producitur quantitas, eſt de per ſe ad quantitatem, ſed rarefactio eſt huiuſmodi, vt in prima & ſecunda concluſione probatum eſt: ergo rarefactio motus eſt ad quantitatem: ſic condenſatio etiam ad quantitatem ſpectabit: quia eſt deperditio quantitatis: ſicut diminutio ſpectat ad quantitatem. Contraria enim habent fieri circa idem, vt ait Ariſto. 8. Phyſi. tex. 7. & 5. Ethi. c: 1. & 4. Meta. tex. 4.

3. Conclu. Ratio.

¶Quarta concluſio. Si in rarefactione, & condenſatione attenditur quod partes magis ad inuicem elongantur, & ſituantur in rarefactione: & minus in condenſatione, poterit dici motus, & ſic pertinet ad qualitatem: imo ad prædicamentum ſitus. Hoc eſt manifeſtũ & probatione non indiget.

Conclu. 4.

¶Ex iſta concluſione ſequitur, quod prima, & ſecunda opinio, quæ à principio ſunt poſitæ, de raritate, & denſitate, habent probabilitatem in iſto ſenſu: licet proprie conſiderantes ipſam raritatem, & condenſationẽ motus ad quantitatem, & non ad qualitatem debeat dici.

Corolla.

¶Quinta concluſio. Capiendo augmentationem communiter, rarefactio eſt augmentatio. Patet. Omnis motus ad maiorem quantitatem communiter dicitur augmentatio: rarefactio autem eſt ad maiorem quantitatem,

Conclu. 5. Ratio.

Ariſ. 5. phy. t. 18. tem, vt notum eſt: ergo augmentatio eſt rarefactio. Maior eſt Ariſto. Eodem etiam modo de diminutione reſpectu condenſationis: quia vtrobique motus eſt ad minorem quantitatem.

Conclu. 6. ¶Sexta concluſio. Probabile eſt quod rarefactio eſt magis proprie motus ad quantitatem, quam augmentatio. Patet. Quanto per aliquem motum magis acquiritur quãtitas, tanto ille motus eſt magis proprius ad quantitatem: ſed per rarefactionem magis acquiritur quantitas: quia in ea ſimpliciter acquiritur totalis noua quantitas, vt in prima cõcluſione dictum eſt: & in augmẽtatione propriè dicta viuentiũ ſolum acquiritur maior quantitas, per additionem ad præcedẽtẽ ab extrinſeco. Et eodem modo etiam de condẽſatione reſpectu diminutionis: ſequitur ergo, cum rarefactio ſit motus ad quantitatem, ſimiliter & augmentatio, quod rarefactio magis ad quãtitatem, dicitur motus.

Conclu. 7. ¶Septima concluſio. Abſolute dicẽdum eſt, augmentationem (quæ propriè in viuẽtibus eſt) non eſſe rarefactionem, neque rarefactionem eſſe augmentationem. Probatur. Illa quæ ſpecie differunt, vnum nõ eſt aliud: ſed rarefactio, & augmentatio, ſpecie differunt: ergo vnum aliud non eſt. Diſcurſus eſt optimus, & maior nota. Minor probatur: quia ſpecies, in motibus à termino ad quem, ſumẽda eſt: ſed alius eſt terminus ad quem, in augmẽtatione & alius in rarefactione: ergo augmentatio non eſt rarefactio. Patet. In augmentatione terminus ad quem, vel eſt quantitas illa, quæ ab extrinſeco augetur excibo nutrimentali, vel totum quod reſultat facta tali additione. Et in rarefactione, vel ſolum eſt gradus de nouo productus, eductus, de potentia materię ſine additione ab extrinſeco: vel eſt noua totalis quantitas producta ſed iſta differunt. Aliud enim eſt quantitatẽ augeri ab extrinſeco, & aliud eam augeri ab intrinſeco: Et tandem patet concluſio ex Ariſtote. hic. t. 39.

Ratio.

Ariſto. 3. phyſi. t. 4.

Ad 1. ¶Ad primum, ut in concluſionibus dictum. Rarefactio enim augmentatio eſt: quia ad maiorem quantitatem, vt conſtat, cum maiorem occupet locum, res rarefacta, quam ante.

Ad 2. ¶Ad ſecundum prima concluſio ſufficiẽter reſpondet, ſiquidem intelligere oportet in rarefactione, ſicut in augmentatione maiorem quantitatem: quia maiorem occupat locum imo rarefactio, magis proprie eſt motus ad quantitatem.

¶Ad tertium ſimiliter: quomodo intelligidebeat quod in rarefactione ſit augmentatio, ſi quidem non fit per aduentum nouæ quanti tatis, vt in augmentatione, de nouo ſupperaditæ: at quia in rarefactione totaliter noua quantitas (ſecundum ſupradictam opinionẽ recitatã) acquiritur, augmentatio in rarefactione eſt: vt in ſecunda concluſione probatum ex mente Marſilij in primo de generatione quæſtio. 15. De materia iſta rarefactionis, & condenſationis, qui voluerit poterit videre Petrum Ciruelum Darocenſem in ſuis paradoxis, quarta paradoxa quęſtione quinta. articulo ſecundo, concluſione tertia.

ad. 2.

¶* Aduertendum tamen eſt Commentatoris fuiſſe ſententiam, condenſationem, & rarefactionẽ, ſic fieri: vt nulla deperdatur quantitas, neque acquiratur: & Albertus de Saxonia dicit in rarefactione terminum non eſſe maiorem quantitatem, ſed maiorem partium elongationem: & e contrario in condenſatione: & ſic defendit Commen. & Burleus affirmat, quod per rarefactionem, & condenſationem, nulla quantitas acquiritur aut deperditur: ſed ſolum nouæ relationis, ſcilicet, maioritas, & minoritas. Auguſti. Niphus tamen dicit, motum terminari ad quantitatẽ maiorem in rarefactione, &c. & differentiam ponit inter augmentationem, & rarefactionem: quia in hac maior quantitas ab intrinſeco: & in illa, ab extrinſeco: contra has oẽs opiniones ſunt inconuenientia: quæ ob prolixitatem ommittuntur, & ideo videtur clarior modus præſcriptus, quanuis in via Doctoris Sãct. poſſet dici & ſatis intelligibiliter: quod ſicut intenſio in forma contingit ſine productione noui gradus, per maiorem radicationem in ſubiecto: ſic in propoſito licet quantitas ſit eadem ſecundum eſſentiam, in rarefactione & condenſatione: tamen vt actuat, & extendit materiam poteſt dare eſſe, magis extenſum vel minus extenſum per actionem rarefacientis & condenſantis: & rarefactio & condenſatio habent terminos oppoſitos, pro vt rarefactio terminatur ad quantitatem non de nouo acquiſitam, ſed vt dat eſſe materię magis extenſum, & condenſatio, ecõtrario in quo tenenda videtur mẽs Commen.

Opinio. Comme. de condenſatione & rarefactione Albertus de Saxoniã

Augu. Niphus.

Pro intelligentia opi. d. 5.

¶Specu

¶ SPECVLATIO IX. Vtrùm omne agens in agendo repatiatur.

IN hoc libro solet queride actione agentis naturalis an agat per contactum: & quia in superioribus dictum est: quomodo oportet quod agẽs attingat immediatè passum, vel immediatione suppositi, vel immediatione virtutis, nõ ponimus specialem speculationem. Certum enim est requiri contactum virtutis siue agens sit corporeum, siue incorporeum: nam non ageret in passo, nisi attingeret per suam virtutem. Ex quo sumitur illa regula Physica, quod omne agens prius agit in propinquum, quam in remotũ: quia virtus eius prius attingit propinquum, quam remotum: nam si contactus non esset requisitus, eo modo ageret in distans, sicut in propinquum: vt supra dictum est.

Supra. 7. phy. spe. p

Ægidius. quodlib. 5. q. 15. & q. libet. 6. q. 13.

Arist. hic. t. 78.

S. Th. 1. 2 q. 10. ar. 3

Vide Ægidium quod li. 5. q. 15.

¶ Oportet etiam præsupponere, quod actione corruptiua nihil agit in seipsum: quia naturaliter intendit suam consistentiam. Item quia nihil potest esse sub eadem ratione, naturale agens, & naturale passum: licet bene sub diuersis.

Arist. hic t. 48.

¶ Etiam est verum, quod simile, non agit in sibi simile. A simili enim, non fit passio: nam si agens naturaliter agit: eo agit, vt assimilet sibi passum: si ergo iam assimilatum est, non est vnde sequatur actio: nam si calefactiuum vt quatuor, applicetur alicui passo calido vt quatuor, non fiet aliqua actio, si vniformiter sunt quatuor illi gradus caloris, quia quod posset calefactiuum, est passum sibi assimilare: sed iam similatum est: ergo non erit actio. quæritur ergo an omne agens agendo repatiatur.

1. Argum. ¶ Videtur ergo quod agens non patiatur in agendo: quia aliquod est mouens, quod non mouetur; & mouere est agere: ergo non omne agens agendo repatitur. Patet de Deo, qui mouet omnia, & agit: ipse tamen nõ patitur. Cœlum agit, & non patitur ab istis inferioribus.

Ari. 8. phy sico.

¶ Secundo. Sensibile agit in potentiam sensitiuã, mouendo: & intelligibile, agit in intellectu: & non patitur. Maximè phantasmata, agunt in ipsum intellectum possibilem, producendo species intelligibiles: tamen non patitur ipsa phantasmata: ergo non omne agens in agendo repatitur.

¶ Tertio. Si ita res se haberet, sequitur quod à proportione minoris inæqualitatis fieret actio: quod est contra omnes philosophos, qui pro cõperto habent (vt supra diximus) quod semper actio est à proportione maioris inæqualitatis. nam si non est maior virtus in agẽdo, quã resistẽtia in passo, non sequeretur actio. Sed probo q̃ sequatur. Sit. a. agens in passum. b. A. agit in. b. ergo est maioris virtutis. Rursus. b. agit in. a. qua repatitur, & a. est maioris virtutis, & b. minoris: ergo à proportione minoris inæqualitatis fit actio, & debilius agit naturaliter in fortius.

In contrã. ¶ In contrarium est Arist. hic. text. 53. & 54.

1. Notand. ¶ Hic notandum, quod actio propriè dicta in qualitatibus primis est, in quibus propria contrarietas inter quas qualitates iste est ordo: vt in agendo, caliditas sit maximæ actiuitatis. Secundum locum tenet frigiditas. In tertio est humiditas, & minoris actiuitatis. In quarto siccitas est. Et experientiã compertum est, quod quis in aqua calida intensè nõ potest manum sustinere, etiam ad breue tempus, & in frigida aqua etiam intensissime frigida potest. Qua ratione in igne non potest quis se conseruare, etiam in breui tempore, & tamen in aqua posset ad tempus aliquod durare, quod non est ex alio, quàm eo quod caliditas maxime actiua est, & consumptiua. Inter alias duas, quæ sunt siccitas, & humiditas, quæ dicuntur passiuæ qualitates ab Arist. o. sequenti libr. text. 8. est etiam in agendo ordo: vt humiditas magis agat: licet sit medi corum opinio, quod humiditas est minoris actiuitatis, & resistentiæ, quia dato siccitas ignis in aquam agat, non tollit humiditatẽ: sed humiditas actiua est: vt aer humectat res etiã sub tecto existentes. Quanuis Calculator teneat omnes qualitates primas esse æquè actiuas, & resistiuas. Hanc opinionem sequitur Petrus à Spinosa in. q. de reactione. Et Auicenna, 4. primi. cap. 2. expressè dicit de caliditate, & frigiditate.

Circula.

Spinosa. Auicenna.

Notand. 2. ¶ Secundo notandum, quod in resistendo, in istis qualitatibus ordo conuersus est: vt qualitas quæ minus actiua est, ipsa sit magis resistiua: ob id caliditas est minimæ resistẽtiæ, & frigiditas resistit magis: & supra caliditatem & frigiditatem, humiditas: & tertio, quæ magis resistit siccitas est. Itaque siccitas, quæ erat minimæ actiuitatis, est maximæ resistentiæ:

tiæ, & frigiditas resistit magis: & supra caliditatem, & frigiditatẽ, humiditas: & tertio quæ magis resistit siccitas est. Itaque siccitas, quę erat minimæ actiuitatis, est maximæ resistẽtiæ in quo diuina fulget sapientia, qua mundus dispositus, & ordinatus est: vt inter ipsa contraria quædam harmonia esse videatur, & correspondentia: in ratione dati, & accepti: vt possint in æquilibrio stare, & durare.

Nota dã Dei sapientia.

Corolla.

¶ Ex istis sequitur, quod si caliditas agat in frigiditatem, multo fortius aget, quam resistet: & frigiditas si agat in caloré, multo fortius resistet, quam aget.

Obiectio. ¶ Posset quis contra hoc obijcere. Sit caliditas summa vt. 8. quæ resistit vt tria: ex dictis probo quod non possit stare. Ipsa caliditas est virtutis vt. 8. ad agendum, & hæc eadem est virtus qua resistit, & se conseruat: ergo erit vt. 8. & non vt tria: non ergo potest stare quod sit maior virtus in agendo, & minor in resistendo: vel oportet ponere duas virtutes in aqua distinctas: vnam ad agendum: aliam vero ad resistendum.

Solutio. ¶ Solutio. Damus quod eadem sit virtus qua agit, & resistit, sed non sequitur quod si sit vt. 8. ad agendum, erit vt. 8. ad resistendum: nam vnus & idem homo est qui videtur habere virtutem vt. 100. ad resistendũ, tamen non sic ad agendum habet virtutem, cum sit ipse idem. Sic & potest esse magnæ virtutis in agendo, cum non sit tantæ in resistendo.

1. Concluſ. ¶ Prima conclusio. Aliquod agens in agendo repatitur. Conclusio est Aristotelis hic text. 53. & 54. & 87. vbi de mixtione loquẽs dicit, q̃ quodlibet miscibiliũ agit, & repatitur. Probatur experientijs. Si quis in manu frigida capiat pomum calidum, sentiet q̃ in agendo repatitur: quia diminuitur calor pomi: econtra, si manus sit calida & pomum sit frigidum calor manus remittitur à frigiditate pomi, quod non esset, si caliditas in agẽdo non repateretur.

Primaratio

Secunda. ¶ Constat etiam de ferro ignito misso in aquam. Caliditas ferri agit in aquam, & eam calefacit: & rursus frigiditas aquæ agit in ferrum, & id frigidum reddit: ergo in agendo repassio est.

Tertia. ¶ Tertio. Aqua calida opposita ad frigidam eam calefacit, & ab aqua frigida patitur, & frigefit.

Informa. ¶ Ratio est hæc ad conclusionem. Si caliditas, in mixtigeneratione non pateretur à frigiditate, nisi quam fieret mixtum: sed fit mixtum: ergo oportet quod caliditas in agendo repatiatur. Probatur maior. Caliditas non patitur: ergo manet in suo esse perfecto in generatione mixti: ergo in mixto manet summa caliditas, quæ est in igne: sed hoc est falsum: quia nullo modo forma mixti posset introduci in materia sic dispositа: & si introduceretur, non posset durare propter magnam actiuitatem caliditatis.

Conclu. 2. Arist ot. 4. & 7. Phy. t. 39. & 71. ¶ Secunda conclusio. Si virtus actiua agentis, fuerit fortior in resistendo, quam passiua in agendo, vel æquè fortis, tunc agens in agendo non repatietur. Patet. Semper actio oportet fiat à proportione maioris inæqualitatis: quia neque à proportione æqualitatis neque minoris inæqualitatis fit actio: sed quã do est maior virtus in resistendo, quam virtꝰ in agendo, vel æqualis, non est proportio maioris inæqualitatis: ergo non fiet actio: & sic si caliditas agat in aquam, & virtus resistiua caliditatis sit vt. 3. & actiuitas in aqua sit vt duo, vel vt tria, nunquam caliditas agẽdo in aquam repatietur ab ea.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio. Si agens in agendo non fuerit intra sphæram actiuitatis passi, agendo non repatietur, Volo dicere, cum sit verũ quod omne agens agit ad certam distantiã: vt sua virtus attingat, & tanto quanto fortius: agit ad remotius, vt constat de igne, illud spacium dicitur sphæra suæ actiuitatis, intra quam potest, & extra quam non valet agere. Si ergo contingat quod ignis agit ad distãtiam. 5. pedum: quia sua est sphęra: in aquam positam in tali distantia (si tamen aquæ sphęra actiuitatis non est quinque pedum, sed quatuor) aqua non aget in ignem: quia virtus eius non potest attingere: & sic ignis agendo non repatietur. Hæc conclusio est clara.

Concluſ. 4. ¶ Quarta conclusio. Si virtus resistiua agentis debilior fuerit, quam actiua patientis: & aliunde ab alio cõfortetur, ita quod fit æqualis, vel maior quam sit virtus actiua, agendo non repatietur. Hæc patet: quia à proportione æqualitatis, & minoris inæqualitatis non fit actio: si ergo virtus resistiua confortatur aliunde, oportet, quod sit tanta resistentia in ipso agente, quanta erat in patiẽte ad agẽdum, sicque non sequetur actio.

Ratio.

5. Conclu. ¶ Quinta conclusio. In qualitatibus primis omne agens in agendo regulariter repatitur exceptis casibus in secunda. 3. & quarta cõclusionibus expressis. Patet: Illis exceptis, agens est intra sphærã actiuitatis patientis, & patiens est maioris virtutis in agendo: quam

Ratio.

agens

agens in patiendo: cum ergo à proportione maioris inæqualitatis sequatur actio, sequitur quod agens agendo repatietur.

6. Conclus. ¶Sexta conclusio. Quanuis agens in agendo repatiatur, tamen non inquantum agit patitur, neque inquantum patitur agit. Hic volumus dicere, quod dato ignis per calorem agat in aquam: & rursus aqua per frigiditatem agat in ignem: non inquantum agit patitur.

Aristot. 3. phy. t. 19. Patet: quia dato actio, & passio sit vna res (vt dictum est) actio non est passio: sed actio est, vt fluit ab agente, & passio, vt recepitur in patiente: ergo sequitur quod inquantum agit non patitur.

Concl. 7. ¶Septima conclusio. Licet sit verum quod omne agens in agendo repatiatur ad sensum suprà dictum: in motu locali non tenet verũ quod omne agens in agendo repatitur. Patet: quia qui mouet, agit, & qui mouet se agit tamen non repatitur: quia non ab aere, neq; à loco aliquò inquo agit: ergo nõ qui mouet localiter repatitur.

Differẽtia inter motũ localẽ & alterationis. ¶Datur ratio differentiæ motus localis, & alterationis: quia virtus motiua de per se non mouet materiam extrinsecam à qua repatiatur, sed alterans mouet, Secundo: quia duo corpora iuxta se posita, possunt alterari motibus contrarijs: sed non possunt moueri motibus contrarijs: quia sic penetrarent se. Tertio: quia qualitas motiua eodem conatu agit, & resistit: vt tanto conatu grauitas in lapide resistat motui sursum, quanto descẽdit deorsum, sieſt extra locum suum naturalem. Oppositum est in qualitatibus actiuis: quia caliditas maiori conatu agit in extrinsecam materiam, quam resistat.

Ad argum. ¶Ad primum. Quando argumẽtaris de Deo qui agit, & non repatitur: & de cœlo. Respondetur quod conclusio debet intelligi,

Arist. hic. t. 53. quando agens, & patiens communicant in materia. Sic Aristoteles. Vnde si angelus agat in corpus, non repatietur. Et si cœlum haberet eandem materiam cum istis inferioribus, non pateretur ab eis: tum quia non patitur peregrinas impressiones: & est incorruptibile: tum etiam quia esset cœlum extra sphæram actiuitatis istorum inferiorum: ob id eorum actio non posset ad cœlum se extẽdere.

Ad. 2. ¶Ad secundum etiam damus quod sensibile agat in sensum, & color in visiuam potentiã tamen color non patitur, quia dictum intelligitur de agentibus in qualitatibus primis, per quas fit alteratio. Secundo. Actio agentis non est quodlibet in quodlibet, sed determinatum in determinatum: ob id etiam sicolor possit agere in visum, non est vnde potẽtia visiua agat in colorẽ: quia ipsa actiua non est per naturam, nisi visionis. Et ad id de intellectu, qui patitur ab intelligibili, & non agit, solutio data est: quia non de tali actione est hic sermo: sic dicendum de phantasmatibus, si agunt, producendo species intelligibiles, si sint illuminata ab intellectu agente: non sequitur quod intellectus agat in phantasmate: quia non est communicatio in materia. De quo infrà in tertio de anima.

S. Th. 1. p. q. 85.

¶Tertium argumentum tãtum vrget, vt ad soluendum, philosophi habuerint diuersos modos excogitandi, quomodo agens in agẽdo repatitur: qui modi sunt septem, recitati prolixè satis, & omnes impugnati à Marsilio qui à nobis ob vitandum prolixitatem non ponuntur: stamus tamen in dictis, ex quibus soluitur argumentum, vt agens in agendo si repatitur, actio semper fiat à proportiõe maioris inæqualitatis: quia licet sit vna, & eadẽ virtus qua agit, & resistit, aliter tamen agit, quam resistit: & sicut inquantum agit à proportione maioris inęqualitatis est actio: quia exuperat virtus actiua resistentiã patientis: quãdo agẽs patitur à patiente, virtus actiua patiẽtis exuperat resistẽtiã agẽtis: vnde actio fit à patiente, à proportione maioris inęqualitatis: vt dictum est.

Marsil. 1. de gen. q. 16. art. 3. Ad. 3. 1. solutio.

Posterior solutio.

¶Si tamen quis teneret modum quintum, quem ponit Marsilius, facile solueret argumẽtum. Dicit enim illa opinio, quod vna qualitas actiua non stat sine alia: sicut frigiditas nõ stat, quin stet cum humiditate, aut siccitate: & quanuis illæ essent æquales in latitudine, tamen essent inæquales in actiuitate. Sic ergo dicunt, quod si ignis agat in aquam, calliditas remittit frigiditatem aquæ: tunc humiditas aquę reagit, remittẽdo siccitatem ignis: & tunc ex consequenti per modum sequelæ remittitur caliditas eiusdem. Ex quo patet quod caliditas agit in frigiditatem, & humiditas in siccitatem: & sic fortius agit in debilius cum caliditas sit fortior frigiditate: & humiditas, siccitate. Hæc ibi.

Opini. Calculatoris Aug. Nipho. 3. phys.

¶Sed silentio transeũdũ non est opinionem fuisse Calculatoris, q̃ nullũ agẽs in agẽdo repatitur: quãuis declarãt cũ isto sensu: vtnullum agẽs pro eodẽ tempore proquo agit, repatiatur secundum eandẽ partẽ qua agit: sed bene secũdũ aliã. Dicitque illã propositionẽ famosam: qualitas quãto magis actiua est, minus resistiua, esse falsã. Credit Calculator, & defendit omnẽ qualitatẽ tãto esse actiuã, q̃-

tore

to resistiuam: & quod si debet poni disparitas in actiuitate, & resistentia, latitudo resistẽtiæ est maior, quã latitudo actiuitatis. Quod

1. Ratio. Calcul. probat: quia latitudo actiuitatis cuilibet rei est data ad producendum sibi simile: & latitudo resistentiæ ad se conseruandum: sed intimius est cuilibet rei se conseruare, quam sibi simile producere: ergo maior est latitudo resistentiæ, quàm actiuitatis.

Ratio. 2. ¶Secundo. Supposito quod actiuitas attendatur penes multitudinem formæ: probat quod tantæ actiuitatis sit caliditas, sicut frigiditas, & econtra: & sic de resistentia, quia caliditas, vt. 8. tantum agit, & resistit, sicut frigiditas vt. 8. Patet. Illa quæ æqualiter habẽt de forma, æqualiter habent de actiuitate, & resistentia: sed frigiditas vt. 8. & caliditas, vt. 8. sunt huiusmodi: ergo sunt eiusdem actiuitatis, & resistentiæ. Facile soluuntur ista argu-

Ad 1. menta, stando in opinione communi.

¶Ad primum dicendũ, quod de natura particulari loquendo, magis est se conseruare, quam simile producere: sed non de natura

Ad 2. vniuersali. Et ad secundum negatur: quia stat quod vna forma sit viuacior alia in agendo, etiam si qualitates sint in eodem gradu: & sic forma ignis cum caliditate vt. 8. viuacius agit, quam forma aquæ cum frigiditate vt. 8.

¶Sufficiant hæc insinuasse, vt intelligamus varios opinandi modos. Alia legantur apud authores. Petrus Spinosa peculiarẽ facit tractatum.

¶ SPECVLATIO X. Vtrùm mixtio sit possibilis.

1. Argum. VIdetur quod non. Si esset possibilis, vel fieret naturaliter, vel violenter: sed nullo istorum modorũ. Non violenter, quia non esset mixtum res naturalis, neque naturaliter illa quæ concurrunt ad mixtum conuenirẽt: sed videmus quod mixtorum generatio est naturalis: ergo ipsa mixtio non est violenta. Et probo quod nõ sit naturalis. Ad mixtionem concurrit ignis: ergo oportet descendat ad locum vbi fit mixtio, scilicet, ad terram: sed igni descendere non est naturale, sed potius contra naturam: ergo mixtio non est naturalis.

2. Argum. ¶Secũdo. Si mixtio esset possibilis, vel esset ipsis ex quibus fit mixtio, integris manentibus, vel comminutis, & diuisis: sed nullo modo istorum est: ergo non est possibilis. Non ipsis integris manentibus: quia res quæ constaret, vna nõ esset, sed plures: & neq; in vna specie, sed in pluribus esset. Itẽ. Neque mixtũ haberet formam substantialem, sed accidentalem, cum aduenirent enti habenti esse completum: imo esset plura completa. Nequepotest esse ipsis comminutis, & diuisis: quia vel diuiderentur tantum quantum sunt diuisibilia, vel non: si sic: ergo continuum esset actu diuisum. Quod si non diuiduntur: ergo non est vera mixtio: quia adhuc partes diuidi possunt.

3. Argum. ¶Tertio. Si mixtio est possibilis, vel erit partibus iuxta positis, vel penetratiue se habentibus. Non primo modo: quia illud non est mixtio. Nec secundo modo: quia esset corporum penetratio, quod repugnat.

In contra. ¶In contrarium est Aristoteles hic, text. 88.

1. Notand. Mixtio tripliciter cõtingit. ¶Pro solutione notãdum primo, quod mixtio tripliciter contingit: vno modo, quando fit ex pluribus integris, & perfectis, diuersis specie: ipsis tamen integris manẽtibus, vt dicimus constat ex lapidibus, & lignis. Secundo modo, quãdo aliquid fit ex aliquibus imperfectis: ipsis remanentibus integris: vt ex materia, & forma substantiali, constituitur vna res naturalis: ipsis partibus integris manentibus. Tertio modo contingit, quando aliquid ex pluribus integris fit, ipsis non manentibus integris. In præsentiarum non est sermo de mixtione primo modo: quia illius ad artem potius, quàm ad Physicam disciplinam, spectat cõsideratio. Nec est hic locus tractandi de mixtione secundo modo, quæ est ex materia, & forma, quia de hoc in primo, & secundo libro Physicorum, vbi locus proprius est, sed de tertio modo mixtionum in præsentiarum loquendum, quando multa concurrunt ad constituendum vnum, ipsis non manentibus integris, ad modum quo dici solet in generatione cuiuslibet mixti, elementa misceri, & cõuenire, vt ipsis corruptis secundum partem, constituant, & cõponant aliquam rem naturalem, quã in præsenti vocamus mixtum. Vtrum ergo hæc mixtio sit possibilis.

S. Th. 3. p. q. 2. ar. 1.

Notand. 2. ¶Hęc mixtio potest esse dupliciter, vno modo, per iuxta positionem partium, vel penes penetrationem ipsarum. Primo modo: vt

aqua

aquæ miſcetur,& lana lanæ. Secundo modo quando mixtio fit vt quælibet pars mixti ſit mixta. Et hoc dupliciter: vno modo, in homogeneis, quando omnes ſunt partes eiuſdem rationis: alio modo in eterogeneis: vt in animalibus perfectis, in quibus ſunt caro, oſſa, & nerui. Ad notatis igitur ijs, ſit prima concluſio.

Conclu. 1. S.Th.3.p. q.2. ar. 1. 1.Ratio.

¶ Mixtio omnibus illis tribus modis in primo notabili poſitis eſt poſsibilis. Patet. Domus componitur ex pluribus integris, integre manentibus, & lapidum aceruus: & conſtat res naturalis ex materia, & forma, & ex rebus diſtinctis, imperfectis, integre manentibus: conſtat etiam mixtio expluribus, integris manentibus, non tamen formaliter, de qua eſt ſermo, vt patet in quolibet mixto.

Ratio. 2.

¶ Secundo. In quolibet mixto videmus eſſe plura differentia, ibi contenta virtute, oportet ergo intelligere mixtionem fuiſſe ex illis pluribus: quod ſi eſt: ergo ipſa eſt poſsibilis, nam quod non eſt poſsibile, nunquam eſt.

Conclu. 2.

¶ Secunda concluſio. Mixtio proprie, de qua hic loquimur fit ex ipſis quatuor elemẽtis adinuicem agentibus, & patientibus. Probatur ex Ariſtote. Et ratio eſt. Exilli componitur mixtum, in quibus reſoluitur: ſed mixtum omne perfectum quando corrumpitur in quatuor elementa reſolui videmus: ergo ex ipſis quatuor componitur. Patet: quia aliquid in terram abit: aliud in aquam, & ſic de alijs elementis, licet non ex æquo percipiatur: propter vnum, quod prædominans eſt in quolibet mixto.

Ratio.

Concluſ. 3.

¶ Tertia concluſio. Mixtum quod ex elemẽtis generatur: non propria virtute elementorum generatur. Probatur. Nũquam effectus ſuam cauſam excedit: neque cauſa ſe poteſt extendere vltra ſuam virtutem: ſed mixtum quodcunque ſit illud, perfectius eſt quocunque elemento, & omnibus ſimul: ergo non poſſunt elementa cauſare tale mixtum. Maior eſt nota, & ab omnibus recepta. Minor probatur. Forma ſubſtantialis viuentis longe preſtantior eſt quolibet elemento: imo & quælibet etiam alia forma ſubſtantialis excedit: quia propter vnumquodque tale, & illud magis: cum ergo elementa ipſa propter mixta ſint: oportet ipſa mixta ſint perfectiora: quia ſemper imperfecta, ad perfecta ordinantur.

Ratio.

Ariſtot. 1. poſte. t. 5.

Ratio. 1.

¶ Præterea. Si mixtum generaretur ex elemẽtis, nullo modo fieret. Patet. Omne agens naturale producens, ſibi ſimile producit, & nõ alterius ſpeciei: ſi ergo elementũ ageret producendo, elementum produceret: ſed non fit elementum, ſed mixtum, quod non eſt aliquod elementorum, neque omnia ſimul, ergo non generatur ab aliquo, nec ab omnibus ſimul, quia ſolum poſſent elementum facere, vel aliquid quod elementorum haberet naturam.

Conclu. 4. Plato. Auicenna.

¶ Quarta concluſio. Forma mixti ad cuius conſtitutionem concurrunt elementa, non ab idea (vt Plato) neque à datore formarum (vt Auicenna) neque ab aliquo elementorũ, neque ab omnibus ſimul, ſed principaliter à Deo, & à virtute ſeminali tanquam à cauſa ſecunda eſt. Hic intendimus dicere, ſicut Ariſtote. & alij, quod elementa omnia concurrunt ad mixtum componendum: ita quod forma ſubſtantialis mixti non ſit ab ipſis, neque (vt dixit Plato) ab idea. Quod elementa concurrant patet: quia mixtum generatur: & non niſi per alterationem præuiam qualitatum actiuarum adinuicem: ergo ipſæ qualitates cõcurrũt: ſed nõ cõcurrũt, vt ſunt inſe ergo cõcurrunt, vt ſunt in aliquo tanquã in proprio ſubiecto: ſed proprium iſtarum qualitatum ſubiectum elementum eſt: ergo ipſa elementa concurrunt. Ignis enim ſibi deputat calorem, & ſiccitatem: aer, humiditatem, & caliditatem: aqua, humiditatem & frigiditatem: terra, frigiditatem, & ſiccitatem.

Ratio. 1. p.

Elemẽtorũ qualitates primæ.

¶ Quod non ſit forma mixti ab idea (vt Platoni tribuitur) patet: quia illa opinio de Ideis ſeparatis (in ſenſu quo Ariſtotel. impugnat Platonem) cantilenę ſunt, vt dicit ipſe. Quod nõ à datore formarum (vt Auicenna poſuit) patet: quia non agit dator ille in paſſum: & formæ eſſent ab extra, & non educerentur de potentia materiæ: quod ſolum de anima rationali conceditur: ſequitur ergo quod ſit à Deo mediante agente naturali, ſiue ſit ſemen, vel aliquid aliud concurrens cum Deo.

Ratio. 2. q. Ariſtot. 1. Ethi. cap. 6

Ariſt.

¶ Quinta concluſi. Cum ad mixtionem propie non ſufficiat ſola iuxta poſitio, neque detur dimenſionum penetratio, generatio vere requiſita eſt, & ſic alicuius corruptio. Probatur quod non ſufficiat partium appoſitio, quia domus diceretur mixtum: & compoſitio eius diceretur mixtio proprie, & ſimiliter aqua cui additur alia, & ei apponitur, diceretur mixtum, cum tamen maneat elementum: ergo ad mixtum, & mixtionem non ſufficit talis appoſitio. Neque eſt dimenſionũ pene-

5. Conclu. Ad mixtionẽ propriã generatio, & corruptio requiſita eſt.

penetratio, vt conſtat: ergo erit mixtio per hoc quod miſcibilia (qualia ſunt elementa) agunt adinuicẽ, & repatiuntur. Et tandem ex illa actione corrumpuntur ipſa elementa: vt non amplius maneãt elementa ibi: ad quorũ corruptionẽ ſequitur mixti generatio: quia ſequitur materiæ debita diſpoſitio, de cuius potentia forma educitur.

Conclu. 6.

Sexta concluſio. Licet quatuor elementa dicantur concurrere ad mixti generationem, ad cauſandam mixtionem, non tamen eſt requiſitum quòd ſemper quatuor formaliter concurrant, ſed ſufficit virtute concurrant. Hæc ſit declaratiua ſecundæ: nam videmus quod aliqua generantur mixta ſed non apparet quomodo ibi concurrant formaliter quatuor elementa: ſicut in aere generantur ranæ, cum ſit rana mixtum: & ibi nõ videtur formaliter terra, neque aqua imo neque qđ ignis concurrat: ergo non ad omne mixtũ eſt neceſſarius iſte cõcurſus formalis. Quod rana ibi generetur, patet in pluuia, quãdo ſolent cadere. At quod ibi ſit concurſus virtualis, patet: quia ibi eſt materia ex qua generatur mixtum. Et quia ipſa non erat ſola, ſed habebat mixtionem, & virtute, elementa habebat propter qualitates illas primas, quę deputantur elementis: & ipſa eſt mixti generãdi materia, de cuius potentia forma ſubſtantialis educitur: oportet dicere quod virtute, ad generationem cõcurrunt omnia, licet nõ formaliter.

Dubij ſolu.

¶ Ex hoc patet ſolutio ad dubium, quod ſolet nonnullos torquere, quomodo eſt poſsibile, quod ſi mixtum in viſceribus terræ generetur, ibi concurrat ignis, qui in ſupremo loco eſt, in concauo lunæ: nam oporteret q̃ faceret per ſingula momenta deſcenſum ad terræ interiora, cum quotidie ibidem mixta miſceantur, & generentur. Oportet ergo dicere virtute, concurrere, & ibi agere virtutẽ ſolis, diſponendo talem materiam aptam formationi mixti, ſic vno, vel duobus concurrentibus formaliter, virtute, concurrent alia.

Ratio quod elementa cõcurrant.

¶ Huius ratio potiſsima ſignari poteſt, quia nunquam mixti generatio eſt, niſi per alicuius corruptionem: & nunquam corruptio, & generatio, ſine præuia alteratione, vt ſupra dictum eſt: ſed alteratio non niſi per qualitates primas contingit: caliditatem, frigiditatem, & ſiccitatem: ſed hę omnes qualitates primæ ſunt, quas ipſa elementa ſibi deputãt per naturã: per cõbinationem certã, de qua diximus, & dicemus: ergo ſequitur eſſe uerũ, quod omnia elementa concurrunt, vel actu, vel virtute.

¶ Et quidem in terra etiam ignis, quilibi generatur poterit concurrere, & ibidem aqua & aer. Neq; eſt difficile intelligere in aere, etiã in media regione, locum aquæ humidum elevatum. Et exhalatio ſicca terreſtris ibi eſt etiam: quæ vicem habet terræ. Et ignis, ex calido exhalationis poteſt eſſe: imo non eſſet diſſonum naturæ dicere, quod ignis deſcenderet ad mixti generationem: quia hanc ſeriem perpetuæ generationis natura vniuerſaliter intendit. Et ſicut ob vacuum vitandũ graue aſcendit: & leue deſcendit, ſic dicitur motus ille naturalis ſecundum naturam vniuerſalem, qui contingit in mixtorum generatione. Sed ſi non placet, quod virtualiter cõcurrat, dixiſſe, ſit ſatis.

Nota.

S.Th.2.2. q.65. ar.1. ad.1.

Conclu.7. Ratio.1.p.

¶ Septima concluſio. Non ſolum mixtum mixto, ſed multa mixta poſſunt commiſceri ad vnius generationem: Probatur quo ad primam partem: quia ex mixto fit mixtum: vt in illis quæ ex ſeminis propagatione contingunt, & innumeris alijs: vt ex pane corrupto, generantur vermes.

Ratio.2.p.

¶ Secunda pars patet: quia duo, vel plura mixta poſſunt habere contrarietatem qualitatũ ad inuicẽ agentium: vt in elemẽtis intelligimus: poterũt ergo adinuicem agere, & repati, & corrũpi: vt corruptis ipſis, fiat vni⁹ mixti generatio: ergo ex mixtis fit mixtum. Patet in metallis, quæ miſcentur, & in liquoribus, qui etiam miſcentur.

¶ Et quidem ars miſcet mixta diuerſa: vt nouam videatur feciſſe ſpeciem: ſicut patet in metallarijs. Et medici ex multis mixtis Theriacã componunt, quę nouam ſpeciẽ, diſtinctam ab omnibus, ex quibus componitur, videtur habere. Cum ergo ars imitetur naturã inquantum poteſt: ſequitur quod per naturam mixtum ex mixtis poſsit componi. Et quidem non eſſet alienum à Phyſica diſcipli na dicere, quod ars adiuuet naturam: ſic quod applicet actiua paſsiuis, quibus ordinatis, ſpeciem producat, quam non produxit: ſicut in tertia ſpecie, quæ ſit ex cõmixtione duorum diuerſæ ſpeciei: vt in mulæ generatione ex equo, & aſina, vel e contra. Hoc ingeniauit ars hominum: & applicatis ipſis actiuis paſsiuis natura operatur: quod ſine tali artis adiumento non eſſet operata, quanuis natura perfecta dicatur: non quia actu omnem ſpeciem producibilem produxerit: ſed quia habet virtutem ad id, cum cœlũ virtute contineat omnia mixta quæ ſunt,

Ariſt. 2. phy. t. 2 2. et. 7 9. et. 4 meta. t. 28. Quod ars poſsit ſpeciem producere.

& de nouo fieri possent.

Conclu. 8. ¶Vltima conclusio. Mixtum potest simplici corpori misceri, & simplex, potest mixtũ inanimatum augere: tamen simplex non potest animal nutrire, aut maius reddere. Quod

Ratio. 1. *p.* *Ratio.* 2. *p.* *Ratio.* 3. *p.* *Simplex.* mixtũ misceatur simplici, patet in pane, qui fit per artem quando aqua tritico, vel farinæ miscetur. Quod possit augere, patet de gutta aquæ, si apponatur dolio vini. At quod animatum non nutriat, neque augeat, est sensus quod animal ex aliquo puro elemento non potest capere nutrimentum: & ex aere, vel terra, vel aqua non potest: quia nimia dissimilitudo est simplicis ad animal: & cum nutrimentum debeat fieri in fine simile, non potest esse ex eo nutritio, neque augmentatio.

Plí. lib. 8. *c.* 33. *& li.* 28. *c.* 8. Nec obstat de Chameleonte, de quo dicitur quod aere viuat, & nutriatur: & de illis qui terram comedunt, & aquam bibentes durãt: quia si ita est, quod ista nutriant: erit, non ratione puri elementi, sed mixti: quia elementa apud nos, non sunt in sua naturali dispositione, & puritate.

Ad argum. ¶Ad primum dicendum, quod mixtio non est violenta: vt violentum propriè sumitur id, quod contra naturam est: nam licet sit alia qua mixtio non consueta, vt est illa quę per artem: tamen nulla dicitur esse violenta, etiã si mixtio sumatur pro alteratione, quæ est via ad ipsam mixtionem, sed naturalis, sicut calidum naturaliter calefacit. Si mixtionem capiamus pro generatione ipsius mixti, respectu agẽtis primi: & principalis (vt est Deus & cœlum) illa mixtio non solum non est violenta, sed neque casualis: quia intenta est: licet respectu elementorum, ex quorum actione, & passione mixtum generatur, ipsa generatio dicatur casualis, etiam si sit naturalis.

Mixtigeneratio respectu elementorũ casualis dici potest.

Dicitur casualis, quia nullum elementorum intendit mixtum generare: sed aliud elementum ad se conuertere: quia omne agens ad assimilandum sibi passum agit. Verumtamen mixtio dicetur violenta, respectu ipsorum miscibilium, quæ corrumpũtur. Et cum quælibet res naturaliter appetat suam conseruationem: sequitur quod sit violenta sua corruptio, quæ necessario præcedit generationem mixti.

Ad. 2. ¶Ad secundum dicendum quod mixtio fit ex ipsis elementis, vt declaratum est: non integris manentibus, sed corruptis potius, solũ tamen secundum virtutem perseuerantibus vt in sequenti speculatione explicabitur: sic non est resultans aliquod elementum, neque quatuor simul. Et fit commixtio talis, quæ sufficiat ad corruptionẽ elemẽtorũ: & ad generationẽ mixti. Et non fit per partium penetrationem, neque per oppositionem, sed per corruptionem illorum quæ concurrunt. Sic patet solutio ad. 3.

SPECVLATIO XI. Vtrũ elementa maneãt in mixto formaliter.

Via de mixtione dictum est, quomodo elementa sunt, quæ concurrant ad mixti generationẽ: vtrũ ipsa maneãt formaliter, oportet ex proposito examinare.

¶Videtur quod sic, ex Aristotele: qui ait, Elementum est quo componitur aliquid in existenti indiuisibili specie, in aliam speciem: ergo de ratione eius est, quod maneat sine diuisione: & sic manet formaliter. *Argum.* 1. *Aristot.* 7. *Meta. t.* 4.

¶Itẽ. Id manet in mixto realiter, in ꝙ resolui tur, quando corrumpitur: sed resoluitur in elementa, si non in omnia, saltim in aliqua: vt ad sensum patet: ergo sequitur quod elementa formaliter manent in mixto. *2. Argum.*

¶Vltimo. Si elementa non manerent in mixto, sequeretur quod mixtum non moueretur ad motum elementi prædominantis. Cõsequens autem est contra Aristotẽ. ergo elemẽta manent in mixto: si non omnia, saltim quod prædominatur. *Argum.* 3. *Arist.* 1. *cœli. t.* 17.

¶In contrarium est: quia si manerent elemẽta formaliter, in vno subiecto essent simul plures formæ substantiales, non facientes vnam. *In contrar.*

¶Pro solutione notandum, fuisse varias opiniones de hoc, sicut superius diximus. Prima est Auuicennę dicentis, quod manent in mixto. 4. formæ elementorum, sine aliqua remissione, & simul etiam manet forma mixti, ratione cuius dicitur mixtum. *1. Opinio. Auicennæ*

¶Alia opinio est Commentatoris dicentis, quod formæ elementorum substantiales manent in mixto simul cum forma eiusdẽ mixti, sed remissè, & non intensè, vt sunt in ipsis elementis. *2. Opinio. Comme. 3. cœ. tex. 47 & 67.*

¶*Et considerabis quod Comen. in primo gene-

3. Opinio. Marsil. et ca preo. in. 2. dist. 15. S. Th. p. p. q. 76. ar. 4. ad. 4. Idẽ Sco. in 2. d. q. 1. Et Gregor. eadem d. & Herueus. de generat. com. vlti. tenuit cum Auicen. sed 3. de cœlo. cõm. 67. penitus recessit ab eo, & commentistæ dicunt, id non esse mirum, quia in iuuentute cõmentatus est libros de generatione, sed libros de cœlo in senectute.

¶Tertia opinio dicit, quod elementa nõ manent formaliter, quoad suas formas substãtiales, neq; secũdũ esse remissum, neq; intẽsum sed solũ virtualiter, quãtum ad qualitates primas, quæ sunt in ipsis elementis: & manent quidẽ tales primæ qualitates in mixto: sed remisse.

4. Opinio. ¶Quarta opinio dicit, quod non manent formaliter, sed virtualiter: verum non eo modo quo præcedens dicit opinio, sed manent virtute: quia manent in mixto duæ qualitates: vna quæ est media inter actiuas, scilicet inter caliditatem, & frigiditatem: altera quę est media inter siccitatem, & humiditatem.

Opinio. 5. ¶Quintam possumus superaddere, & sit quę dicit, quòd elementa sic manẽt in mixto formaliter, quod mixtum nullam habet aliam formam, quam illam proportionem, & habitudinem istarum formarum elementorum: vt pro forma illi hoc sit. Ad elucidandam veritatem prædictarum opinionum, primã cõclusionem assigno.

Conclu. 1. ¶Nullo modo in mixto manent elementa, vt ponit præcedens quinta opinio: sic quòd nulla sit alia forma mixti, nisi proportio illa rum formarum. Patet. Mixtum vere est mixtũ, & in certa specie cõstitutũ: oportet ergo hoc fit per aliquã formã substãtialẽ: at per opinantem nulla est: nisi elementorum formæ: ergo in aliqua specie elementorum ponetur, vel *in* omnibus. 4. simul: sed hoc non est dicendum: quia solum essent. 4. species rerum, & non amplius: ergo dicẽdum est, quod mixtum habeat suam propriam, & distinctã formam.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶Ad idem. Si mixtum constitueretur in certa specie (in casu posito) esset ratione illius proportionis: vel habitudinis formarum elementorum: sed non propter hoc: quia nihil constituitur in specie, nisi per id, quod habet quidditatem, & essentiam. Et si est substantia constituitur per formam substantialem: & si accidẽs, per accidentalem sed mixtum, ponitur in genere substãtiæ: ergo per formã substantialem, sed talis proportio, & habitudo forma substantialis non est: sed accidentalis, ergo mixtum non habet esse per eam.

2. Concluſ. ¶Secunda conclusio. Non manent elementa in mixto formaliter simul cum forma mixti, sicut dicit prima opinio, quæ est Auicẽnę. Patet. Sequeretur quod in aliqua re naturali (qualis est mixtum) sunt plures formæ substantiales formaliter, quod repugnat: vt sæpe dictum est. Quod sequatur, est compertissimum. Sed repugnãtia eo clara est: quia cum quælibet res per formam substantialem constituatur in specie, esset mixtum illud (vt argumentabamur) in quinque speciebus, scilicet, ratione mixti in certa specie mixtorum: & ratione formæ substantialis ignis in specie ignis, & sic de alijs: quare mixtum vere esset ignis: & aqua. Quod si neges, eo quòd illæ formæ non se habẽt vt totales: vt quælibet constituat vnum: iam sequitur quod non manent formaliter, eo modo quo in ipsis elementis, in quibus quælibet sufficit denominare ipsum: sicut & dat esse tale. *Maio. in. 2. d. 15. q. uni ca.* *Ratio.* 1.

¶Præterea. Sequeretur quod in omni generatione mixti fieret aliquid per accidens & non simpliciter. Patet. Id dicitur fieri per accidens, quod aduenit iam habenti esse cõpletum: sed mixti forma aduenit habenti esse ignis & aquæ: hoc autem est absurdum in Physica disciplina: ergo nullo modo potest hæc opinio Auicennæ defendi. *Ratio.* 2.

¶Tertia conclusio. Elementa non manẽt formaliter in mixto cum remissione aliqua formarum, eo modo quo tenet. 2. opin. quæ est Commentatoris. Probatur. Formæ elementorum substantiales non sunt intensibiles, neque remissibiles: quia si sic: ergo & mixtorũ substãtiales formę: quod est falsum, quicquid alij dicant. Consequentia probatur. Quia ratio quæ de elementis cõcludit posse, quãtum ad formam substantialem intendi, & remitti concludit de mixtis. *Conclu.* 3. *Ratio.* 1.

¶Probatur etiam sicut. 2. conclusio. quia si remittuntur: cum tamen maneant formaliter, & semper maneat species: mixtum esset ex æquo in pluribus speciebus: quia in specie propria ratione suæ formæ: & in speciebus elementorum, ob formam ipsorum substantialem esset. *Ratio.* 2.

¶Quarta conclusio. Formæ elementorũ nõ manẽt formaliter in mixto: neque in esse intẽso, neque in esse remisso. Patet. Si ibi remanerent, in corruptione, non fieret resolutio vsque ad materiã primã, omni forma substãtiali destituta, quę in corrupto erat. Patet: quia semper manerent formæ elementorum, quę fuerunt sub vtroque termino in genito: sicut erant in corrupto. *Conclu.* 4. 1. *Ratio.*

¶Item: quia forma mixti, actu existenti ad 2. *Ratio.* ueniret, quod repugnat, vt dictum est.

¶Quinta concluſio. In mixto nõ manẽt ele mentorũ qualitates in eſſe intenſo, ſicut ſunt ipſis elementis, Hic volo dicere, quod non ſolum formæ ſubſtantiales elementorum non manent formaliter, ſed neque accidentales formæ eorum (quales ſunt qualitates primæ) manent in illa intenſione in mixto. Hęc eſt Ariſtotel. hic: quia ſi ſic: ergo in mixto eſſent elementorum qualitates in ſummo, vt calor in ſummo, & frigiditas in ſummo, ſed hoc eſt falſum: quia ſic non poteſt mixtum conſiſtere: nam cum calore tam intenſo, neque cum frigiditate tam intenſa non poſſet, vt experientia docet: non ergo manent ibi qualitates illæ primæ in gradu quo in ipſis elemẽtis ſunt.

Ariſto. hic t. 11. 1. Ratio.

2. Ratio.

¶Item. Si in mixto manerent qualitates in illo gradu (cum à ſimili non ſit paſſio) nunquam mixtum à calore pateretur, etiam intẽſo, neque à frigore: ſed hoc conſtat eſſe falſum,

6. Conclu. Vide. Mar. in. 2. de gene. q. 13. Ariſto. 2. Topi. ca. 4

¶Sexta concluſio tenenda. Elementa manẽt in mixto in virtute, ſeu virtualiter. Hæc eſt Ariſtot. & omnium philoſophorum. Omnes enim concedunt quod elementa manent in mixto: nam qui dicunt quod formaliter manent, à fortiori dicent quod manent virtute: quia ſi id quod minus uidetur ineſſe, ineſt: & id quod magis videtur inerit: ſi formaliter manent elemẽta in mixto, quod minus videtur, à fortiori manebunt virtute. Et qui negãt elementa manere formaliter in mixto, non negant quin virtute ſint in eo. Vide Ægidium quolibet. 4. q. 12.

Ægidius. Ratio.

¶Probatur concluſio. In omni effectu continetur cauſa: ſed mixtum eſt effectus elemẽtorum: quia ex eorum actione, & reactione adinuicem fit mixtum: ergo elementa continẽtur in mixto: & non formaliter, vt probatũ eſt: ergo virtute. Maior eſt nota. Et quod elementa ſint cauſa mixti patet: quia ſi non eſſent, nullum mixtum fieret. vt Ariſtotel. & omnes fatentur.

Ariſt. hic.

¶*Hæc concluſio eſt etiam Scoti in. 2. diſt, 15. q. 1. Et Gregor. ibidem, & Heruei ibidem, & Capreo.

Dubium. Marſ. 1. de gene. p. 2. arti. 2. concluſio. 2.

¶Dubium hic declarandum reſtat: quomodo dicantur eſſe virtualiter elementa in mixto. De quo eſt duplex modus. Quidam communis: vt citat Marſil. qui ait manere, quia manent qualitates elementorum in eadẽ ſpecie, ſed in eſſe remiſſo. Itaque in mixto manet caliditas ignis, ſed remiſſa, & frigiditas aquæ, etiam in remiſſo gradu, & ſic de alijs duabus. Et ob id in mixto ſunt. 4. illæ qualitates primę in tali gradu vt poſſint cõſiſtere, ſic virtute manent elementa: quia manent iſtę qualitates.

S. Th. p. p. q. 76. ar. 4 ad. 4.

¶Alij dicunt (& eſt. 4. opinio. in quarto loco citata) quod manent virtute, ſeu virtualiter elementa, per hoc quod manent ſolum duæ qualitates mediæ, quæ differunt ſpecie à qualitatibus elementorum: ſed ipſæ qualitates, eo qđ mediæ, & rationem participant extremorum: virtute continent omnes. 4. qualitates primas, quæ ſunt formaliter in elemẽtis. Et ſecũdum hanc cõſiderationẽ elementa dicuntur eſſe in mixtis virtute.

Modꝰ quo elementa ſunt in mixto, ſupra li. p. ph. ſpe. 7

¶Verterque modus fateor quòd intelligibilis ſit: ſed non caret ſcrupulo, cò quod agens naturale producẽs naturaliter ſibi ſimile in ſpecie: relinquit in effectu qualitates & tamẽ nõ dicitur eſſe in eo, ſicut elementum dicitur eſſe in mixto. Et dubium non eſt, quin in effectu ſit aliqua caliditas agentis, & aliqua frigiditas, & ſic de alijs qualitatibus: verum non dicimus ſic, generans eſt in genito: ſicut dicimus, elementum eſt in mixto. Aliquid ergo peculiare eſt in eis, quod non in cæteris eſt mixtis, Quapropter videtur dicẽdum (ſicut in Primo Phyſicorum diximus) quod forma educitur de potentia materiæ, per hoc ſolum: quia materia eſt in potentia, vt ſubiectum ſit recipiens formam & ſic dicatur eſſe in ea ſicut in ſubiecto. Sic aliquo modo dicamus eſſe elementum virtute in mixto: quia mixtum non poteſt conſtare, niſi ex elementis, tanquam ex materia ex qua fiunt omnia. Et quia actio elementorum adinuicẽ per qualitates primas, quas ſibi vendicant naturaliter eſt in cauſa quare mixtum ſit: dicuntur eſſe elementa in eis. Et quia dato agens aliud mixtum, ſit cauſa mixti: tamen quia illud tale agens non niſi per qualitates agit, alterat, & mouet ad generandum mixtum, quę ſunt propriæ elementorum, non dicitur mixtum agens, eſſe in mixto genito: ſicut elementum, dicitur eſſe in eo: quia in omni actione inferioris, præintellecta eſt ſuperioris, & primi actio & quoniam ad illud mixtum, quod nunc cauſa eſt, actio elementorũ fuit præſuppoſita, & tandem ad ipſa prima elementa eſt deueniendum, quæ alterant: & mixtum cauſant ex ſua adinuicem actione, & repaſsione. Dicitur igitur eſſe elementũ virtute in mixto: quaſi intelligamus virtutem illius velut primi mouentis, & cauſantis in genere miſcibilium in effectu eſſe ſic intelligendo: non eſt opus ponere quod id ſit, quia manent qualitates elementorum remiſſæ

Nota intelligentiam.

S. Th. 1. 2 q. 9.

miſſę: vel quia manent illæ qualitates mediæ, quia dato non manerent qualitates primę, ſicut manẽt: adhuc eſſet verũ dicere in iſto ſenſu, elementa manent in mixto in virtute: quia mediate, vel immmediatè mixtum eſt ratione elementorum, vel quia materia ſunt mixti ipſa elementa: vel quia qualitates elementorum ſunt, quæ alterauerunt ad mixti generationẽ. Cui non placet iſte modus, placeat cõmunis ille, quod maneãt, quia qualitates manent, licet in eſſe remiſſo.

Ad argum. ¶Ad primum dicendum, quod ibi Ariſto. loquitur de elemento, id eſt de materia, & forma ſubſtãtiali: quæ ſunt (vt in principio Phyſicorum diſputatum eſt) principium rei naturalis. Et forma non eſt ex alia forma, neq; materia ex alia materia, & ipſa manet integra, & perfecta in re naturali ſed non ſic de elementis, quæ ſolum manent virtute.

Ad. 2. ¶Ad ſecundum dicendum, quod ſicut in generatione agunt adinuicem elemẽta: ex quorum actione mutua, & mixtione, mixtum cõſurgit, corruptio, euenit ex qualitatibus ipſorum elementorum, quæ adinuicem agunt. Et qꝫ in reſolutiõe, ſeu corruptione fiat reſolutio apparet qꝫ nõ ſunt elementa ibi formaliter, ſed ſolum virtute & nunquam ex corruptiõe ſit ſtatim reſolutio, ſed multis factis trãſmutationibus. Poteſt enim contingere qđ pars mixti in aerem, & pars in aquam cõuertatur ſed hoc non probat ibi eſſe formaliter: quia eadem ratione cum ex ligno fiat ignis, probaretur quod ibi eſſet ignis formaliter: vel ſi ex ligno fiat lapis, probaretur quod lapis eſſet formaliter in ligno: & ſi ex ſemine fit animal, quod ibi fuerit formaliter, cum ſufficit ſit virtute, quod nos concedimus.

Ad. 3. ¶Ad tertium dicendum, quod ad hoc quod mixtum, ratione prædominantis elementi moueatur, non eſt neceſſarium ibi ſit forma liter, ſed ſufficit virtute. Et virtus elemẽti nõ eſt æqualis cuilibet elemento, neque æqualis in quolibet mixto: nam in plumbo manet magis de virtute terræ: & in auibus magis de elemento aeris, & ob id plumbum tam ponderoſum & graue eſt, & aues eleuantur, & volant, ratione leuitatis.

Finis lib. 1. De generatione.

SPECVLATIONES

PHYSICÆ IN LIBR. II.
De generatione.

¶ ARGVMENTI I.
libri de Generatione.

NIsto libr. 2. Aristot. agit de qualitatib⁹ primis, & quomodo combinãtur, & cõstituũt elementa & alia. De quibus erit sermo in sequentibus speculationibus.

SPECVLATIO I. Vtrùm sint quatuor qualitates primæ.

1. Argum. VIdetur quod non. Nam caliditas non. 1. est qualitas, ergo non sunt. 4. Patet. Illa dicitur qualitas prima: quæ à nullo causatur: sed caliditas causatur ab alio. Patet: quia causatur à lumine, & à luce, & à motu: vt patet ex Arist. ergo nõ sunt. 4. actiuę qualitates.

Aristo. 1. meta. 2. ¶Præterea. Sunt plures quam. 4. ergo nõ solum. 4. Patet. Grauitas, & leuitas sunt qualitates, & actiuæ, quia sunt in grauibus, & leuibus principium motus: & sunt primæ. Probo. Ipsę sunt causa caloris: ergo sunt priores calore: sed calor qualitas prima dicitur: ergo à fortiori grauitas dicetur.

3. ¶Tertio. Motus cœli, est qualitas actiua, & prima: & tamen non est aliqua ex. 4. ergo nõ sunt solum. 4. Quod motus cæli sit qualitas, patet, quia disponit ipsum, & est actiua: quia agit, & est prima: quia in virtute illius motus omnia agunt: ergo non sunt solum. 4.

In contrar. ¶In contrarium est Arist. o. in isto secundo t. 1. & in. 4. Meteororum.

¶Pro solutione notandum, quod qualitates

Notand. 1. quædam dicũtur sensibiles: aliæ sunt insensi-

Plinius lib. 36. ca. 16. biles. Sẽsibiles sunt illę, quę sensu percipi possunt: vt caliditas, frigiditas. Insensibiles quales sunt herbarum, & lapidum virtutes: vt in magnete virtus attractiua ferri, est insensibilis: quia non potest percipi aliquo sensu: & influentiæ cælestes.

Notand. 2. ¶Est notãdum insuper: quod sensibiliũ qualitatum, quædã sunt ingenerabiles, & incorruptibiles, vt lux: motꝰ: figura cœlestiũ corporum: alię sunt generabiles, & corruptibiles: vt lux: rerum inferiorum colores.

¶Et qualitatũ sensibiliũ generabiliũ, quædã sunt de per se actiuæ, actiõe corruptiua: sicut caliditas, frigiditas: alię sunt actiuæ, sed nõ actiõe corruptiua de per se: vt sapor: odor: color, quia licet color agat de perse, speciẽ multiplicãdo in mediũ vsque ad organum, nõ est agere corruptiue: quia fit sine contrario.

Notand. 3. ¶Qualitatũ sensibiliũ, quædã sunt tãgibiles, vt caliditas, frigiditas: alię sunt perceptibiles, alijs sensibus: sicut color visu, sonus auditu, &c. Et tãgibiliũ, sunt septẽ cõtrarietates: calidũ, frigidũ, humidũ, siccũ, graue, leue, durum molle: grossum, subtile, asperũ, lene, lubricũ, & aridum: & si quæ sunt aliæ, oportet, reducantur ad has.

Notand. 4. ¶Est etiam notandũ, qꝺ qualitatũ quę in istis inferioribus inueniũtur, quædã dicuntur primæ, scilicet caliditas: frigiditas: humiditas, & siccitas: & aliæ dicuntur secũdæ, scilicet, quæ generantur ex varia mixtione istarum vt colores, odores: sapores. &c.

1. Cõclusio Ratio. ¶Prima cõclus. Qualites cęli, priores sunt qualitatibꝰ quę sunt de tertia specie qualitatis in istis inferioribꝰ, Patet: qa perfectiora, & diuturniora oportet sint priora: sed illæ qualitates cælorũ sunt perfectiores, cum sint incorruptibiles, & istæ quæ in inferioribꝰ sunt minus perfectæ, & corruptibiles.

2. Concl. Ratio. ¶Secũda cõclus. Lux quæ in istis inferioribus inuenitur, consequitur cõmixtionẽ qualitatum primarum ad inuicem. Patet. quia lucent inferiora nonnulla: vel ergo ab elementis, vel à qualitatum primarum adinuicem ordinatione, & commixtione: sed non ab elementis: quia nullum in sua naturali dispositione lucet: ergo oportet sit ab ipsis qualitatibus primis, quæ ex varia dispositione adinuicem, reddunt corpora lucida, opaca, vel obscura.

¶Ter

3. Conclu. Influentia est danda. Ratio. ¶Tertià conclusio. Præter motum, lucem, & lumen, in corporibus cœlestibus, ponẽda est qualitas insensibilis, quæ multiplicatur ad ista inferiora perueniens, quam influentiã vocamus. Patet, quia alias si talis non detur influentia, nunquam cœlum esset causa frigiditatis in istis inferioribus. Patet, quia vel cœlũ esset causa per motum, aut lucem, vel lumẽ. Et hoc non: quia talia magis nata sunt calefacere, & caliditatem seruare, quam frigefacere: vt patet. 2. cœli. text. 42. Vel est causa talium per aliquam occultam qualitatem, quã voco influentiã: ergo ipsa est dabilis. De quo in libris meteororum inferius, & in libro de cœlo supra.

Conclu. 4. Ratio. ¶Quarta cõclusio. Lux, & lumẽ, in cęlis sunt priora in causando, quã influẽtia talis. Patet quia talis influentia fortius multiplicatur cũ lumine, quã sine, & fortificatur luminis coactione: ergo lux prior est.

Conclu. 5. quatuor qualitates nõ sunt simpliciter primæ. ¶Quinta conclu. Qualitates illæ, Caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas, licet dicatur qualitates primę: nõ sunt simpliciter tales: quia aliæ sunt priores eis. Patet. Influentiæ cœlorum sunt priores eis, & lux & lumẽ, & motus cœlorũ: sequitur ergo qꝺ istæ qualitates (quãuis sint primæ) nõ sunt simpliciter, sic quod nullæ aliæ sint priores.

Conclu. 6. ¶Sexta conclusio. Inter qualitates propriè sensibiles, quæ conueniunt generabilibus, istæ. 4. sunt priores, & perfectiores. Patet. Illæ

Ratio. dicuntur priores, quæ conseruant & producunt alias qualitates: sed istæ. 4. faciunt hoc: vt probatum est.

Conclu. 7. ¶Septima cõclusio. Inter qualitates propriè sensibiles conuenientes generabilibus: istæ. 4. sunt qualitates primæ, & non plures, neq; pauciores: ita quod sunt. 4. species essentiales non coincidẽtes. Patet: quia cũ istæ sic se

Ratio. habeant: quod causent oẽs alias qualitates, quæ conueniunt generabilibus: & non sint aliæ, oportet dicere quod solum sint istę quatuor.

8. Conclu. Ratio p. p. ¶Octaua conclusio. Omnes qualitates sensibiles sensu tactus, proprie cõueniunt elemẽtis, licet non omnes cuilibet. Patet: quia istæ qualitates sunt propriæ. Caliditas, quæ cõuenit igni: Frigiditas aquæ. Humiditas aeri: Siccitas terræ.

Ratio. 2. p. ¶Quod nõ oẽs cuilibet, patet, quia nullum elementum habet omnes, 4. sed duæ solũ cõpetunt cuilibet: vt inferius dicemus.

Conclus. 9. Ratio. ¶Nona conclusio, Vltra has qualitates primas, aliæ tangibiles conueniunt elementis. Patet: quia conuenit eis rarum: densum: grae: leue: durum: molle. Durum, vt terræ existenti in sua naturali dispositione. Molle eidem, quando est extra suam naturalem dispositionem. Nullum enim aliorum elementorum dicitur molle, eo quod mollescit, quod faciliter cedit prementi non circũstando, vt dicitur in quarto meteor. Vnde si alia elemẽta cedant, est circunstando: vt patet de aqua: quæ si digito cedat, circũstat digitum. Asperum, & lene, lubricum, & aridum, elementis existentibus in sua naturali dispositione nõ conueniũt, cum ista sequãtur ex cõmixtione qualitatum primarum, quæ non potest esse quando elemẽtum in sua naturali dispositione est.

10. Cõclu. ¶Vltima conclusio. Elementis in sua naturali dispositione dispositis, nõ conueniunt alię qualitates sensibiles per alios sensus à sensu tactus: quia non conuenit eis color, sapor, neque odor. Patet. Huiusmodi qualitates se-

Ratio. 1. quũtur commixtionem illarum qualitatum primarum tangibilium: sed talis commixtio in elementis in sua naturali dispositione positis, non potest conuenire: ergo neque qualitates quæ ex eis sequuntur.

Ratio. 2. ¶Præterea: tales qualitates non possunt esse sine commixtione qualitatum tangibiliũ: sed talis commixtio non potest esse in elemẽto in sua naturali dispositione. Patet: quia nõ haberet elementum vnam illarum qualitatũ primarum in summo.

Aristote. de sen. & sen. ca. 5. ¶Quod si quando Arist. (vt. in libro de coloribus) tribuat elementis colorem: vt aquę & terræ: oportet intelligatur de elemẽtis extra suam naturalem dispositionem: vel si intelligat de elemẽtis existentibus in sua naturali dispositione, per colorem intelligit large lucem, vel lumen: & sic est verum, quod ipse dicit: Omnia corpora participant colorem quia omnia lucem vel lumen participant.

Ad argum. ¶Ad primum: dictum est caliditatem dici primam sensibilium, quæ generabilibus competunt: tamen cœlo alia prior potest competere.

Ad. 2. et. 3 ¶Ad secundum & tertium patet ex dictis solut.

Grego. ¶De qualitatibus cõtrarijs quomodo se cõpatiantur in eodem subiecto, sunt variæ opini. nam Gregorius Arimi. in primo distinct. 17. quæst. 3. articu. 2. tenet quod neque in gradibus intensis, neque in gradibus remissis se compatiuntur. Capreo. tamen, ea. disti. q. 2. ad argu. contra secundã concl. tenet quod in gradibus remissis se compatiuntur: & putat se loqui ad mentem S. Tho. quid senserit

Capreo.

Commen. non constat, quia provtraque parte citatur, de quo alibi.

¶ SPECVLATIO II. Vtrùm tantũ sint. 4. elementa. Ignis, Aer Terra, & Aqua.

1. *Argum.* VIdetur quod non sint. 4. Aqua non est elementũ: ergo solum sunt tria. Patet. Si esset elemẽtum, inueniretur purum, sine odore, sapore, & colore: sed nullibi inuenitur aqua talis: ergo nullibi est elementum.

Confirma. ¶ Confirmatur: quia si aqua esset elementũ, maxime aqua maris: sed ipsa non est elementum, cum sit mixtum ex partibus adustis: vt eius salsedo ostendit: ergo nullum est elemẽtum aquæ.

2. ¶ Item, Ignis non est elementum, ergo non sunt. 4. Patet: quia si esset, maxime sursum in concauo lunæ, sed ibi non est. Patet. Si ibi esset, videtur quod quandoquidem stella quæ sine proportione ab oculis nostris distat, videtur in nocte, videretur & ignis, qui excedit in lumine stellam, sed non videtur: ergo non est.

3. ¶ Tertio, Sunt plura quàm. 4. Patet. Tot sunt elemẽta (vt docet Aristo.) quot sunt cõbinationes qualitatũ primarum: sed vltra illas. 4. quæ sunt Caliditas, & siccitas in igne: Humiditas, & caliditas in aere: Frigiditas, & humiditas in aqua: Siccitas, & frigiditas in terra: sunt aliæ duæ possibiles: scilicet, frigiditas, & caliditas remisse: vt in tepido: & humiditas, & siccitas etiam remisse: ergo non solũ sunt, quatuor elementa: sed sunt. 6.

In contrar. ¶ In contrarium est Aristo. hic tex. 16.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quod cum elementum sit ex quo fit aliud: eo modo quo literæ dicuntur elementa syllabarum, & syllabæ dictionum, & dictiones orationum, tripliciter potest cãpi elementum, vno modo pro materia prima, quæ est vnum in quo fiũt omnia: quia est subiectum presuppositum omni actioni naturali, sic sumitur strictissime elementum. Secundo modo sumitur strictè. Et elementum vocabitur rei naturalis tam materia, quàm forma, quia ex eis constat initrii fece. Tertio modo, sumitur large elementum vt significat. 4. Ignem, Aerem, &c. ex quorũ mixtione adinuicem fiunt mixta omnia. Et de isto. 3. modo in præsentiarũ est sermo: nã de elemento primo. & 2. in primo & 2. Physicorum tractauit Arist.

Tripliciter capitur elementum.

Defint. elementi. ¶ Capiendo ergo elementum. 3. modo, posset sic describi. Elementum est res composita ex materia, & forma, inter res generabiles & corruptibiles compositas magis simplex, quibus suppositis, statuo primam conclusionem.

1. Concl. Ratio. ¶ Numerus elementorum debet sumi à qualitatibus tangibilibus. Patet. Penes illas qualitates elementorum numerus est sumendus, quæ principaliter sunt actiuæ, & passiuę: sed maxime sunt illæ. 4. qualitates primæ. Patet maior: quia ex actione elementorum: & passione adinuicẽ mixta debẽt generari: oportet ergo quod sint huius conditionis, in quibus sint qualitates actiuæ, & passiuæ.

Concl. 2. Abuic. 1. o. 10. q. 47. ¶ Secunda conclusio. Numerus elementorũ est sumendus penes combinationem. 4. qualitatum primarum & quia solum. 4. sunt possibiles cõbinationes: solum. 4. sunt elemẽta.

Ratio. ¶ Probatur conclusio, supposito quod supra dictum est, q̃ quodlibet elementorũ duas debet habere qualitates solum: ergo secundum combinationes istarum qualitatum sumendus est numerus: sed possibiles combinationes solum sunt. 4. ergo solum sunt. 4. elementa. Patet: quia caliditas, & humiditas est possibilis combinatio: quia cum nõ sint contrariæ, possunt se cõpati. Et si humiditas in summo est, in aere erit talis cõbinatio. (Contra Plutarchum qui in proprio tractatu aerem frigidum ponit: sed tamen decipitur.)

Plutar. Caliditas, & siccitas etiam se possunt compati. Et si caliditas est in summo, est in igne talis combinatio. Etiam se compatiuntur frigiditas, & humiditas. Et si frigiditas in summo est, est aqua. Siccitas, & frigiditas etiam se compatiuntur. Sic est terra. Solum restant duæ aliæ cõbinationes: frigiditas, & caliditas, humiditas, & siccitas: sed quia istæ sunt contrariæ adinuicẽ, nõ datur talis cõbinatio: ergo solũ sunt. 4. elemẽta. Patet. Numerus eorũ debet sumi secũdũ numerũ cõbinationũ possibiliũ ex. 4. qualitatibus primis: sed solum sunt. 4. possibiles cõbinationes: ergo solũ. 4. sunt elemẽta, quorũ quodlibet, cũ duas qualitates ex illis primis sibi vendicet, vna est in summo, alia in remisso gradu & sunt adinuicẽ dispositæ, & ordinatæ: vt possint adinuicẽ agere, & pati, ratione harũ qualitatũ, & possint se cõseruare ex numero, põdere, & mensura earũ.

¶ Et

vide Ægi. quolibet 6. quæst. 8. ¶ Et sapientissimè à summa diuina sapientia suis sunt dispositæ locis: vt vnum contrarium non sit alteri immediatum: sed aliquod sit medium, quod rationem teneat, & participet cum extremis, nam post ignem, in quo caliditas, & siccitas: non ponitur aqua: quæ cùm habeat frigiditatem, & humiditatem, secundum ambas qualitates contrariaretur: ob id ponitur statim aër, qui habet humiditatem, & caliditatem. In caliditate conuenit cum igne, & differt ab eo in siccitate: & cum aqua conuenit in humiditate: & differt ab ea in frigiditate. Sic etiam aqua mediat inter terram & aërem: nam aqua cum terra conuenit in frigiditate: & cum aëre in humiditate. Manet ergo quod ignis contrariatur aquæ, & aër contrariatur terræ. Illa quæ mediant, elementa dicuntur symbolizantia, inter quę facilis est transitus. Symbolizant enim: quia in vna conueniunt qualitate: & facile transit aër in ignem: vel contra, & facile aër in aquam, & econtra. De quo alibi. Non tamen est tam facilis transitus, vbi nullum symbolum est, sed contrarietas secundùm vtranq; qualitatem: vt inter aquam, & ignem: aërẽ, & terram.

Quomodo facilis transitus inter symbolizãtia est.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio. Caliditas aëris, & caliditas ignis, licèt in summo in igne, & non in summo in aëre: sunt eiusdem speciei specialissimæ. Probatur: qui eosdem habent effectus.

1. Ratio.

2. Ratio. ¶ Secundò: quia si non essent eiusdem speciei in habẽtibus symbolum (vt dicebamus) non esset facilis transitus: sed ponitur facilis: ergo quia sunt eiusdem speciei.

3. Ratio. ¶ Tertiò. Si nõ essent eiusdem speciei: maximè, quia caliditas in igne est intensa: & summa in aëre remissa sed intensum, & remissum non variat rationem specificam in qualitatibus, ergo sunt eiusdem speciei.

4. Ratio. ¶ Postremò. Quando aër cõuertitur in ignẽ vel ècontra: quæro, vel caliditas manet, vel perditur: si manet, ergo erant eiusdem speciei: aliàs ignis non admitteret talem caliditatem. Quòd si non manet, à quo corrumpitur? Non à caliditate: quia caliditas non agit nisi in suum contrarium, neque à siccitate: quia siccitas non contrariatur caliditati: sequitur ergo quod manet, & quod sunt eiusdem speciei: non intelligas quod manet eadem numero, quia hoc non est necessarium.

Contra illũ qui dixit caliditatem in ¶ Ex hoc sequitur: non fuisse satis physicè dictum huiusmodi caliditates, specie differre: nam non videtur vbi sit fundamẽtum suf-

ignem nõ esse eiusdem speciei cũ caliditate in aere.

ficiens ad id opinandum. Quomodo enim intelligeretur ex solùm. 4. qualitatibus primis combinatio ad. 4. elementa constituenda, si ipsæ caliditates non essent eiusdem speciei? Non enim diceretur combinatio ex. 4. sed ex. 8. quia sic poneretur alia frigiditas in terra, specie distincta ab illa quę est in aqua: & alia humiditas in aëre, distincta specie ab illa quæ in aqua: & alia siccitas, quæ est in igne distincta specie ab illa quæ in terra: & sic combinationes essent. 4. sed qualitates nõ essent. 4. sed. 8. Quapropter dicendum est: caliditatem ignis, & aëris, esse eiusdem speciei specialissimæ: & frigiditatem terræ, & aquę, esse eiusdem speciei specialissimæ. Et sic de humiditate, & siccitate.

Concl. 4. ¶ Vltima conclusio. Quicquid dicant alij, in elementis, non est opus ponere alias qualitates virtuales distinctas ab istis duabus actualibus: & forma substantiali elementi. Patet: quia Deus, & natura nihil faciũt frustrà, sed tales qualitates virtuales si darentur, essent frustrà & otiosæ: ergo non sunt dandæ. Probatur: quia si virtualis deberet poni, maximè propter aquam, quæ quando calida est, posset fere ducere ad frigiditatẽ. Imaginantur ipsi quod quando aqua est calida, cum sit ablata omnis frigiditas actualis non posset fieri reductio ad frigiditatem à forma substantiali aquæ, nisi mediante aliqua frigiditate, quæ quia non habet actualem, habet virtualem: & sic ponunt virtualem: Argumẽtum est contra eos, & in libro 2. physicorũ de hoc diximus: quod talis virtualis non sit ponenda. Primò: quia forma substantialis sufficeret ad hoc. Secundò quia nunquam quandiu aqua manet, manet absque aliqua frigiditate: quia eam habet in summo & sic totaliter perdat, non esset aqua: quanuis non sentiamus eam propter caloris actiuitatem, & sic non est necessarium multiplicare huiusmodi qualitates: sed sufficiat ponere actuales: quas habent elementa.

Aristo. 1. de cœlo te. 32 & 2. de cœlõ te. 50. et 3. de anima text. 45. de respira. c. 4 & 1. Polit. c. 2. & 5.

Specul. 1. Argumen.

¶ Ad primum dicendum, aquæ elementum (si modò in sua naturali dispositione existat) non habere admixtionem, sed purum esse: & contra rationem puri est salsedo maris: quæ ex terrestribus partibus adustis commixtis ibi venit: ideo non est argumentum, quòd non sit aquæ elementum, quia purum nõ inueniamus, sicut neque terrã illã quam calcamus secundum partem hanc exteriorem, vbi & animalia habitant: & arbores fructificant: & nutriuntur, pura est: nam si pura esset (vt suprà diximus) non posset nutrire:

Ad argum.

sed non ob id sequitur quòd terræ elementum non sit, quia puram in superficie non vidimus.

Ad secũdũ. Vide Cirue lũ in sphæra stat. in principio. ¶ Ad secundum de ignis elemento, dicimus esse ponendum: & quando infers, non esse quia non videtur: respon. quod ignis in sua naturali dispositione qualis est in concauo Lunæ non potest terminare visum propter magnam eius diaphanitatem: nam si aër nõ terminat, quanto peramplius ignis, qui in decuplo est rarior? Et sic esse lucidum nõ cõuenit ei. Quo pacto autem ibi sit ignis, elemẽtum: & non calefaciat: & quæ sit causa, quare non luceat latè Ægidius quolibet 5. q. 17. Quòd tamen apud nos ignis sit lucidus, eò est: quia impurus est. Non enim elementum ignis purum est apud nos. Quapropter aliqui dixerunt ignem istum non esse ignem, sed flammam. Et haud dubiè si ignis verus est elementaris, magis esset id quod à candela videtur ascendere ad modum fumi, quàm flamma ipsa. Quicquid sit de hoc, nullum est argumentum: non videtur ignis, ergo non est elementum ignis. Stella enim ad tantam distantiam, quantam ad firmamentum est: videri potest: eo quod sit pars densa orbis, quæ recipit in se lumen mutuatum: quara-

Ægidius.

Cõtra Lauren. Vallã grammat. tione fiat visibilis. Et quidam (mittens falcẽ in messem alienam) negat ignis elementum, & deridet Aristo. & alios, cum magis ipse sit derideudus. Non est validum argumentum, vt ipse putat: non videtur, ergo non est: vel non fecit expressam mentionem Moyses: ergo non debet poni.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium dicendum, non esse vltrà 4. elementa: quia aliæ combinationes non sunt possibiles: nam frigiditas, & siccitas in gradibus remissis non sunt qualitates conuenientes elementis: ex quorum actione ad inuicẽ sunt mixta generanda, sed oportet quòd vna illarum sit in summo gradu: modò caliditas in summo cum frigiditate non potest stare: quia consumeret neque è contra: frigiditas in summo, cum caliditate remissa: quia extingueret. Manet ergo quod solùm 4. combinationes sunt possibiles: sic solùm 4. elementa.

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm in elementis habentibus symbolum sit facilior transitus.

VIdetur quòd non. Vbi fortior est actio agentis, facilior est transitus vnius in aliud: sed in nõ habentibus symbolum actio est fortior: ergo in eis erit transitus facilior. Probatur minor: quia in non habentibus symbolum duæ qualitates agunt: quia contrariantur alijs duabus: & in habẽtibus, sola vna: sed fortior est actio, quæ à duobus: quàm quæ ab vno, cæteris paribus. *Primũ arg.*

¶ Secundò. Inter ignem, & terram, est symbolum in siccitate: & tamen non est facilis transitus: imò est difficilis valde: quia terra nimis densa, & ignis nimis rarus. Secundò: quia terra est multæ resistentiæ propter densitatem materiæ, & difficulter corrumpitur. Tertiò. Hoc docet experiẽtia: quia videmus terram multum durare in igne, antequã corrumpatur: ergo non est facilis transitus, vbi symbolum est. 2.

¶ Tertiò. In omnibus elementis est æquè facilis transitus: ergo non in habentibus symbolum est facilior. Consequentia est bona. Antecedens probatur: quia in omnibus est à proportione maioris inæqualitatis: nam in omnibus est ex proportione actiuitatis ad resistentiam: ergo sequitur quòd æqualis est transitus: & æquè difficilis in omnibus. 3.

¶ In contrarium est Aristoteles hic, textu. 25. *In contra.*

¶ Pro solutione notandum (vt suprà tetigimus) quòd cùm in elementorũ quolibet sint duæ qualitates: vna in summo est: & sic ignis est calidus, & siccus. In summo est calidus: & aër est humidus in summo, & calidus remisse, quãuis Thomas de Garbo in tractatu suę summæ dicat de aëre, quòd vtranque qualitatem sibi summè vendicet: tamen opinio cõmunis est, quòd humiditas sit in summo. Et aqua, est frigida in summo: & minus humida quàm aër. Quòd si quis obijciat, quòd magis videtur humectare aqua, quàm aër, non valet: nam hoc erit quia aqua densior, & aer rarior, & sic minus de materia. Verùm si cætera essẽt paria, magis humectat aer. Sicut calor est intensior in igne, quàm in ferro: tamẽ ferrum magis lædit tangentem: vt supra diximus. Vel hoc erit, quia impeditur ab influentijs cœlestibus, vt dicit Auicenna in secunda primi: quia in omni dispositione resolui aër: propter id quod in eo est de virtute solis, & stellarum. *Notand. 1. S. Thom. de Garbo. Obiectio. Solutio. Auicen.*

¶ Aqua est frigida in summo, etiam si Albertus *Albe. Mag.*

bertus Magnus dicat magis frigidam terrã: quia magis distat à fonte caloris, scilicet à sole. Et quando Aristote. dixit, quòd aqua est frigidior: intellexit de frigiditate elementari.

Obiectio. ¶ Terra est summè sicca. Quòd si quis obijciat: ergo est discontinua, si summè sicca. Dicendum, quòd cõtinuatio in ea erit propter

Dilutio. humiditatem, vel propterea quòd partes omnes appetant centrum: & hac ratione contẽdunt omnes simul coadunari.

Notand. 2. Tripliciter intelligitur quod transitus sit facilior. ¶ Secundò est notandum, quòd transitum esse faciliorem, potest tripliciter intelligi. Primo modo, ex parte potentiæ actiuæ respectu resistentiæ. Secũdo modo, ex parte qualitatum primarũ. Tertio modo, ex parte qualitatum secundarum: sicut sunt raritas, & dẽsitas: mollities, & duricies.

¶ Et facilitas transitus ex parte potentiæ actiuę ad resistentiam potest intelligi adhuc tripliciter: vno modo: ex parte potentiæ actiuæ tantùm: non habẽdo respectum ad resistentiam: alio modo, ex parte resistentiæ tantum, non habendo respectum ad potentiam actiuam. Tertiò modo ex parte vtriusque, scilicet, actiuitatis, & resistentiæ simul. Ponamus primam conclusionem pro solutione.

1. Concluſ. ¶ Considerando solùm elementum ex parte actiuitatis (cæteris paribus) in non habentibus symbolum facilior est transitus. Patet.

Ratio. Inter illa est facilior transitus, vbi facilior est actio: sed facilior est vbi non est symbolum. Patet: quia in non habentibus, duæ qualitates agunt: & sic faciliùs transibit aqua in ignem, quàm aer, considerando solùm actiuitatem: quoniam ignis secundùm vtranque qualitatem aget in aquam, & in aerem solùm secundùm vnam: ratione siccitatis.

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Considerando ex parte resistentiæ solùm: facilior est transitus in

Ratio. habentibus symbolum. Patet. In habentibus symbolum sola vna qualitas resistit, & in non habentibus, duæ: at vbi minus de resistẽtia, faciliùs agens producet effectum: facilius aer conuertitur in aquam: cùm solùm resistat caliditas aeris frigiditati aquæ. Et vbi minor resistentia, facilius aqua poterit agere.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio. Considerando actiuitatem, & resistentiam simul: tam facilis est trãsitus in habentibus, quàm in nõ habentibus

Ratio. symbolum. Patet. In non habentibus symbolum: si duæ agunt, duæ resistunt: & in habentibus, si vna agit, vna resistit: sed qualis est proportio duorum ad duo: est vnius ad vnũ: quia vtrobique est æqualitas: sequitur ergo ex ista parte in omnibus elemẽtis esse æqualitatem: & tam facile fieri transitum inter non symbolizantia: sicut inter symbolizantia.

Conclu. 4. ¶ Quarta conclusio. Elementa quæ adinuicem transmutantur per solam actionem, & passionem caliditatis, & frigiditatis (cæteris paribus) faciliùs transmutantur: quàm quæ per actionem humiditatis, & siccitatis. Hæc *Ratio.* conclusio est manifesta: quia illæ duæ primę qualitates dicuntur actiuæ: & sicut magis agunt, minùs resistunt: & aliæ duæ sunt passiuæ, quia minùs actiuæ, & magis resistunt: sequitur ergo quòd erit facilior transitus: nã vbi agens maioris est virtutis, faciliùs sequetur effectus, quàm vbi debilis virtutis: si modo cætera sint paria, sic alter facilè transibit in alterius naturam & facilliùs transmutabuntur adinuicem ignis, & aqua, quàm aer, & terra.

Corolla. ¶ Ex quo sequitur quòd secundùm istam considerationem facilior sit transitus in illis quæ non habent symbolum: quàm in illis quæ habent.

¶ Quinta conclusio. Ex parte qualitatum secundarum raritatis, & densitatis, duricici, & mollicie: ignis, & terra, difficulter adinuicẽ *Ratio.* transmutantur. Patet. Difficile enim est ignẽ tantùm condensari, quantum terra: & terrã tantum rarefieri, quantum ignis.

Corolla. 1. ¶ Sequitur ex dictis quod omnibus pensatis, & consideratis: aliquando est facilior trãsitus inter elementa quę non habent symbolum, quàm inter illa quæ habent, vt patet ex dictis.

Corolla. 2. ¶ Ex quo sequitur, vniuersaliter non esse verum: quòd inter elementa habentia symbolum, sit facilior transitus.

Ad argum. ¶ Ad argumenta solutio patet ex dictis: nã probant quod intendunt. Et non solùm contingit transitus vnius in alium: sed ex duobus potest vnum generari: sicut ignis, ex pedali aeris, & terræ: potest ignem generare: vel ex pedali aquæ, & terræ. Non enim obstat quominus possit per suam virtutẽ præualere contra duo elementa: si modò sit maior actiuitas in igne: quàm sit resistentia in alijs duobus.

Comment. Quæ genẽ ratur. Marsil. ¶ * Hic considerandum pro debita intelligentia, de facili ori transitu in symbolizantibus quod Comment. in isto lib. text. 25. affirmat quod quædam remanent accidentia in re, quæ fuerant in re corrupta. & Marsil. in

Albertus. in isto 2. quæst. 10. & Albertus de Saxo: q. 8. sequentes Comment. tenent quod qualitas symbolica remanet eadem numero in generato, & corrupto: ex quo demonstratur facilior transitus. Sed vt alibi diximus contrarium docet S. Thom. in secundo textu. 25. *S. Thom.* quia sicut omnes dispositiones præcedentes introductionem formæ corrumpuntur: & aliæ de nouo producuntur: sic etiam tam in symbolizantibus, quam in non symbolizantibus omnes qualitates corrumpuntur: & facilitatem transitus saluat Ægidius in loco citato, quia in non symbolico vtraque qualitas corrumpitur per se & à suo contrario: in symbolico autem vna per se, & à suo contrario: alia per accidens: quia ad corruptionem subiecti. *Ægidius.*

2. *Solutio.* ¶ Secunda solutio ad mentem S. Tho. quod ideo sit facilior transitus: quia qualitates nō symbolicæ corrumpuntur cum resistentia: quia resistunt suis contrarijs: & symbolicæ, sine aliqua resistentia: non enim caliditas aeris corrumpendi, resistit, aut reagit in caliditatem ignis generandi: cum simile non agat in suum simile, nec ei resistat &c. vt supra diximus in lib. 1. Physic.

¶ SPECVLATIO quarta. Vtrùm quodlibet mixtum componatur ex quatuor simplicibus.

VTrùm quodlibet mixtum circa medium locum existens, sit compositum ex omnibus quatuor simplicibus: nam etsi in præcedentibus dictum est quomodo elementa concurrunt ad generationem mixti, & quòd non manent ibi formaliter, sed virtute: & multa alia, oportet tamen specialem facere speculationē, vt appareat veritas. Vtrùm ergo sufficiat quòd vnum elementum, vel duo concurrant.

Primū arg. ¶ Videtur quòd non. Aliquid ex alio componi est, quòd componēs in composito maneat: sed elementa non manent in mixto: ergo non componitur ex eis. Maior est clara, *Suprà 1. de gen. spe. 10* & minor in superioribus probata est.

1. ¶ Præterea. Aurum est mixtum: tamen in eo non est compositio quatuor simplicium. Patet: quia aqua non concurrit in auro: nam si aqua concurreret, nō tantum duraret absque corruptione in igne: sed ibi durat. ergo signum est quòd non habet aquam.

3. ¶ Postremò. Aliqua sunt mixta, in quibus solum duo elementa concurrunt: ergo non est verum: quòd omnia concurrant ad generationem cuiuslibet. Patet de exhalatione, quæ est mixtum: tamen solùm concurrit ignis, & terra. Et patet de vapore: in quo non est ignis: ergo sequitur quòd non omne mixtum ex quatuor elementis generatur.

In contra. ¶ In contrarium est Aristoteles hic textu 49.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd quædam sunt mixta, quæ perfecta dicuntur: vt sunt viuentia, & non viuentia, quæ in medio mundi stant: vt homo, lapis. Alia sunt mixta, quę sunt imperfecta: sicut exhalatio, vapor, & nix & alia huiusmodi: quæ non habent illam consistentiam, quam habent mixta perfecta.

Notand. 2. ¶ Secundò notandum, ne procedamus in æquiuoco, hic non esse speculationem, vtrū formaliter maneant elemēta in mixto, quia supra definitum est, sed cùm solùm maneant virtute, quæritur, vtrùm isto modo secundū virtutem maneant quatuor, quòd omnia ipsa quatuor elementa concurrant ad constituendum illud mixtum.

Notand. 3. ¶ Tertiò notandum, quòd mixtum componi ex simplicibus, est dicere, ipsa simplicia actualiter, seu virtualiter concurrere ad generationem eius. Et non componi ex simplicibus, est dicere, quòd ipsa simplicia non concurrant.

Conclu. 1. ¶ Prima conclusio. Ex solo vno simplici per eius actionem mixtum non potest generari.

Ratio. 1. Patet: quia ad generationē mixti requiritur elementi corruptio: vt supra dictum est: sed nihil seipsum corrumpit: sed conseruat potiùs naturaliter, ergo non constabit mixtum solo vno elemento.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Si constaret mixtū ex solo vno elemento: vel manet ibi tale elementum in mixto, vel non: si manet, ergo formaliter, vel virtute: non formaliter, vt dictum est: ergo virtute: sed virtute non potest, nisi corrumpatur: ergo corrumpitur tale elementum, sed à se non, ergo ab alio: ergo oportet quòd simul aliud concurrat elementum ad mixti generationem: quare ex vno solo nō potest constare.

¶ Secunda

Conclu. 2. ¶ Secunda conclusio. Ex duobus solis elemētis non habentibus symbolum, non concurrente alio extrinseco immediatè disponente materiam ipsorum duorum elementorum non fiet mixtum. Patet: Proponatur (verbi gratia) aqua & ignis: quia non symbolizant. *Ratio.* Ex istis duobus non fiet mixtum: quia vel vnum superat aliud simpliciter, & sic in vtraque qualitate: vnde sequitur quòd sit elemētum: & non generatur mixtum. Vel superat in vna, & superatur in alia: & sic nullum corrumpet aliud, quapropter neque mixtum generabitur. Quòd si superat in vna qualitate solùm, tunc generabitur tertium elementum: vt contingit in cauernis montium, vbi terra superat aerem in vna qualitate solùm, scilicet in frigiditate: & generatur aqua.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio. Ex solis duobus elementis symbolizantibus non concurrente alio tertio disponente, non potest mixtum generari: quia vel vnū superat aliud notabiliter: & tunc cōuertetur in illud: vel quodlibet aliud superat notabiliter: & tunc venient ad æqualitatem in æqualitate qua conueniunt: & nō erit actio vnius in aliud: vel neutrum præualet in aliud: & sic non generabitur mixtum, neque aliquod tertium: siquidē si sumamus ignem, & aerem, cùm solùm in siccitate, & humiditate disconueniant: si ignis intendat calorem aeris ad suam intensionem, & præualeat siccitas supra humiditatē, sequitur quòd aer fiet ignis: vel si non præualet, non generabitur mixtum, & de alijs habentibus symbolum erit eadem ratio, & consideratio.

¶ Dixi non concurrente alio tertio extrinseco, immediatè disponente materiam vtriusque: quia si cōcurrat, fiet corruptio, vel vtriusque, vel alterius: & posset esse mixti generatio.

Conclu. 4. ¶ Quarta conclusio. Probabile est quod etiā ex tribus solùm elementis, non concurrente alio extrinseco disponente, nō fiat mixtū.

Ratio. Patet: quia quomodocunque tria concurrant, solùm duo erunt symbolizantia: & poterunt superare tertium, & conuertent ad se. Et licèt corrumpatur vnum elementorum, non generabitur mixtum: sed elementum. Dixi probabile esse: quia non est tam certū ex tribus non posse mixtum generari: sicut est certum, quòd ex solis duobus non poterit.

Corolla. ¶ Sequitur ex istis dictis corollariè, cum mixtum debeat generari alteratione propria elementorum: sine alio extrinseco concurrente immediatè, materiam disponente: quòd opus est omnia quatuor concurrant elementa.

5. Conclus. ¶ Quinta conclusio. Possibile est mixtum ex vno solo elemento generari immediatè non concurrente alicuius alterius elementi, neque mixti substātiali corruptione. Patet, *Ratio.* quando ex putrefactione in terra generatur animal: quia si non posset ex sola terræ corruptione fieri mixtum, vel esset ex defectu materiæ, vel ex defectu dispositionum qualitatiuarum: sed non ex defectu terræ, neque ex parte dispositionum: quia ibi est frigiditas, & siccitas. Neque est defectus in calore, & humiditate: quia sol & cœli aspectus sufficienter poterunt illam materiam disponere: vel sol poterit calefacere, & aqua supra terram poterit humectare: & sic sine alicuius substantiali corruptione contingit mixtum generari. *Aduerte.* Hæc conclusio non contrariatur primæ, quoniam ibi diximus, quod ex actione vnius elementi non fit mixtum: hic solū de materia, ex qua, sermo est.

Corolla. ¶ Ex ista sequitur corollarię, non esse necessarium ad cuiuslibet mixti generationem cō currere actualiter omnia quatuor elementa. *Ratio.* Patet: quia ex solo vno produci potest, vt probatum est.

6. Cōclusio ¶ Vltima conclusio. In casu prædicto huius quintæ conclusionis dicitur mixtum virtualiter ex omnibus quatuor elementis generari. Patet. Tale mixtum (etiam quodsit ex putrefactione) non fit nisi quatuor qualitatibus primis ad medium reductis: sed hoc est *Ratio.* virtute, omnia concurrere elementa: ergo ibi in generatione illius virtute concurrunt. Consequentia est bona. Maior probatur: quia si non conueniret in proportione debita humidum cum sicco: & calidum cum frigido, & omnia adinuicem: nunquàm esset mixtum. Minor etiam est clara: quia ea ratione, quando omnia elementa quatuor cōueniunt ad mixti generationem post mutuā corruptionem adinuicem: solùm in mixto intelligitur manere contemperamentum illarum quatuor qualitatum: & ob id dicimus elementa virtute manere in mixto, sequitur ergo cum in mixto genito per putrefactionem maneat qualitatum primarum contemperamentum: quod virtute, dicantur in eo manere omnia elementa.

Corolla. ¶ Ex ista sequitur corollarium responsiuū speculationis: quod in omni mixto consistēte circa medium, scilicet in terra circa nos, sunt quatuor elementa virtute: & dicuntur omnia elementa conuenire ad eius generationem.

Ratio. 1. tionem. Patet: quia nullum est: nisi qualitatibus illis quatuor primis reductis in debita proportione: & debito contemperamento.

Ratio. 2. Et probatur secundò: eò quòd in omni mixto, cuiuscunque sit conditionis: manent virtute quatuor qualitates quatuor elementorum. Manet caliditas, & siccitas, ad quas sequitur leuitas ignea: manet caliditas & humiditas, ad quas leuitas aërea. Manet frigiditas, & humiditas, ad quas grauitas aquea. Siccitas, & frigiditas, ad quas terræ grauitas.

Ad argum. ¶ Ad argumenta ex dictis constans solutio est. Non enim requiritur, quando aliqua veniunt in compositionem alicuius: quod maneant integra, & formaliter: sed sufficit si virtute: nam dato in ædificatione domus videamus quòd lapides, & ligna, quæ componũt domum: habeant suam integram naturam, & perseuerent in ea, tamen aliquando componunt, quæ nõ manent integra: vt lapides, (ex quibus calx fit,) igne combusti, intrant domus compositionem, & tamen non manent actu, sed solùm virtute. Sic elementa dicunt agere ad generationem mixti, & ad compositionem eius: non quod maneant formaliter: sed solùm virtute quia manet qualitatum primarum quædam proportio: & certum contemperamentum, quod continet virtute, elementa quatuor. Sic patet ad 2. solutio.

Ad. 3. ¶ Ad tertium dicendum, conclusiones intelligi de mixtis perfectis. Modò exhalatio, vapor, nix, grando, non sunt mixta perfecta. De quibus in libris Meteororum: & possunt fieri sine ipsis quatuor elementis.

¶ SPECVLATIO quinta. Vtrùm qualitates actiuæ sint principalia principia actiua mixti.

Primũ arg. VIdetur quod sic. Illa sunt principia principalia actiua ad mixtigenerationem: per quæ elementa adinuicem agunt, & repatiuntur sed qualitates actiuæ sunt per quas elementa agunt, & repatiuntur: ergo ipsæ sunt principalia principia.

¶ Secundò. Illud dicitur esse causa actiua, & principalis: qua posita, ponitur effectus, & non posita non ponitur: sed positis ipsis qualitatibus actiuis, ponitur mixtum: & eis non positis, non ponitur. Patet: quia si ipsæ non agant adinuicem, & repatiantur: nunquàm erit alicuius corruptio: & sic nullius erit generatio & si ponuntur agere, fit mixtum. 2.

¶ Tertiò. Si qualitates primæ nõ essent principalia agentia mixti: maximè quia sunt accidentia, & non attingunt ad generationem substantiæ: sed hoc non obstat. Patet: quia accidentia producunt substantiam: vt patet in sacramento Eucharistiæ. Et patet naturaliter de calore naturali conuertente cibum in substantiam nutriti: ergo sequitur quòd accidens potest attingere ad substantiæ productionem & sic est principale, in mixti generatione. 3. S. Th. 3. p. q. 77. ar. 5.

In contrarium est Aristoteles, hic, tex. 54. & 55. In contra.

¶ Pro solutione notandum quòd causarum duplex est ordo: quidam illarum quæ dicuntur essentialiter subordinatæ, quæ sunt illæ quando inferiores non possunt agere sine superiore vt si dicas hanc causam scilicet, cœlum lunæ, causando, dependere à cœlo Mercurij: & cœlum Mercurij, à cœlo Veneris: & Veneris, à cœlo Solis. Itaque nũquam Lunę cœlum aget, nisi causis superioribus concurrentibus: quia sunt essentialiter subordinatæ: ita vt vna ab alia depẽdeat. Aliæ sunt causæ accidentaliter subordinatæ: vt quando artifex habet multa instrumenta ad suum artificium: quæ non sunt subordinata, quin possit vti vno, nõ vtendo alio: quia virtus vnius, non dependet ab alterius virtute. Notand. 1o

¶ Secundò notãdum, quod aliquæ sunt causæ principales: aliæ non principales, seu instrumentales: etiam in essentialiter subordinatis. Principalis vocabitur, quæ aliam dirigit causam in agendo: & conseruat: vt Deus est causa principalis: quia dirigit, & conseruat. Instrumẽtalis vocatur causa, quæ à principali dirigitur, & conseruatur: & non habet nisi moueri à principali agente, de quo in secundo physi. specul. 7. late, quando de causa efficienti egimus. Notand. 2. Causa principalis. Causa instrumenta.

¶ Et causarum agentium, quædam immediatæ, & aliæ mediatæ. Immediatæ, quæ agunt in passo sine alio coagente medio: & mediatæ, quando mediante media alia causa. Istis suppositis respondetur.

¶ Prima concluſ. Formæ substantiales elementorum non sunt agentia subordinata in 1. Cõclusio

Ratio. 1. in mixtorum generatione. Patet: Illa sunt sic subordinata, quorum vnum non potest operari sine alio: vt homo in agendo, Deo subordinatur: quia sine eo nihil potest facere: sed vnum elementum agit sine alio: imò solùm vnum sufficit aliquando ad generationem mixti ex putrefactione: vt in præcedenti speculatione probatum est. Ioan. 16.

Ratio. 2. ¶ Item. Illa dicuntur essentialiter subordinata: quæ habent essentialem dependentiam: sed quanuis formæ substantiales elementorum ad mixti generationem concurrãt omnes: ignis, non agit in virtute aeris, neque èconstra aer in virtute ignis: ergo sequitur quòd tales formæ, non sunt adinuicem causæ subordinatæ.

Ratio. 3. ¶ Tertiò. Formæ substantiales elementorũ de per accidens concurrunt ad mixtum: ergo non sunt essentialiter subordinatæ. Patet. Non intendunt mixtũ producere, quod sibi dissimile est, sed solùm sibi simile: & de per accidens contingit quòd ex mutua actione ipsorum elementorum, ipsis corruptis: mixtum generetur vt suprà diximus.

Conclu. 2. ¶ Secunda concluſio. Deus, Cœlum, Sol, Intelligentiæ, sunt causæ principales mixtorũ. Patet. Illæ dicuntur principales: quæ primò concurrunt, & mouent, in virtute quarum aliæ inferiores diriguntur, & agunt: sed omnes inferiores causæ agunt in Dei virtute, & diriguntur naturaliter. Agunt itidem ex influentia cœli, & solis: sequitur ergo quòd ipsæ sunt causæ principales. 1.

Ratio. 2. ¶ Item. Illa dicitur principalis causa, qua posita, ponitur effectus, & non posita, non poneretur: etiam si esset alia causa minus principalis: sed posita cœli influentia, est actio, & dato inferior causa poneretur, si ista non esset, non esset actio: ergo principalis dicetur.

Aristot. p. Mete. ca. p. ¶ Probatur ex Aristot. dicente. Necesse est mundum istum, lationibus superioribus cõtiguum esse, vt inde tota eius virtus gubernetur: sed qui gubernat, principalis causa est: ergo.

3. Conclu. ¶ Tertia conclu. Qualitates primæ elementorum, sunt causæ agentes in mixtorum generatione instrumẽtales. Patet. Illud est causa instrumentalis, quo principale agens agit, velut instrumento ad effectum: sed sic cõtingit in mixtorum generatione respectu qualitatum primarum: quia elementa ipsis agũt, & repatiuntur adinuicem.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Nunquàm introducitur mixti forma in materia: nisi dispositionibus præ- uijs harum qualitatum primarum: at hoc est instrumentalem causam esse.

¶ Ad primum: ita est quòd elementa agunt mediantibus primis qualitatibus: sed ex hoc non sequitur quòd sint principales, sed solũ sunt instrumentales. Ad argum.

¶ Ad secundum dicendum: quòd solùm probatur, elementa non agere adinuicem, neq; repati sine ipsis qualitatibus primis: quod nos libenter concedimus sed ex hoc non probatur quod ipsæ qualitates sint principales, sicut carpentarius non potest absque serra, vel dolabro, lignum præparare ad formam arcæ: non tamen sequitur quòd serra, sit causa principalis: quia instrumentum dirigitur, & mouetur à principali agente: itavt nullam habeat actionem, secluſa illa motione: sic dato qualitates primæ habent per naturam quòd agant: tamen ad mixti generationem non habent vnde attingant: sicut neque serra ad formam arcæ: sed quia qualitatum actio mutua, disponit, & transmutat: habet quòd dicantur tales qualitates causæ instrumentales: quibus causæ superiores vtuntur ad effectus ex proposito intentos. Ad secũdũ.

¶ Ad tertium concedimus sic euenire: vt in sacramento Eucharistiæ: & quia remanent sola accidentia absque substantia panis, possunt agere ad substantiam: non vt instrumẽtum, sed vt causa principalis, quanuis alij negent: sed videtur quòd naturaliter loquendo sic contingat sine miraculorum multiplicatione: & quia non est consuetum dicere, esse miraculũ quòd in hostia cõsecrata (si diu in pyxide sit) vermes generẽtur, oportet dicere q accidẽs potest ad substantiam, vt instrumentum. De quo in primo physicorum: & sic in mixti generatione qualitates illæ sunt agentia, Instrumentalia tamen. Ad tertiũ. S. Th. 3. p. q. 77. ar. 1. Cirnelo in suis paradoxis. cap. 3. Spec. 6. & in 2. spe. 2.

¶ SPECVLATIO sexta. Vtrùm detur mixtum tẽperatum ex qualitatibus elementorum, ita quòd sit æquale ad pondus, vt dicunt medici.

Videtur

1. Argum. VIdetur quòd sic. Vbi datur maius, & datur minus, & dari potest æquale: sed in mixtis datur maius, seu excessus quo ad contemperamentũ: datur & defectus: dari ergo poterit & æquale. Hoc patet: quia in cholericis est excessus caliditatis, & siccitatis: & in cucurbitis humiditas, & frigiditas.

2. ¶ Secundò: Dari æquale ad põdus est: quod ex debito contemperamento, & æqualitate animal sit perfectè sanum: sed datur animal perfectè sanum: vt cõstat, ergo est in eo æquale ad pondus.

3. ¶ Præterea. Dato aliquo mixto: peto, vel est temperatum, vel non: si sic: ergo datur æquale ad pondus: si non: ergo est aliquis excessus qualitatum adinuicem. Detur ille excessus: potest fieri remissio, & ex alia parte accretio, vt veniant qualitates ad æqualitatem: quia hoc nõ repugnat: ergo potest dari æquale ad pondus.

In contrar. Comm. hic text. 49. ¶ In contrarium est quod Commentator ait, esse impossibile dare mixtum ex elementis æqualiter.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, medicos, & physicos dicere, quòd æquale sit duplex: æquale ad pondus, & æquale ad iustitiam. Æquale ad pondus est: quando in aliquo mixto sunt omnes qualitates tam primæ, quàm secundæ in æqualitate: sic vt tantum sit de caliditate, quantum de frigiditate, & siccitate, & humiditate, grauitate, & leuitate. Et istud æquale ad pondus posset intelligi vel in omnibus speciebus eodem modo: vel aliter in vna quam in alia.

Vide conciliato. diff. 38. et Iaco. de forli. quæstio. 6. & Tho. de Carbo in sua summa trac. 2. q. 5

¶ Aliud vocant æquale ad iustitiam: & est, quando æqualitas est in qualitatibus secundùm proportionem: ita vt æqualitas sit conueniens speciei, propriæ, & complexioni. Certum est, quod non quælibet species in suis indiuiduis petit æqualem qualitatum proportionem: nam in vna specie est calidũ abundans, & congruit speciei: & in alia frigidum, & est conueniens: & sic de alijs qualitatibus. Nam si in homine esset æqualitas primarum qualitatum, non posset consistere diu: eo quòd caliditas naturalis remitteretur, & à frigido contrario, si tam esset intensum frigidum: & à calido etiam nimio. Quapropter sic datur extranea caliditas, & frigiditas, vt conueniat calori naturali.

Notand. 2. Qualitates ¶ Secundò notandum, quod in mixto, exactione ipsorum elementorum adinuicem duplices relinquuntur qualitates: quædam alteratiuæ dicuntur, quæ sunt illæ primæ, de quibus sæpè loquuti sumus: Caliditas: Frigiditas. &c. Aliæ sunt quæ relinquuntur, quæ dicuntur motiuæ localiter: vt grauitas, & leuitas. Ratione harum habet mixtum quòd vel ascendat, vel descendat.

in mixto quædam alteratiuæ aliæ motiuæ.

¶ Speculatio ergo potest tripliciter intelligi: vno modo, vtrùm detur mixtum in quo omnes qualitates tam alteratiuæ, quàm motiuæ sint æquales. Secundus sensus, vtrùm detur aliquod in quo solùm motiuæ sint æquales. Tertius erit, vtrùm detur in quo solùm alteratiuæ sint æquales, nihil de motiuis agendo.

Notand. 3. ¶ Consideratione etiam dignum est, quòd si in mixto essent æquales ad pondus, qualitates alteratiuæ nõ possent esse æquales motiuæ: imò plus esset de grauitate, quàm de leuitate. Patet: quia ad hoc quòd in mixto sit tanta leuitas, sicut grauitas: requiritur quod in eo sit multo maior caliditas, quam frigiditas. Hoc tam in naturaliter dispositis, quàm in violentis. In animali certum est: quod maior grauitas, quàm leuitas: & regulariter maior caliditas, quàm frigiditas. Si ergo deberet esse æqualis grauitas leuitati, deberet crescere caliditas: & si cresceret, excederet ipsam frigiditatem nimium, & non esset æqualitas in eis.

Corolla. ¶ Ex quo sequitur, quòd si mixtũ esset æquale ad pondus, in motiuis esset inæquale, in alteratiuis: supposito quod caliditas est quæ agit ad leuitatem.

Notand. 4. ¶ Etiam est considerandum: quòd dato quod litates alteratiuæ: in mixto essent æquales ad pondus: non tamen essent æquales ad agẽdũ: quia caliditas est magis actiua, quam frigiditas: & minùs resistiua & sic de alijs, vt supra diximus. Et dato essent æquales in agere, non inde sequeretur æqualitas in resistere. Et vt veritas clariùs patefiat, constituimus primam conclusionem.

Conclu. 1. ¶ Fieri non potest, vt in mixto sit æquale ad pondus, quo ad motiuas qualitates: & alteratiuas simul. Hoc patet ex tertio notabili:

Ratio. quia ex hoc quòd æqualitas esset in alteratiuis, sequitur inæqualitas in motiuis: econtra: vt deductum est ibi.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Possibile est mixtum esse temperatum quò ad qualitates alteratiuas tantùm: nam dato sit inæqualitas: vt si sit magis de frigiditate, & siccitate: poterit esse motus ad caliditatem, & humiditatem, vsq; dum veniatur ad æqualitatem: quo facto, mixtum erit temperatum quo ad qualitates alteratiuas.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio. Potest esse mixtũ æqualiter temperatũ quo ad qualitates motiuas.

Ratio. Patet. Si sit inæqualitas, eò quod habeat plus de grauitate, quàm de leuitate, leuificatio fit vt veniat ad æqualitatem.

4. Cõclusio ¶ Quarta cõclusio. Posito mixtum esse tẽperatum ex elementis in æqualitate secundũ qualitates alteratiuas: non sequeretur q̃ esset perpetuũ. Patet: quia dato essent æquales ad pondus, non essent æqualiter actiuæ, neque æqualiter resistiuæ: & sic ageret vna in aliam, & præualeret: vnde sequeretur corruptio in mixto. Item quoniam ab extrinseco tale mixtum posset pati approximatum summè calido, vel summè frigido, quare sequeretur corruptio.

Ratio.

5. Conclu. ¶ Quinta conclusio. Non omnibus speciebus ex æquo cõuenit eadem proportio qualitatum primarum: sed certa certæ speciei: vt sub illa nullum indiuiduum alterius speciei posset durare. Patet conclusio: nam diuersa in specie, diuersam habent complexionem: & necessario diuersam qualitatum primarũ proportionem.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Item. Quia si vna, & eadem qualitatum dispositio esset in omnibus speciebus: sicut ab agente naturali in subiecto disposito introducitur forma talis speciei: posset introduci forma alterius sed hoc est falsum vt constat.

6. Conclu. ¶ Sexta conclusio. Non omnia indiuidua vnius speciei, determinant sibi naturaliter eandem proportionem qualitatum primarum. Patet per medicos, qui in specie humana quatuor ponunt cõplexiones distinctas: Cholericam: Phlegmaticam: melancholicã: sanguineam. Quod patet: quia si cholericus alteretur ad complexionem phlegmaticam, infirmatur: quod non esset, si vna esset complexio: & in istis est latitudo, tam in cholericis, quàm in sanguineis.

Ratio.

7. Conclu. ¶ Septima conclusio. Istarum complexionũ diuersarum in eadem specie, est talis vnio: vt nullum indiuiduũ alterius speciei posset in ea saluari naturaliter. Hoc patet ex supradictis: quia secundùm diuersitatem specierũ, oportet ponere latitudinem in ipsis indiuiduis, quò ad complexionem.

Ratio.

8. Conclu. ¶ Octaua concl. Tam necessaria est qualitatum primarum proportio in humana specie, vt in diuersis ætatibus eiusdem, alia, & alia sit, complexio. Hoc affirmant medici: quoniam si homo in senectute illam haberet complexionem, & qualitatum proportionem: quã habuit in adolescentia, esset infirmus. Et si haberet in adolescentia illam quę senectutis est, contingeret simili modo deficere.

Septẽ ætates hominis. Infantia. Pueritia. Adolescentia. Iuuentus. Ætas uiri lis. Senectus. Decrepita.

¶ Septem ponunt cõmuniter ætates hominis. Prima infantia est: quæ vsq; ad septimũ durat annum. Secunda est pueritia, quæ durat à 7. vsque ad 18. annum ætatis. Tertia est adolescẽtia, quæ à 18. anno vsq; ad 25. Quarta est iuuentus, quæ à 25. vsque ad 35. vel 36 Quinta est ætas virilis, & peruenit vsque ad 49. Sexta senectus à 49. vsque ad 60. Septima & vltima à 60. vsque ad finem vitæ, quæ decrepita vocatur. In istis ergo ætatibus diuersis: oportet intelligere aliam, & aliam esse dispositionem & proportionem qualitatũ: & non est vna in omnibus: imò in eadẽ ætate in omnibus membris, vel partibus non est eadem complexio. Patet: quia cor est calidũ, & siccum: cerebrum frigidum, & humidum: & sic ex oppositis sunt contrariæ complexiones, & oppositum temperamentum in corde, & cerebro.

9. Conclu. ¶ Nona conclusio. Dabile est mixtum temperatum ad iustitiam. Istam concedunt medici, & philosophi. Patet: quia potest dari di

Ratio. stemperatum phlegmaticum, vel cholericũ: ergo poterit dari temperatum.

10. Concl. ¶ Decima conclusio. Sicut mixtum per naturam determinat sibi certam: & congruam complexionem intrinsecam, & essentialem: sic etiam determinat accidentalem sibi congruã. Volumus hic asserere, quod aliqui melius in tali loco sub tali cœlo viuũt, & durãt, quàm si essent in alia parte. Hoc constat experientia: quia videmus quendam hominem in vno loco esse infirmum, & in alio bene habere, solùm ratione loci.

11. Concl. ¶ Vndecima concl. Mixtum temperatum vtroque modo: & exterius, & interius, nõ poterit diu manere in eodem temperamento.

Ratio. Patet: quia continuè agit calor naturalis in humidum radicale, consumendo: & restauratio fit per humidum nutrimentale, quod nimium deficit à bona qualitate: & ob id sequitur aliqualis iactura: & quæcunque facta, iam est distemperatio: & sequitur corruptio: ergo non diu permanebit. Licet enim ad breue tempus possit, non tamen poterit se perpetuare.

Opin. dicẽtiũ nõ dari tẽperatũ ad iustitiam.

¶ Aliqui tamen putant probabile: non esse possibile dari hominem temperatum ad iustitiam per naturam: quia si posset esse, esset vel per aliquod tempus, vel per instans: non per tempus: quocunque instanti tem-

poris dato, est alia, & alia actio. Neque per instans: quia quod per instans est, non dicitur proprie esse.

¶ Hæc sunt breuiter dicta de materia, quæ magis ad medicos, quàm ad philosophum naturalem spectat: cum vtrique conueniat de ea disputare.

Ad argum. ¶ Ex dictis patet solutio argumentorum.

¶ SPECVLATIO septima, Vtrùm omne ens corruptibile habeat determinatā periodum suæ durationis.

Primū arg. VIdetur quòd non. Aliàs sequeretur quòd vita humana non posset prolōgari: sed hoc est contra medicos dicentes, quòd propter aliquas medicinas potest esse prolongatio.

2. ¶ Secundò. Ignis in sua sphæra existens corruptibilis est, tamen non habet certam periodum. Quòd sit corruptibilis patet: quia corrūpitur, & vertitur in aerē. Et quod non habeat periodum determinatā patet, quia quantò diutiùs durat, potest diutius durare.

3. ¶ Tertiò. Si quodlibet haberet suā certā periodū, sequeretur, q̄ esset dabile vltimū tempus, per quod aliquid posset durare, sed hoc non datur: Patet: quia si daretur, iam res permanens desineret esse per vltimum sui esse, quod est cōtra Arist. vt suprà probauimus.

In contrar. ¶ In contrarium est Aristo. hic, text. 57. & 2. de anima tex. 41.

Notand. 1. ¶ Pro solutione est notandum, quòd entia corruptibilia sunt in duplici differentia: quędam sunt simplicia: vt sunt elemēta: alia sunt cōpositā: vt mixta: Atque mixta quædam sunt eterogenea, quæ partes habent diuersarum rationum: & alia sunt homogenea, quorum partes sunt eiusdem rationis.

Notand. 2. ¶ Supponendum etiā est, quòd possit illā cōplexionem: quæ est tēperata ad iustitiā: sunt quatuor declinātes. 1. cholerica: sanguinea &c. Et istæ 4. nō æqualiter durant: nam sanguineus regulariter magis viuet. Quòd si cōtingat eum non tantū durare, proueniet aliū de ex malo regimine: si tamen cætera sint paria, diutiùs durat sanguineus. Vtcunque ijs notatis, ponitur prima conclusio.

¶ Impossibile est per artem, simul & per naturā, omni secluso miraculo, vitam hominis modò perpetuari. *1. Conclu.*

Ratio 1. Patet: quia materia hominis aliam naturaliter formā appetit: ergo illā aliquando habebit: sed habere nō potest, nisi per corruptionem ipsius hominis: ergo homo per naturam non durabit perpetuò.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Semper calor naturalis agens in humidum radicale consumit ipsum: sed humidum hoc infinitum nō est: ergo tandem consumetur: & sic non poterit perpetuari.

Ratio. 3. ¶ Tertio. Si posset per naturam perpetuari, maximè ob restaurationē humidi nutrimentalis: sed hoc non sufficit: quia dato sit restauratio æqua quo ad quantitatem, deficit quo ad qualitatē: vnde necessariò sequitur mors.

Ratio. 4. ¶ Neq; potest fieri per artē medicinæ, quia quacunq; data, erit ad tollendū superfluū, & deperditū restaurandū: sed quamuis tollatur superfluū: manet intrinseca ratio deficiēdi. Neq; sufficit si deperditū restauret, quia nū quàm erit in qualitate tale, quod acquiritur: ergo non erit sufficiens restauratio.

¶ Secunda concl. Potest per artem medicinæ homo diutius viuere, quā exigat sua complexio. Patet. Potest peritus medicus mutare cōplexionem: ergo poterit facere quòd ille qui ob suam complexionē viueret naturaliter per 60. annos, mutata cōplexione, viuat per 70. quòd experientia docet. *2. Conclu.*

Ratio.

¶ Tertia conclusio. Medicus potest vitam humanam præseruare à multis corruptionibus, & passionibus occurrentibus circa periodū totius vitæ. Patet: quia cùm corruptiones, & passiones in vita eueniant ex aliquo superfluo, vel aliquo intemperamento: citra periodum vitæ poterit per medicinam expelli superfluum, & fieri restauratio. * Imò etiam senem, imò decrepitum posse in sanitatem, & virtutem adolescentis reducere: si credimus illis quæ ab *Alexo Piamontes*, in libro suorum secretorum, adducuntur cap. 1. *3. Conclu.*

Ratio.

¶ Et ad propositū Valesus de Tarāta in suo Philonio narrat vnū mirandū de quadā abbatissa apud Saguntū, seu Monuiedro, quæ cū esset centū annorū, subitò ad ætatem iuuenilē reuersa est: & mutatio tanta, vt menstruū rediret, & dētes anteriores, & molares de nouo exirēt: & capilli nigri de nouo & cani expellerentur: & tandē in omnibus & per omnia mutata est. Et idem de quodam senecentum annorum apud Tarentum qui iuuenis effectus est. De quo vide etiam multa ad propositum in Antonio de Turre-

Turrecremata in suo *Iardin de Flores* colloquio primo. Cum ergo naturā ars imitetur, poterit medicamentis vita prolongari.

4. Cōclusio ¶ Quarta conclusio. Nō est dare maximū tē pusper quod homo durare potest. Patet, Sit quia nunc vivit, & immediatè post hoc non viuet. Probo quòd non possit stare. Nunc viuit in isto instanti vltimo: ergo virtus conseruatiua excedit corruptiuā: sed hic excessus non est indiuisibilis: ergo diuisibilis. Si diuisibilis, & debet perdi: non potest esse in instanti: sequitur ergo quod illud nunc nō erit terminus vitę: & sic vlterius poterit viuere. Quapropter non datur vltimum tēpus, per quod potest homo viuere.

Ratio. 1.

5. Conclu. ¶ Quinta concl. Non est dabile minimum tēpus per quod homo potest durare. Patet. Si esset dabile, per illud posset, & per nullū minus: sed hoc est falsum: quia per eius mediętatem potest durare: ergo non datur minimum tempus.

Ratio. 1.

6. Conclu. ¶ Sexta conclusio. Non est eadem periodus in omnibus indiuiduis speciei humanæ. Patet: quia cùm non sit eadem complexio, neque sit idem viuendi modus, non poterit esse eadem periodus.

Ratio. 1.

¶ Et Ferdinādus de Castañeda in historia Indię orientalis in 8. lib. narrat hominē repertū q̄ vixit spatio 340. annorū & quater deuenerat ad decrepitā & rursus iuuenis effectus. & idē tēpore progis Nuño de Acaña dicit in Bēgala maurū inuentū, qui dicebatur Xeque pir qui habebat ætatē trecentorū annorū: & quædā est gēs in prouintia dicta Pādora vbi cōmuniter homines durāt per 200. & 300. annos, & etiā cōtra de Pigmæis qui cū gruibus belligerāt dicitur q̄ solū periodus sit 8. annorū, neq; vt fabulosum credas, meminit Arist 8. de historia. c. 12. & Solinus affirmat & Olao magnus in suo de gētibus septētrionalibus adducit, & vide Turrecremata in *Iardin de Flores* colloquio primo.

7. Conclu. ¶ Septima conclusio. Nulla est species corruptibilium, & generabiliū, quæ non habeat suam certam periodum. Patet: quia cùm materia in qualibet specie, sub quocūque sit individuo, habeat naturalem appetitū ad aliā formam: & simul non possit habere duas: oportet aliquando sit sub alia forma: quod nō esset, nisi periodum haberet.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Probatur adhuc: quia quælibet species corruptibilium ex elementis constat: & in se continet virtute ipsa elementa per qualitates actiuas: sed vbi sunt tales qualitates, naturaliter corruptio erit: ergo periodus datur.

Conclu. 8. ¶ Octaua cōcl. Quia species nulla reperitur, nisi cōtracta in suis individuis: & nō omnium individuorum, etiam in vna specie, est eadē periodus: ob iliam, & aliam commensurationem qualitatum primarum: sequitur quòd etiam in eadem specie nō est certa periodus, sed habet latitudinem in suis individuis. Hęc est conclusio clara ex suprà dictis: si quidem cùm individua aliam, & aliam habeant qualitatum commensurationem, non habebunt idem tempus durationis.

9. Conclu. ¶ Nona conclusio. Quamuis species ob successionē suorum individuorū dicatur habere perpetuitatem, physicę tamen loquendo, certam videtur habere periodum: vt tandem habere possit finem. Probatur. Certū est periodum vitæ humanæ à principio mundi in individuis fuisse multo lōgiorem: quia tunc viuebant homines ad mille annos, & ali ad octingentos: & paulatim videtur esse breuior effecta periodus: sic vt vix homo ad 90. perueniat annum, exceptis nō nullis quæ raro vt diximus. Huius est naturalis ratio: quia id quod restauratur de humido radicali ob humidum nutrimentale, non est tātæ virtutis: neque tam purum sicut olim: quia omnia iam declinauerunt in senectam, & inutilia facta sunt: & herbæ non habent puritatem illam: neque fructus, & neque carnes, ex quibus nutrimentum capiunt homines.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Item quia tantò quantò ja cibum adhibētur varia: ob aliam, & aliam ipsarum rerum proprietatē: efficitur nutrimentū impurius, & tāto minus sufficit ad restaurandū deperditū: & tāto periodus breuior est. Si ergo spatio 6000. annorū tāta variatio facta est: tantū posset mūdus durare, vt videretur abbreuiata periodus. Et hoc in specie humana maxime tenet locū, ob varia illa ex quib⁹ nutritur.

¶ Nō tamen intelligamus quod daretur sic minimū tēpus, in quo posset: quia quocunque dato (vt in cōclusione quinta dicebam⁹) in minori viuere posset: sed dicitur esse terminus in ipsa specie, per hoc quòd posset ad infinitum tempus periodi deuenire in sensu suprà dicto: vt iam prope interitum videretur esse species: etiam multiplicatis individuis.

10. Concl. ¶ Decima conclusio. Omnia accidentia corporalia habent certam suam periodum. Patet. Illa quæ habent certum tempus suæ durationis, certam habent periodum: sed accidentia corporalia sunt huiusmodi. Patet: quia deficiant, vel à contrario, vel ob corruptionem subiecti, vel ex defectu conseruantis. Istis tribus modis potest esse defe-

Ratio.

ctus in eis:& sic habent certam periodũ. Caliditas deficere potest à suo cõtrario. Lumen deficere potest ob absentiam luminosi. Albedo tandem finẽ habet corrupto subiecto: omnia ergo finem habent.

11. Concl. ¶ Vndecima conclusio. Quodlibet homogeneum simplex corpus (vt sunt elementa) nisi haberet cõtrarium, habet rationem perpetui. Patet: quia ratio periodi est propter aliam, & aliam proportionem qualitatum: sed in simplicibus (vt sunt elementa) non est talis ratio: ob id habent rationem perpetuitatis: sed quia contrarium habent, corrumpuntur secundum partes, licèt sint secundũ se tota.

Paul. Ven. 2. de gene. text. 18.

¶ Dixi, quòd in elementis non sit illa proportio qualitatum primarum: quia nõ sunt ex alijs elementis, & quodlibet solũ sibi duas vendicat qualitates: quarum vna non agit in aliam ad corruptionem, sed potius mutuò se conseruant: vt suprà dictum est.

12. Concl. ¶ Vltima conclusio. Generaliter: omne ex contrarijs compositum, corruptibile est: & certam habet suæ periodi durationem. Patet: quia aliàs posset in æternum durare: & si in æternum durat, corruptibile non est: sed incorruptibile potius.

Ad argum. ¶ Ad argumenta facilis est ex dictis solutio. Non enim possunt medicinæ, siue simplices, siue compositæ se extendere, vt possint vitã perpetuare, licèt possint, vt dictum est.

¶ Et à loco vel constellatione vel ab alijs ex quibus nutrimentum sumitur in eadem specie notabilis variatio quo ad diuturnitatem in periodo cõsiderari. Neque ex illis, quæ rarissimè contingunt, hæc definienda sed ex illis quæ vt in plurimum eueniunt.

Plato. * ¶ Atque dicta vera sunt vt diuinus Plato in 8. de republica, etiam in ipsis politijs periodum posuerit certam: vt quę bona est, in ambicionem & popularem, & tandem in tyrannidem conuertatur. Vbi ait, difficile quidem est, ciuitatẽ in L. optima politia cõstitutam, à suo statu dimoueri. Verum cũ omne quod genitum est, corruptioni sit obnoxium: talis etiam constitutio semper manere nõ potest, sed soluetur: solutio verò hæc est, non solum circa plantas sed circa terrena animalia, fertilitas, sterilitas animæ corporumq; cõtingit: quando reuolutiones, singulis circulorum coniunxerint ambitum, his quidem quę breuis sunt æui, breuiores ambitus: illis verò quę longioris sunt æui, longiores. Est autem ei quod diuinitùs generandum est, circuitus quem numerus continet perfectus: vniuersus autem iste numerus talem authoritatem habens ad peiorem, deteriorem q; generationem vim habet. &c. hæc ex Platone, vt periodum omnia intelligamus certam habere: licèt obscurè sit loquutus sub numero, quem Iambicus, & Chalcidius interpretari sunt conati: sed tamen non sunt assequuti: vt testis est Iabelus in Politica Platonis tractatu 5. cap. 6.

In politia Periodus.

Iabelus.

¶ SPECVLATIO octaua. Vtrùm homo in statu innocentiæ perpetuari posset naturaliter,

XPlicato vt cunque qualiter naturaliter omnia habeant certam periodum durationis, necesse est tractare, vtrùm homo potuerit perpetuari saltim in illo innocentiæ statu, si diu stetisset.

1. Argum. ¶ Videtur quod sic. Illud dicitur naturale, quod conuenit homini à principio suæ natiuitatis, & generationis: sed à principio natiuitatis, & suæ formationis conuenit homini quod posit se perpetuare: ergo hoc est illi naturale. Patet. A principio Adam habuit esum ligni vitæ, quo poterat se perpetuare: ergo fuit ei naturale. Patet. Habuit lignum vitæ: quia datum est illi in cibum. Sed quòd poterat perpetuare patet: quia electus est de paradiso, & angelus custos est positus, ne mitteret manũ, & comederet, & viueret in ęternũ: ergo si comederet, in æternum viueret: & sic naturaliter potuit se conseruare.

Gene. 3.

2. ¶ Præterea. Enoch, & Helias ibidem nunc seruantur per esum illius ligni: ergo in perpetuum: quia eadem est ratio, quod vsque ad istud tempus per tot millia annorum ibi sint conseruati, sicut quòd in æternum: quia si id non est naturale, absque miraculo non posset: sed non est necessarium ponere, dando quòd ésu ligni vitæ perseuerent incolumes: ergo naturaliter potest homo duarare in æternum.

3. ¶ Tertiò. Homo in illo statu non poterat pati aliquid læsiuum secundũ corpus: ergo poterat durare in perpetuũ. Patet. Nõ poterat pati ab extrinseco: quia tunc nil poterat homini nocere, sed omnia erãt ei subiecta. Neque ab intrinseco. Patet: nã illud esset pœna: sed nulla poterat esse pœna ante culpã: ergo nullo modo moreretur. Et hoc probat Paulus, quando ait. Per peccatum mors: ergo si peccatum non esset, neque mors esset.

Ad Rom. 5

In contrar. ¶ In contrarium est: quia compositum ex contrarijs corrumpetur.

Notand. 1. Naturale dicitur multis modis.

¶ Pro solut. notandum, quòd naturale dicitur primo modo, & propriè, id, quòd est de essentia rei: vel eius proprium, fluens ab essentia: sicut naturale est, hominem esse rationalem: & risibilem.

S. Th. 3. p. q. 2. ar. 12

¶ Secundo modo vocatur naturale: pro eo quòd conuenit alicui à natiuitate: vt homo nascatur cum 6. digitis, dicitur naturale: quia à principio suę natiuitatis habuit. Tertio modo potest aliquid dici naturale, præsupposito aliquo gratuito: vt in proposito: non erat homini naturale non pati sitim, famem &c. Tamen præsupposito illo statu innocentię, in quo Deus hominem creauit, erat naturale. Non erat naturale homini: quoniam omnia essent ei subdita, & obedirent ad nutum: tamen presupposita diuina miseratione, qua creauit hominem, erat naturale: nam si modo Deus hominem creasset in puris naturalibus pateretur famem, & non obedirent ei animalia ad nutum.

S. Th. 3. p. q. 97. a. 1 2

S. Th. p. p. q. 96. per totum.

Notand. 2. Defectus 1 Defectus 2

¶ Notandum præterea, quòd naturaliter homo duos habet defectus, ex quibus causatur mors: vnus est, deperditio humidi radicalis per actionem continuam caloris naturalis. Alter est (vt ait Arist. in isto primo) extraneũ adiunctũ naturali: nam diminuit virtutẽ naturalis: vt si humidum cibale, adiungatur humido radicali: reddit humidum naturale impurum: sicut si aquã vino misceas, paulatim fortitudo perit vini: & tandem deficit.

S. Th. p. p. q. 97. ar. 4.

Vide Ægi. quolibet 1. quæst. 16.

¶ In isto statu naturæ corruptæ remedium datum est contra primum defectum, per cibum, nam per eum restauratur quod deperditum est: sed quia non potest secundus defectus vitari, eo quòd semper debilitatur virtus: & ex commixtione fit impurum humidum, venit mors quia calor naturalis suffocatur ab impuro, & tantum debilitatur, vt etiã alimentum non possit in substantiam conuertere: ex quo non potest perpetuari homo. Sed in statu innocentiæ datum est pro secundo, remedium esus ligni vitæ: quo fieret restauratio secundum qualitatem, etiam illius deperditi. Habebat enim ille cibus hanc virtutem, vt quando comederetur, lo queretur renouatio iuuentutis in vigore pris-

mi: nocere, sed omnia erãt ei subiecta. Neque ab intrinseco. Patet: nã illud esset pœna: sed nulla poterat esse pœna ante culpã: ergo nullo modo moreretur. Et hoc probat Paulus, quando ait. Per peccatum mors: ergo si peccatum non esset, neque mors esset.

¶ Naturale accipiendo propriè: vt à principijs intrinsecis essiant de essentia neq; Adã in isto statu innocentiæ, neque aliquis hominũ potest in vita perpetuari naturaliter. Probatur. Illud dicitur naturale, quod est de essentia rei, vel proprium eius: sed quod est tale, oportet inueniatur in omni specie: at non solum non inuenitur, sed neque in aliquo in diuiduo fuit inuentum. Quis est homo qui non gustabit mortem?

1. Conclu. Ratio 1. Psalm. 88

¶ Præterea. Est ei naturale mori, & propriũ eius, quod consequitur speciem: ergo non erat naturale non mori. Consequentia est bona. Antecedens est clarum: quia naturaliter homo moritur. & vt aqua dilabitur. Mors enim naturalis est: aliàs quando homo moritur, fieret miraculum: contra naturam enim esset.

Ratio. 2. 1. Reg. 14

¶ Secunda conclusio. Si naturale capiatur vt à natiuitate: Adam in illo statu habuit potuit viuere perpetuò. Probatur. Id dicitur naturale, quod à principio est: sed statim à principio habuit Adam quomodo viueret in æternum. Patet: quia contra duos defectus, ex quibus mors, habuit duo remedia. Primum fuit esus aliorum ciborum: qui datus, & concessus est, vt fieret restauratio humidi radicalis deperditi. Contra alium defectum ex debilitate virtutis, & commixtione extranei: fuit datum remedium, esus ligni vitæ: qui habuit hanc virtutẽ: vt quoties lumeret, in integritate primæua restauraret, & ponneret Adam. Sic sentit Marsi. in 2. q. 12. ar. 3. & Gabriel in 2. d. 18. q. 2. & Ocam in 4. q. 10 Maio. in 2. d. 19. q. vnica.

2. Conclu. Ratio. Marsil. Gebri. Maio. Ocam.

¶ Tertia conclusio. Supposito aliquo gratuito, naturale fuit in illo statu, quod Adam posset perpetuò viuere. Patet. Supposito illo statu, fuit cõcessus esus ligni vitę: & ille habebat virtutem naturalem perpetuandi hominem: ergo naturaliter posset non mori. Quòd ille cibus habuerit virtutem naturalem, patet. Omnia quæ tunc à Deo sunt constituta, secundum naturas suas constituta sunt, & illum eundem statum nunc seruant naturaliter, vt possint restaurare de perditum, & nunc habent. Etiam illius cibi fuit virtus naturalis, vt posset fieri restauratio secundum qualitatem &c. quia non est potior ratio quare de alijs dicatur, quàm de isto: & sic videtur quod posito illo statu innocentiæ gratuito, fuerit naturale posse perpetuari: quapropter tenet Marsil. quod vir

3. Conclu. Ratio.

Marsil. 2. q 12. *ar.* 3. S. *Th. p.p. q.* 97. *ar.* 4.

tus illius ligni erat naturalis: aliàs non erat ratio quare post peccatum esset esus interdictus: quia si habebat per miraculum, etiam si comederet, nõ viueret in æternum, Deo nõ operãte id quod erat cõtra naturã. (Et si graues aliàs auth. dicũt fuisse virtutẽ supernaturalẽ: quia (vt dicũt ipsi) aliàs alia animantia possent præseruari morte.) Bona venia ipsorũ, ratio est debilis: quia non pro iumentis, sed pro homine. Et ex natura, & conditione hominis potuit esse, q ipse perpetuaretur: & non alia animantia: maximè quia alijs herbæ datæ sunt in cibum: & non poma.

Bona. in 2. *d.* 19. *q.* 5. *& Gabr. ibi & Tarantasia.*

4. Cõclusio

¶ Quarta conclusio. Ad hoc quod ille cibus naturaliter præseruasset hominem: nõ sufficeret semel comedere: sed iteratis vicibus oportebat fieri. Probatur. Ille cibus erat creatura: ergo habebat virtutem finitam, & non infinitam: ergo si poterat restaurare, esset ad certum tempus: & post oportebat semel comedere: & sic faceret Adam, si ille durasset status: vt quando vidisset necessarium, vel per annum, vel per plures annos, semel fuisset vsus. Sic doctor S. p. p. q. 77. ar. 4.

Ratio.

S. Thom. ut suprà.

S. Thom. 5. Conclu.

¶ Quinta conclusio. Probabile est quod si post peccatum homo de illo ligno vitæ comedisset, posset durare in perpetuum. Patet ex illo Genes. 3. Ne fortè mittat manum, & viuat in æternum. Et probatur ratione. Ille cibus habebat illam virtutem naturalem restituendi in illam pristinam virtutem: & per peccatum hominis non perdidit lignum illã virtutem: ergo illam haberet.

Genes. 3. Ratio.

Confirma. ¶ Et confirmatur. Nunc habet eam, vt dicũt doctores in Helia, & Enoch, qui sunt per centenaria annorum sustentati ex illo esu. Et si est verum de Ioanne Euangelista quod sit etiam ibi: ergo durasset homo in æternum.

¶ Neque obstat illud psalmi: Quis est homo qui nõ videbit mortem? &: Statutũ est hominibus semel mori. &: In quacunque hora comederis morte morieris: quoniã omnia ista ita dicta sunt, quia sic factum est: quod moriantur: quia non est talis cibus: & mortem peccati gustauerunt in hora, qua comederũt de ligno vetito.

¶ Scio tamen doctores exponere illam authoritatem citatam: Et viuat in æternum, id est, in longum tempus, vt S. Tho. sed nostra sententia est probabilis, & ad literam habet authoritatem scripturæ: & habet illam fuisse virtutem naturalem cibi. Et si in illo statu naturaliter viueret in æternum (vt etiam S. Tho. ibidem insinuat) etiam si cõcessus esset cibus, & nunc durasset: quantum ad illud quod se tenet ex parte corruptionis ex admixtione extranei alimenti: quia si de morte, quæ ab extrinseco euenit, fiet sermo, certum est non posset perpetuò viuere.

S. Th. 2. d. 19. q. 1. ar. 4.

¶ Contra hanc conclusionem, militat ratio doct. sub. qui negat etiam in illo statu posse hominem perpetuari: quia omne agens repatitur: & Adam conuertendo cibum ligni vitæ in substantiam suam, repatiebatur: & debilitabatur: & non posset perpetuari. A fortiori ergo post peccatum, etiam si esset esus ligni, non posset perpetuari.

Arg. doct. sub. in 2. *d.* 19.

¶ Qui tenere vellet hanc probabilem sentẽtiam (quia qui tenent illius arboris fuisse virtutem naturalem, oportet & teneant,) possent respõdere, argumentũ nõ cõcludere: nã dato esset repassio, & debilitatio: posset illius fieri restauratio per iteratã comestionem. Illi debilitati posset etiam subuenti per esum aliorum ciborum, quia comestio illius ligni erat medicinalis: ob id non quotidiana. Qua propter poterat esse remedium omni defectui: qui contingeret ab intrinseco, ex actione, & reactione caloris naturalis.

¶ Manet ergo ex dictis probatum, naturale nunc esse homini mori: quandoquidem ex contrarijs compositus est: & continua est actio, & reactio, & debilitatio: & non est vnde fiat restauratio. Et si ille status durasset, non fuisset supernaturale perpetuò viuere: & se conseruare ob esum ligni vitæ: cui talis virtus data est.

Ad argum.

¶ Ad argumenta non est necessarium respõdere, cùm ipsa probent quæ nos inter respõdendum asseruimus: & videtur tenendũ: ſtãdo semper in virtute illius cibi. Et homo, durante illo statu, esset trãslatus in paradisum sine mortis gustatione. Et quanuis naturale esset homini in illo statu mori, si non esset ille cibus: sicut & modò est naturale ratione cõpositionis ex cõtrarijs: nõ tollitur quominus naturale dicatur, si ille status durasset. Posset tq; nõ mori ob cibum datum: qui habebat illam virtutẽ naturalem. Et si post peccatũ esset etiam permissus ille cibus, diceretur naturale, se prẹseruare: quocirca ex diuersis considerationibus in isto, & in illo statu, mori est naturale: & similiter non mori in isto, & in illo: quia ad illud respicientes, quod de hominis essentia est, & intrinsecum: ei mors est naturalis. Ad extrinsecam verò virtutem naturalem concessam respiciendo, naturale erat perpetuò permanere. Quia ergo in pœnam ille cibus corporeus ablatus est: contendamus alium quærere cibum, quem qui gustauerit,

SPECVLATIO prima, circa verba prima Aristot. qui fatetur mundum istũ gubernari à latiõibus superioribus (quem de influẽtia loqui dubium non est) speculatur, vtrum sit ita, quod cœlum, & astra influãt in istis inferioribus.

1. Argum.

VIdetur quod non. Si cœlum hæc gubernat inferiora, sua influentia, sequitur quod omnia in istis inferioribus ex necessitate euenirent: consequens est falsum: ergo illud ex quo sequitur. Probatur sequela. Cœlũ causa est naturalis: si ergo agit, naturaliter agit: sed quæ naturaliter fiunt, vt in plurimũ eueniunt, imo vt semper: sequitur ergo non esse talem gubernationem in superioribus. Et quod sit consequens falsum, patet: quia sic tollerentur actiones liberæ hominum, nec esset ratio virtutis, neque vitij: meriti, vel demeriti: at hæc omnia non solum contra fidẽ sunt, sed contra illa quæ in lumine naturali cognoscuntur: ergo non est ponenda talis influentia.

Vide Dur. 2. sen. q. 2. S. Th. p. p. q. 77. *ar.* 3. *ad.* 2.

2. Argum. ¶ Præterea. Nullo modo potest esse actio alicui? agẽtis in passum, nisi in debita sit approximatione, & communicent in materia: sed cœlum, & ista inferiora non solum debitè approximata nõ sunt, sed in immensum distãt à cœlo, maximè à firmamento, vbi varietas tanta astrorum, à quibus propter diuersum influxum, est varietas in istis inferioribus. Neque est in materia communicatio, etiam si debita esset approximatio: quia non est eadem materia cœlorum, & istorum inferiorũ: quippe cum cœlorum corpora sint incorruptibilia, & inalterabilia: & hæc inferiora sic obnoxia corruptioni, & variationi sunt: vt per instãs in eodem statu nõ possint permanere.

3. Argum. ¶ Vltimò. Si cœlum influeret, maximè lumine, quod calefactiuum est: sed non influit lumine: quia vbi propinquius, magis calefaceret lumine, cum omne agens fortius in propinquum quàm in distans agat: sed hoc est falsum, cum media regio aeris sit frigida, & infima sit calida, cum soli illa media sit propinquior ergo cœlum non influit.

Arist. 1. de gene. t. 78.

In contra. ¶ In contrarium est Arist. ſtatim in principio, cùm ait. Necesse est, &c.

Notand. 1. Motus. Lumen. influentia.

¶ Pro decisione notandum, quod communiter ponitur in cœlis motus, lumen, & influentia. Et per istã tria dicũt superiora agere in illis inferioribus. Motus quidem satis cognitus est, cum ad sensum pateat. Per motum enim diurnum, dies, & noctes sunt, & per aliũ motum distinctum, generationes & corruptiones fiunt: vt per motum circuli obliqui, idest zodiaci. Quia sol à nobis elongatur: vel approximatur, modo ad Austrũ, modo ad Aquilonem: hyems: & ver: æstas: & autumnus; contingunt in quolibet anno.

¶ Etiam de lumine nulli dubium. Sol, luna, & astra (vt constat) illuminant: Tamen de influentia non sic. Quapropter dubium est, an influentia sit ponenda vltra motum, & lumẽ astrorum. Quod si ponenda est, an sit qualitas sensibilis, an insensibilis, dubitatur:

Opinio. 1. Mira. lib. 3. c. 4. & 9

¶ Picus Mirandulanus vir acutissimus, & doctissimus philosophus, in libro contra astrologos tractatu negat huiusmodi influentiam, & solum motum, & lumen admittit. Et quidẽ illius ratio potissima esse posset: quia frustrà est ponenda, cum motus, & lumen sufficiant & quia non est vnde possit constare quæ sit rès hæc, quæ influentia vocatur.

2. Opinio. Venetus. Timon.

¶ Alij ponunt influentiam à motu, & lumine distinctam, tamen eam qualitatem insensibilem dicunt, vt Pau. Venetus. 1. c. suæ summę in isto loco conclus. 3. Idem Timon in isto loco. q. 1. conclu. 2.

3. Opinio. Spinosa de cœ. dub. 5.

¶ Alij putant hanc influentiam esse sensibilem, eo quod omnis qualitas dispositiua ad formam substantialem sensibilis debet poni, & cum influentia sit huiusmodi (vt patet in metallis) quæ disponit ad substantialem formã, dicitur esse sensibilis. Et quòd disponat patet: quia in locis sub terra metalla generãtur, quæ non à lumine disponuntur, cum ad talem locum non perueniat, sed ab influẽtia, est notandum.

Notand. 2.

¶ Quæ fiunt in istis inferioribus, sunt in duplici differentia: quædam sunt quæ per naturam sunt ordinata, vt semper eodẽ modo se habeant, nisi cõtingat aliunde aliquod impeditiuum in causa: alia sunt quæ contingenter eueniunt, vt in rebus humanis apparet. Et hæc quæ fiunt contingenter (cum nõ sint

necessariò) libere fiũt per libertatem arbitrij. His dictis respondetur.

Conclu. 1. Communis opin. ¶Influentia ponenda est, qualitas quædam distincta à motu, & lumine in corporibus cæleſtibus. Hæc conclusio est communis omnium philosophorum. Probatur. Aliqui sunt effectus in istis inferioribus, quorum causa dari non potest, nisi influentia: ergo influentia debet poni quid distinctum. Probatur antecedens: quia in terræ visceribus generãtur metalla, vt constat: & in certa parte, & determinata vnum, & in alia aliud, oportet ergo cælum (cum sit causa vniuersalis) influentia causet in huiusmodi metallis, & non motu: quia cũ motu suo omnia peragat, & circuat: in omni parte terræ deberet generari metallum: ergo alia est causa: & non lumen: Patet: quia ad locum tam profundum, & abstrũsum lumen, non solum astrorum, sed neque fontis luminis, scilicet, ipsius solis, potest peruenire, impediente opacitate terræ: ergo sequitur quod influentia est ponenda.

Metalla quæ dantur planetis. ¶Et quod in huiusmodi metalla, habeãt causalitatem, affirmant omnes: nam lunæ dant argentum solidum: & Mercurio, argentum viuum: sol supra aurum constituitur, & Mars supra ferrum: Iupiter supra plumbum: & Saturnus super stannum habet dominium.

Differimen inter influẽtiã & lumẽ ¶Et quod sit differẽtia inter influentiam, & lumen constat ex istis, cum lumen obiecto aliquo opaco impediatur in transitu, non influentia. Penetrat enim (vt patet in terra) vsque ad metalla.

Arist. 3. de partibus animal. ¶Secundum discrimen est, quod lumen solũ a sole causatur & ab alijs astris: tamen influentia causatur ab alijs partibus cœli, in quibus astrum non est.

¶Item. Dicit Arist. ibi, quod crescente luna, crescunt cerebra animalium: & decrescente decrescunt: quod non potest esse nisi per influentiam.

2. Conclus. Influentia insensibilis qualitas est. ¶Secunda conclusio. Ista qualitas (quæ influentia dicitur) sensibilis non est. Probatur. Sensibile illud est, quod aliquo sensu percipi potest: sed talis influentia nullo sensu potest percipi, vt patet: ergo non est sensibilis.

Ratio. 2. ¶Secundo. Si esset sensibilis, maxime quia est disponens ad formam substantialem in ipsis mixtis, sicut in metallis: sed hoc non sufficit: quia sensibile non dicit relationem ad formam substantialem, sed ad sensum: ergo dato, & non concesso quod disponeret, non sequeretur quod esset sensibilis, quanto magis quod dispositio ad formam substantialẽ immediate, non per influentiam, sed per alterationem qualitatum sensibiliũ est: vt supra diximus.

Conclu. 3. ¶Tertia conclusio. Cæleſtia corpora in istis inferioribus agunt, non solum influentia, sed etiam motu, & lumine. Probatur quod motu agant: quia videmus quod per accessum, vel recessum solis in zodiaco fiunt generationes, & corruptiones: nam arbores fructificãt in vere: quia sol ad nos conuertitur à tropico Capricorni, accedens ad tropicum Cancri: & in vere omnia germinant. Et corruptiones fiunt, per hoc quod recedit rursus. Etiam in fluxu maris constat per motum lunæ fieri maris mirabiles elationes quotidie, quæ à motu lunæ prouenium: ergo per motũ influũt.

Ratio. 2.

Et ratione luminis etiam constat: cum lunæ lumen sit sufficiens membra aliqua reddere paralytica ob frigiditatẽ & humiditatẽ quã causat. Ex quo etiam argumentum sumitur, quod sit influẽtia aliquid à lumine distinctũ.

Ratio. 3. p. Etiam patet: quia per lunæ motum, oculi catorum crescunt in pupillæ albedine, & diminuũtur decrescẽte luna: ergo per motum aliquid causat. Similiter in arboribus, quod sint plures, vel paucæ humiditates, à motu eiusdẽ lunæ prouenit. Similiter de diebus criticis medici loquuntur. Et patet quia ob lumẽ solis per radios directos videmus aliqua generari, quæ non generantur, vbi solis lumen nõ est: vt patet de animalibus, & de arboribus. De oculis catorum etiam dicitur, quod sufficiant niuem liquefacere ob calorem, quẽ emittunt, ratione luminis recepti: quod non possunt aliorum animalium oculi facere, quia non sunt susceptiui tanti luminis: ergo etiam ratione luminis cœlestia corpora influunt.

Conclu. 4. ¶Quarta cõclu. Ista omnia inferiora à cœlestibus corporibus sic affici motu, lumine, vel influẽtia, est mũdũ à superioribus lationibus gubernari, ad quẽ contiguitas corporũ requisita est. Ista conclusio ponitur ad declarãdũ dictum Aristot. in principio huius: ob quod speculatio præsens mota est. Probatur quod mũdus dicatur gubernari à lationibꝰ superioribus. Nullus alius modus in cœlestibus corporibus reperitur causandi in ista inferiora, nisi motu, aut lumine, aut influentia: ergo sequitur quod isto modo inferiora à superioribus gubernãtur. Non quidem quod ratione dirigantur à cœlestibus: cum cœlum non sit rationale: imo neque viuens, vt supra diximꝰ sed solum eo quod ad omnia quæ in istis in-

Ioan. 6. stauerit, non videbit mortẽ: & perpetuò viuet. Atque quis cibus hoc poterit præstare, nisi panis ille viuus qui de cœlo descendit? Qui enim mãducauerit ex hoc, viuet in æternum, ait Christus. Viuet in æternum, quoniam licet corpore moriatur, viuet in æternum, hic per gratiam, & in futuro per clarã Dei visionem.

¶Circa id q̃ de Helia & Enoch, quos in paradiso terrestri collocatos tenent communiter doctores, tangitur in 2. argumento. Vide quæ supra citata sunt in libro vnico de cœlo specul. vltima vbi adduximus Iacobum Naclantũ in suo de arcanis: & Ludouicum Fidelem in suo de mundi structura, qui ad propositum plura dicunt.

* ¶* Hic quæri solet, an idem numero possit bis generari super verba vltima Philos. quo modo detur circularis generatio, adduci solet & à theologis in 4. sen. vbi de resurrectione futura, in die iudicij sermo est: & quidem physicè loquendo nullum agens naturale potest idem numero corruptum, secundum substantiam regenerare: quia remota forma à materia: nulla remanet amplius potentia ad recipiendum illam formam: quia quando materia recepit formam rei corruptæ: vel recepit secundum totam potentiam quam habuit ad illam formam: vel secundum partem tantum. Non secundum partem tantũ: quia sic ostendi non posset quæ potentia reduceretur ad actum, & quæ non. Item quia sequeretur quod pro alia parte secundum quam non habet: adhuc desiderat formam illam: quod est sine ratione dictum: ergo dicendũ est, quòd secundum se totam recepit, ergo nullo modo manet in materia potentia, ad recipiendum amplius illam formam: quam per corruptionem perdidit & sic per nullũ agens naturale, idem numero, redire potest: dixi per agens naturale, quia per diuinam potentiam id fieri potest vt alias suo loco.

Finis secundi Libri de Generatione.

PHYSICAE SPE-

CVLATIONES IN METEORORVM libros Aristotelis, Admodum R. P. F. Alphonsi à Vera Cruce, Sacri Eremitarum ordinis sancti Augustini: bonarum artium, & sacrę Theologiæ Magistri: moderatoris primarij olim in Mexicana academia, in noua Hispania, nunc quarta hac editione multo locupletiores.

PRIMI LIBRI METEOrorum, id est, de mixtis imperfectis, Argumentum.

CONsummato sermone iam ab Aristotele de generatione, atq; corruptione, vbi egit de mixtis perfectis, quomodo fiunt per alterationem pręuiam: nutriũtur, & augentur: & quo pacto ex ipsorum elementorum mutua ad inuicem actione, & repassione cõtingit: & quòd 4. ponuntur elemẽta: corpora quidem, sed simplicia, quorũ quodlibet duas ex primis qualitatibus sibi vendicat: & ipsa ad mixti constitutionem, & generationem concurrant: vt in eo solùm virtute, & non formaliter maneant: consequẽter tractat de mixtis imperfectis, quorum consistẽtia est breuis valde: vt sunt impressiones meteorologicæ, scilicet, pluuia: nix: grando: ros: pruina: & nonnulla alia quæ fiunt: vt cometes. Disputat de his omnibus: & causam dat naturalem, de eorum generatione. Materia est clara, sed digna scitu. Et ad physicum spectat ista non solùm leuiter, sed intus cognoscere: vt causam petenti reddere valeat. Multa enim vulgus supra naturam existimat, quorum physicus causam cognoscẽs naturalia dicit: vt si quis vidẽs tres apparere soles, vel cometẽ in cœlo: prodigium supra omnem naturam à solo Deo putat: at catholicus philosophus certò sciẽs à Deo id miraculosè fieri posse: vt in Christi natiuitate euenisse legimus: per naturam tamen posse cõtingere manifestat: ex nube proxima corporisolis: & cometam ex diuersa exhalatione eleuata, ibi inflammata. De quibus omnibus in istis meteororum libris differendum erit: & (prout par est) disputandum.

¶ SPE-

Supra. 2. phy. Spe. 1 feriorib⁹ contingunt, dicatur cõcurrere, vt causa vniuersalis, sub ipso Deo omnium vniuersalissima, & prima. Et quia certissime omnia per motum, & lumen, & influentiam diriguntur ad suas competentes operationes, gubernari dicuntur à cælo, quasi nil alienum videatur à causalitate eius, & concursu, in istis quæ contingunt naturaliter.

¶ Alia pars, quod ob id oportet non dari vacuum, & contigua esse corpora omnia: quia non possent peruenire ad ista inferiora influxus cœlorum, cum non esset contactus virtutis, qui est necessarius (vt supra diximus) inter agens, & passum, si vacuum esset.

Conclu. 5. ¶ Quinta conclu. Circa actus humanos cœlum habere dicitur influxum, in quantum in corpore humano sunt impressiones quædã, & influxus, ratione quorum ad aliqua magis videatur homo inclinatus: quam ad alia. Probatur experientia. Videmus ex peculiari cõstellatione aliquem hominem inclinatum in ludum: alium ad Venerea: alium ad gulam, & alium ad furtum. Videmus etiam ex influentia cœlesti, aliquos ad hanc: alios ad illam virtutem magis propensos: quia in tali, vel tali signo, sub tali, vel tali astrorum coniunctione sunt nati: sequitur ergo cœlestia corpora habere aliquam gubernationem in actibus humanis, iuxta quam periti astrologi multa diuinare possunt, de huiusmodi inclinatione nati.

Ratio.

6. Conclu. ¶ Sexta conclusio. Actus liberi arbitrij exẽpti sunt absolutè à cœlorum gubernatione, & totaliter in nostra potestate constituti. Patet: quia libere fiunt actus humani, & non necessario: ergo non pendent à constellatione cœlesti, nam illa quæ sic pendent, naturalia sunt: inuariabilia, & immutabilia: sed actus nostri, qui sunt hominis inquantum homo, possunt per liberum arbitrium mutari: ergo non pendent à corporum cælestium gubernatione.

Prior ratio S. Th. p. p. q. 115.

Ratio. 2. ¶ Secundo. Si penderent, maxime esset ratione inclinationis, vel propẽsionis ad vitia, vel virtutes: quę potest esse maior, vel minor per influxum cœlorum: vt dicit quinta conclusio: sed non ob id: quia quacunque data inclinatione, possumus exequi, vel non exequi, cum non cogatur voluntas: sequitur ergo quod actus humani non gubernantur à cœlorum motibus, vel influentia. Et hoc probat illud Ptolemęi: Sapiẽs dominabitur astris quod est dicere. Quanuis influentia cœlestis causet in corpore hominis aliquam inclinationem ad malum, tamen quia non cogit, & in eo est ratio: poterit sic dominari, vt contrariũ agat illius, ad quod inclinabatur ex astrorum influentia. In alijs tamẽ omnibus corporibus (cum ratione careant) astra dominãtur, & gubernãt: quoniam infallibiliter sequitur in effectu secundum causalitatem causæ. Similiter in homine esset, nisi per rationem ei obuietur. De quo alibi latius.

Ptolomæus

Corolla. ¶ Ex quo sequitur, astrologos istos diuinosq; iudiciarij vocãtur, male & cũ errore iudicare de aliquo nato, cum dicũt: talis, vel talis erit, in illis quæ pendent ex actibus humanis: vt quòd talis erit latro, & suspendetur: talis erit adulter quia ista non cadunt sub astrorũ gubernatione: nisi illi excusationem habent in suo prognostico, quod cognoscẽtes complexionem, & inclinationem ex astrorum aspectu, iudicent de exequutione secundum eã: quia raro homines contranituntur: sed vt in plurimum (cum stultorum numerus sit infinitus) sequantur, vt brutum animal cęlorum influentiam, & constellationes,

Eccles. 2.

Ad argum. ¶ Ad primum, solutio patet ex istis quę in vltima conclusione dicuntur.

Ad. 2. ¶ Ad secundum dicitur: quòd cœlum influit in inferioribus: & omnia inferiora dicuntur cœlo esse approximata: quia omnia sunt cõtigua, & intra sphæram suæ actiuitatis posita. Et quod agens non agat, nisi communicet in materia, si poneremus vnam esse materiam cœlorum, & istorum inferiorum, nihil contra nos: sed tenentes (vt tenemus) aliam esse materiam cœlorum, intelligitur necessaria communicatio in materia, ad hoc quod agens non repatiatur vel in causis particularibus, in vniuersalibus vero non vniuocis hoc non est requisitum.

Communicatio in materia in cœlis æquinoctis nõ requiritur. In li. de cœlo. Spe cul. 2.

Ad 3. ¶ Ad tertium, dicendum, quod quando extrema sunt paria: agens magis in propinquum, quam in remotum agit, & tamẽ quod media aeris regio non sit calida tantum, quantum ista infima, quæ nos circundat, est ex alia causa: propter antiperistasin, & quia radij reflexi non perueniunt vsque ad eam. De quo disputatio erit in hoc libro specul. 4.

Arist. 1. de gene. t. 78.

Corolla. ¶ Inferũt omnes ex supra dictis de influẽtia cœlorum, causalitate eorum, & gubernatione: quòd si Deus subtraheret omnes influentias cœlorum, infra orbem lunæ nihil fieret: imo destruerentur omnia, & deficerent & nisi per miraculum, non possent stare, quia subtractis influentijs, tollerentur & primæ qualitates. Ipsisque subtractis, nulla esset alteratio: nam cessaret omnis actio. Neque essent formæ substantiales, cum non possint esse si

ne

Si cælorum essilitas auferatur, nihil erit ut sibilum.

ne suis qualitatibus dispositionibus: imo neq; esset materia, cum nunquam posit esse sine forma: si ergo nulla esset forma, non esset materia: imo nihil esset infra concauum lunæ: & dicunt quod neque ipsa elementa quę corrũperentur, non ab aliqua causa positiua, sed à cælo priuatiuè propter defectum conseruantis: ergo secundum istam considerationẽ mũdus iste inferior, dependet essentialiter à corporibus cœlestibus, sicut lumen à corpore luminoso. Ista dicunt communiter philosophi etiam catholici: sed demonstrari nõ possunt. Quapropter licet dicamus mundum gubernari ab influentia cælorum: & motu eo quòd sic habeat rerum ordo à Deo præfixus: & illa ordinatio perseueret, tamen non est necessarium dicere quòd si cessaret motus cœli, & influxus, omnia corruerent, & annihilarẽtur.

Theo. in. 4 d. 46.

Neque possum mihi persuadere quod affirmant omnes fere: quod si cessasset motus cęli (vt in die iudicij cessabit) & applicaretur ignis mundo, nõ combureret eam. Mirum est hoc: Nec nego quin potuit Deus talem posuisse legem à principio, sed non constat. Cessante tandem motu, cessabunt quidẽ omnia: quia finis erit mundi.

Henricus de Gandauo.

¶ Hic tamen considerandum est aliquorum fuisse opinionem, & Henrrico gandensi tribuitur: quod cœlum in his inferioribus non agit efficienter, & producendo per virtutem influxam, sed tantum determinando agentia particularia, ad actiones suas: & mixtum nõ generaretur, si cœlum per motum non determinaret agens proximum ad talem actionẽ: hoc putant esse de mente Comment. 7. meta. commen. 31, vbi loquendo contra Auicennã de illo datore formarum: dicit, quod corpora cœlestia dant istis inferioribus, &c. sed tamẽ tenendum est, quod sit causarum ordo & vltima & proxima, non agit nisi causante prima: & sicut à motu cordis in animali, pendẽt motus aliarum partiũ, & eo deficiente immobilitantur aliq; partes, sic deficiẽte motu primi mobilis, (Deo disponẽte) causę inferiores non agerent, & ob hoc Arist. 8. physi. dixit quòd primus motus est vita, id est, fons & vniuersale principiũ in natura existentibus. Tenendum ergo est quod cœlum motum, non solum determinat agentia inferiora ad proprios effectus: sed agit & influit in quocũque effectu inferiori: sicut causa prima influit in omnem effectum causæ secundæ: sic habet rerum ordo.

Comment.

¶ De quo in. 4. nostrarũ Resolutionũ Theologicarum dicemus, Deo aspirante.

SPECVLATIO secunda. De terræ magnitudine, de qua Aristote. hic, in ordine ad elementa alia, & ad astra, Vtrùm elementum terræ sit minor, quã alia elemẽta, & astra.

1. Argum.

APparet qđ non: quia sol, & omne aliud astrũ nobis minor apparet quam terra: & sol est minor quã apparet, ergo terra non est minor sole. Maior experientia patet. Minor probatur, quod sit minor quã apparet: quia nos sumus in medio densiori, quã sit sol, ergo radij solis veniẽtes ad nos, dispergũtur in occursu medij dẽsioris, & rẽ ostẽdũt maiorẽ, quã sit: ob qđ denariũ in aqua apparet maius quã sit: ergo etiam sol minor erit terra.

2. Argum.

¶ Secundo. Elementa omnia sunt æqualia: ergo vnum non est alio maius. Patet. Si nõ sunt æqualia: ergo vnũ aliud excedit: ergo in materia, vel in forma: non in multitudine materiæ: quia ex vno pugillo aquæ fiunt decem aeris: nam sub vno aquæ tantum est materiæ propter densitatem, quantum subdecẽ aeris: ergo multitudo materiæ eadem est. Neque est inæqualitas in formis: quoniam non potest hæc signari.

Argum. 3.

¶ Tertio. Illud cuius quantitas sciri non potest, nec maior, neque minor dici debet: sed terra est huiusmodi. Patet: quia varie, Ptolemæus, Alfraganus, & sphæræ author, loquũtur de stadijs, quæ correspondent vni gradui in cœlo: ergo non est certitudo,

Incontrar.

¶ In contrarium est veritas.

Notand. 1.

¶ Primo est notandum, quod quando aliq opacum opponitur luminoso, vmbram causat: sed si sit opacum maius: quã luminosum, nũquã datur conus vmbræ, sed tãto quanto proteditur vmbra: tãto magis radij dilãt. Et si sit æquale, æqualiter lineæ quæ terminant vmbrã, etiã æqualiter dilãt: & nũquã cõcurrunt. Si vero lumini esum est maius opaco, cõcurrunt lineę: & vmbra facit conũ post opacum. Hæc constant experientia ad oculum.

Experspectiua.

¶ Hic ergo quæritur de terræ magnitudine: & aliorum elementorum: & in qua proportio

tione se habeant elementa ad inuicem & similiter terra in ordine ad astra: quod solet tradi in libris de cœlo, & etiam in sphæra: vbi Ioãnes de Sacro Bosco ponit quãtitatem terræ, & comparationem ad astra.

Notand. 2.

¶ Etiam notandum, quod ambitus totius terræ velut punctum est in comparatione totius vniuersitatis quod si oculus esset in firmamento, non videret eam ob paruitatem.

Horontius

Et probatur: quia dicitur cõmuniter, quod vbicunque sit homo in terra positus, medietatẽ videt cœli, & medietatem aliam non videt: q̃ non esset verum, nisi paruæ quantitatis terra esset, in comparatione vniuersi: quia est ac si nullus esset quantitatis.

Notand. 3.

¶ Tertiò notandũ, quod modus quo potuit sciri quantitas terræ hic est, suppositâ cœli diuisione, quam diuidunt astrologi in. 360. gradus, & cuilibet eorum in terra correspondent. 700. stadia. Quod fuit inuentum isto modo: si quis ponatur in eleuatione alicuius poli. 10. (verbi gratia) gradus: tendat ad polum versus Aquilonem, vsque dum alio gradu magis sit eleuatus polus, si numeret stadia via rectâ progrediendo, quæ per terram ambulando absoluit, sunt septingenta: & sic inuentum est, quod cuilibet gradu in cælo correspondent in terra. 700. stadia: quæ si multiplicentur per. 360. hic numerus stadiorum erit repertus totius ambitus terræ. 252000. Quod si quis vlterius velit scire numerum leucarum totius terræ, sic inueniet. Octo stadia vnum faciunt milliare, &. 2. milliaria, leucam & sic. 16. stadia leucam faciunt.

¶ *Aliqui tamen tria milliaria ponũt in leuca, & alij quatuor: sed si duo, ponitur hic modus.

¶ Diuidantur ergo ducenta, & quinquaginta duo millia stadiorum per. 16. & resultabit numerus leucarum, qui erit. 15750.

Diuersæ opiniones. Ptolomæus 7. lib. summæ geogra ph. 5. ca.

¶ Sub silentio tamen transeundum non erit, diuersas esse opiniones in huiusmodi quantitate terræ computanda: nam Ptolemæus cuilibet gradui solum dat. 500. stadia, & nõ 700. vt præcedẽs opinio: & sic totus ambitus est. 180000. & sunt minus quam autor sphæræ posuit. 72000.

Alphraganus differẽtia 8.

¶ Alphraganꝰ dicit, quod cuilibet gradui in æquinoctiali correspondent in terra solum. 453. stadia, & tertium vnius. De quo dicit sumptum fuisse experimentum tempore Almeonis, in præsentia multorum sapientum. Secundum istam opinionem ambitus totius terræ est. 163200. stadiorum, qui est minor quantitas, quàm posuit opinio prima per. 88800. stadia, & quam Ptolemæi. 16800.

Opinio. 3. Neoteri.

¶ Neoterici autem sequuti sunt aliam rationem: vt cuilibet gradui dent. 560. stadia. Secundũm istos habet terra in ambitu. 201600 stadia.

¶ Causa tantæ variationis potuit esse, quia experientiam sumpserunt vel non via recta, vel si via recta, non per planiciem, sed per decliuia montium: & alij per rectam, & per planum: sicque potuit esse quòd non omnes cõuenerint. Sequentes opinionem Ptolemæi, quæ videtur in medio posita: & quia viri peritissimi, sit conclusio responsiua.

Conclu. 1.

¶ Totius terræ ambitus est, centum & octoginta millia stadiorum: & sic cuilibet gradui correspondent. 500. stadia. Habetque totus terræ ambitus. 22500. milliaria: & cuilibet leucæ dando duo, sunt. 5625. leucæ. Terræ vero diameter habet. 1790. leucas, & vsque ad centrum eius, vbi semidiameter sunt. 895. leucæ. Hæc omnia non constant nobis aliter quàm fidem dando peritissimis qui curiosè experti sunt, quid cuilibet gradui correspondeat in terra.

¶ Hæc sunt quæ in libris legimus & antiquorum & neotericorum, qui de hac materia loquuti sunt: sed tamen quamfuerint deficientes, nouus nouiter inuẽtus orbis manifestat, qui longitudine à loco qui dicitur Cabo Raso in eleuatione. 48. graduũ ad septentrionẽ que es hazia los Bacallaos vsque ad fretũ que se dize estrecho de Magallanes ay por tierra mas de tres mil y nouecientas leguas, vt dictum est, speculatio. 10. in libro de cœlo. Vnde apparet falsum dicere ambitum terræ continere. 5625. leguas. Et quid de terra illa, quæ vltra fretum Magallanicũ videtur, (que corre al Oriente, y nauios derotados de Portugueses azia el cabo de buena esperança la hã visto.) Et quid dicendum de la nueua Guinea ab hinc. 25. annis à nostris inuenta? quæ incipit post lineam æquinoctialem ad austrum & extenditur ad fretum Magallanicum: & forte continuatur cum ea terra quæ ibi à nostris visa est in eleuat. 52. graduum cum dimidio. (Y dizen auer cortado la costa de nueua Guinea per trecentas leucas:) non inuenientes finem, nec ausi sunt e naui egredi ob multitudinem habitatorũ, qui sunt nigerrimi & feroces, & de certo ambitu per loca maritima supra latè dictum est: sed de istis supra.

¶ Et quantum ad illudd de terræ diametro, constat per regulam geometriæ. Data peripheria circuli cuiuslibet, sic circulus diuidatur

in. 22.

in.22.partes æquales,&auferatur vna illarũ, remanentis,tertia pars est diameter totius circuli:& sic totus circulus ad diametrum se habet in proportione tripla sexquiseptima, parum amplius: quia non est præcise, ob quod ab Euclide non est tradita talis regula: sed quia parum distat,hinc est quod mensuratores,& ædificatores hac regula vtãtur:sicque inuẽta totius diametri quantitate,medietas etiam inuenitur. Sed ob causam dictam de mensura,& proportione diametri,& circunferentiæ,quia præcisa non est:dixit Aristoteles,non inuentam scientiam de quadratura circuli,nec Archimedes,neque Brabardinus,neque Cantuariensis, nec Nicolaus de causa inuenerunt præcise,quanuis ipsi putẽt se inuenisse scientiam imo etiam Boetius fatetur esse scientiam. Reuertentes ergo vnde digressi sumus,sit conclusio.2.

De circuli quadratura nondum inuenta est scientia præcise.

2.Conclus.

¶Secunda conclusio.Quanuis quantum ad materiam, & formam,elementa omnia habeant æqualitatem quoad magnitudinem, quodlibet ad sibi proxime sequens se habet in decupla proportione,secundum Aristotelis regulã vt aqua in decuplo sit maior terra & aer aqua:&c, Probatur quoad primã partem.Si ignis conuertẽtetur in aerem,totus in totum,non esset amplius de aere,quam nunc est:& si totus aer in aquam.eandem,quã nũc habet aqua,quantitatem haberet:& eundem occuparet locum.Sic Aristoteles dicit: Ex vno pugillo terræ fiunt decem aquæ,& ex vno aquæ,fiunt decem aeris;& ex vno aeris fiunt decem ignis.Ecce quomodo sunt æqualia in materia,& consequenter in forma;quoniam tantum continetur in vno pugillo terræ,ob densitatem,quantum in decem aquæ. Et si aqua condensaretur ad terræ densitatẽ decem eius pugilli,vnus esset terræ,sic in quãtitate habet aer supra aquam,decuplam proportionem.Alexander Picolomineus neotericus egregius mathematicus in proprio tractatu modo in diebus nostris contra Aristotelem & communem philosophorum scholam probat aquã non esse maiorẽ terra.Sed econtra terram probat maiorem & quidem multis rationibus hoc suum dogma suadet:vide ibi.Dixi,secundum Aristotelem,nam secundum ittam Aristotelis opinionem,semidiameter ignis excedit semidiametrum terræ in millesima proportione:quia ex vno pugillo terræ mille fiunt ignis,& centum aeris,et decem aquæ. Verum secundum sententiam Ptolomæi in Almagesto,& Alfragani in suo de aggregationibus stellarum,differentia a terra vsque ad concauum Lunæ solum distantia est tricesies ter,& dimidium,& vnagesima semidiametri totius terræ:& sic ponitur distantia à centro terræ vsque ad conca uum lunę. 109037.fladiorũ,quã opinionem sequitur etiam Iacobus Faber,sequens Alfragauũ,quẽ etiã sequuntur moderni,& doctor Ciruelo in fine primi libri sphæræ. De quo fit conclusio tertia.

Ariſt.2.de gene. & in hoc.

109037.

Faber.li.1. capi.6.ſuæ ſphæræ.

Concl.3.

¶Semidiameter ignis continet semidiametrum terræ trigesies ter,& semis,cum parte.20.& semidiameter lunæ continet semediametrum terræ sexagesies quatercum.6.parte:& semediameter Mercurij continet semidiametrum terræ centies sexagesies septies:& semediameter Veneris cõtinet terrę semidiametrum millies centies vicesies: & solis mille ducenties vicesies:& martis est octies millies octingentesies septuagesies septies:& Iouis est, decies quater millies,quadringentesies quinquies:&Saturni semidiameter est, vicesies millies centies, & deciesies & 8.sphæræ est duplũm.

64

167

1120.

1220.

8877.

14405.

20110.

Ecce istis patet quomodo se habeat terra in quantitate in ordine ad alia elemẽta & ad corpora cælestia.

40210.

Lumino ſum.

¶Quarta conclusio.Sol maior est terra,similiter,Mars,Iupiter,& Saturnus:sed terra maior est Luna,Mercurio,& Venere.Hæc conclusio quoad primam partem de sole quomodo sit maior ipsa terra,patet:quia oppositione facta ipsius terræ inter Solem & Lunã, vmbra habet finem:ita vt stellæ non eclypsentur:cuius est argumentum apertissimum quod terra sit sole minor:aliàs ex suppositis, vmbra nunquam conueniret ad modum pyramidis,sed quanto progrederetur, tanto latius diffungerentur lineæ vmbram terminãtes:vt apparet in ista figura.Quod luna sit minor terra,patet:quia vmbra terrę obumbrat totam lunam, vt patet quando est eclypsis quod non posset esse, si terra esset minor luna.

¶De excessu dicunt astrologi.quod sol continet terram centies sexagesies septies, & insuper tres octauas. 167.

¶Mars continet terrã semel,& dimidium,& decimam tertiam ferme. 95.

¶Iupiter continet terram nonagies quinquies,& deest paulominus vna quadragesima.

¶Saturnus continet terram nonagies, & semel,& vnam octauam.

¶Terra cõtinet lunam tricesies nouies,paulo plus. 93

¶Terra

¶Terra continet Mercurium vicies semel millies nongies,quinquagies,& bis.22952.

21952.

¶Terra continet venerem tricesies septies: & sic Venus est tricesima septima pars terræ.

Conclu.5.

¶Quinta conclusio. Terra non solum minor sole est,sed etiam quilibet stellarum,quæ alicuius magnitudinis in firmamẽto posita est, tam primæ,quàm secundæ,tertiæ, quartæ, quintæ,& sextæ magnitudinis.Probatur ab astrologis,& non est hic opus adducere rationes,quia non sunt ad propositum. Et ita dicunt,quod si terra stella esset,& poneretur in firmamento:ob paruitatem quantitatis, visum nõ terminaret sicut sunt plures stellæ ibidem in firmamento,quæ non videntur ob hoc.De quo vide Fabrum in quarto libro suæ sphæræ.Et dicit vnum Paulus Venetus hic capi.secundo:conclusio.secunda. quod sol licet sit maior terra,est tamen minor omni stella visibili,quæ est in firmamento:quia si sol esset in firmamento,vel non videretur, vel sub minori angulo videretur. Hoc alijs non placet.

Ratio.

Faber. Venetus. Sol eſt minor omni ſtella viſibili quæ eſt in firmamẽto.

Ad argum.

¶Ad primum,dicendum quod quando oculus est in medio rariori,& res in deriori,vt de denario in aqua contingit,res maior apparet sed nos non sumus in medio rariori:sed dato ita esset nihil probat.Solum poterit probare quod appareat maior, quam appareret, si non esset medij variatio in densitate, vel raritate. Et ratio est,distantia magna quæ est à nobis,vsque ad cœlum solis.Sunt enim miliaria.3640000.Tres cuentos,seycientas, y quarenta mil leguas.Et hoc solum vsque ad concauum cœli solis:quia vsque ad conuexum eius sunt millaria.3965000.Non ergo mirum quod ad tantam distantiam res quæ tam magna est,tam paruæ quantitatis appareat.

Ad ſecũdũ.

¶Ad secundum dictum est,quòd in quantitate vnum elementum aliud excedit(si Aristo.credimus)in decupla proportione.

Ad tertiũ. Ariſto hic c.8.2.de anim.t.159 et de ſomnis. c.1.

¶Ad tertium.dicimus ita esse,varias opiniones esse inter Astrologos de quãtitate astrorum, cœlorum,& terræ,neque mirum, cum, sit difficile,tamen non ob id oportet reijcere sed quod magis rationi cosonum apparet acceptare.Et tandẽ omnes conueniũt solem esse multo maiorem terra,& lunam minorẽ ca.

SPECVLA T. III.

De tribus regionibus aeris, scilicet,suprema,media,& hac infima.

AEr conuenienter diuidatur in tres regiones, sic quod media debeat esse frigida semper. Quia Aristoteles tractat de illis quæ cõtingunt in aere in infima, secunda, & tertia regione,nec essariũ est disputare prius, vtrum aer diuidatur,vt media regio debeat esse semper frigida.

¶Arguitur quod non detur talis media regio aeris.Elemẽtum aeris est homogenenum, sibi determinans caliditatem,& humiditatẽ secundum omnem sui partem:sequitur ergo quod non diuiditur in regiones. Patet:quia id quod diuiditur in partes,oportet sit secundum aliquam differentiam partium:sed differentia hæc non potest assignari in aere.

1.Argum.

¶Confirmatur: quia eadem ratione ponere in omnibus alijs elementis, cum non sit potior ratio de vno, quàm de alio: sed non ponitur in alijs elementis: ergo neque in aere.

Confirma.

¶Secũdo.Etiã si detur illa tertia regio aeris, quæ mediat inter extrema,nõ erit frigida:nã si esset frigida,vel esset per naturã suã,vel ex aliqua causa extrinseca.Non à natura, cum aer sit calidus,& humidus.Et si à natura,etiã haberet prima,& vltima regio.Neque ab aliqua exteriori causa,quia vel esset ab aqua circunstante,quæ frigida est.Et ab ea non:quia cum omne agens fortius agat in propinquũ quam in distans:hæc regio in qua nos habitamus,esset magis frigida:quia cõtingua est aquę.Neque frigiditas illa prouenit ab igne, quia ignis non frigefacit,sed calefacit potius. Neque prouenit à sole:quia sol est fons luminis,& caloris:ob id ab ipso nõ posset emanare frigiditas.

2.Argum.

Ariſtot.1. de gẽ.t.78.

¶Tertio. Omne quod mouetur regulariter calidum est:quia motus est causa caloris:sed media aeris regio,mouetur continue circulariter.Maior est nota,&minor assititur cõmuniter,quod aer qui est vltra peripheriam tangentem montes,mouetur circulariter,comodo quo &ignis mouetur sed illa regio media

Argum.3. Ariſtotel. hic.c.4.

dia(si danda est)est supra montes altos:ergo non est frigida,sed calida: imo magis calida, quàm infima,cum accrescat causa alia caloris,quæ in infima non est.

Incontrar. ¶In contrarium est author. Arist. in isto loco,& philosophorum omnium.

Notand. 1. ¶Est notandum pro solutione,cum aer sit tã tæ quantitatis,vt in decuplo sit supra aquam & in centuplo ad terram, diuiditur secundũ imaginationem tota machina eius & sphæra in tres partes,vt illa quæ tangit nos, infima dicatur regio:& post istã sit media,quæ tenet locum medium corporis eius,vel grossitiei: &supra mediam ponitur suprema, quę ignem tangit. Hæc distinctio secundum imaginationem est,vt nõ detur certitudo in quãtitate:quia (vt infra declarabitur)aliquando maior,aliquãdo minor media regio est. Et cõsequenter oportet de alijs regionibus dicere.

Triplex regio aeris.

Alber. Magnus. In tantũ hoc est verum,quòd Albertus Magnus in suo de passionibus aeris totam regionem in quatuor diuidat,ex media faciẽs duas eò quòd in vna parte magis frigida est:& in alia minus.

Notand. 2. ¶Secundò notandum,quod tã caliditas,quã frigiditas duplicẽ potest habere causam:vnã directã:aliã indirectã. Directa causa caliditatis,radij solares erunt. Cum enim sol sit non solũ causa,sed fons luminis, vbi radij attingũt,oportet(nisi aliud obstet)calorẽ causent,

Aristo. Potest similiter ex ipsis radijs alio modo causari caliditas:nõ per radios directos,sed per reflexos:vt à densiori medio reflexi,agant fortius,& calor intẽdatur sicut videmus fieri in reuerberatione alicuius parietis,vel quando ex speculo reflectuntur:vt in angulo incidẽtiæ ignẽ causent,stuppã appositã incendendo. Cõtingit aliquãdo causari calorẽ,nõ à radijs solis directis,aut reflexis,sed à contrario frigore circũstãte,propter antiperistasin vt dicũt philosophi:vt cõtingit in fornace,quando faber ferrarius aquam mittit,ob quam intenditur ignis:quia fugiens contrarium,virtus fortificatur,& vnitur magis.

¶Isto eodem modo frigus potest causari & à frigido insistente,& à contrario approximato,ratione cuius frigus intẽditur,& fortius redditur. His dictis,respondetur.

1. Conclu. Ratio. 1. p. ¶Prima aeris regio,quæ nos contingit: semper calida est,licet vno tempore magis quã alio. Probatur. Posita causa,ponitur effectus, vbi non est impedimentum,sed in infima aeris regione est causa caloris: ergo calor erit. Primo. Est causa:quia ipse aer est calidus, licet non in summo.

¶Secundo. Sunt causa radij directi ipsius solis calefacientes aerem. Est & alia causa,radij scilicet,reflexi:nam à medio opaco, & denso(quale terra est)reflectũtur radij qui simul cũ ipsis directis commixti fortius agunt in aeris istam partem infimam,quam efficiunt calidam. Itaque tres causæ sunt caloris: vna, natura aeris:alia radij directi:tertia, radij reflexi. *Ratio. 2.*

¶Quod in vno tẽpore magis sit calida hæc regio,quam in alio,experiẽtia ostẽdit ex elõgatione solis maiori,vel minori:ex directione etiam radiorum maiori, vel minori:nam quando radij solares magis directi perueniũt ad nos(quod contingit in æstate) calidiores sunt:quam in hyeme. Quando vero minus directi sunt,minus calefaciunt. Ex quo prouenit aquas fontium calidas esse in hyeme:& in vere & æstate frigidiores. Cuius inferius dabitur ratio. *Ratio. 2. p.*

2. Conclus. ¶Secunda cõclu. Aeris regio media (quæ nõ solũ in tropicis,sed etiã sub torrida zona ponẽda est)semper frigida manet,quanuis non æqualẽ habeat latitudinẽ in omni tempore, neque æqualẽ frigiditatẽ. Quod sit in hac regione media frigiditas,patet:quia vbi absentia calefactiui,oportet ibi intelligere frigiditatẽ:sed in illa media regione est absentia quãtũ ad hoc, q̃ dato radij directi solis pertranseant,tamẽ illi qui reflectuntur à terra, nõ illò perueniunt:sed solũ spargũtur per hãc infimam:& non deueniunt ad mediam. *Ratio. 1. p.*

Alia ratio ¶Alia ratio,& potissima est:quia cum non abundet calor:& humiditas sit in summo,habet aliquid de frigiditate:& hæc sit intensior ob contrarium circunstans, qui modus est per antiparistasim:nã infima regio est calida, & nimis calida,propter varias causas caloris ibidem concurrentes,vt dicit prima conclusio. Ob id frigiditas mediæ regionis intenditur,contrarium fugiens. Sit extrema pars etiam habet calorem,vt dicemus in sequenti cõclusione:sequitur quod regio aeris media frigida est. At quia illa non concludunt tantum,quantum ipsa expostulat ratio,non solum Physice,sed Theologicè loquentes,diuinam ordinationem,& eius prouidentiam adducamus:quippe quæ omnia ordinatè ad suos fines certos dirigit. Cum in illa media aeris regione deberent generari(vt infra dicemus)meteorologica multa,grando,nix,pluuia,& alia quæ naturaliter frigida sunt:ab authore Deo est constitutum,vt illa aeris regio media frigida esset,vt ex vaporibus eleuatis per virtutem solis:pluuiæ generarentur:& niues nece

niues necessariè ad terrã fœcũdãdã,& humectãdã,ad fructus producẽdos:aliàs in pulueręcõuersa terra nõ posset germinare:& deficerẽt alimẽta ipsis animãtibus,& maxime homini propter quẽ omnia ista inferiora sunt cõstituta siquidẽ q̃ radij reflexi ad eã nõ perueniãt:posset facere eã nõ tã calidã,sicut hęc infima est:sed esse tãfrigida,non videtur,nisi & diuinã prouidẽtiã adiũgamus:sicut solet dici de fœminis,quare nascãtur,& generẽtur & nõ viri:quia scilicet,semẽ recipitur in sinistra patrẽ matricis,vel ex alijs causis,vt dicũt medici. Sed obsecro an ista sufficiẽs esset,q̃d istud tam casuale,velut in æquilibrio esset,q̃ tot fœminæ generẽtur,sicut viri,nisi huic adiũgamus(q̃ potissimũ est)diuinã prouidẽtiã: quę cũ attingat à fine vsque ad finẽ,disponit omnia suauiter? Et quia si soli viri,vel solę fœminæ,non esset generis humani multiplicatio:est diuina ordinatio,vt viri,& fœminę procreentur. Sic in proposito placet dicere de illa aeris regione media:quia rationes quæ adducuntur non satisfaciunt,nisi diuinam intelligamus prouidentiam simul.

Ex diuina prouidẽtia est quod fœminæ generentur & non à casu.

Sapien. 8.

¶Dixerim in conclusione,quod hæc media aeris regio non solum sit habitantibus in tropicis,sed etiam illis qui habitant sub torrida zona:propter Ludouicum Coronel. qui in. 7 Physicorum dixit,sub torrida zonã non dari hanc mediam aeris regionem: quoniam (dicit ipse)si deberet poni,esset frigida:& causa esset: quia radij reflexi non perueniunt ad illum locum:sed(dicit ipse)sub torrida zona,quia sol dirigit in directum radios,& reflectuntur directè non ad angulos incidentiæ, eam calidam reddit:nam quod radij(quãdo directe reflectuntur) illò perueniant, patet: quia tantum possunt reflecti,quantum in directum possent extendi, si terra non obstaret:sed si terra non obstaret,peruenirent ad concauum lunæ: imò peruenirent vsque ad firmamentum: quod quando sol directe respicit lunam in plenilunio apertissime monstratur: ergo reflecti possent vsque ad mediam regionem,& ibi de facto reflectuntur:sed in tropicis nunquam sic sol in directũ radiat,& radij reflectuntur,sed per angulos incidentiæ diffunduntur,& dilatantur: sed non perueniunt vsque ad illum locum. Hęc Coronel. Salua reuerentia eius,valde est deceptus in hoc. Neque hic fit opus declarare quæ sit terra correspondens tropico Cãcri, vbi Europa sita est:neque tropico Capricorni,quandoquidem in libro de cœlo satis manifestum reddidimus.

Contra Coronel.

¶Cõtra eũ est argumentum,quod media regio aeris debeat dari sub torrida zona. Si ibi non esset danda,sequeretur quod neque fierent impressiones meteorologicæ, scilicet, grando,nix,pluuia,& alia quæ ibi fiunt. De quibus inferius erit sermo:sed hoc est falsissimum. Patet. Nos hic in noua Hispania sumꝰ sub torrida zona: & hæc ciuitas Mexicana per quatuor gradus tantus est in eastamẽ fiũt grandines:procellæ magnæ: fit pluuia:& (q̃ mirãdum est)per quinque menses fere quot annis quotidiè pluit: quod in alijs Europæ partibus nunquam visum est. Niues etiam generantur,& algara horrenda, & frequentissimę,ergo sequitur q̃ media regio aeris danda est etiam sub torrida zona. Et in illis qui sub æquinoctiali habitant, & qui ex alia parte ad tropicum Capricorni degunt: vt in Peru, & alijs multis terris de nouo inuentis gentibus ad austrum: simile & contingunt huiusmodi meteorologicæ impressiones: ergo oportet dare aeris mediam regionem in illis partibꝰ sicut in illis qui habitant sub tropicis.

Argu. contra Coron.

Noua Hispania sub torrida zona.

Aeris media regio sub æquinoctiali.

¶Ex istis nos sumamus nostræ rationis confirmationem,frigiditatẽ huius regionis magis debere poni ex diuina prouidentia, quã ex ratione naturali. Quod si id diceret Ludouicus Coronel, assensum ei daremus: verum cum absolute negat,solum illa ratione fragili deceptus est,vt omnibus est compertissimum & est deceptus,sicut & illi (aliàs docti) qui dixerunt,torridam zonam esse inhabitabilem propter nimium æstum, cum tamen sit omnium totius vniuersi partium incolarum frequentissima vt supra diximus.

Decepti sunt qui dixerunt torridã zonam inhabitabilem.

Conclu. 3. ¶Tertia conclusio. Illa aeris regio media quæ continue frigida ponitur,valde differẽs est ab extremis in densitate. Volo hic dicere illam regionẽ mediam oportet imaginari esse densiorem alijs:& esse difformiter profundã:quia ibidem commiscẽtur vapores eleuati. De quibus inferius erit sermo:qui eleuantur ad. 52. milliaria sursum,vt tradit Vitilion in sua perspectiua,in. 8. lib. conclu. 58. Ibidẽ in commen. Alacem dicit,quod propter grossitiem,& spissitudinem aeris illius mediæ regionis causantur ante ortum solis,& post occasum duo crepuscula,matutinum,& vespertinum:quia in illa parte spissa refrangitur lumen.

Vision.

Alacem.

Ratio. ¶Ratio pro conclusione potest sic firmari. Illa pars est spissior cæteris,in qua magis admiscẽtur vapores extranei:sed media est huiusmodi,vt apparet ex illis quæ ibi generãtur: ergo ipsa est spissior.

¶Quarta

¶Quarta concluſ. Suprema aeris regio, quæ concauum ignis tangit, calida eſt ſemper: & vehemẽter calida. Probatur iſta ſicut prima: quia vbi cauſa caloris magis viget, ibi oportet ponere & magis effectum eius: ſed in ſuprema aeris regione eſt huiuſmodi: quia ibi eſt cauſa natura eiuſdẽ aeris, qui calidus eſt. Eſt & cauſa radius ſolaris, & propinquitas ad fontem caloris. Ponitur & alia approximatio. ſ. ad ignem, Ponitur & cõiunctio cum ipſa media regione, quæ frigida eſt propter fugam contrarij motus; qui caloris cauſa eſt: nam tanto, quanto pars aeris igni proxima eſt, tãto amplius mouetur circulariter ad motum ignis: qui mouetur ad motum lunæ circulariter. Ecce quomodo concurrunt multa in ſuprema regione aeris, vnde calida ſit. Et iſta etiam non ſemper habet eandem latitudinem: quia ſicut media creſcit, & decreſcit, ſic iſta. Si enim creſcit in frigiditate media, oportet iſta decreſcat pro illa parte, qua extenditur media: & ſi media non tantam habeat latitudinem, oportet ſuprema extendatur magis: & in diuerſis partibus anni, in omnibus illis tribus ſignatis regionibus, non eadem latitudo ſignanda eſt: ſed augetur, & diminuitur, vt declaratum eſt.

Motus eſt caloris cõ. Ariſto. hic c. 4.

Non eſt eadem latitudo regionũ inomnitem pore.

¶Et in tãtum eſt verum hoc, quod media regio (de qua dicimus) non ponenda eſt in medio, vt æqualiter diſtent extrema: quia multo magis relinquitur de aere ſecundum quãtitatẽ in ſuprema aeris regione, quam ſit in dia: & media magis habet quam infima regio videatur habere: quia dicunt aliqui, quod infima regio, non extenditur vltra montes altiſsimos: imo quod ibi ſit media: vt in ciuitate Mexicana mons ille altiſsimus quem Vulcã vocant, qui certis horis quotidie fumum ſpiſſum emittit ad modum denſiſsimę niuis, ponitur eſſe vltra infimam, in media regione aeris. Ob id iſtas tres regiones nullus putet diuidi per æquales partes ſpatij totius ſphæræ aereæ: ſed ſat eſt quod tres dentur regiones, ob diuerſam diſpoſitionem in frigiditate, & caliditate, non curantes de quantitate certa: ob id dixi non eſſe eandem latitudinem ſemper, in ipſis ſignatis regionibus.

Ad argum. ¶Ad primum dicimus, licet ita ſit quod aer ſit homogeneum, diuiditur tamen in has regiones propter varietatem contingentem ex vaporibus admixtis, & ex radiorum reflexione, & ex approximatione, vel elongatione à terra, vel à ſole.

Ad confir. ¶Et non eſt eadem ratio in alijs elementis, vt dicitur in cõfirmatione: quia neque in aqua, neque in igne rationes inueniuntur, quales dantur in aere.

Adſecũdũ. ¶Ad ſecundum dicitur illam mediam regionem eſſe frigidam: atque prouenire per antiperiſtaſin ex extremis regionibus, ſuprema, ſcilicet, & infima calidis: quapropter ipſa media condenſatur, & fortior efficitur per fugã contrarij: de quo erit ſpecialis ſpeculatio ſequens: quomodo contingat antiperiſtaſis. Pro nunc ſufficiat dixiſſe hanc eſſe cauſam, ſcilicet, contrarij fugam.

Ad.3. Poſterior ſolutio. ¶Ad tertium dicendum, quod motus eſt cauſa caloris, niſi aliquid obſtet: & ſi non eſſet aliud in illa media regione niſi motus, potius eã calidam, quã frigidam diceremus: ſed quia ſunt aliæ rationes, quæ magis faciunt ad frigiditatem, quam motus ad calorem, non eſt calida: ſicut aquæ fluuiorum, quæ ſemper mouentur, non ſunt tam calidæ, ſicut ſtagnales, quæ ſtant immobiles. Ratio eſt: quia in fluentibus non imprimitur, radius ſolis, & non poteſt reddi calida, inſtantibus tamen imprimitur, & operatur. Vel dicendum, quod motus aeris in regione media non eſt tam vehemẽs & talis, vt poſſit cauſare calorem. *Poſterior ſolutio.*

¶SPECVLAT. IIII. De antiperiſtaſi, quæ eſt potiſſimum quod in iſta materia conſideratur. Vtrùm in veritate detur talis actio per antiperiſtaſin.

1. Argum. VIdetur quod non, Si daretur, maxime eſſet à ſuo contrario: ſed hoc non: quia contrarium contrarium ſuum corrũpit: & non fortificat, vt docet Ariſto.

Ariſ. 1. de 2. do gene. Confirma. ¶Et confirmatur. Quinto, &. 9. Metap. dicit, &, 2. periherme. virtutes naturales nõ ſuntad oppoſita: ſed ad oppoſita eſſent, ſi fortior fieret per antiperiſtaſin per poſitionẽ ſui contrarij.

¶Præterea, Si per antiperiſtaſin eſſet fortificatio ex cõtrario, eo eſſet, q̃ fuga cõtrarij eſt ſed vbi fuga cõtrarij, eſt inferioritas in vno & ſuperioritas in alio: ergo quod eſt maioris virtutis, deſtruet aliud, ſic non erit fortificatio contrarij: ſed potius eius deſtructio.

¶Poſtremo. Non poteſt intelligi talis fortificatio, niſi vel per hoc quod cõtrarium agit, aut per hoc quod id quod confortatur, agit in ſeipſum: ſi primo modo ſi quod confortatur eſt frigidum, & contrarium calidum agit non erit intendendum frigus, ſed ad deſtruẽdum: quia calidum ſolum producet calorẽ: ergo erit per hoc quod frigidum fugiens calidum, agit in ſe ipſum, & hoc non poteſt ſtare: quia nihil agit in ſeipſum, quia omne q̃ mouetur ab alio mouetur.

Ariſto. 7. et 8. phyſ. Notand. 1. Incontrari. 1. Opi. Pau. Venetus.

¶In contrarium eſt veritas.

¶Notandum, tres eſſe opiniones circa mõdum quo contingit per antiperiſtaſin aliq̃ agens confortari. Primus modus eſt Pauli Veneti, qui in iſto. 1. c. 3. ait, fieri per reflexionem ſpecierum in ſe, ita vt frigidum circunſtante calido, agat in ſeipſum, per hoc quod ſpecies frigidi exeuntes in obuiam contrarij, ſcilicet, calidi, reflectuntur, & cauſant frigus intenſius: & dicit hanc eſſe cauſam quod puteus ſit calidior in hyeme & frigidior in verè, quia à puteo exeunt ſpecies calidæ, & frigidæ; & in hyeme quæ ſunt calidæ, cum obuiẽt contrarij frigus, quod viget ratione temporis, reflectuntur in puteũ, & efficiũt aquã calidã: ecõtra in æſtate, ſpecies frigidæ egredientes reuertuntur à calido circũſtãte obuio, & fit aqua frigidior. Iſtũ modũ etiã tenet in libro de generatione. Eundẽ tenet Iacobꝰ de Forliuio Bruxellen. primo meteoro.

Iacobus de Forliuio. Bruxellen. 2. Opi. Hugo. Senẽſis.

¶Alia opinio eſt Hugonis Senenſis, qui dicit quod mixtum quod per antiperiſtaſin vigoratur, vel eſt vniforme, vel difforme: ſi vniforme: non vigoratur per intenſionem, ſed quia inſtrumentum quo operatur eſt ei magis proportionatum, pro operãdo, & reſiſtẽdo: quia partes ſunt magis cõiũctę, & ordinatæ ſicut ſtomachꝰ plures partes cõſeruat calidas ſe vniendo, & congregãdo, præſente frigido: magis quã calido. Et probat quod nõ ſit per maiorem intenſionem: quia aliàs in ſene tute homo eſſet calidior, quam in ætate iuuentutis. Putet. Fiat quis ſenex; per primum inſtans eſſe, & illud ſit in hyeme, ſequitur q̃ ex vigoratione contrarij calor ſit intenſior, quod eſt intentum.

1. Ratio.

Ratio. 2. Auicenna.

¶Secundo. Probatur ex Auicenna, qui. 4. 2. cap. 2 o. iubet dari in hyeme pharmacias fortiores, atque phlebotomias cum maiori fortitudine vene: & dat cauſam quia humores ſunt frigidiores, viſcoſiores, & groſſiores: quod non eueniret, ſi per antiperiſtaſin eſſet calor intenſior. Dicit etiã q̃ ſi ſit difforme, ſi intenditur, eſt partũ. Et dicit de mixto, quia de elementis (ſi ſint in ſua naturali diſpoſitione, cũ ſint in ſummo) nunquam vigorantur. *3. Opi. Coronel.*

¶Tertia opinio eſt Coronel in. 7. Phyſicorũ quæ fere coincidit cum iſta ſecunda, qui impugnat late modum primæ opinionis, quę Paulo Veneti eſt: & dicit ipſe in ſententia (nam nimis diffuſe, & confuſe procedit) quod in antiperiſtaſi euenit vigoratio contrarij non penes emiſſionem ſpecierum, aut penes intenſionem, ſed ex cõſeruatione pluriũ partiũ, quibus reſiſtat ſub cõtrario: & inſinuat aliũ modum, dicendo quod vigoratio, contingat per hoc quod ſuperius agens, magis influit: ſicut qui bene gubernat duobus contendentibus, opem fert debiliori; dando aliquã qualitatem reſiſtiuam. Neque ſequitur ex hoc quod nunquam eſſet actio maioris contra inferius: quia hoc non intelligitur niſi quando æqua potentia, vel ſaltim vnum contrarium parum excedit aliud.

Notand. 2. Quæ ſunt requiſita ad antiperiſta ſin.

¶Etiam conſiderandum eſt, antiperiſtaſin requiri, quod illa contraria non ſint in ſummo: quia ſi aliquod frigidum ſit in ſummo, etiam ſi contrarium apponatur, non fiet actio ralias daretur gradus ſupra ſummum, q̃d repugnat.

2. Differẽ.

¶Requiritur etiam quod ipſa contraria ſint æquipollentia, vel quaſi: quia ſi vnum excedit multum, aliud non confortabitur per cõtrarium, ſed deſtruetur totaliter.

3. Differẽ.

¶Requiritur inſuper, q̃ ipſa contraria ſint actiua, & paſſiua alias nõ fiet intẽſior per cõtrarij appoſitionem: vt per hoc q̃ quis iuxta albedinẽ ponat nigredinẽ, nõ fiet albedo intenſior: vel econtra quia albedo non agit.

4. Differẽ.

¶Aliqui addunt. 4. ſcilicet quod ſint formaliter contraria: nam ſi ſolum virtute, non ſufficit: quia dato fons pipere circundetur, non fiet frigidior: quia piper, & ſi calidum ſit, nõ tamen formaliter, quanuis huius detur exceptio.

Conclu. 1. Ratio.

¶Prima concluſio. Non poteſt negari, quin vigoratio per antiperiſtaſin ſit: Patet multis experientijs. De aqua miſſa in fornace, quæ reddit ignẽ fortiorẽ. Itẽ. Nubes eliquatæ primo vere ſunt frigidiores. Et aurora eſt frigidior, quã alia pars diei propter aduentũ lucis. Melões expoſiti luminiſunt frigidiores, quã in vmbra poſiti. Et habitantes in terris frigidis (vt Septentrionales) ſunt animoſiores, & robuſtiores, quam habitantes in partibus calidis, vt Ariſto. 14. ſectione problematum. Patet, & fontes hyeme calidiores, vt dicitur. 7. Poli. Cãdela in hyeme minus durat, quã in

Ariſto.

vere. Ambulantes per aquas citius digerunt, & famescunt. Omnia ista per antiparistasin fiunt ob fugam contrarij.

2. Conclu. Contra Coronel. Ratio.

¶Secunda conclusio. Maior fortificatio, & vigoratio per antiperistasin nō fit per influētiam causæ superioris adiuuantis. Hic volo dicere, quod ille modus insinuatus à Ludouico Coronelo non habet probabilitatem. Patet. Nam si esset verum, quod causa superior magis influit quādo apponitur contrarium quam ante, quæro quæ sit ista causa. Vel Deus, vel alia, quæ non libere agit. Si Deus. Est voluntarie dictum, quod Deus tunc concurrat specialiter cū agēte, dando maiorē virtutem ad resistēdū: quia si non habet hoc ex natura, iam miraculū esset, quod istud agens nūc fiat fortius per aliquam influētiam, quæ ante non erat. Neque est tale pactum diuinū quia si ex pacto (siue esset contrarium equè forte, vel fortissimum) esset talis peculiaris influentia, nunquam vnum contrarium prævaleret contra aliud: quod esset rerum naturā mutare, quod non videtur dicendum.

¶Neque est influentia à cælo, vel aliqua alia causa vniuersali citra Deum: quia cum talis causa (quæcunque sit illa) naturaliter, & non libere influat, semper influeret applicato cōtrario, vel non applicato: sed modus iste dicit quod tunc solum vigoratur, quando contrarium apponitur, & eo non posito, non est talis fortificatio. sequitur ergo quod iste modus non est probabilis.

3. Conclu. Ex coadunatione partium antiperistasin.

¶Tertia conclusio. Vigoratio agentis naturalis per antiperistasin ex circunstantia contrarij apparet esse ex partium coadunatione quia magis vnitæ, fortius possunt resistere, & habet plures partes ad resistendum, quam haberet, si non esset oppositum contrarium. Hæc conclusio experientia patet. Si enim sit aliquod agens virtutis v.t. 4. & sit ipsa virtus extensa etiam vt. 4. si contingat per aduentum contrarij quod partes magis condensentur, & melius vniātur, fortius agēt, & fortius resistent. Virtus enim vnita fortior est seipsa dispersa. Item quia naturaliter tunc passe exponit pro toto, & defendit: sicut manus se exponit pro capite. Hac ratione vigoratio intelligitur, & fortificatio. Et in isto sensu opi. Hugonis Senensis & Ludouici Coro. habet probabilitatem, & est clarus modus fortificationis. Et hæc sit habere plures partes ad sui conseruationem. Et hoc tam in elemētis, sicut in mixtis intelligi potest, in quo discedimus ab Hugone Senensi: nam partes aeris, vel alicuius alterius elemēti possunt cōiungi, & coadunari ex approximatione contrarij sicut in mixto contingit: Neque tunc obstaret q̄ haberet in summo qualitatem: quia istā fortificationem, & vigorationem non intelligimus per productionem intensioris qualitatis: sed quia fortius est, in resistendo contrario: & consistendo in sui conseruationem.

Aristo.

S. Tho. 2. 2 q. 65. ar. 1 ad. 1.

4. Concluf. Opi. Venetiprobabil.

¶Quarta conclusio. Fortificatio contingere potest etiam ex reflexione specierum, quæ obuiantes contrario, reuertentes maiorem reddunt virtutem agentis. Hæc conclusio est Pauli Veneti, & Iacobi de Forliuio, & Georgij Bruxellensis. Probatur, quia ea fontes in hyeme, & putei, sunt calidiores, & eō tempore æstate.

Ratio.

¶Probatur. Si non esset iste modus antiperistasis dabilis, maxime quia illa reflexio specierum non potest dari: cum alias non esset ponenda media regio aeris frigida, vt argumentatur Coronel in. 7. & Spino. in. q. de antiperistasi: sed non ob hoc. 2. quia posita illa progressione specierum, adhuc datur media regio aeris frigida. Patet: quia si non daretur, maxime quia radij solares qui à terra reflectuntur, peruenirent vsque ad mediam regionem: & sicut specierū reflexio est causa quare frigidum sit frigidius: & reflexio radiorū efficeret quod aeris media regio, quæ habet aliqualem calorem propter radios transeuntes, haberet intēsiorem calorem propter eosdem à terra reflexos, vsque ad ipsum locum: sed hoc non obstat: quia dato esset illa reflexio radiorum, est tamen debilis virtus eorū propter distantiam à loco reflexionis vsque ad mediam regionem aeris: qui non possunt fortificare: imo impediuntur à frigore illius regionis, vt non valeant efficere, quod tamē efficiunt prope terrā propter proximitatē: ob id, posita reflexione specierum, non tollitur quo minus sit etiam media aeris regio: ergo fortificatio per antiparistasin potest esse per reflexionem specierum.

¶Verum est tamen, quod non semper quando est fortificatio per antiparistasin, est per species emissas, & reflexas obuiando contrario: quia potest esse solum per partium coadunatio. & tamē nō sequitur quod ille modus nō sit possibilis: imo est satis probabilis: cū radiorū reflexionem nō possimus negare & q̄ quælibet res fugiat naturaliter suū corrumpens. Et quāuis species de se nō habeāt contrarium: sufficit quod realis sit contrarietas in ipsis, quæ emittūt huiusmodi species: & q̄ species illæ non possint in contrariore recipi, quin sequatur statim eorum corruptio vt

vt naturaliter reflecti possint, tantum, quantum in directum possent extendi, si nullum esset impedimentum per contrarium appositum. Manet ergo de antiparistasi dictum pro quanto necessarium videtur ad intelligentiā dictorū: nā non contingeret meteorologica generari (de quibus dicemus) nisi esset talis vigoratio, & fortificatio per antiparistasin.

Ad argum.

¶Ad primum, dicimus quod contrarium destruit suum contrarium, si fortius sit, & prævaleat supra resistentiam passi: sed quādo cōtingit quod sunt pene eiusdem virtutis: itavt sit eadem proportio virtutis vnius, & resistētiæ alterius: contingit ex appositione cōtrarij illlud agens, quod erat forte in resistendo, fiat fortius agendo, & resistēdo per partium vnionem, vel per specierum reflexionem. Et illa vigoratio non debet intelligi emanare à contrario secundum se, cum de per se, & directe vna virtus non sit ad contrarios effectus, sed contingit de per accidens: sicut sæpe euenire solet: quia contrariatur, & quodā modo in fugam conuertit.

Ad secūdū.

¶Ad secundum dicendum, quod quādo est cōtrariū circunstans aliud, cōtrariū refugit: & hoc nō quia superius est, sed quia contrarium: sed nō sequitur quod dato sit superius, statim aliud destruat, sed potest esse quod sit superius in agendo, & inferius in resistendo: quapropter non poterit prævalere, vel etiam si superior sit in agendo, & resistendo: tamen quod excessus sit paruus, & non possit esse actio, antequam contrarium fortius reddatur, naturaliter intendendo suā conseruationem, prævalet fortificando se.

Ad. 3.

¶Ad tertium. Dicendum, quod fortificatio intelligitur per hoc quod aliquid agit in seipsum, si fortificari agere est: nam calor productus à calido conseruat seipsum: & fortificatur resistendo corrumpenti, & hoc non solū non repugnat, sed est secundum conditionē rerum & in præsentia contrarij est, quod frigus propter circunstantem calorem confortat seipsum: & agit in seipsum, non destruendo, sed potius cōseruando: & si actio est vocāda, agit per illas species reflexas in seipsum in potentia ad maiorem vigorationem, vel agit in seipsum, quando pars ad aliam partem se mouet, vt fiat maior vnio: & id quod est in actu: agit in id, quod in potentia est, quia pars est sibi optime vnita, & agit in id quod est in potentia: vt partes omnes habeat vnitas. Esset tamen inconueniens quod secundum eādem rationem quis agat, & patiatur.

¶SPECVLAT. V.

Vtrùm omniū meteorologicarum impressionū materia, vapor, & exhalatio sit.

1. Argum.

ARguitur quod non: quia si materia esset vapor, et exhalatio, vel esset, quia ibi sunt vbi ista generantur secundum naturam ipsius mediæ regionis, vel quia (cum ibi non sint) ad illum perueniunt locum. Non primo modo: quia aer non sibi determinat talem vaporum, & exhalationum commixtionem: sed potius econtra, claritatem, diaphanitatē puritatem, & impermixtionem. Neque est 2. modo: quia venire ad illum locum, vel esset per naturam, vel à sole. Non per naturam: quia de ratione, & natura grauis est descendere, & non ascendere: & cum vapor sit grauis, non posset ascendere. Neque per virtutē solis: quia sol si mouet, vel agit, non mutat rerum naturas, sed saluat: at de ratione vaporis est, vt non ascendat: ergo sol non eleuat.

2.

¶Prætera. Si vapor, vel calidus est, vel frigidus. Si frigidus, non solum sol non eleuaret, manente tali frigido, sed statim consumeret ob ingentem ipsius solis calorem, Si esset vapor calidꝰ, fieret intēsior calor, & nil maneret de frigiditate in eo: sed manet frigiditas in vapore, quandoquidem ex eo fiunt pluuiæ, & grandines: ergo sequitur quod non est dabilis talis vapor.

3.

¶Tertio. Secluso tali vapore: adhuc contingerent tales meteorologicæ impressiones: ergo non debet poni. Patet. Ex aeris condensatione fit pluuia: vt patet in viscеribus terræ, vnde scaturiūt fontes: ergo & in isto aere posset fieri condensatio. Et ex quo fit pluuia: & generatur nix, & grādo, & pruina, & ros: ergo non est necessarium ponere vaporem materiam istorum. Eodem modo de exhalatione potest fieri argumētum, quandoquidem aer conuertitur in ignem, poterit & incendi pars aeris, & essent capræ saltantes: vel candelæ accensæ, aut cometes.

Incontrar. Opi. Platonis quod nullum elemētum purū sit.

¶In contrarium est quod Arist. dicit.

¶Pro solutione notandum. Platonis fuisse opinionem, nullum dari elemētum purū sed

omnia esse permixta,& impura,&cõmixta. Non possumus dicere aliquid esse ignem,sed igneum,neque terram,sed terreum , neque aquam,sed aqueum:non aerem,sed aereum. Et dicit quod terra quæ apud nos , propter animalia,& plantas,est permixta: quia aliàs non posset nutrire,cũ purũ elemẽtũ nutrire non possit,De quo supra diximus. Et ponit diuersas species terræ in Timæo: sicut & Seneca tripartitam ponit terrã:vt vna sit apud nos,quæ mixta est cũ aqua fluuiorum,& fontiũ,alia est profundior,quæ est permixta cũ exhalatiõibus calidis,& siccis:& ex istis fiũt mineralia in terra,& metalla:vt sulphur.&c. alia pars est versus centrum:& hæc pura est. De aqua dicebat similiter.

Supra. 2. de ge. spe. 3. Seneca.

2. Notand. ¶Secundò notandum,quod in terra sunt cõcauitates,& pori,per quos exeunt ad modũ fumi,aliqui vapores per solis virtutem,& calorem operantem intus in terra. Hoc patet ad oculum:nam cum sol,& astra habeãt virtutẽ calefaciendi terrã:calefaciunt,maxime sol & per calorẽ resoluit aliquas partes terræ quæ resolutio,causat exhalationes fumosas calidas,& siccas:& per poros aliquando egre diũtur. Interdum ob constrictionẽ pororum non valent egredi omnes,& manent in terra inclusæ:& cõgregari solent multæ huiusmodi:vnde causari solet aliquando vt terram ipsam moueant,exitum petentes, neque valẽtes exire:& fiunt terræ motus,sicut cõtigit anno præsenti. 1557. in nocte resurrectionis Domini. 17. die Aprilis. hora ferè. 8, post meridiem,qui fuit magnus valde.

Terremotꝰ Mexici magnus anno 1557. Nota.

3. Notand. ¶Etiam notãdum:inter vaporem,& exhalationem hanc esse conuenientiam: quod per virtutẽ solis eleuatur vapor, & exhalatio:ita vt fiat euaporatio,ad modũ quo solet exaqua bulliẽte fieri. Et hic vapor: & exhalatio tam à terra,quàm ab aqua,licet à terra magis exhalatio causetur:& vaporum, magis aqua præbeat materiam. Quanuis quidam solùm dicant exhalationem à terra,& vaporem ab aqua eleuari.

In quo differt uapor, et exhalatio

¶Differentia tamen est in hoc,quod exhalatio,est corpusculum subtilius aere: calidum, & siccum: de natura ignea: ita vt quàm facile possit incendi,& inflammari: sicut est videre in fumo candelæ,qui quam citissime inflãmatur:ex quo(vt dicemus)cõtingũt omnes accensiones quæ apparent in aere fieri.

¶ Vapor tamen est corpusculum grossius minus quam subtile: calidum quidem, tamẽ & humidum,& naturam aeris sequitur : cui deputatur caliditas cum humiditate. Hic vapor licet ratione humiditatis,&quia grossus est:habeat quod non ascendat:tamẽ per virtutem solis ratione caliditatis ascendit,& eleuatur:ex quo fiunt pluuiæ,nix,& grando,vt dicemus.

Vapor et exhalatio spẽ differunt ã terra,& aqua.

¶ Vapor,ab aqua,& exhalatio,à terra specie differunt,quicquid Marsilius dicat:nam tanta raritas(quanta in exhalatione est)nõ posset esse cum natura,vel specie terræ:cũ quæ libet species suam certam,sibi determinet:vt in primo Physicorum in fine diximus:& tanta raritas , & subtilitas(qualis in vapore est) non sufficeret ad aquæ naturam conseruandam. Modo ergo fit sufficiens dixisse,tam exhalationem,quam vaporem ponendam , & quod vapor,& exhalatio,sunt calidæ naturæ . In quo conueniunt,& in quo suæ correspondent causæ,quæ sol est:& retinent cõmunicatum calorem,& à sole mutuatum,cuius virtute à terra,& aqua eleuãtur. Differũt tamẽ,quia exhalatio siccitatem retinet cum calore:& vapor humiditatem : ita vt vapor ad naturam aeris,& exhalatio naturam ignis respiciat: & sicut vtrunque cotingit eleuari per solis virtutem,vtrunque contingit inclusi in terræ visceribus,& ibidem in poris,& cauernis permanere:ex quo nonnulla eueniũt per naturam,quæ non euenirent , si talis materia vaporis,& exhalationis ibi inclusa non esset. Et hæc optime ab autore naturæ dispositа,& ordinata:vt non temere,& absque ordine excogitemus contingere. Et dato exhalatio ad ignis accedat naturam(vt dicebamꝰ) tamen terrea vocatur:quia terreũ quid(quãuis subtile)retinet. Et ex eadem terra generari vapor,& exhalatio potest : sed exhalatio ex parte terræ siccæ,quæ non humiditatem habet,& vapor,ex parte quæ humida est. Iã itaque respondeamus oportet:& primã conclus. assignamus.

Differẽcia inter exhalationem & uaporem.

Conclu. 1o

¶Omnium meteorologicarum impressionũ vapor,& exhalatio materia est. Probãtur.

Ratio.

Nulla contingit impressio,nullumque mixtum imperfectum(de quibus Aristot. in præsenti loquitur)fit nisi ex vapore,vel ex exhalatione:ergo materia istorum mixtorum perfectorum est. Huius conclusionis sufficientia non aliunde probatur,quam experientia:nã ista vere fiunt quia sunt grandines,niues, nubes,pruina,pluuiæ,& cometes,& alia , ergo materia istorum debet signari , quandoquidem non de nihilo,sed de aliquo fiunt naturaliter,ergo vel ex elementis puris,vel de alia materia fiunt. Non ex elementis , quia elementum aeris non potest conseruari in tali den

densitate,in qua pluuia,neque nix:& multo minus elementũ ignis:ergo non fiunt ex elemento.

Ratio. 2. ¶Item. Si ex elemento essent,ergo corruptio fit elementi,quòties ista generãtur. Quæro à quo fit talis corruptio. Non à se: quia nihil seipsum corrumpit:ergo ab alio. Ergo vel ab igne,vel ab aqua. Non ab igne:quia in illa regione media,vbi ista fiunt, ignis non est. Non ab aqua:quia aqua non ascendit ad illũ locum:sequitur ergo,quod à nullo elemento rum fit ista corruptio:oportet ergo intelligere aliquã materiã ibi admixtam ipsi aeri , ex qua ista fieri possint,sine corruptione elemẽtorum. Hanc materiam,vaporem,& exhalationem vocamus,quia nõ videtur quid aliud ibidem possit poni.

2. Conclu. ¶Secunda conclusio. Regulariter, illa mixta imperfecta quæ fiunt ex vapore , nunquam ex exhalatione fiunt,neque e contra,quæ ex exhalatione,fiunt ex vapore. Hic volumus dicere,ꝙ sicut in mixtis perfectis contingit, ꝙ nõ quodlibet cõuertitur in quodlibet propinque,sed determinatũ , in determinatũ:& nõ quælibet dispositio materiæ ad quãlibet formã:sed certa materiæ dispositio,ad certã formã sufficit:& agit:ꝙ ad aliã minime , nisi multę præcedãt dispositiones,& mutationes sub materia disposita ad formam substantialẽ lapidis,non erit forma animalis. Simili modo in istis ex vapore fiũt immediate quędam mixta imperfecta,quæ ex exhalatione minime fierent. Et ex exhalatione fiunt aliqua, quæ non fierent ex vapore.

Ratio. ¶Probatur. Ex vapore(quia humidus)grando fit,pluuia,& nix,vt infra dicemus. Ista tamen ex exhalatione possent fieri:quia materia rarior,non apta ad grandinem,quia ficca quæ non ad pluuiæ generationem,quæ humiditatem sibi vendicat. Ex exhalatione fit stella cadens , quæ tamen non sufficeret ad pruinam.

3. Conclu. ¶Tertia conclusio. Exhalationes, ob leuitatem,& siccitatem ascendunt vsque ad supremam aeris regionem,ad quem locum vapores non possunt peruenire,sed manent in media. Ista conclusio insinuat differẽtiã aliã intervaporẽ,& exhalationẽ:nã licet largecapiẽdo (vt dicit Paulus Venetus) exhalatio sit vapor,& ecõtra,posita tamen differentia(vt solet poni)est vera conclusio authoritate Aristotel. & omnium philosophorum , qui de hac loquuntur materia, quia si vapor vsque ad supremum aeris locum perueniret, cũ ibi non sit locus vnde per antiperistasin fiat grã do,eo quod illa regio calida est:nunquam fieret grãdo ex vapore:neque fieret pluuia ibi. cum ergo ex vapore ista fiant,oportet intelligere non ascendere,usque ad suprema m regionem. Et de exhalatione patet:quia si exhalatio non illò peruenire t , sed maneret in media regione,quæ frigida est,non fierent in flammationes,quæ contingunt in exhalatione:sed vere contingunt:vt sunt capræ saltantes , & alia:oportet ergo dicere quod vsque ad supremam deueniat exhalatio:vbi facilis est accensio propter calorem illius regionis. Et de alijs omnibus ignitis,quę ibi fiunt, ibidem.

Venetus.

Aristo.

Regulariter, uapor solũ ad mediam ascendit, & exhalatio ad supremam.

¶Non negamus tamen quin aliquãdo exhalatio in infima regione aeris accedatur, antequã ad supremã deueniat:sicut de vapore cõtingit,ꝙ ex eo aliquid fiat in infima,antequã ad mediã deueniat: sed regulariter ita erit, ꝙ exhalatio ascendit ad supremam,& vapor solum vsque ad mediam regionem.

4. Conclus.

¶Quarta conclusio. Sicut exhalatio, similiter & vapor,intus in terræ visceribus inueniũtur:ex quibus varia ibi fiũt. Hic volo dicere, quod sol non semper exhalationem,quãdo calore causat in terra,eleuat,vel ob defectũ caloris,qui non semper eodẽ modo est propter directionem radiorum, vel incidentiam, sed aliquãdo manet exhalatio in poris terræ inclusa:vel quia dato posset eleuare sol,tamẽ sunt pori constricti,ob quod exhalatio manet inclusa,vt exire nõ possit. Eodem modo contingit de vapore , qui per virtutem solis ibidem in terra causatus,non habet vnde exeat,& intus in cauernis manet,ad modum quo fumus exigne,si non habeat fumarium quo exeat,includitur intra domum. Huius ratio est , Ibi in visceribus terræ fiunt multa naturaliter:tamen non possunt causari absque vapore,& exhalatione:ergo vel exhalatio:& vapor descendunt in terram,& includuntur quoties ista fiunt:vel oportet intelligere ibidem vaporem,& exhalationem : sed non descendunt:ergo ibi manent inclusa: & quidẽ ex vapore in visceribus terræ inclusa solis virtute Ludouicus Noguere in suo illo dialogo de Nilo putat incremẽtum singulis annis in Nilo Ægyptiaco cõtingere id quod antiquorum & grauissimorum Philosophorum authoritate: vide ibi.

Ratio ad cõclusionem.

Ad argum. ¶Ad primum dicendum quod aer,non sibi determinat tales exhalatiões,aut vapores: sed ibi commiscentur per continuã elevationẽ ipsorum à sole. Et quidem de exhalatione,cũ sit rara:ficca,& calida: non est mirum ascen

dãt,cũ ſit de natura leuiũ aſcẽdere:nã quãuis terreſtris ſit, ob aliquã eius terreſtreitatẽ,tamen eſt tam ſubtilis,vt naturaliter aſcendat. De vapore eſt magis difficile intelligere, ſed patet etiam:quia vapor licet ratione humidi & groſsi,habeat aliqualem grauitatem, præponderat calor, ratione cuius eleuabilis eſt à ſole,& aſcendit.Et ſuper omnia iſta eſt diuina ordinatio:quia ille vapor eſt,vnde debent pluuiæ,& alia ad terræ fœcunditatem generari:& non poſſunt niſi in illo loco,ſcilicet in media regione aeris:ob id vſque ad illum locum aſcendit vapor.nam ſi ad tollendum vacuum (quia hoc ad vniuerſale bonũ ſpectat) graue aſcendit:ergo & vapor aſcendet etiam naturaliter,vt ibi pluuiæ generentur,quæ tã neceſſariæ ſunt in mundo.

Ad ſecũdũ. ¶Ad ſecundum dicendum,quod in illo vapore,oportet intelligere etiam eſſe caliditatem incluſam,ſimul cum humiditate.Et cum per virtutem ſolis eleuetur, aſcendit in loco illo ſupremæ regionis,& frigidum obuians,cauſat per antiperiſtaſin,quod ille vapor nimiũ condenſetur:& dato quod condenſetur,præualet frigidum illius regionis:& deuicto calido vaporis, fiunt pluuiæ,grando,& nix, vt dicemus ſtatim.

Ad.3. ¶Ad tertium dicendum,dato ita ſit,quod intus in terræ viſceribus fontes generentur,eo quòd ibi incluſus aer in aquam vertitur:quia eſt ibi extra locum ſuum naturalem ad replẽdum vacuum:non tamen aer exiſtens in ſua diſpoſitione naturali,& in proprio ſuo loco naturali poſſet miniſtrare materiam pluuiæ tantæ:imo neque paruæ:quia non eſt intelligibile à quo in media regione aeris fieret iſta corruptio elementi,conuertendo immediate in aliud elementũ:& ob id dicimus,quod ſi vapor non eſſet,qui materiam præbet iſtis accomodatiſsimam,non fierent iſta. Neceſſarium eſt ergo ponere exhalationem,ſimul & vaporem,ad ſaluandum illa quæ contingunt.

Vapor,et ex halatio ſunt mixta imperfecta. ¶Et dato aeris aliqua pars incenderetur, nõ fierent illa,quę ex exhalatione eueniũt:quia aer non habet materiam terreſtrem in flammabilem,quam habet exhalatio, & non incenditur:& ſi incenditur non durat ob defectũ materię fouẽtis.Iſtam exhalationem, ſimul & vaporem oportet intelligas eſſe mixtum quoddam,(ad quod concurrunt elemẽta)imperfectũ tamen.Concurrunt(inquam) elementa,virtualiter,& tam in exhalatione, quã in vapore quodammodo intelliguntur omnes.4.qualites,eo modo quo & mixtum imperfectum:nec oportet requirere perfecte ſicut in perfectis mixtis reperiuntur.Et quãdo ex vapore generatur grando:eſt corruptio vnius mixti imperfecti:& generatio alterius:& forma ſubſtantialis vaporis deperditur: & eſt alia ſcilicet grandinis, vel niuis, licet quando ex vapore caligo,vel nubes fiũt, non corrumpitur forma ſubſtantialis vaporis:quia ſolum accidentaliter differunt: ſicut non corrumpitur in generatione venti: corrũpitur tamen,quando generatur cometa, vel coruſcatio.

¶ SPECVLATIO VI. Vtrum mixta imperfecta generentur in aere.

PRobatur quod nullo modo iſta poſsint fieri,etiam poſita exhalatione, & dato vapore.Si iſta fiant in aere,ſequeretur penetratio corporum:ſed hæc nõ datur:ergo neq; iſta fiũt. *1.Argum.*

Patet:quia ſi exhalatio inflammetur: penetratiue ſe haberet cum aere:quia maiorem occupat locum,quàm ante inflammationem.

Si ex vapore fiat grando,cum minorem occupet,quàm ante, ſequitur vacuum,quod refugit natura:ergo nullo modo iſta fiunt. *Ariſtotel.*

¶Vitantes prolixitatem,hic modum generationis iſtorum exponemus. Primo de illis quæ ex vapore fiũt.Si vapor eleuatur vſque ad mediam regionem aeris(quam ſupra expoſuimus frigidam eſſe)ibi exiſtens, condenſatur ob frigidum illius regionis.Et vapor cõdenſatus ratione frigidi,in nubem conuertitur.Et contingit quod illud calidum vaporis frigido prœualente,deperditur:& humido cũ frigido relicto condenſatio fit, & per virtutem ſolis nubes reſoluta deſcendit guttatim in terram. Quod ſi guttæ ſint non in magna quantitate:imber vocatur,ſi autem ſint magnæ guttæ:& rariores,labrocera dicitur. Et quanuis communiter locus generationis pluuiæ aeris media regio ſit,cõtingit interdũ(licet rarò)in infima fieri,& tunc non eueniet à frigido illius regionis,cum hanc infimam calidam eſſe in ſuperioribus probatum ſit: erit ergo cauſa calidum illius regionis:quod cauſa eſt,vt frigidum vaporis per antiperiſtaſin intendatur,& condenſetur:& vapor in aquã conuertatur:quia(vt diximus in præcedenti ſpeculatione)cum vapor ſit mixtum,quanuis imperfectum,virtute continet 4.elementa,& in ſe aliquid frigidi habet, licèt magis de calido.Ecce quomodo in infima,& media regione pluuia generatur:ſed non eadem ratione:quia in media frigus in cauſa eſt:& in infima calor.In media autem calor ipſius vaporis,facit vt congeletur:& in infima,frigiditas ibi exiſtens eſt cauſa.

Pluuia aliquando in infima regione generatur.

Notand.2. ¶ Etiam conſiderandum : quòd pluuia aliquando ſit in media regione,& non ex vapore,(licèt rarò,)& hoc ſit,per hoc quòd aer illius mediæ regionis ob frigiditatem eſt ſpiſſus,& condenſatur in nubem, quæ poſt in aquam conuerſa,pluuia eſt.Neque mirum, cum quodlibet elementum in ſibi proximũ ratione ſymboli conuerti poſsit , vt ſuprà dixi.

Aliquando aer in pluuiam cõuertitur.

Suprà 2.de ge.ſpe.3. Nubis ſteriles. ¶ Neque omnis nubis,pluuiam cauſat:quia aliquæ ſunt nubes,quæ ſteriles dicũtur:quę ob defectum humiditatis, non pluuiam ſubminiſtrant,ſed conuertuntur in aerem: non enim ſemper quòd eſt nubis: erit & pluuia: vt experientia teſtatur.Et ſol quidem ſuavirtute diſſoluit , ſi humiditas non magna ſit: quanuis non incendatur ob humiditatem quam habebat nubis:etiam ſi ad pluuiã ſuffi ciens non eſſet.

Pluuia ſanguinea. ¶ Pluuiæ differunt in coloribus : ita vt dicatur pluere ſanguinem:& eſt naturale , abſq; miraculo:vt in Ægypto contigit.: quòd ex forti aduſtione ſolis quando vapor eſt eleuatus,ex mixtione terreſtris aduſti. Et aliquã do pluit ad modum lactis:quod fit , quando terreſtre eſt nimis groſſum , non bene aduſtum.Et aliquando pluuia eſt falſa,eo quòd vapores eleuati ſunt nimium terreſtres : qui aduſti,falſedinem cauſant,vt in mari contingit.

Pluuia lactea.

Duplex cauſa pluuiæ. ¶ Ariſtotel. dat pluuiæ duplicem cauſam: vnam,motum ſolis in circulo obliquo : aliã, frigiditatem regionis mediæ:nam ſol eleuat ſua virtute.Et in æſtate magis eleuat,& non ſunt tam frequẽtes pluuiæ: quia ſicut habet virtutem eleuandi propter nimium calorẽ qui tunc eſt:diſpergit,& diſſoluit facilè.Sed tempore hyemis eſt ſufficiens ſol eleuare vapores:propter receſſum à nobis,& quia non directe radiat:non valet diſpergere:vnde frequentes ſunt pluuiæ in hyeme.

¶ Ex hoc poteſt dari ratio naturalis , quare in Ægypto non fiant pluuiæ: quia rarò fiũt nubes propter paruitatem materiæ. Et quia ſol nimium viget,diſpergit materiam eleuatã.Et in terra promiſsionis(vt dicũt hiſtoriographi)non pluit à principio Martij , vſque ad finem Septembris.Si quis velit pro cauſa dare terræ diſpoſitionem,bene quidem , ſed adhuc alia latent nos:aſpectus,ſcilicet,cœlorum.

¶ In noua Hiſpania pluuiæ continuæ per 5. menſes quotannis à principio Maij , vſque ad finem Septembris, ita vt conſuetudinem terræ promiſsionis,in illis temporibus,in quibus ibi pluuia non cõtigit: hic ſit certiſsimè quotidie.Si demus cauſam ſolis virtutẽ,ſufficiens eſſe eleuare tot vapores,qui conuertãtur in pluuiam,tam frequentem,& vehementem,ſicut contigit in anno 1555. in quo tã fuerunt frequentes aquæ,vt tota ciuitas Mexicana in periculo ſubuerſionis fuerit poſita,& modo non caret:eo quòd lacus iuxta ciuitatem tam ſit redundans,vt paulo momẽto ipſam totam inundet ciuitatem.

¶ * Et anno quando tertiam parabamus edi- * tionem proximè præterito 1567. ita fuerunt abundantes aquæ vt non abſque periculo eſſent Hiſpani,vt relatum nobis eſt à fide dignis.

¶ Fateor quidem eſſe cauſam,quod eleuentur vapores:ſed quare nõ erit cauſa & ipſius ſolis ad nos acceſſus, quare eleuati vapores diſpergantur,& pluuia tam frequens non generetur? Si cauſa aſsignanda eſt:ad terræ , & cœli diſpoſitionem recurrẽdum erit.Ex cœlo nanque poteſt euenire quòd in tali tempore aliquarum ſtellarum ſit occulta coniũctio,quæ ſit ſufficiens cauſa tantæ variationis,& frequentiæ pluuiarum.Et ex terra poteſt euenire: quia ipſa tunc temporis à ſole calefacta,habeat ſuppeditare materiam tantam pluuiæ , vt neceſſatio tam frequentes ſint aquę.Et ſi ſemel incipiãt,velut in circulo iterum ex ipſa humectata,vapores rurſus eleuentur:vſque dum ſol poſt æquinoctiũ hyemale non habeat virtutem eleuandi. Qui aliam habet cauſam,adducat:libentiſsimè ac ceptabimus.Et in prouintia Peru in planitie in longitudine per mille leucas , & vltra, & in latitudine ad 15.per lòca maritima,& in noua Hiſpania expertus ſum certum locum eſſe vbi ad tria milliaria in longitudine inualle parum lata rariſsimè pluuia & ad leuęę diſtantiam frequentiſsimè (en el valle de Mezti lan)nunquàm pluit,cùm in montibus frequenter ſint niues.

Quare in noua Hiſpania tam frequẽtes ſint pluuiæ in æſtate.

¶ * Hic tamen exploſam volo penitus opi- * nionem Guilelmi Pariſienſis , in prima par.

de vniuerso, & Petri de Aliaco super Gene. super illa verba. Cataractæ cœli apertę sunt. & in libro de astronomiæ & theologiæ concordantia: qui aiunt illam inundationem aquarum factam in vniuersali diluuio tempore Noe, fuisse naturaliter ex coniunctione astrorum: quæ natura sunt aquatica, vt Cancer, Pisces, Pliades, Orion, Mars, & Venus, &c. Hæc prorsus à fide aliena videntur: vt probat quidam author modernus Hieronymus Armellinus, in libro edito aduersus quẽdam nostri temporis philosophum, qui contendebat probare contrarium. Nam etsi ex constellatione aquarum abundantia euenire possit, tam grandis tamen inundatio & generalis per totum vniuersum, non nisi per potentiam diuinam peculiariter id euenisse asserendum est.

¶ Etiam cum pluuia aliquando cadunt animalia: vt ranæ, vel vermes: & hoc ne prodigiosum existimemus, ad naturã referamus: vel quia simul cum vapore fuerunt eleuata, vel (quod verosimilius) ex putrefactione cũ fiant, ex vapore terrestreitate admixta, cum solis calore, applicatis actiuis ipsis passiuis, potest contingere: ob id tempore pluuię, maximè in æstate, multitudo ranarum appareat: vt cum qualibet gutta videatur animal descendere; & in descensu potuit generari: vel statim cùm primò terram tangit: quia tunc potest esse vltima dispositio ad animal generandum.

Cũ pluuia ranæ descẽdunt.

Signa pluuiæ.

¶ Vt omnia etiam adducamus, signa pluuię ponì solent, Mergorum è flumine volatus celer. Rubedo matutina. Sideraq; cadentia. Paleæ, & frondes eleuatæ volitantes. Grues in aere fugam agitantes. Vacca captans naribus auram in cœlum suspiciens: & hirundines circum lacum volitantes: & ranæ querulæ. Cœlestis arcus apparitio, & agmen coruorum è pastu rediens: & quando aues fluuiales prata quærunt & nonnulla alia, quæ cõmuniter ponuntur.

De rore.

Ros in infima regione aeris generatur.

¶ Ros generatur per hoc quòd vapor humidus, & calidus propter debilem calorem non potuit pertingere ad mediam aeris regionem. Eleuatus ergo, & suspensus in hac infima: in nocte à frigiditate eiusdem in aquã conuertitur, præualente frigore aduersus debilem calorem: qui conuersus ob grauitatem descendit ad guttarum similitudinem & fit in crepusculo matutino: quia tunc magis frigus vigere solet, quod sufficit ad vaporem conuertendum in guttas. Et hoc in tempore veris, quando sol sufficit ad eleuandũ: sed quia non multùm feruet, non tãtum sub leuat.

¶ Roris exemplum datur in vase distillatorio, quod Alquitara vocatur. Ob ignem suppositum ascendit vapor, qui cùm tangit frigidum metallum, in guttulas conuersus: cadit per foramen distillando: sic etiam vapor eleuatus tangens frigus noctis, cõuersus in gutulas cadit.

Ros nocet ouibus.

¶ Ros nocet ouibus: quãdo herbas rore perfusas comedunt manè, ante quàm decidat. Cuius ratio hęc est: quia habet humidum aereum viscosum, & dulce: & in solis aduentu aquosum dissoluitur, manet dulce viscosum, ad modum farinæ: quam dulcedinem degustantes præ solito voraces, replentur, tantum vt sel superabundet, & vt vas rumpatur. Huius experimentum (ait Albertus) se vidisse: imò & ibi de passionibus aeris aliam dat causam. Vide ibi.

Albertus Magnus.

¶ Quòd non nimium à terra eleuatus ros generetur, argumẽtum subministrat, quod neque in turri aliquantulum alta: imo neque in tectis domorum videatur. Et rarò cadit in capite hominis deambulantis, sed bene ad pedes. Non apparet supra petram, aut puluerem: quia à siccitate consumitur, & non percipitur.

¶ Ros non contingit nebuloso tempore: quia sol non tantum calefacit, vt eleuare possit materiam aptam rori. Neque fit tempore ventoso: quia vapor eleuatus dispergitur facilè. Signumque serenitatis futuræ ponitur, eo quòd quando ros generatur, sunt vapores subtiliores, & non valentes pluuiam generare.

Paulus Venetus.

¶ An ros, & pluuia specie differant, opinio est varia. Paulus Venetus dicit quòd sic: alij putant contrarium. Vtrunque defendi potest.

Pruina in infima aeris regione.

¶ Pruina etiam contingit ex vapore: & in infima regione aeris, quando antequàm vapor in aquam conuertatur, gelatur: & hoc in hyeme frequenter, siquidem ad eius generationem frigus intensum requisitum est. Et tãdem in eodem loco, & ex eadem materia cõtingit ros, & pruina, licèt in diuersis temporibus. Et vtrunque tempore sereno efficitur, licèt ros futuræ serenitatis sit signum: pruina verò non. Item: quia cùm dissoluatur, & in vaporem conuertatur: & sol propter debilitatem, ratione qua à nobis recedit, non potest consumere illum vaporem, & generantur nubes: & fiunt pluuiæ.

¶ Pruina in locis humilibus maiorem impressio-

pressionem facit, quàm in altis, quoniam vapor non nimium à terra eleuatur, & quia surfum ex tali vapore à vento solet aliquid dispergi. In loco tamen humili non tantũ flat ventus, & ob id non dispergitur materia, & videtur magis de pruina, quàm in locis eminentibus. Quapropter Aristot. ait: Ros, & pruina in altis montibus non fiunt: quia vapor ex quo gignitur, densus est: & parum caloris habens, vnde possit in montium verticem sustolli, sed prope terram demittitur. Secundò. Quia si montium vertices vento agitantur, non consisteret vapor, vnde illic ros, atque pruina fieret. Hæc Arist.

Arist.

Nix in media regione fit.

¶ Nix generatur quando nubes priusquam in humorem stillent, congelantur à frigiditate mediæ regionis, vbi nix fit. Cum ergo vapor multus fuerit eleuatus ad aeris mediam regionem, condensatur, & propter frigiditatem congelatur, antequàm pluuia fit. Itaque vapor in nubem conuersus, est materia ad niuem, & ad pluuiam: sed fit nix, quando antequam in pluuia versus congelatur. Et volunt aliqui dicere, quod nubes priùs in niuem conuertitur, & temporibus frigidis nix descendit vsque ad loca infima, sed in tẽporibus calidis propter caliditatem aeris in descensu liquefit, & est pluuia. Et huius argumentum est: quia in altissimis montibus nix cadit, & inferius est pluuia: imò in noua Hispania est compertissimum, quod cùm frequenter in locis infimis pluat, semper tamẽ nix est in montibus quibusdam altis: vt in loco prope Vulcanum, la sierra neuada. Et in alio loco in monte, vbi mineralia de Cultepec: quod potest euenire ex loci dispositione: & quia prope mediam aeris regionẽ sunt illa eleuata loca, vt vapor eleuatus in niuem conuertatur.

Nix.

¶ Ex libro de mundo (si Arist. est) constat niuem oriri ex densatorum nubium attritu atque conflictu, qui priùs est quàm in aquam mutetur & sic spuma ex concussione nubiũ vocatur & id explanat Plinius libro 17. quãdo dicit niuem spumam esse aquarum cœlestium, per aquas cœlestes nubes intelligendo. De quo vide Ludouicũ Noguere in suo dialogo de Nilo.

¶ Nix habet album colorem, quia ex materia transparenti diaphana fit, ad lucem dispositа: & lux in tali materia incorporata, facit eam albam. Secunda causa est, quia frigiditas intensa in vaporem humidum agit, cuius naturæ albefacere est. Frigiditas enim mater albedinis dicitur: sicut caliditas nigredinis.

Qua de causa ad Septentrionem multa sunt albi coloris animalia, & ibidem homines albiores, quàm qui ad Austrum positi. Etiam differunt figura: quia pluuia cadit in figura sphęrica vt resistat corrumpenti: sed nix sub florum figura: quod ab speciali cœli influentia euenire putandum est.

¶ Nix frigida actualiter est, & sicca. Pluuia autem frigida, & humida. Solet casus pluuię continuari, vt vna cadente, rursus alia cadat. Non sic de niue: quia per eam pori terræ cõstringuntur: ita vt non possint vapores eleuari: ob id non sic descensus iterum nimis, statim in proximo.

Albertus.

¶ Albertus magnus in suo de passionibus aeris dicit, quod nix ideo cadit mollis: quia calor egrediens aliquantulum resolut id quod debiliter congelatum est: ideo nix cadit mollis, facilè comprehensibilis, quod nõ esset, si esset omninò glacies, sicut grando.

Grando.

¶ Grando (iuxta sentẽtiam Aristo.) in infima aeris regione generatur: dicit quod in altis locis non fit grando: sed probabilior sententia illorum est, quæ tenet grãdinem fieri in subliniori loco, in media aeris regione, in parte altiori, quàm fiat pluuia. Modus, quo fit, iste est. Vapor eleuatus sursum: propter calorẽ rarus est: & vndique locum præstans frigori, vt subintret, & statim congelatur: ita vt nubes iam in aquam conuersa, congeletur: & cadat grando. Cuius signum est, quod aliquando simul cum grandine decidunt guttę grossæ: quia non poterant congelari ad speciem grandinis tam citò, ex defectu frigoris. Quòd si in infima aeris regione contingat (vt placet Aristot.) id erit, quando vapor ille habens in se frigiditatem propter calorem regionis huius infimæ condensatur valde, & congelatur, & fit grando per antiperistasin: & nõ prope terram: quia eleuatur vapor ob calorem aliquantulum, quousque deficiat calor, & frigus remanens contrarium fugiẽs. Si tamen grando fiat in media regione (vt fieri solet) nõ est per antiperistasin propriè: quia vapor ille deueniens ad illam regionẽ mediam (quæ frigida est) valde infrigidatur, & congelatur fortissimè, eo quod calidus fuerat: sicut de aqua, quæ calida reducit se ad frigiditatem, & fortius congelatur: ob id nõ est immediatè per antiperistasin, sed mediatè: quia vapor ille calidus fuerat.

Grando in media regione.

Arist. dixit grandinem in infima aeris regione fieri.

¶ Grando non contingit in tempore nimis calido: quia dato vapor eleuetur, dissolui potest à nimio calore: sed contingit (vt in pluri muin) tempore veris, & in autumno: & in nouа

ua Hiſpania maximè temporeueris, à princi pio quando incipiunt pluuiæ.

¶ Grando diuerſas habet figuras: aliquando rotundam: aliquãdo angularem: Generatur aliquando ſimul cum grandine aliquid pruinæ, vel niuis, quod fuit ex vapore obuio congelato in deſcenſu grandinis.

¶ Interdum cadunt lapides cum grandine: non quia ſurſum lapides fuerint geniti, ſed quia lapis de natura ignis cum vapore cõtingit eleuari & poſt congelatus vapor ſimul cum lapide cadit.

¶ Et quod diuerſa aliquando in gradine figura appareat, ad conſtellationem oportet referre, ſi animalis, vel aliam habeat figuram.

¶ Hæc de illis, quæ ex vapore contingunt, tam in infima, quàm in media aeris regione dixiſſe ſufficiat. Vbique ſunt obuia, & clara, & ſufficit ſemel audiſſe, vel legiſſe.

¶ QVÆ *fiunt ex exhalatione.*

EX exhalatione in ſuprema aeris regione eleuata, ſi ibi accendatur: & non ſit æqualiter ſubtilis, ſed groſſa inferior, & ſubtilis ſuperior: candela ardẽs vocatur. Si pars groſſa parua ſit, ad modum lanceæ videtur ardere: & lancea ardens dicitur. Si verò contingat talem exhalationem æquè raram eſſe, & non incendi ſimul ſecundùm omnes partes: ſed ad modum ſcintillarum, ſcintillæ dicuntur. Si verò exhalatio ſit multa, & compacta, & æqualiter inflammetur, vocatur cãdela accenſa: cum prima ſit dicta ardens.

Lancea ardens.

Scintillæ.

Candela accenſa.

¶ In infima regione aeris contingit exhalationem debiliter calidam multam eſſe, & diſperſam: & per frigus noctis fortificari, & inflammari: & pars inflammata ſurſum ſaliens videtur: & capræ ſaltantes dicitur. Si verò talis exhalatio non ſit multa: tamen continua: accenſa in nocte, ad inſtar ſtellæ decidit: ſicut ſæpiſsimè videmus. Et videtur aliquando poſt ſe veſtigium relinquere: & dicitur ſtella cadens. Si verò exhalatio fuerit multa, & optimè coniuncta in aere accenſa ſtat: & hæc hominem tranſeuntem, aeremque impellentem, aut ſequitur, aut precedit, ignis fatuus dicitur, quod euenire ſolet circa patibula, cementaria, & coquinam: quia in illis locis multa eſt viſcoſitas, ex quibus iſta generantur. Si verò exhalatio hæc inæqualis fuerit in ſubtilitate, & in vtroq; extremo, quod ſubtilius eſt accenſo: quod eſt groſsius in medio ad ſimilitudinem ventus apparet, cuius vnum extremorum cauda, aliud caput iudicatur: & hæc draco volans appellatur.

Capræ ſaltantes.

Stella cadẽs

Ignis fatuꝰ

Draco volans.

¶ Hæ tamen impreſsiones licèt variæ, aſsignatæ ſint: in certis regionibus aeris generari, non ſic eſt certum: quin cõtingat aliquas quas poſuimus in prima regione, & in ſuprema formari, & è contra: ſicuti Ariſtotel. ait. Hæc aliquando in ſuprema aeris parte fiũt: vt cùm materia calidior, ſiccior, & rarior, & magis ardoris natura immutata fuerit: & aliquando in infima: vt quando denſior fuerit humidior.

¶ Etiam Ariſtotel. inſinuat modum: & cauſam phantaſmatum: vt hiatuum, & voragi num, nam ſicut ex exhalatione incenſa contingunt quæ dicta ſunt: hiatus, & vorago ex ſola illuminatione exhalationis fiũt. Si enim non incendatur propter defectum viſcoſitatis, illuminatur in partibus extrinſecis propter earum raritatem. Et quia medium ob opacitatem non illuminatur, videtur in medio velut quædam profunditas, ſicut in putei ore, quæ ſi magna fuerit, vorago dicitur. Si non ita magna, hiatus: quia colores varij in aere apparent, ait Ariſtot. nunc puniciei, nunc purpurei: nunc clariores: vt qui rario re caligine ſuſcipiuntur: nunc ſubobſcuri, vt qui craſsiori. Album enim in nigro multas facit varietates. Et ij colores in ſumma die non ita apparent: quia illos luminis abundantia impedit: neque in ſumma nocte: quia hos videre impedit noctis nigredo. Et non multo tempore perdurant: quia eorum materia euanida eſt: & citò ſegregata diſparet: & hęc phantaſmata dicuntur: quia non ſunt, quod apparent.

Vorago.

¶ SPECVLATIO ſeptima. Vtrùm cometa ſit de natura cœleſti, & ſit prognoſticum mortis principum, bellorum, & ſterilitatis.

Arguitur

Primũ arg.

ARguitur quòd nullo modo ſit exhalatio. Nulla exhalatio, vel aliqua impreſsio meteorologica diu durat: ſed cometa diu durat: quia viſus eſt aliquando per 6. menſes vt author eſt Seneca.

2. ¶ Præterea. Omnis impreſsio meteorologica ignita, ſurſum, vel deorſum mouetur: ſed cometa mouetur circulariter, vt docet Ariſtot. & experientia conſtat.

3. ¶ Tertiò. Quod nõ ſignificet ſiccitatem, patet. Significat inundationem, vt ait Ariſtot. in litera: ergo non ſignificat ſiccitatem, cũ vnũ non poſsit contrariorũ eſſe ſignum.

4. ¶ Vltimò. Probo quòd non ſignificet mortem futuram principum. Non plus habet cõuenientiæ exhalatio, ex qua cometa ad principes, quam ad cæteros homines: cùm æqualiter omnes aerem participent, & reſpirent: ſed non eſt ſignum mortis aliorum hominũ: ergo neque principum.

In contrar. Ariſt. Ptolemæ.

¶ In contrarium eſt Ariſt. hic in litera, & Ptolemæus in 2. p. quadripartiti. c. 3. & 13. qui dicit, cometam ſignificare ventos: ſiccitates: mortem principum, & bella.

Notand. 1.

¶ Pro ſolutione notandum, quod cometa cauſatur ex exhalatione ſicca, & calida: quę ratione leuitatis, & maximè caloris, eleuata ad ſupremam regionem aeris ibi inflammatur ob rationem caliditatis illius regionis: & apparet ibi. Et ſecundùm diuerſitatem exhalationis, tam quantum ad denſitatem, vel raritatem, quàm vnctuoſitatem: vel ſiccitatẽ materiæ ad vniformitatem in denſitate, vel raritate eſt diuerſitas in cometa: ſic apparet multis modis, vt Ariſto. docet, & omnes philoſophantes.

Notand. 2.

¶ Cauſa cùm multipliciter dicatur (vt patet ex ſecundo phyſicorum) quædam eſt cauſa directa, quod ea poſita, ponitur effectus: alia eſt cauſa, quæ poſita, non ſemper ponitur, ſed frequenter. Et quod non ſemper ponatur eſt, quia dependet effectus ex concurſu ſtellarum cauſarum, quæ ſolet impediri raro tamen.

Notand. 3. Variæ opinio.

¶ Eſt etiam aduertendum, de cometa variã fuiſſe antiquorũ opinio. Democritus dixit, quod cometa eſſet naturę cœleſtis: quia erat coniunctio planetarum.

Opinio. 2.

¶ Pythagoras dixit, quod ex erraticis ſtellis eſſet vna, raro apparens extra radios ſolis, & ideo raro videtur.

Opinio. 3.

¶ Seneca dixit, quòd cometa eſſet vna ſtella non ex fixis, neque de planetis, ſed alium varium habens motum.

Opinio. 4.

¶ Hippocrates, & ſequaces dixerunt, quòd ſtella cometa eſſet de natura cœleſti, ſed coma erat de natura elementari. De quo ſit prima concluſio.

1. Conclu.

¶ Cometa ſecundùm ſuam ſubſtantiam nõ eſt de natura cœleſti, neque eſt aliqua ſtellarum fixarum, aut erraticarum. Hæc concluſio eſt Ariſtot. Contra omnes ſupra dictas opinio. probatur facilè. Quæ ſunt in cœlo, ſunt immutabilia, & incorruptibilia, ſicut & cœlum: ſed cometa variatur, generatur, & corrumpitur, vt notum eſt: ergo non eſt ſtella aliqua, neque de cœli natura. Si eſſet enim aliqua ſtellarum, nõ poſſet eſſe, quin ſaltim quolibet anno appareret, & fortè per maiorem partem anni in qualibet nocte.

Ratio.

¶ Cometa eſt de natura elementari, ſcilicet, exhalatio ignita. Patet. Cometa eſt aliquid corporale, ſenſibile ſenſu viſus: & non eſt de natura cœli, neque ſtellarum: oportet ergo ſit aliquid ex meteorologicis cauſatis in regione aeris, & non ex vaporibus: vt ſuprà dictum eſt. Manet ergo quòd ſit exhalatio ignita in ſuprema regione aeris. Et patet ex Ariſtot. in litera. Et poteſt probari, quòd ſit exhalatio ignita: quia vel eſt ignis in ſphæra ſua, vel aer, vel vapor, vel exhalatio. Non eſt ignis: quia ignis ſemper eſt, & cometa ſemper deberet eſſe. Neque aer ſimiliter. Neque vapor: quia non tantum aſcẽdit: relinquitur ergo quòd ſit exhalatio ignita.

2. Conclu. Ratio.

¶ Tertia concluſio. Secundùm differentiam materiæ ex qua cometa, contingit varius aſpectus eius: vt aliquãdo vt ſol, vel luna: Cometa interdum habet comam: aliquãdo caudam: aliquando infimè apud nos eſt: aliquando nimium alte, & aliquando mouetur ad occidentem: aliquando ad Septentrionem. Et cometa qui viſus eſt, & cœpit videri in principio menſis Martij anni 1556. in noua Hiſpania ad Septentrionem declinabat, & mouebatur ab Oriente, & durauit vſque ad 18. diem eiuſdem menſis. Solet aliquando per 7 dies, vt in pluribus, & vt in paucioribus per 80. dies, & vt raro per ſex menſes: vt ait Seneca. Et eſt differẽtia in coloribus. Omnia iſta patent ex Ariſto. Ratio differentiæ ex ipſa exhalatione ſumitur, vt dicebamus. Et ratio quare duret eſt, quia habet fomentum ex alia, & alia continua exhalatione, quæ accenditur: ob quod poteſt tantum durare: ſicut in lampade ardente contingit, per continuum fomentum alicuius vnctuoſi humidi.

Concl. 3.

¶ Quarta

4. Cõclusio ¶ Quarta conclusio. Omnis cometa significat aliquod malum futurum: aliquando siccitatem, & ventositatem: interdum terræ motum: aliquando maris inundationem: aliquãdo significat destructionem fructuum: aliquãdo immutationem regum: translationẽ regnorum: aliquando mortem principum: significat bella, & lites. Omnia ista patent ex litera Aristot.

Ratio. p. p. ¶ Quòd significet aliquod futurum malũ, patet ex historijs: nam vix visus est cometa, quin eueniat aliquod malum, & vt in plurimum.

Ratio. 2. p. ¶ Quòd siccitatem, & vẽtositatem: est, quia cum eleuantur exhalationes, ex quibus cometa: est caliditas nimis intensa: & aliquæ partes illius exhalationis remanent in aere, ex quibus venti generantur: & cùm sint venti, & caliditas, siccitas etiam erit.

Ratio. 3. p. ¶ Quòd terræmotum, sic Aristot. Seneca similiter dicit: quòd post apparitionem cuiusdam cometæ fuerunt duæ insulæ per terræ motum subuersæ. Et est ratio: quia quando ex viscerib⁹ terræ eleuatur exhalatio, contingit quòd propter frigus extrinsecum ex parte alterius influentiæ, pori clauduntur in superficie terræ: quibus clausis, petentes exitum, fugientes frigidum terræ, concutiunt terram, & est terræmotus. Itaque terræmotus est non ab exhalatione, quæ in cometa est: sed ab illa quæ in terra manet inclusa.

Terræmotus quomodo fiunt.

Ratio. 4. p. ¶ Quòd maris inundationem significet: patet ex Aristot. & euenit, quia cùm contingit terræmotus, aperitur terra, ita vt mõtes subruantur: & proijciantur in mari, & ex illa parte fit fluxus maris.

Ratio. 5. p. ¶ Quòd fructuum destructionem: patet ex siccitate quæ tunc est.

Ratio. 6. p. ¶ Quòd regum, & regnorum immutationem. Patet: Immutantur, & accendũtur corda principum, & fiunt cholerici, quia quanto deliciatiores, magis aeris turbatio ex siccitate eos penetrat, & male disponit: & quia in iram commoti, sunt bella, & dissensiones, quales (proh dolor) experimur nunc, neque opus erat nunc videre cometam vt præsagium bellorum, cùm inter principes Christianos non desint sanguinolenta prælia, & inimicitiæ capitales: & ex alia parte pessimus, & perfidus Mahometus infestet Christianos. Prope finem sumus, cùm tot sint signa. ¶ Cometa est signum mortis regum: quia cum sint bella, & in bellis ipsi soleant esse, præcipuè contingit quod interficiuntur in bello. Item: quia cùm ipsi viuant delicatè, ex aeris indispositione citiùs infirmantur, & maius nocumentum recipiunt, quàm alij nõ delicati. Et de præsagio isto patet per Arist. in litera. Hæc in summa dicta sint de illis malis, quæ solet cometa, quando apparet, significare.

5. Conclu. ¶ Quinta conclusio. Sic cometa ista significat supradicta: quòd ex multis alijs causis impediri potest euentus præfiguratus. Probatur primò: quia cometa nõ est causa directa istorum, sed indirecta. Secundò: quia ad hoc oportet concurrant aliæ causæ secundæ, aliæque influentiæ: & si non concurrant, non sequitur effectus: vt ad hoc quòd sit ventus, requiritur multa exhalatio sit eleuata: vt fiat terræmotus, requiritur sit frigus constringens terræ porosad hoc quòd sit inundatio, est requisitus terræmotus: ad hoc quòd sint bella, requiritur quòd quis sequatur commotionem, & passionem, & non rationem: & quod sint pecuniæ ad sustentandum bellũ, quòd sint bellatores. Ad hoc quod sequatur mors regum, vel principũ, requiritur quòd tam sint deliciosè nutriti, quòd commouẽtur, in tantum vt ad mortem infirmentur: & quòd sint in illa parte, vbi talis exhalatio in tanta abundantia est: tandem multa alia requiruntur.

Ratio. 1. Ratio. 2.

¶ Sufficiat ergo ex istis intelligere cometã esse quid naturale, & non esse miraculosum: & esse prodigium, seu prognosticum futurorum, tamen incertum, debile, & inconstans: quia eius euentus multis modis impediri potest. Quapropter quicunque sapit, nolit viso cometa, futura prædicere, ne falsus inueniatur propheta. Quæ futura sunt, soli Deo incognita sunt. Quòd si vt in causis à peritis philosophis, vel astrologis iudicãtur, sic prædicentur futura, vt in causa solùm cognita, cuius effectus potest impediri.

Ad argum. ¶ Ad argumentum, ex dictis patet solutio, quare ista magis euenire soleant, quando est cometa aliquis, quàm in alijs temporibus.

¶ SPECVLATIO octaua. Vtrùm aquę fluuiales, & fontium, generentur in concauitatibus terræ.

Proba-

1. Argum. PRobatur quod non: quia omnis aqua tam fluuialis, quàm fontalis emanat à mari, ergo non generatur in concauitatibus terræ. Consequentia est bona: & antecedens probatur authori: omnium antiquorum, vt hic Arist. in litera tradit.

2. ¶ Secundò. Si in terra aqua fontium generatur, vel est ex aere, vel ex aliquo vapore eleuato à sole: sed nullo istorum modorũ. Non ex aere, qui aer, ibi in viscerib⁹ terræ inclusus, cùm sit extra suum locum naturalẽ, non est tãtus, vt possit materiam dare fontibus, & fluminibus: cùm ex vno pugillo aquę fiat decem aeris: vt suprà dictum est. Neque fit ex vapore: quia simili ratione nõ posset esse tantus vapor.

¶ Item: quia si ex aere, vel vapore, oporteret quòd in omni loco essent fontes, cùm in omni terra habitabili vapores causet, sed & in omni parte terræ sunt pori vbi aer est inclusus.

3. ¶ Præterea. Si flumina, & fontes in terra generarentur, sequeretur quòd non scaturiret, & ascenderent, vt ascendunt. Patet: quia omne graue descendit, & non ascendit: sed aqua graue est: ergo potiùs deberet ad infimum alium locum, scilicet, ad terræ centrum descendere, quam ascẽdere ad superficiẽ terręo.

In contrar. ¶ In contrarium est quod Arist. otel. in litera dicit.

1 Conclu. Variæ sentẽtiæ de generatione fontium. ¶ Hic primò supponendum, antiquorum varias admodum fuisse opiniones de fontium generatione: quibusdam dicentibus quòd ex mari fluerent aquæ: alijs quòd ex Tartaro sub terra incluso: alijs quòd ex cauernis, vbi aqua detinetur inclusa, quæ postea fluit: alijs quod ex aquis pluuialibus euenit. De quibus omnibus Arist. mentionem fecit.

In hoc p. meteoro. spec. 5. 4. Physic. Specul. 3. 1. de gene. Specul. 6. ¶ Oportet secundò in memoriam reuocare, quòd suprà dictum est: in terra esse poros, & concauitates, & voragines non paucas: & maiores, & minores, secundùm aliam, & aliam terræ dispositionem: quæ foramina (cùm vacuum non detur per naturam) oportet sint plena aliquo corpore: & ob id sicut in libr. de generatione dicebamus, quod in corpore animalis dantur partes porosæ plenæ aere: ratione quarum nutritio, & augmentũ fiat: sic etiam oportet quòd in terra illæ partes sint porosę. Et maximè ad hoc deseruiens est aer: quia est corpus subtile subintrans, & penetrans omnia. Et similiter illa loca possunt esse plena vaporibus eleuatis à sole penetrãte viscera terræ: qui vapores non tam sunt calidi, vt ascendant: vel quia non semper datur locus exeundi, eo quod foramina, vel vię exitus, claudantur.

1. Conclu. ¶ Prima conclusio. Aquę fontium, & fluuiorum non descendunt examari, neque ex tartaro, neque ex pluuia, neque ex niue. Hæc est Arist. in litera. Probatur. Omnia flumina intrant mare; & descendunt: ergo sequitur quòd non habent originem à mari: & similiter fontes eò tendunt.

Ratio.

¶ Neque ex tartaro originem habent: quia cùm aquæ sint in superficie terræ, & tartarus in centro eiusdem (vt ponebat Plato) nõ possent indè emanare.

¶ Item, quia aliàs indifferẽter essent fontes, in montibus, & in planicie: in illa, vel in illa terra: sed videmus quòd non indifferenter, sed magis in montibus, quàm in planicie, & magis in vna, quàm in alia terra: oportet ergo aliam causam dare fontium, & fluuiorũ, quàm sit mare vel tartarus.

¶ Neque ex aqua pluuiali, aut niuium. Patet: quia fontes durant, quando pluuiæ non sunt, neque niues: vt experientia constat, ergo non generantur fontes ex ipsis. Et Seneca hoc probat in suo de naturalibus quęstionibus.

2. Conclus. ¶ Secunda conclusio. Fontes generantur ex aere incluso in foraminibus; & cauernis terræ. Patet. Ibi est aer inclusus, & ratione frigiditatis terræ condensatur in guttas, quę paulatim descendendo fontem causant & illis exeuntibus, rursus ob vacuum vitãdum aer subintrat, ita vt perpetuus videatur modus generationis fontis, & duret aqua. Quòd aer ratione frigiditatis in guttas aquæ conuertatur, videmus per experientiam in antris, & alijs speluncis: & subterraneis locis, vbi continua stillatio est ob aerem inclusum tangẽtem frigidum loci, aut terræ. Et quod sit facilis transitus ab aere in aquam, eo quòd habeant symbolum, superius dictum est: nã frigido vincente calidum aeris, manente humido: ex aere fit aqua.

Ratio. 1. Sup. 2. de ge. spec. 3.

Ratio. 2.

¶ Præterea. Intra terræ viscera verè aqua fluit, & non ex mari, neque ex tartaro, neq; ex pluuia, neque ex niue: ergo est quia ibi generatur: sed si generatur, vel erit ex terra, vel aere, vel ex vapore. Non ex terra: quia terra consummaretur per continuum aquæ fluxum. Neque ex vapore: tum quia non in omni loco est vapor eleuatus: tum quia non fuisi-

sufficeret ad tantam aquæ magnitudinem: ergo fit ex aere.

Confirma. ¶ Confirmatur: quia videmus maximè fontes esse, & fluere à locis magis expositis aeri, & porosis, in quibus concauitatibus ibi inclusus est: & in alijs locis planis, & vbi terra magis condensa, minus reperiuntur aquę. Et causa est, quia deficit in illis locis materia ex qua fontes generantur, & in alijs abundat.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. Fontes, & flumina non ex solo aere incluso in cauernis terræ generantur, sed etiam ex vapore. Volumus declarare non solùm aerem materiam esse aquarum, & fontium: per hoc quod circunstante frigido terræ condensatur in guttulas: sed etiam quod contingat ex vapore, aliquādo quidem ex solo vapore: aliquando ex vapore, & aere simul: aliquando ex solo aere: aliquando ex aere, & vapore simul: quia vtrunque materia est idonea, & apta generationi fontium, vt sine multis transmutationibus facilis sit transitus. Patet. In cauerni, & illis porosis partibus vapor elevatus est à sole: quia sol exhalationem, & vaporem intus in terræ visceribus causat: vt dictum est: sed non semper exit: ergo manet ibi inclusus. Vaporque ille ob frigiditatem terræ condensatur, & in guttas conuersus, efficitur aqua: & fonti præbet originem, quæ necessario exit, & ipsi vapore consumpto, succedit alius vapor: quia continuè sol eleuat: & quod contingat ob frigiditatem terræ patet. Vapor eleuatus ad mediam aeris regionem, ob frigiditatē illius regionis conuertitur in aquam: ergo inclusus vapor in cauernis terræ ob frigiditatem potest in aquam conuerti. Et hoc patet in Alambico vase adaptato ad aquam rosaceā extrahendam: nam vapor eleuatus tangens frigidum in parte superiori, congelatus in guttas, stillat per orificium alambici, vt supra diximus. Patet etiam similitudo in homine: nam vapores qui eleuantur, maximè ex stomacho, ascendentes ad cerebrum, cùm sit natura frigidum, cōdensantur: & guttatim decidunt per oculos, & nares: ergo à simili etiam vapor intra inclusus, victus à frigido circunstante, poterit materiam aquæ subministrare.

Ratio. ¶ Argumentum ergo est, quia in quibusdā terræ locis aquæ oriuntur, & non videtur vnde, nisi quia ibi generantur: sed non semper ex aere: ergo oportet sit ex vapore, quē ibi inclusum esse, nullus inficias ibit.

Confirma. ¶ Simili argumento confirmatur, vt in præcedenti: quia in illis locis sunt maximè fontes, in quibus sol operatur secundùm terræ dispositionem ad vapores eleuandos: & quia soli, sunt montes expositi, sicut & aeri: in eis maximè contingit.

¶ Et huius etiam dari potest experientia, quæ est validum argumentum: nam in hyeme fontes sunt maiores, quàm in æstate, & non alia ratione, nisi quia in terra inclusi sunt vapores multi, quod non sic in æstate. Nam cùm in hyeme ob frigus circunstans, exhalationes calidæ, & vapores non exeant à terra: manent inclusi, & efficiunt calidiorē & magis eleuantur, & sunt in ipsis terræ concauitatibus, & poris. Quapropter magis de materia subministratur ex vaporibus ad fontium generationem in hyeme: sed in æstate non est tantus calor inclusus in terra. Et vapores qui eleuantur: quia non sunt pori terræ constricti, exeunt: & non tot manent inclusi in terra. Quapropter aqua non in tanta abundantia generatur. Ecce quomodo appareat, vapores esse materiam aquarum.

4. Concluſ. ¶ Quarta conclusio. Aqua, ad orificia fontium non ascendit violenter, neque per compressionem terræ, sed ascendit naturaliter in altitudinem suæ originis: quia cùm nullum violentum sit perpetuum, & non duraret: sed durat: ergo oportet dicere non esse violentum. Neque fit per compressionem terræ: quia terra esset aliquod fluxibile, vel totaliter submersa: cuius contrarium videmus. Item: quia terra diminueretur. Manet ergo quòd naturaliter ascendat: quia experientia constat, quod sit absque aliqua violentia, cū non sit vltra originem: & cùm duret, oportet ei conueniat secundùm naturam: & si altius quàm origo, erit ob vitādum vacuum quod etiam naturale erit, in quantum ad bonum vniuersi hoc spectat, vt dictum est. Et quòd aliquando videatur aqua ascendere: posito panno lineo pro medietate in vase semipleno, & alia medietate suspenso, erit ex natura sua: quia habet hoc, quando aliquod multum passibile, vel dispositum est, vt sic agat, etiam ascendendo: vt cōtingit in igne, quòd descendat posito combustibili: vt in candela contingit, & pane superposito scypho pleno vino, quando humectatur. *Suprà. 4. Phy. Spec. 3.*

¶ Sed contra ista quæ dicta sunt in quarta conclusione, posset quis obijcere, quòd fontes scaturiunt in plano, & emittitur, & quodammodo aqua impellitur: vt in arena bulliente apparet: vnde videtur quòd ibi aqua ascendat, & sic vltra originem. Haud dubiè apparet interdum: quapropter licèt istorū quæ *Obiectio.* *Solutio.*

quæ videntur secundùm naturam fieri, ratio naturalis à philosophis assignetur, non tamen tam exacta est in quibusdam: vt intellectum quietum reddant: ob quod recurrendum videtur ad diuinam dispositionem, & prouidentiam, vt de media regione aeris dicebamus, quod frigida esset, potiùs ad diuinam spectare prouidentiam: quia ibi pluuię, & cætera, quæ necessaria erant ad fœcundādam terram. Eadem ratione, cùm fontes, & flumina ex terræ cauernis emanent, & ibidem generentur: nō tantùm ad aerem inclusum, & vaporē eleuatum virtute solis, quā ad ordinationem diuinam referendū est, cùm non posset vita humana sine fontibus esse. Nā sicut homo indiget cibo, & necessarius est potus. Atq; posito hoc, oportebat quod ipsi fontes fluerent, vt se præberent vsibus hominum potabiles. Quapropter à natura videtur quòd fontes scaturiāt, etiam si videātur ascendere: nā si naturale est, vt aqua ascēdat ad vacuum vitandum, quanto magis naturale iudicādum erit, quòd aqua tantillum ascendat, vt deseruiens sit homini, propter quē nō solùm aqua, sed omnia alia visibilia videntur esse creata? Et soluitur non solùm obiectio hæc, sed quæcunq; aliæ in materia videantur esse: vt quādo ratio naturalis non inueniatur, tunc maximè secundum naturā esse consideremus, contemplantes ex authore naturæ id prouenire. Nam qui naturale esse fecit quod sol ab Oriente in Occidentem vertatur quotidie, rursus veniens ad punctū Orientis: quare & non naturale erit, quòd fons etiam si in centro terræ haberet originem, scaturiat, & ascendat, vt præbeat se potabilem, & homini sit deseruiens? *Sup. 1. meteo. spec. 3.* *Dilutio ob iectionis.*

¶ Ad primum. Negamus verum esse, quòd aliqui ex antiquis opinati sunt, quas omnes à mari originem ducere, sed naturaliter fiūt ex aere, & ex vapore incluso in terræ visceribus, & sufficienter materiam continuè aquę possunt dare: per hoc quòd aere in aquam conuerso, statim subintrat, ne vacuum detur & è conuerso, rursus alius intrat. Et de vapore similiter: vt elevato, & in aquam conuerso, vel succedat alius qui eleuatur, vel aer subintrans. Et sic soluitur, 2. argumentum.

¶ Ad tertium. Etiam solutio ex dictis patet. Non enim contra naturam eiusdem aquæ considerandum est esse, quòd genita in terra appareat, & exeat: quia est secundùm diuinam dispositionem, vt quę propter homines sunt, seruiant homini.

Finis primi libri meteororum.

SPECVLA-
tiones secundi libri Meteo-
rorum.

SECVNDI LIBRI METEORORUM Argumentum.

IN secundo meteororum Arist. tractat de fluxu, & refluxu maris, & eius salsedine, atque de ventis, vnde causentur: de terræmotu, de tonitruis, Typhone, & Fulmine.

¶ SPECVLATIO prima. Vtrùm fluxus, & refluxus maris sit naturalis, vel violentus.

Primũ arg. APparet quòd talis motus sit violẽtus. Omne quod est ab extrinseco contra naturam rei, dicitur esse violentum: sed maris fluxus, & refluxus est huiusmodi: quia est à luna, vel constellatione cœlesti, & contra naturam aquæ: quia graue debet descendere: sed talis fluxus non est ascensus: ergo non est naturalis, sed violentus.

Argum. 2. ¶ Secundò. Illa quæ sunt secundum naturam, in specie inueniuntur: sicut quia ratiocinari, est secundùm naturam homini, reperitur in omnibus hominibus, ergo si fluxus ille, & refluxus est naturalis, erit in omni aqua: sed non reperitur in fontibus, neque in fluminibus, sed in mari: ergo non est ille motus naturalis.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Illa quæ sunt secundum naturam, in omnibus reperiuntur eodem modo: & absque variatione: sed fluxus, & refluxus maris non eodem modo est in mari, quod vocamus poli arctici, & in illo quod antarcti ci est: vt cõstat experiẽtia, quia in vno mari fluxus, & refluxus absq; tumore vndarũ fit: in alio non sine magna inflatione, & fluctuũ impetu contingit: ergo non est naturalis.

In contrar. ¶ In contrarium est. Nullum enim violentũ est perpetuum: sed fluxus, & refluxus est perpetuus: ergo non est violentus, sed naturalis.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd mare est generabile, & corruptibile, cum omne compositum ex materia & forma sit huius conditionis: & constat experientia, cum sol eleuet vapores ex aliquibus partibus maris, ita vt maneat pars sicca, & sicut pro parte corrumpitur, intelligitur secundum se corruptibile esse & generabile similiter: siue ex fontibus, siue ex fluuijs constet.

Notand. 2. ¶ Est præterea aduertendum: quod in mari intelliguntur varij motus: nam est ab aquilone ad austrum: qui contingit eò quod natura sit aquæ ad locum decliuiorem, & humiliorem fluere & quia ad austrum ob solis virtutem maiorem sunt magis euaporatæ aquæ, quã sint ad aquilonẽ ob frigiditatẽ: ex aquilone ad austrum moueri potest mare. De isto motu non est nunc speculatio.

¶ Secundò modo contingit moueri mare, ratione aeris inclusi in aquis, vel exhalationis ascẽdentis è terra per ipsum: ratione cuius aqua quodammodo inflatur, & mouetur ad omnem differentiam positionis. Nec de isto motu est speculatio præsens.

¶ Tertiò modo contingit motus in mari, sicut contingit in aquis fluuialibus: vt fluant semper in decliui: at hic nõ est fluxus, neq; refluxus.

¶ Quarto modo contingit motus, qualis in die bis contingit, & bis in nocte quotidie, ad motum lunæ: & hic fluxus, & refluxus dicitur. De isto fluxu, & refluxu, est speculatio: vtrum sit naturalis talis motus maris.

1. Opinio. Lincolnien. ¶ Est tertium aduertẽdum, varias fuisse opiniones philosophorum de causa huius fluxus, & refluxus: quidam putant in causa esse

esse lunã: quia quando ascendit super orizõtem, mittit radios suos super mare supposi-tum: & ad occursum denũ medij franguntur: & partes maris rarefiunt, & intumescit: & fit fluxus maris. Et quanto magis luna elevatur, tanto radij fortiores, & vehementior fluxus: at quia non potest tales partes rarefactas vlterius rarefacere, à frigiditate aquæ cõprimuntur, & refluit mare: et tiam contingit in nocte, quando luna in alio hemispherio deambulat. Sic Lincolnien sis.

Opinio. 2. ¶ Alij tribuunt soli: qui semper inter duos tropicos ambulans, supposi tum mare respiciat & die, & nocte. Die in isto nostro hemispherio, & nocte in alio: & ratione eius aqua ebullit, & eo declinante, cessat. Et sic fluxus est & refluxus. Thimon hæc.

Thimon 2 meteo. q. 2. Opinio. 3. ¶ Alij dicunt id euenire à virtute attractiua lunæ, vt in duabus quartis: quando ascendit attrahat, & sit fluxus: & in alijs duabus non attrahat, & sit refluxus. Coronel. Hæc.

Coronel. 7 physic. Opinio. 4. Mirand. in 3. contra astrologos. cap. 15. ¶ Picus Mirandulanus dicit, fluxũ, & refluxum maris esse à quadã proprietate occulta ipsius lunæ attrahentis ad se. Et quando ascẽdit in Oriente attrahit mare, & fit fluxus: & quando est in alia quarta, attrahit ex alia parte, & est refluxus: & similiter in nocte. Itaq; semper tam in fluxu, quàm in refluxu est attractio aquarum à luna.

Opinio. 5. ¶ Sunt & alij qui hũc motum tribuant non solùm lunæ, sed alijs quibusdam cõstellationibus cœlorum: quia à sola luna non posset hoc contingere. Ad veritatem ergo opinionum, sit prima conclusio.

1. Conclu. ¶ Fluxus, & refluxus maris à luna est, ratione luminis, & ratione influentiæ. Conclusio est Arist. & cõmunis philosophorum. Patet experiẽtia: quia ascẽdente luna super orizõtẽ, est fluxus: & ea descẽdente ad occidens, fit fluxus: similiter in nocte ea ascendẽte ad angulum mediæ noctis fluit mare, & declinante refluit: ergo à luna est iste fluxus & refluxus. Nam illud causa dicitur, qua posita, ponitur effectus: & nõ posita, non ponitur: sed posito motu lunæ: est talis motus in mari fluxus, & refluxus: ergo ab ea causatur.

Ratio. 2. p. ¶ Quòd hoc sit & à lumine, & influentia, patet: nam ratione luminis habet quòd possit calefacere, & rarefiunt aquæ, & possunt intumescere. Sed quod ab influentia, quæ est virtus occulta ipsius lunæ, quam habet supra humida, apparet: quia si solũ à lumine ob missionem radiorũ, in cõiunctione, cùm nõ emittat radios, nõ esset talis fluxus, & refluxus: vel esset nimium debilis: sed tunc est talis fluxus, & refluxus, & fortior, quam in alijs quartis: ergo oportet dare causam non solum lumen, sed occultam influctiam, quam habet. Hoc probant: quia crescente luna, in animãtibus solent crescere medullæ, ossium, & sanguis: & in arboribus crescunt humiditates: & ea decrescente, decrescunt: vnde occultã videtur habere virtutem, & influentiam supra humida: & sic fluxus, & refluxus maris est.

2. Conclu. ¶ Secunda cõclusio. Hic fluxus, & refluxus maris sic à luna causatur, vt impediri possit ex alia, & alia aquarũ dispositione, & conditione. In hac conclusione volumus insinuare, in luna esse talem influentiam, & proprietatẽ commouendi mare, vt posset impediri: nam cum omnis actio à proportione maioris inæqualitatis contingat, potest esse talis resistentia in aqua ob grossitiem, quod sit impedimentum & lumini, & influentiæ lunæ, vt non possit agere: vel si agat, non tam celeriter: nam non sufficit sit virtus in agente, si passum dispositum non sit ad actionem suscipiendam. Hæc est clara. Ex quo euenit, quod aliqua maria nunquã fluãt, & refluãt: & alia solum in mense: & aliud semel tantũ in spatio 24. horarum: sed nunquam in die, sed in nocte: vt refert Albertus Magnus. Nã quando mare nunquam fluit, erit eò quod non possit lumen rarefacere: neque influentia mouere. Et quando in mense semel, eueniet eo quod cũ luna successiuè agat, quod non potest in vna die, præstat in mense. Et quòd in nocte possit fluere, & in die nõ possit (vt Persicum est) contingit ob minorem subtilitatem. Et eadem ratione vbi fluxus, & refluxus continuus (vt in mari Oceano) nõ sunt æquales in omnibus diebus lunæ, sed in quartis sunt maiores, quod potest euenire à maiori virtute agentis, & meliore dispositione ipsius patientis.

Supra 7. Physico. *Albertus.*

3. Conclu. ¶ Sicut fluxum, & refluxum, maiorem, vel minorem, rarum, vel frequentem ex lunæ virtute, & ex varia dispositione maris consideramus: sic etiam ex influentia, vel constellatione stellarum concurrente simul potest attendi. Volo dicere, quòd luna dum fuerit in propria domo, in proprio signo: vt in Cancro: vigorosius exercet suam virtutem: & quando aliqua stella, quæ habet virtutem etiã ipsius lunæ, similiter: & eadem ratione si constellatio concurrat, quę habet cõtrariam influentiam ad influctiam lunæ, poterit fluxus, aut refluxus impediri, in toto, vel in parte. Hæc patet ex concursu c-

sarum mutuò se iuuantium ad eundem effectum: quia quanto magis excedit virtus supra passum, fortior continget effectus: & quando se mutuò impediunt causæ, minor est excessus virtutis: & debilior erit actio. Ista constant experientia.

4. Concluſ. ¶ Quarta cõclusio. Et si fluxus, & refluxus maris à sole non causetur, eius tamen salsedo ex solis efficientia est: per admixtionem sicci terrestris à sole eleuati, cũ humido aqueo. Hic contendo duo asserere. Primum, quòd ille modus quem ponit Thimon, fluxus, & refluxus causetur ex eo quòd sol facit aquã ebullire: & sic fluxus ab ortu vsque ad Meridiem, non est causa fluxus, & refluxus, qui contingit communiter quia non sequitur motum solis, cùm videamus quòd sequatur motum lunæ: ergo non videtur quòd à sole. Adde quòd si à sole esset, etiã in fluuijs oporteret quòd esset talis fluxus, & refluxus, & in paludibus.

Thimon in isto 2. q. 2.

Ratio. 2. p. ¶ Secundum est, quòd maris salsedo causetur. Patet: quia aquæ maris sunt salsæ, & hoc non videtur esse per naturam: quia sunt creatæ à Deo dulces: quia si natura aquarum esset salsedo, omnes aquæ essent salsæ: ergo huius oportet dare aliquam causam, & non videtur quæ alia, nisi alicuius terrestris adusti commixti cum humido: sicut in cineribus apparet, & inuirina: sed terrestre illud adustũ, quod aquæ miscetur, per solam solis virtutem eleuatur: sicut de exhalatione dictum est in præcedenti libro: ergo salsedinis causa sol est.

Sol causat salsedinem in mari.

¶ Et constat experientia: nã si vas terreũ, vel cereum in mari proijciatur, clausum vndiq;: vt maris aqua nõ possit per foramẽ intrare: paulatim per poros subintrabit aqua, & implebitur vas dulci aqua: quia partes terrestres cõmixtæ non intrant, quia grossæ: cũ tamen subtiles intrent: & ablata tali mixtione, non est salsedo: ergo ex commixtione illarum partium terrestrium, causata erat.

Quare salsedo in mari, & nõ in fluuijs.

¶ Ex hoc euenit quod aqua maris potest nauigari commode: quia nauis non submergitur quanuis onusta, ob grossitatẽ aquę quæ impedit, & subsistinet. Et si esset aqua dulcis (vt est fluuiorum) non ita nauigio posset nauigari: quia facilius submergitur, ratione põderis, ob subtilitatem aquæ: quia non est terrestris commixtio.

¶ Et salsedo in mari reperitur, & non in fluuijs: quia ob eius latitudinem ex pluribus partibus eleuantur exhalationes calidæ, & siccæ, quæ admiscentur. Item: quia continuè sol in vasta illa latitudine agit, resoluẽdo ex aqua maris quod subtile est, remanente grosso: quod adiuuat ad salsedinem, & nõ potest in fluuijs: tum, quia continuè aquæ mouentur, & nõ potest fieri talis admixtio: tũ quia nõ exhalat sol, & subtilizat fluuiorũ aquas propter angustiam fluuiorum.

5. Concluſ. ¶ Quinta cõclusio. Non solùm causatur salsedo per admixtionẽ exhalationis eleuatæ, à fundo maris commixtę ipsis aquis, sed etiã ex commixtione eiusdem cum vapore in aere, quæ rursus cadens in mari, facit aquam salsam. Hic volo dicere, quod salsedo cùm causetur ratione commixtionis exhalationis cum humido: dupliciter fit: vno modo, quando eleuatur exhalatio: & in eleuatione, & ascensu miscetur aquæ: secundo modo, eo quòd exhalatio eleuata, siue à terra discooperta aquis, siue à profundo maris cum vapore, qui humidus est, eleuatus ab aquis: cõmiscentur in aere vapor, & exhalatio, & cadunt rursus in mari, & fit salsedo. Et quia tã patens mare est, inde fit salsum ex tali cõmixtione, & non est in fluuijs.

Dubium. ¶ An mare fuerit creatum salsum, vt aliqui putant, vel dulce à principio, vt videtur probabilius, parum refert: quia si tunc aliquam habuit salsedinem, maiorẽ habet nunc propter solis operationem, quæ sufficit ad causandum talem amaritudinem, ob eleuationẽ exhalationis siccæ, & calidæ. Sed probabilius videtur quod tunc dulce fuerit: quia aquarum natura in se hæc est: & ex extraneo admixto euenit quod amara sit aqua maris. Et dicere oportet quod à principio mundi non esset mare ita nauigabile, ob impermixtionem, & subtilem aquæ naturam: & postea temporis successu, factum est bene nauigabile, & tantò quantò magis in futuro, erit aptius nauigationi, eo quod maior erit permixtio terrestris adusti.

Creatũ est mare dulce

¶ Et non solùm mare salsum est, sed etiam sunt lacus, & aliæ aquæ non potabiles: quod euenire potest, vel eò quòd in eis possit esse ratio illius permixtionis terrestris, & humidi: sicut in mari, vt in lacubus apparet, vbi aquæ stant, & non fluunt: vel si sit aqua, quæ fluit, euenit à loco per quem trãsitus aquę est: nam aquam cõtrahere ex locis (per quæ est transitus) naturam, est compertissimum. Sunt enim loca in terra salsa: itavt mineralia salis inueniantur: & sulphuris, & metallorũ aliorum, ex quo aqua salsa erit. De quo latè Plinius & alij.

2. meteor. c. 3.

Plinius.

Ad argum. ¶ Ad primum dicendum, fluxum, & refluxum maris non esse violentum, sed esse motum secundum naturam: ad modum quo ascensus ferri attracti, à magnete (vt supra diximus) naturalis est: quia est à virtute naturali ipsius magnetis attrahentis. Et cum luna habeat talem influentiam, & virtutem occultam, siue ipsa sola, siue simul cum alia cõstellatione, vt mare ad se attrahat, sequitur esse secundum naturam talem motum: qui sequitur ad virtutem, non aquæ, sed lunæ.

¶ Et si theologizantes: hoc fluere, & refluere maris diceremus esse, quia Deus concluserit eum vectibus quibusdam, & terminum posuerit ipsis aquis, vt vltra non egrediãtur operiri terram: & quòd mare hanc conclusionem per fluxum ostendat, velut volens egredi, & à vinculis liberari: & per refluxũ ostendatur quod vltra terminum positum non sit progrediendum, & in suum reuertatur locum. Oportet etiam secundum naturam esse hoc intelligere: quia quæ à Deo ordinata sunt à principio, secundum naturam sunt. De hac conclusione Iob inquit.

Iob. 38.

¶ Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens? Circunde di eum terminis, & posui vectem, & ostia, & dixi. Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic cõfinges tumẽtes fluxus tuos.

Chryso. in lib. de prouidentia. Vnde Chrysost. multa ad propositum loquutus est. Satis ergo per naturam, & secundum naturam erit talis fluxus, & refluxus: cùm sit ordinatione diuina (quæ perseuerat semper) factum.

Ad 2. ¶ Ad 2. dicendum: quod id quod naturale est, consequens essentiam, seu quidditatem rei, in omnibus inuenitur indiuiduis: sicut risibilitas, quę ex hominis quidditate emanat: atsi sit aliquod proprium ratione indiuidui, vel ex virtute alicuius exterioris, non est necessarium quod sit in omni specie, vt de crispitudine diximus in prædicabilibus, quando de proprio agebamus, & in hac nostra speculatione tetigimus, Ergo maris aqua, potest habere per naturam hunc fluxum, & refluxum, quod consequitur nõ naturam speciei: quia aqua sit: sed indiuidui quia talis aqua: & quia virtus lunæ respicit hanc aquã, vt possit hic habere talem effectum, quem in alijs aquis non potest ob aliquod impedimentum.

Ad 3. ¶ Ad 3. dicendũ: quod eo quod fluxus, & refluxus maris non sequitur quidditatem, seu essentiam aquæ: sed rationem indiuidui (prout ab aliqua extrinseca virtute est) potest esse varius, in alia, & alia parte maris: imò ex alia, & alia dispositione maris (vt dixim⁹) contingit, vel quòd nullus sit fluxus, vel refluxus, vel quod rarò: & in mari quod Sur dicitur, cum inflatione vndarum contingit ex aquę dispositione, maximè ex aeris inclusione, ratione cuius contingunt maris elationes. Et in mari, en tierra firme, contingit q̃ fluat, & refluat per duo miliaria, cùm tamẽ (vt in plurimum) in mari Oceano ad Aquilonem, respectu huius nouæ Hispaniæ, ad iactum lapidis, vel ballistæ ad summum se extendat. Ista variatio non tollit motum esse naturalem, & manifestat ab aliquo extrinseco euenire.

En tierra firme en alguna parte por dos leguas el fluxo y reflu xo del mar.

¶ * In Panama in mari Australi sit refluxus per distantiam ad leucam ferè, ita vt in portu, naues tempore refluxus in sicco appareant: vt referunt testes oculati, & in palude de Chapala dicta circa prouinciam nouæ Compostellæ est fluxus & refluxus sicut in mari.

¶ SPECVLATIO secunda. Vtrùm ventus sit exhalatio, an aer commotus.

Primũ arg. VIdetur quòd non sit exhalatio: quia cum exhalatio sit calida, & sicca, quando flant venti, & quanto magis flant, magis deberet esse de siccitate, & calore: sed videmus contrarium: quia tunc (vt in plurimũ) magis de frigiditate, & de humiditate, saltim de frigiditate constat.

Argum. 2. ¶ Item. Omnis exhalatio ratione calidi ascẽdit, ex quo contingit multa in suprema regione aeris generari, vt in præcedenti libro diximus: sed ventus non ascendit, sed ad omnem differentiam positionis mouetur: ergo ventus non est exhalatio.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Ventus aliquando in terræ visceribus auditur, & vehemens: sed ibi non est exhalatio, sed aer inclusus, ergo ventus non est exhalatio. Minor probatur: quia exhalatio per virtutem solis eleuatur super terram, vt sæpè dictum est.

In contrar. ¶ In contrariam est Aristotel. in isto 2. qui dicit ventum esse exhalationem calidam, & siccam.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd cùm sit verum,

verum, solem eleuare exhalationes calidas, & siccas: tamen exhalationes tales, non sunt semper eodem modo dispositæ in siccitate, & in caliditate: ex quo euenit, quod variæ contingant inflammationes: & quod breui durent: vel ad tempus aliquod (sicut in generatione cometæ fecimus manifestum) euenit: quia tales exhalationes non ascendunt æqualiter: nam in quibus magis de calore, qui facit ad subtiliandū, & ad ascensum, ideo magis ascendunt: vt ad supremam aeris regionem eleuentur. Et quæ non tantum habent caloris, non tantum eleuantur, sed perueniunt vsque ad principium mediæ regionis: quæ ex obuia frigidi, illius mediæ regionis refranguntur.

¶ Secundo notandum, quòd ventus si ratione suæ materiæ consideretur, & causæ, calidus est, & siccus: quia est exhalatio, quæ calida, & sicca est, & causata à sole, cuius natura calida est. Sitamen ventus consideretur ratione loci à quo eleuatur, quia à terra habet quod sit frigidus, & siccus: sicut & natura terræ est. Et si ad loca ipsa per quæ transitus est, & commotio venti, est alia, & alia natura. Orientalis, qui subsolanus: est calidus, & siccus: & qui occidentalis, qui corus dicitur: est frigidus, & humidus & aliquando humidus, & calidus, vt auster: & aliquando frigidus, & siccus: vt boreas: qui sunt quatuor vēti cardinales, seu principales, qui à 4. mundi partibus intelliguntur flare. Ab oriente, occidente, & austro, & aquilone. Et iuxta dispositionem variam harum partium terræ in abundantia, vel defectu 4. qualitatum primarum, ventus ipse dicetur calidus, vel frigidus, humidus, vel siccus: cùm tamen in veritate vna sit materia omnium: exhalatio, scilicet, calida, & sicca: & vna sit causa, sol, qui calefacit. Isti quatuor principales venti, habent alios duos sibi collaterales: ita vt duodecim sint in vniuersum venti considerati: & denominati ex ipsis principalibus 4. De cuius ratione multa apud nautas peritos. Et quilibet quinautgat intelligit hanc ventorum differentiam ratione locorum, vel partium terræ diuersarum. Quorum nomina, & descriptio in sequenti figura ostenditur.



¶ Prima concluſ. Ventus exhalatio est mota, & nō aer, neq; vapor. Probatur ex Arist. Ratio est: quia quanto magis de exhalatione eleuatur à sole, tanto ventus magis viget: ergo signum est quòd ventus exhalatio sit. 1. Conclu. Ratio. 1.

¶ Præterea. Vētus oportet sit vel vapor, aer aut exhalatio: sed non est vapor neq; aer: ergo erit exhalatio. Quod nō sit vapor, patet: quia vētus est siccus, & calidus: & vapor est humidus. Item: quia ex vapore pluuiæ generantur: sed per ventos nō solùm pluuiæ non generantur, sed nubes aptæ, & dispositæ ad pluuiam dispergūtur flante vēto: sequitur ergo quòd ventus non est vapor: aliàs non haberent talem oppositionem. Ratio. 2.

¶ Neque vētus est aer: quia, cùm omnia plena sint aere, oportet semper esset vētus. Itē Cum aer sit humidus, & calidus, omnis ventus esset humidus, cùm sit siccus. Itē quia videretur talis motio aeris tā vehemens, nimiū violenta, & nullo implente non posset aliquo pacto intelligi. Manet ergo quod vētus sit exhalatio calida, & sicca, quæ cùm ascendat, pertingens ad mediam regionem aeris: à frigido illius repercussa, reuertitur: & hac atque illac mouetur, & ventus causatur. Et secūdum maiorem, vel minorem repercussionē à contrario, contingit maiorem, vel minorem concitationem & motum esse eiusdem exhalationis, & vehementiam maiorem, vel minorem in vento vnde solet esse tam vehemens fuga contrarij, vt concitatio sit talis, vt arbores non solum corruere faciat, sed radicitus euellat, vt sæpe experimur. Supra 1. Meteo. Spec. 5.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Sicut ventus dissipare solet nubes, & pluuiam cessare facit: & pluuia ventos minuit, & penitus dispergit. Hæc conclusio etiam est philosophi, & constat experientia: nam omne contrarium sui contrarij est destructiuum: sed vapor ex quo pluuia, & exhalatio, ex qua ventus: sunt huiusmodi: ergo vnum aliud in fugam conuertit. Maior est nota. Minor probatur, quia siccū humido contrariatur: sed exhalatio sicca, & vapor humidus est: ergo vnum aliud cessare facit.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Item. Vigor vnius contrarij & robur alterius diminuto est: sed exhalatio respectu vaporis est huiusmodi: quia ob siccitatem desiccat humidum, quod ad pluuiā erat adaptatum: & econtra: pluuia existente, prævalet humidum contra siccum: ergo destruet huiusmodi exhalationes, & ventus non erit.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio. Sol cum causa sit quod venti moueantur, & est causa quare cessetvē tus. Patet. Sol excitando exhalationes è terra, & non consumendo, causa ventorum est: quia suppeditat materiam ventis, eleuando tales exhalationes, & non consumendo: sicut in hyeme contingit: quādo sol, eo quod non directè mittat radios, potest eleuare exhalationes, & non potest consumere: vnde fiunt venti, & maximè vigent.

Ratio. 3. p.

Ratio. 2. p. ¶ Sed quod sol cessare faciat, patet. Sol quādo directè irradiat, exhalationes eleuatas cō sumit: sed ipsis consumptis, iam nō amplius venti sunt materia: ergo sol cessare facit ventos. Et formatur ratio. Omne illud quod dispergit, & tollit exhalationem, ventum tollit, seu cessare facit: sed sol est huiusmodi per suum calorem, quando viget nimium, vt est in æstate: sequitur ergo quòd sol facit cessare ventos.

Corolla. ¶ Ex hoc sequitur ratio naturalis illorum quæ in nouo orbe videmus: vt tempore quo sol quando ab æquinoctio hyemali, in signo libræ, vsque ad æquinoctium æstiuale in ariete, sint venti, & durent, & vehementes sint ferè quotidie: quia sol habet quod exhalationes possit eleuare, sed non potest consumere, & ventorum est materia abundans: & maximè à parte australi flat ventus quia sol in parte australi deambulat, & quando iam sol ad nos approximat in ariete, incipiunt cessare venti, & fiunt pluuiæ: quia potest sol exhalationes consumere, quas eleuat. Et item vapores eleuati ob calorem abundant, & etiam exhalationē diminuunt, & consumunt; & pluuia abundat, & ventos cessare facit: sicut & exhalatio vigens pluuiam tollit. Et in noua Hispania in media parte anni ventum absque pluuia: & in alia parte pluuia sine vento (vt in plurimum) experimur. Non tamē sic est semper, sed sufficit quod frequenter: quia aliquando, (rarò tamen) contingit, & quod sit pluuia illo tempore, quo sol à libra in signis ambulat vsque ad arietem, sicut & contingit quod sit ventorum concitatio tempore pluuiæ, quando sol ab ariete, ad libram mouetur: quia nunquā sol cessat ab eleuatione exhalationis, vel vaporis: & continuè ista simul sociantur: & cōtingit vnum totaliter prævalere cōtra aliud: & aliquando simul agunt, & resistunt: & simul apparet ventus, & pluuia, & vtrunq; vehementissimè. In noua Hispania in media parte anni ventum absque pluuia: & in alia parte pluuia sine vento (vt in plurimum) experimur. Non tamē sic est semper, sed sufficit quod frequenter: quia aliquando, (rarò tamen) contingit, & quod sit pluuia illo tempore, quo sol à libra in signis ambulat vsque ad arietem, sicut & contingit quod sit ventorum concitatio tempore pluuiæ, quando sol ab ariete, ad libram mouetur: quia nunquā sol cessat ab eleuatione exhalationis, vel vaporis: & continuè ista simul sociantur: & cōtingit vnum totaliter prævalere cōtra aliud: & aliquando simul agunt, & resistunt: & simul apparet ventus, & pluuia, & vtrunq; vehementissimè.

¶ Quarta conclusio. Terræmotus sicut & ventus ab exhalatione inclusa in terræ visceribus petente exitum contingit. Probatur. Terræmotus contingit, ergo ab aliquo ibi in poris, seu terræ cauernis incluso, quod ibidem circunfertur: ergo vel ab aere, aut vapore, aut exhalatione: quia nihil aliud ibi potest intelligi: sed non ab aere: quia ibi inclusus aer ob terræ frigiditatem ratione humiditis aquam conuertitur: vt in generatione fontium diximus: ergo non est talis concitatio, & motus terræ ab aere, Neque est à vapore, eadem ratione: cùm subministret natura liter materiam fontium, & fluuiorum, ergo erit ab exhalatione, quæ ibidem inclusa, cū fuerit à sole eleuata, & exitum petens, & nō inueniens: quia pori ipsius terræ sunt cōstricti, vel à frigore circunstante, vel à pluuia occludente meatus fugiendo ipsam terræ frigiditatem, cum nō possit talis exhalatio, quia calida, conuerti in terræ naturam, neque possit ob siccitatem in aquam transire, sequitur quod violenter ibi hac, & illac moueatur, & commotionem faciat, exitum petens: quo adusque inueniat: & est terræmotus, & non cessat, vsq; dūvel totaliter consummatur exhalatio ibi inclusa, vel exeat. Qua ratione in exitu solent colles in planum esse: & fiunt terræ aperturæ vehementes: ita vt etiam cō tingat fontes, vel flumina inde oriri. 4. Cōclusio Ratio.

¶ Ex ista conclusione apparet, quare isti terræmotus vt in plurimū in partibus Indiarū cōtingant tempore hyemali, quando exterius viget frigus quia exhalatio potest à sole eleuari in terra in poris, & ob frigiditatem temporis terræ pori sunt occlusi, & nō patet exitus exhalationi, & causatur terræmotus,

¶ Sequitur etiam quare vehementiores contingant in vna parte, quàm in alia, & frequentiores: quia scilicet ipsa terræ dispositio est talis: vt, cum sit apta ad hoc quòd ibidem exhalationes sint multæ: quia intus porosa nimis, habeat tamen in superficie dispositionem, vt non possint exhalationes exire: & ob id euenit, q̃ ad austrũ loca posita ad mare, q̃ australe est: multũ patiãtur, ob terræmot⁹ frequẽtes, & vehemẽtes: ita vt ędificia ex balce constructa, fuerint dirupta: quia ibi maior est resistentia in exitu, & ob id maior commotio. Quòd si ædificia sint ex lateribus nõ coctis: quia minor est resistentia, non corruunt ob terræmotum. Qua ratione Aristo. docet, quòd in locis insularibus non fiat terræmotus, ob nimiam frigiditatem aquæ, neque in Ægypto: quia terra est nimis compacta: neque fit in locis nimis calidis, neque in nimis frigidis, sed pluries fit in locis ventosis, & habentibus multos hiatus. Ob id Plinius in ædificijs erigendis ad vitandum terræmotum, in fundamentis relinquere certa foramina docet; per quæ exhalatio petens exitum, absque commotione ædificij possit exire.

Plinius.

¶ Signa quæ prænuncia sunt terræmotus, ponuntur multa: at quia sunt facilia, & obuia in libris, non apponuntur. Thimon in methauris ponit 10.

Thimon 2. mete. q. 8.

Ad argum. ¶ Ad primum. Ita est, quod vbi magis flat ventus, si non esset ex alia parte obstaculũ, magis siccitas, & caliditas deberet abundare: sed tamen contingit quod caliditas exhalationis, vincitur à frigido mediæ regionis, vel à frigiditate aeris, quam habet ex aliquo alio, & non secundùm suam naturam, & ob id stat ventum esse validum & caliditatẽ exhalationis non sentiri.

Ad 2. ¶ Ad secundum dicendum, quòd exhalatio ex qua ventus, non est illa ex qua inflammationes, sed est illa quæ reuertitur ob obuiam frigidi regionis mediæ: & fugiens contrariũ, mouetur huc, & illuc.

Ad 3. ¶ Ad tertium in vltima conclusione patet solutio, quomodo terræmotus ex exhalatione in visceribus terræ inclusa causatur, quæ petens exitum, & non inueniens, commouet terram.

¶ Si quis tamen quærat quanta sit terræ magnitudo vbi contingit terræmotus, Seneca affirmat vltra spatiũ ducentorũ milliariũ nõ inuentũ: verũ certa terræ latitudo definiri nõ potest, nã aliquãdo solũ mouet vnã domũ: interdũ, vrbẽ vnã aliquãdo vnã prouinciã: scimus terræmotũ diuisisse Siciliã ab Apulia & Ægyptũ à Cypro, & montem Ossam à monte Olympo, & apud Asisiũ montẽ in Tuscia in duas diuisit partes. & si fabulis fides adhibẽda, nitiũ mediterranei maris terræmotũ dicunt; nam Africam ab Hispania diuisit ad Herculis columnas: quapropter Occidentale mare ingressum habuit. Et tantum habuit progressum quantum nunc videmus. Et de mora terræmotus etiam nulla certa dari potest, cum & pẽdeat à multa exhalatione vel pauca & à dispositione terræ vbi inclusa est.

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrum Typhon, & Ecnephias ex exhalatione fiant.

Primũ arg. ARguitur quod non. Exhalatio calida, & sicca est: sed Typhon, & Ecnephias frigida sunt: ergo non sunt exhalatio. Consequentia est bona, & maior est nota ex superioribus. Minor probatur. Typhon infrigidat, vt experientia constat: ergo frigidũ est: quia sicut calidum à calido, frigidũ à frigido emanat.

Argum. 2. ¶ Præterea. Omnis exhalatio ascendit, vt dictum est, vt inflammetur: si à frigido mediæ regionis repercutiatur, fit ventus: sed Typhon non est exhalatio incẽsa, neque reperussa, quæ sit ventus, sed potiùs aliquid nubis vel inclusum in nube, vt experientia cõstat: ergo non est exhalatio calida.

Argum. 3. ¶ Vltimò. Omnis exhalatio oportet moueatur, vel directè ascẽdendo, vel ad modũ ventorũ flando: sed Typhõ nõ mouetur sic, sed motu circulari, vt videmus quando contingit inuertigine commotionem fieri: ergo Typhon non est exhalatio.

In contrar. ¶ In contrarium est Arist. in fine huius 2. qui dicit, Typhonem, & Ecnephiam exhalationem esse.

Notandum ¶ Oportet notare, quòd Typhon est ventus de nube descendens: qui obuium habet ventum, cui miscetur: & non potentes sese seiungere, circulariter mouentur, & eleuant stramina, & puluerem de terra, imò & domos, & arbores. Et vulgo nos vocamus (remolino) Voce sumpta ex rota molendini, quę voluitur circulariter: quia est commotio ibi ventorum.

¶ Iste ventus, qui descendens alium habet obuiũ, generatur sic: vt in nube apta ad pluuiam inclusa sit exhalatio subtilis, & calida: quæ intus in nube ob fugam contrarij fortificata, & petit exitum, & rumpendò partem debiliorem nubis exit: & mouetur versus terram, & circulariter, contendens se in figura rotunda cõtrahere: vt melius se conseruet. Vel hoc fit in obuia ventorum, qui admiscẽtur.

¶ Huiusmodi exhalatio quæ in nube fuit inclusa, si in exitu inflammaretur, esset fulmen vt dicemus in sequenti speculat. sed si non inflammatur, Typhon dicitur.

¶ Ecnephias est magnus ventus, cum magno impetu à nube descendens, deuastans: & differt à Typhone, quia Typhon est ex subtiliori materia, & mouetur circulariter, sed Ecnephias mouetur motu recto.

Secunda differentia est, quia Thyphon raro in hyeme contingit, & pluries in æstate, sed Ecnephias e contrario.

1. Concl. ¶ Prima conclusio. Typhon est ventus circũ rotatus, ex exhalatione causatus. Probatur ex Arist. hic in fine.

1. Ratio. ¶ Ratio est. Typhon tunc est, quando circũ rotatio contingit: sed illud non est aer: quia aer non mouetur sic: neque est vapor, cum vapor non foleat isto modo moueri: oportet ergo sit exhalatio sicca, & calida.

Ratio. 2. ¶ Secundo. Tunc est Typhon, quando à nube descendit aliquid, quod in gyrum circulariter mouetur: sed non est vapor, neque aer: quia ista non fugiunt naturam nubis: ergo oportet fit exhalatio ob contrarietatem, & contingit in descensu, quando alia exhalatio sit obuia: & exhalatio exhalationi commixta Typhonem causat.

Ratio. 3. ¶ Tertio. Illud videtur esse ex exhalatione, q̃ solet inflammari: quia exhalatio maxime ad hoc disponitur: sed contingit aliquando huiusmodi vẽtum, motu incendi, ita vt comburat villas, & ciuitates: sequitur ergo quod Typhon exhalatio sit.

Conclu. 2. Ratio. ¶ Secunda conclusio. Ecnephias ventus valdus exhalatio, à nube fugiens est. Ecnephias tunc est, quando motus deorsum in directũ à nube descendit: sed vel erit aer, vel vapor, sed non est aer: quia non talis motus aeris, neque est vapor: quia non est quare fugeret nubem tanquam contrarium, cum nubes sit vapor condensatus: sequitur ergo quod sit exhalatio.

¶ Secundo. Omnis ventus (vt ex præcedenti speculatione patet) exhalatio est: sed Ecnephias ventus est: ergo est exhalatio. *Ratio. 2.*

¶ Ad 1. dicendum, quòd tam Typhon, quam Ecnephias ratione materiæ, ex qua habet ea facere: quia exhalatio calida, & sicca est: sed ad modum quo contingit ventum (cum alias sit exhalatio) frigefacere ex aliquo alio extrinseco concurrente, etiam Typhon. *Ad argum.*

¶ Ad 2. dicendum, quod Typhon non est aliquid nubis, sed est exhalatio, quæ inclusa fuit in nube, & rupta nube egreditur: & mouetur circulariter ratione supra dicta. Sit quã uis in materia conueniat Typhon cum vento: quia ex exhalatione fit, non est ventus, quia exhalatio illa ascenderat cum vapore, & fuit inclusa in nube. Et sic soluitur 3. argumentum. *Ad 2.*

¶ SPECVLATIO quarta. Vtrũm fulmen sit ignis descendẽs de nube.

Argum. 1. IDetur quod non, quia si esset ignis, nunquam fulmen aliquid tangeret, quin adureret: sed contingit multa fulmine percuti, quando tamen non adurunt: ergo fulmen non est ignis.

Argum. 2. ¶ Præterea. Si fulmen esset ignis, vel esset ibi genitus vel aliunde delatus: sed non est ibi genitus: quia nubes frigida non potest contrarium sibi generare: sed potius corrumpere: neque aliunde delatus est ignis: quia non videtur à quo loco fuerit eleuatus.

Argum. 3. ¶ Tertio. Fulmen est exhalatio: ergo non est ignis. Consequentia est bona. Et probatur antecedens: quia fulmen est aliquid eleuatũ per virtutem solis ad mediam regionẽ aeris, sed ibi eleuatum, vel est vapor, vel exhalatio sed fulmen nõ est vapor, quia vapor nõ est siccus: ergo oportet sit exhalatio.

In contrar. ¶ In contrarium est Aristotel. hic in litera.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quod sol virtute sua cum eleuet vapores, & exhalationes: interdum contingit ista duo misceri, vt simul eleuentur, & commisceantur: tamen cum differant in hoc, quod exhalatio sit sicca, pari-

ter & calida,& vapor ſit humidus,ſimul & calidus,vapor nō eſt exhalatio:quia humidus, & calidus:neque exhalatio eſt vapor: quia calida,& ſicca,ſicut aer non eſt ignis. Atque cum vapor denſetur in nubem ratione humidi,vt fiat aptus ad pluuiam:cōtingit exhalationem ibi includi intus in nube, quæ cum ſit calida,& ſicca ob nubem, quæ iam frigida eſt,cum vapor perdiderit calorem iam in nubem condenſatus:& obtinuerit frigiditatem:ſequitur quod ratione contrarij,exhalatio incluſa ſit fortior, & per antiperiſtaſin ſit intenſior. Virtus enim vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa. Atque exhalatio fortificata nō continuata cum nube,quærit exitum,& concutit latera nubis varie:& ex hoc cauſatur tonitruum:Et ſecundum diuerſitatem exhalationis,& ſecundum aliam & aliam diſpoſitionem nubis:& motum eiuſdem exhalationis incluſæ cōtingit tonitruū alio, & alio modo fieri,vel leuiter ſonare,vel fortiter,& nimiū vehementer:ita vt aliquando ex vehementi ſono lædatur ſenſus auditus: nam excedens ſenſibile corrumpit ſenſum, ita ſolet fieri commotio aeris ex tali ſono tonitrui,vt corruat homo timore: & toties quoties tangat nubis latera exhalatio,incluſa cauſatur tonitruum.

Qualiter vna porui nciſ tur ab exhalatione.

Quomodo cauſetur tronitruum.

Ariſ.2. de anima. tex. 143.

¶In tali percuſſione contingit nubem rumpi:& ſi non incendatur,erit Typhon, vel Ecnephias,vt in præcedenti ſpeculatione dictū eſt:at ſi incenditur in exitu,& ruptura nubis exhalatio:vel mouetur & diſpergitur in latus,& vocatur fulgur:ſicut ſæpiſsime contingit,quando ſunt tonitrua. Et quāto tonitrua frequentia,& varia,& fulgurationes. Et ali quando propter fortem impetum, & fugam contrarij venit igniendo vſque ad terram,& tandem euaneſcit:& nulli nocet,& ſunt fulgurationes:& tam vehementes,vt videatur cœlum rumpi:cum tamen illa ruptura quæ apparet in fulgure ſit non in cœlo,ſed in nube. Et quia nō ſemper quod exhalatio in nube incluſa mouetur,nubis rumpitur:nō ſemper,quando eſt tonitruum,fit fulgur vel coruſcatio, licet coruſcatio, aut fulgur (de quo ſermo eſt) non contingat ſine tonitruo.

Notand. 2. ¶Si tamē exhalatio in nube incluſa,& fortificata in exitu & nubis ruptura,incendatur, vt ad terram deſcendat,& non euaneſcat:vt fulgur,ſeu coruſcatio,eſt fulmen.

¶Tonitruum quippe ſecundum Ariſtot. in hoc.2.definitiue eſt ſonus in nube ex percuſſione violenta exhalationis calidæ,& ſiccę cito inflammabilis,intra nubem continentē, vbi ſonus loco generis, cum omne tonitruū ſonus ſit:& non econtra:omnis ſonus tonitruum,Fit in nubem nam & ſi alibi ſonus audiretur,quàm in nube,nullus, tonitruum eſſe affirmabit. Percuſsio inſuper violenta ad illud eſt requiſita:cum ſit ex percuſsione ad latera nubis(vt in prima concluſ. dicemus) contra inclinationem tam laterum,quā formæ ſubſtantialis percutientis. Materia eius dicitur quod ſit exhalatio calida,& ſicca: nā ad hoc quod tonitruum fiat, prærequiritur talis exhalatio incluſa,in nubis corpulentia: ſemper enim materia inflāmata in tonitruo apparet:cuius nomen coruſcatio eſt. Et dicitur cito inflāmabilis,ea propter quia ventoſa exhalatio non cauſat tonitruum, cum nō ſit cito inflammabilis,non obſtante quod ſit in nube. Et tandem dicitur,intra nubes continetur:eo quod ſi aliqua ſit exhalatio habens omnes conditiones,hac vltima excepta,nō cauſabit tonitruum. Pro ſolutione,ponamus.1.concluſionem.

¶Exhalatio in nube incluſa percutiens latera eius:tonitruū cauſat. Probatur. Vere cauſatur tonitruū in nube:ergo ex aliquorūper cuſsione:quia ſonꝰ nūquā fit ſine percuſsione corporum:ergo vel cauſatur ex colliſione vaporis cum nube,vel aeris cum nube, vel exhalationis:ſed non cauſatur ex percuſsione vaporis ad nubem:nam cum nubes ſit ipſe vapor condenſatus,non eſt vnde talis fiat colliſio. Neque eſt aeris colliſio cum nube: quia non incluſus eſt aer in nube, qui ſi includeretur,in nubem poſſet condenſari: vt pluuia fieret:ſicut contingit in traviſcera terræ,& non fieret colliſio. Manet ergo quòd ſit ex exhalatione, quæ ibi incluſa intra nubem petat exitum,& non inueniens,fiat tonitruum.

1.Conclu. Ratio.

¶Secunda concluſio. Exhalatio eadem quæ incluſa in nube, ſuo motu cauſat tonitruū, ſi rumpatur nubes,& in exitu incendatur,& cito diſpareat,fulgur eſt,ſeu fulgurationem efficit. Probatur. Vere fulgur,ſeu coruſcatio contingit poſt tonitruum: ergo ibi aliquid eſt incenſum:& non vapor,aut nubes cū ſemper maneat:neque aer:quia non eſt inflāmabilis:ergo erit exhalatio,quæ facilè in naturā ignis tranſit ob ſiccitatē,& caliditatem. In nube enim non poteſt aliud excogitari, niſi vapor,aut aer,aut exhalatio.

Conclu. 2. Ratio.

¶Dixi,ſi diſpareat cito,& non maneat: quia ſi manet,non erit coruſcatio,aut fulgur, ſed fulmen:pro quo ſit tertia concluſio.

¶Ex

¶Exhalatio incenſa in ruptura nubis,durās, fulmen eſt,cuius variæ ſunt ſpecies. Patet ex Ariſtote. Fulmen videmus eſſe aliquid igneū & incenſum:ergo vel eſt vapor,aut aer, aut exhalatio:ſed non eſt vapor:quia ex vapore fit aqua,& cætera alia meteorologica,quę frigida ſunt:neque eſt aer incenſus:ergo eſt exhalatio,quæ ad modum quo contingit in ſilice ex percuſsione alterius lapidis,vel chalybis:ſic etiam ex percuſsione quæ contingit in ruptura nubis,ex tactu eiuſdē exhalationis,cauſatur ignis ex incenſione,eiuſdem exhalationis. Et accenſa exhalatio, aliquando directe deſcendit fugiens contrarium,interdū mouetur lateraliter ex obuia alicuius cōtrarij:vt conſtat experientia

Dueſpecies fulminum. ¶Quod ſint variæ ſpecies,duas ponit Ariſt. Quod vnum fulmen ſit ſubtile,penetrans,aliud ſit groſsius adurens. Et hoc contingit ſecūdum diuerſam exhalationis diſpoſitionē, nam ſicut in illis quæ apparent ex exhalatione incenſa,& in cometis quantum ad figurā & durationem,& ex materiæ diuerſitate,eo modo oportet intelligere in fulminibus: vt ſecundum aliam,& aliam diſpoſitionem eiuſdem exhalationis contingat fulmen variari quantum ad durationem,& quantum ad illa quæ operatur & tanta eſt,vt antiqui non attingentes ad effectus varios à fulmine prouenientes,quomodo per naturam contingerēt

Antiqui putauerūt fulmen eſſe uir tutē diuinā putauerint fulmen fuiſſe virtutem diuinam, & non aliquam exhalationem incenſam. Albertus Magnus in.3.Meteororum tractat. ca.22.de fulmine loquēs quo modo antiqui gentiles Ioui tribuerunt, ait: Iupiter ſumptus non pro Deo,neque deorum patre. ſ. pro ſecūdo planeta poſt Saturnum,habet virtutem cauſandi tronitrua & fulmina:eſt illius proprietas eleuare vapores ſiccos qui ſunt materia ventorum & fulminū,præcipue quā do fuerit coniunctus Martī in ſignis ſeptentrionalibus,vt in geminis,cācro & leone. Tūc certiſsime prognoſticari porterimus corruſcatiōes,fulmina,& ideo ex hac ꝓprietate cōgrue tribuitur Ioui virtus tonandi & fulminādi. Miranda haud dubie de fulminum conditione & efficientia leguntur experta,quę ſtatim in fine apponentur:ſi non omnia,aliqua tamen notatu digna.

¶Hoc quod dixi de fulmine in nubis ruptura,cauſato ex exhalatione in exitu incenſa, etiā debet intelligi fieri poſſe in terra:nam in viſceribus terrę etiā exhalatio includitur,ex qua terręmotꝰ,vt diximus,qui velut in nube tonitruū cauſat cū exeat,ſi inflammetur, & duret,fulmen erit,ſicut coruſcatio,& fulgur ſiſtatim diſpergatur,& euaneſcat ob paruitatem materiæ:& poteſt durare ad horam. Et poterit eſſe diſpoſitio talis in terra,ad modū quo perpetuo fontes generāntur ex aere incluſo,& vapore in poris terræ eleuato,vt emiſſo vno,alter ingrediatur,vel eleuetur, & fontes continuentur,etiam perpetuo ignis

Ignis eternus manauit aqua exſon te. emanet è monte: ſicut in monte Ætna à pud Siculos,& in alijs multis locis & in Vulcano,qui mons eſt prope ciuitatem Mexicanam, diſtans ad.14. leucas,qui quoti die fere emittit fumū ſpiſſum valde, ſicut de de fornace exire ſolet. Naturaliter (inquam) poteſt euenire ex exhalatione à ſole ibidem in terra continue eleuata,quæ & incenditur, & emittit fumum,vt ſolet ignis accenſus. Poteſt enim eſſe continua exhalationis eleuatio:vel generatio ex continua ſolis operatione. Et fulmen eſt ibi in terra:quia eſt exhalatio,incenſa durans.

¶Fulminis effectus varij,& experientia cogniti ſunt.

Primus effectus fulminis. ¶Quando fulmen eſt ſubtile penetrativum vbi maior reſiſtentia,magis operatur. Et contingit oſſa animantis comminui à fulmine, manente carne illæſa:ſicut & enſem liquefieri,manente vagina ſine læſione:hoc euenire ſolet quando materia fulminis eſt bene compacta,ſubtilis tamen:cum ergo obulat corpus poroſum non multum reſiſtens,vt coriū & pannum,facilè tranſit,& penetrat,& non immoratur. At vbi corpus durum,non poròſum,quale ferrum & argentum & aurū,moratur in illis:quia non facile penetrat, & quā to maior reſiſtentia,maior virtus agentis manifeſtatur:& in tantum vt enſis liquefiat, & aurum in puluerem redigatur & comminuatur:& tandem ex varia diſpoſitione exhalationis eſt quod pilos adurat,carne nō tacta, & oſſa comminuat ſine carnis læſione, & tunicas adurat abſque hominis læſione,vt experientia conſtat.

¶Solet nō adurere,ſed diſsipare:& maxime illud quod magis reſiſtit. 2.

¶Comburit,& adurit,& deuaſtat omnia:ſiue multum,ſiue parum reſiſtant. 3.

¶Contingit dolium frangi vino plenum: vt maneat vinum illæſum & per tres dies:quod euenit,quia vini viſcoſitatem ad exteriora pellens,facit ad modum pelliculæ,vt contineatur intra pelliculam vinum:ſicut in vaſe: eſt tamen vinum venenoſum. 4.

¶Animalia venenoſa percuſſa à fulmine,etiā ſi non moriantur:perdunt venenum:& non 5.

vene-

venenosa,tacta,venenosa siunt.

6. ¶Contingit hominem,quantumuis in extrema parte digiti percussum à fulmine,ob venenum contractũ infici,& mori:sicut ex morsu canis rabidi,vel viperę.

7. ¶Rarũ est,animal percussum à fulmine euadere:præter hominem,qui aliquando euadit vt sumus experti,quod fieri potest, vel quia homo habeat remedium contra fulmen, vel ab aliqua alia occulta proprietate.

8. ¶Si dormiens percutiatur à fulmine,inuenietur mortuus,oculis apertis:& si vigilans habebit clausos.

9. ¶Omnia percussa à fulmine faciem vertunt contra locum à quo venit,tanquam si à natura sit inditum à nocente se defendere.

10. ¶Fœtus in ventre matris perit ob fulmẽ,matre seruata absque læsione.

11. ¶Euenit fulmen aliquando in sereno die cadere,& nocere:pro quãto elevata exhalatione sine nube ad mediam regionẽ aeris reuertitur & incenditur vt fulmen.

12. ¶Sua subtili natura de pariete in parietem, de cubili in cubile,de superiori ad inferiorẽ, & de inferiori ad superiorem partem potest transire:aliquando lateraliter: interdum circulariter,& alijs multis modis.Et videtur trãsire de extremo ad extremum relicto medio id est,sine aliqua operatione in medio.

13. ¶Interdum euenit vt duobus percusis à fulmine simul,vnus moriatur,alius non.Ego enim noui hominem,cui contigit, cum simul esset cum alio deambulans,socius exhalauit animam & ipse sine læsione mansit.

14. ¶Fulmen aliquando vestē panni illæsa, hominis tunicam lineam aduritaudiui quidem ab homine cui contigit.

Remediacõtra fulmina ¶Remedia contra fulmina dicunt esse loca subterranea,ad quæ non pertingit. Dicunt etiam Laurum arborem,& similiter corium vituli marini.Et Seneca dicit Imperatores habuisse in vsu tentoria in exercitu de pellibus vitulorum marinorum:vt essent tuti à fulminibus. Tiberius Cæsar vtebatur Laurea corona ob remedium , & tutamen contra fulmina.

Ad argum. ¶Ad primum dicendum, contingere quod fulmen penetret,& cõminuat, vel sine læsione penetret,& aliquando quod penetrando adurat,sed hoc euenit ex diuersa conditione fulminis:nam dato sit ignis accensus,tanta tamen potest esse raritas illius exhalationis, vt ob paruitatem materiæ,fiat transitus sine læsione:sicut etiam contingit inflammat tamẽ si quis tangeret ferrum ignitum adureretur. Apparet etiam in stuppa incensa,quæ ob raritatem non lædit tangentem.Non ergo tollitur quin sit ignis accensus tale fulmen.

Ad.2. ¶Ad secundum dicendum , esse ignem genitum ex exhalatione ibidem existente incẽsa in ruptura nubis:sicut intelligitur excuti ignis ex percussione silicis.

Ad.3. ¶Ad tertium dicimus,fulmen esse exhalationẽ:sed nõ quocũque,sed incensam,& incẽsa, ignis est,in materia tali:sicut ignis est in carbonibus, &ignis est in ligno,nã ista incẽsa ignẽ causant:ita exhalatio calida,& sicca, antequam incendatur,nõ habet quod sit ignis:tamẽ accensa,adurit & effectus exercet ignis, ad modum quo aer si incendatur,desinit esse aer:& fit ignis:& exhalatio , quæ durabit vsque dum materia eius consummatur.

¶Cõsideratione dignũ videtur, quid veritatis habet vulgi opinio de fulmine,opinãtis lapidẽ esse ignitũ,ex quo tot cõtingant mala. &c.Nãsi materia ex qua fulmẽ,est multũ terrestris,& sit admixtio humiditatis viscosę ad modũ luti cũ agitaẽ, in nube & incẽditur decoquitur,& induratur,& in lapidẽ nigri,vel rubri coloris cõuertitur,ad instrar lateris decocti,& lapis ille exiens , impetuose versus terrã mouetur ac si ex bombarda mitteretur,atque corpora resistentia euertit , & ita intratterram interdum vt nullo modo reperiatur:& aliquando fulmen non lapis,sed ferrum,vel aliud metallum durum apparet, vt docet Albertus Magnus. 3.libro tracto.3. c.2.Quod & venit ex commixtione diuersorum,quæ cum eleuentur à sole,& in nube in cludantur, decoquitur ibi ad modum frusti ferri, vel alterius metalli & in tantum indurari solet,vt nullavi malleorũ cõteri possit neque igne liquefieri,neq; mollificari.

Finis libri secundi meteororum.

TERTIVS LIBER METEORORVM.

ARGVMENT. TERTII libri Meteororum.

IN isto tertio Aristotel.tractat de Halo, quo modo causetur. De Iride, & diuersitate colorum, atque de virgis, et parhelijs, & de metallis.

¶SPECVLATIO prima. Vtrùm Halo per refractionem radiorum contingat.

1.Argum. VIdetur quod nõ.Fit per reflexionem radiorum: ergo non per refractionem. Consequentia est bona,cum non sit idem radius reflexus , & radius refractus. Antecedens probatur ex Aristotele,qui dicit hic. Ad intelligendum quomodo fit Halo,oportet intelligere continua specula:sed omne q per speculum videtur, est per radiũ reflexũ, & non refractum:ergo & Halo.

2.Argum. ¶Secũdo.Si Halo fieret per radios refractos: vel esset ad perpendiculũ,vel à perpẽdiculo: sed nullo istorum modorum contingit.Non ad perpendiculare:nam sit radius.a.b. perpẽdicularis,&.a.c.radius refractus:tunc quæro, vtrum inter radium. a.b.&.a.c. sint alij radij refracti,vel non?si non,hoc est contra experientiã:quia vbicunque ponatur oculus,videtur Halo:ergo oportet sit per aliquem radiũ. Si sint alij radij medij,sequitur quod non magis dicitur radius refractus ad.c.quam ad aliã differentiam extra.a.b. & sic ita fit refractio ad perpendicularem , sicut à perpendiculari.

In contrar. ¶In contrarium est:quia halo apparet,& videtur:& non est per reflexionem radiorum: quia sic nõ oporteret semper dum videtur q esset vapor,vel nubis inter oculum, & astrũ: quod est cõtra Aris.ergo est per refractionẽ radiorum.

Notand. ¶Pro solutione oportet notare,quod Halo, est quidam circulus apparens circa solem, vel lunam subobscurus:imo & circa candelam solet esse:maxime quando aliquis à somno surgit.Et Halo aliquando apparet secundum circulum integrum:aliquando secundũ portionem circuli:& frequẽtius apparet circa lunam,quã circa solem:eo quod luna nõ habeat tantam virtutem resoluendi vapores ratione quorum Halo causatur:& rarius circa solem , quia potens est dispergere,& consumere vapores.Halo,& Corona sumuntur pro eodem vt inquit Vitelio in.2o.suæ perspectiuæ 1.& putat hoc esse de mente Aristotelis.

Halo & corona proceđ apud Vitelio.

Vitelio.

¶ De Halo , vel Corona sumunt naturales prognosticum ad serenitatem,aut pluuiam, aut ventum:nam si Halo qui apparuit, marcescit,est signum consumptionis vaporis:& est serenitas:si condensetur,est signum pluuiæ:quia iam nubis condensatur : si tamen ex vna parte incipiat deficere , & non ex alia,ventum futurum declarat,& contingit in supremo aeris,infimæ regionis.

Notand.2. Scot.in.2. d.13.ar.3 ¶Secundo notandum,differẽtiam esse inter radium directum,reflexum,& refractum.Radius directus est ille,qui à luminoso in directum tendit.Reflexus:qui in occursu opaci reflectitur:vt in speculo contingit: ad modũ quo pila resilijt à pauimento:& sicut dicimus radios solares in occursu terræ reflecti, & calidam reddunt hanc infimam regionem aeris. Refractus dicitur radius,quando radius emissus à luminoso in occursu alterius medij vel densioris,vel rarioris refrangitur:vt non in directum procedat:sicut emanabat à luminoso,vt si quis existẽs in aere videat aliquid in aqua:itaque radij emissi à visibili existenti in aqua:procedentes per aquam,quando venirunt

Directus reflexus.

Retractus.

niunt ad aerẽ, qui eſt medium rarius, diſpergantur, & refrangantur: vel e contra, ſi ſit oculus in aqua, & viſibile in aere, cum radij per aerem directi deueniunt ad aquam, quæ eſt medium denſius, refrangentur. Et quod ſit radiorum refractio, conſtat: quia aliqua ſunt quæ videri non poſſunt per radios directos, & contingit videri per radium refractum: vt ſi nummum argenteum ponat quis in ſcutella aqua plena, & ponatur in loco in quo non poſſit ob latera ſcutellæ videri nummum, ſi non ſit ibi aqua, nõ videbitur: quia radij procedentes non refranguntur, cum medium vnum ſit, & ſine mutatione loci. Si ſcutellam aqua impleas, videtur nũmus: quia radij procedentes per aquam in occurſu alterius medij, ſcilicet aeris, refranguntur: & perueniunt ad oculum, & videt nummum ibi in fundo, quem ante non poterat videre, per radium directum. Hoc conſtat experientia: ob id neceſſario ponẽda eſt radiorum refractio: vt probant perſpectiui.

Notand. 3. Refractio à perpendiculo et ad perpendiculum.

¶Eſt etiam conſiderandum, quod cum in occurſu medij diuerſi, fiat radiorum refractio, ſiex rariori, ad dẽſius, in denſiori ſit refractio ad perpendiculum: & e contra, ſi ex denſiori ad rarius, in rariori ſit refractio à perpendiculo. Ad perpendiculum dicitur, quando radius qui refrãgitur, tendit in rectum ad modũ perpẽdiculi: & à perpẽdiculo eſt, quando in refractione, recedit à perpẽdiculo: ſicut in exẽplo de nũmo poſito in vaſe, ſeu ſcutella: quia emittit quando eſt in aqua, radios per aquam, quãdo ad aerẽ deueniũt; refrangũtur à perpẽdiculo: quia recedunt à progreſſu in directum: eo modo quo per aquam: & inde eſt q̃ videtur nummus, cũ tamen non videretur, niſi radij refrangerentur à perpendiculo. E contra, aliquis exiſtens in aqua, non videt aliquam rem exiſtentem in aere, quam videret ſi non eſſet aqua: quia radij peruenientes ad oculum directi, quando occurrit medium denſius, accedunt ad perpendiculum, & non pertinget ad oculum radius: qua de cauſa nõ videbitur viſibile.

1. Concluſio Ratio.

¶Prima concluſio. Halo, fit per refractionẽ radiorum viſualium. Probatur. Halo cauſatur per hoc quod radij procedentes ab aſtro obuiant medio denſiori: ſed hoc eſt refractionem eſſe radiorũ: ergo ob id Halo cauſatur. Probatur. Si non ſit aliquod medium aliud inter viſum, & aſtrum, vt eſt vapor, vel nubes, non videtur Halo, aut Corona: & poſito medio denſiori, quam ſit aer, apparet: ergo ſequitur quod cauſetur Halo ex occurſu medij alterius rationis: ſed hoc eſt radios refrangi, vt dictum eſt in notabilibus, ſequitur ergo quod Halo ex refractiõe cauſatur radiorum: deberet Halo ſub altro apparere, ſed nõ ſemper, nã aliàs ſi nõ eſſet talis refractio, ſemper apparet, ergo ſignum eſt, quia nõ ſemper radij refranguntur ex eo: quia non ſemper eſt medium alterius rationis, per quod radij viſuales perueniunt ad oculum.

Vitulon. in 10. ſuę per ſpe. cõs. 27

¶Et concluſio probatur authoritate Vitulonis, qui dicit. Corona, quod eſt ibidem, quod Halo ſit ex refractione radiorum ſolis, vel lunæ, vel aliarum ſtellarum primæ magnitudinis in vapore circulariter ad viſum. Quam concluſionem ibidem onſtrat.

2. Concln.

¶Secunda concluſio. Halo, non cauſatur ex reflexione ſola radiorum, neque per radiũ abſorptum. In hac volo dicere, quod reflexio radiorum in nube, vel vapore, non cauſatur, ſi ſolum ipſa conſideretur. Hæc concluſio eſt contra nonnullos, qui putant eſſe de mente Ariſtotelis Halo cauſari, ſicut in ſpeculis, ex reflexione radiorum ad oculum. Patet: ſi eſſet verũ, maxime, quia illi radij reflexi ad tantam diſtantiam poſſent cauſare viſionem ſolis, vel lunæ: ſed hoc non poteſt eſſe. Patet: cũ aqua ſit ſuperficies ſpecularis, & radium ſolis reflectat, & oculus videat ſolem, poteſt tantũ elongari ab aqua: vt non videat ſolem ſita vt neque lucem ſolis, neque figurã eius videat, etiam ſi aqua ſit ſuperpoſita, vbi reflectuntur radij: ergo cum Halo ſit in maiori diſtantia, non poterit cauſare viſionem ſolis, vel lunæ: vel altri per talem reflexionem radiorũ: vel ſi poteſt, quare non in reflexione in aqua cõtinget?

Ratio.

Ratio. 2.

¶Et ſecundò probatur quod non fiat per ſolam reflectionem: quia ſi ſic, eſſet quia ad tãtam diſtãtiam lumẽ reflexum videri poteſt, ſed hoc non poteſt ſtare: quia alias radij reflexi à terra calefacerent mediam aeris regionẽ: quia ad eam peruenirent: ſed non perueniũt ob diſtantiam, vt dictum eſt: ergo neque ob reflexionem contingit.

¶Dixi, ſolam: quia forte poteſt eſſe, quod ſi mul cum refractione ſit reflexio: ſed radiorũ reflexio ſola non videtur ſufficere ad Halo, ſeu Coronam.

Radius abſorptus.

¶Pro alia parte, quod non fiat per radium abſorptum, notandum, quod vltra radium directum, & reflexum: & refractum, quidam ponunt quartum, quem vocant radium abſorptum, & eſt, quando radius incorporatur in ipſo medio illuminato, & fit vndique ad omnem differentiam poſitionis: & ob id lia

dixerunt Halo fieri, vt videatur per talem radium incorporatum, ſeu abſorptum, & non per reflexum: neque refractum. Nos dicimus non fieri iſto modo: quia tunc non poſſet dari cauſa quare circulariter apparet Halo: quia ſi vndequaque radius multiplicaretur, totus vapor appareret: ſicut nubes lucida à ſole, vel luna, illuminata: ſed non apparet, vt conſtat: ergo oportet ſit ratione refractionis ipſorum radiorum: qui ad nos perueniunt, ad ſenſum declaratum in prima concluſione, & non per reflexionem, niſi ſumat quis reflexionẽ large, pro omni multiplicatione lucis, vel luminis in medio diaphano: nam tunc refractio eſſet reflectio radiorum.

Ad argum.

¶Ad primum. dicimus non valere: ſit per reflexionem radiorum: ergo non per refractionem: quia poteſt eſſe quod Halo cauſetur, & appareat ob reflexionem, & refractionem. Bene tamen valeret argumentum: ſit ob ſolã reflexionem, &c.

¶Ad Ariſtotel. Dicendum, poſuiſſe exemplum loquendo de Halo in ſpeculis: non q̃d eo modo contingat per ſolam reflexionem, ſicut in ſpeculis. Vel per ſpecula intellexit, corpora, quæ paruam lucem, vel lumen receptum diffundunt, ſiue ſit per reflexionem ſiue per refractionem radiorum: & tunc eſt ſpeculatio de ſpeculis ad intelligendum Halo. Si tamen Ariſtote. intelligeret ſpecula polita, & terſa in ſuperficie, non poſſent cauſare Halo, vt probatum eſt.

Ad. 2.

¶Ad ſecundum. Concedendum eſt fieri refractionem radiorum ad perpendiculũ: quia occurſus medij denſioris, quale eſt vapor ſub aſtro. Et quando probas, nõ poſſe ſtare: quia non refrangitur ad punctum perpendiculi, ſed citra, & ſic multis modis: qua propter nõ ad perpendiculum, dicimus ita eſſe, quod nõ ad perpendiculum, vt attingat: & ob id multis medijs contingit: ſed vocatur refractio ad perpendiculum, quod quotiens contingit in medio denſiori refractio, eſt per acceſſum ad perpendiculum, licet non attingat: ſiue hoc fiat (vt aliqui putant) quia radius intendit ſe conſeruare, & perpendiculum melius. Qua propter in ingreſſu medij denſioris, ad perpendiculum declinant vt melius. Et quando per medium rarius: quia facilis eſt conſeruatio declinat: ſiue ſit (vt puto verũ) ex natura radij: vt in medio denſiori ad perpẽdiculum: oportet dicere quod in veritate eſt refractio radiorum, ad perpendiculum.

Dubium.

¶An radius directus, & reflexus diſtinguantur ſpecie, eiuſdem luminoſi, & refractus, & reflexus, ad perſpectinam ſpectat. Et variæ ſunt opiniões. Videtur ſatis probabile quod directus, & reflexus ſpecie differant, etiam ſi ſint eiuſdem luminoſi, ſicut & directi diuerſorum luminoſorum differunt: nam ſi reflexus & directus radius, eſſent eiuſdem ſpeciei: cũ reflexus ſit cauſatus à directo, ſequeretur q̃ lumẽ eſſet qualitas actiua: ſed tamẽ refractus & directus, videtur eſſe eiuſdem ſpeciei, ſi ſint eiuſdẽ luminoſi: ſicut radius directus & abſorptus, ſimiliter, nã q̃ radius ad perpẽdiculũ declinet, vel à perpẽdiculo: vel q̃ maneat incorporatus in diaphano, vel procedat via recta, non videtur quod ſpeciem variet. De quibus in propria materia videndum. Et quantũ ad directum, & reflexum quod ſpecie diſtinguãtur, ſic tenet Cantuarien. in prima parte ſuæ perſpectiuæ, & idem Georg. Bruxellenſis. Vide de Halo, & corona Albertum Magnum lib. 3 tracta. 4. c. 3.

Cõtra Cantuarien. Georg. Bruxellenſis.

Cõtra Cantuarien. in ſuo cõmen. in 3. phyſi ſuper 9. arg. principale.

SPECVLATIO ſecunda. Vtrùm Iris ſit aliquid realiter impreſſum in nube, vel ſit ſolum ſecũdum formam imaginariam.

1. Argum.

ARguitur q̃ nõ ſit vere, et realiter: quia alias ſequeretur quod in vno, & eodem, ſimul & ſemel eſſent diuerſi colores: rubedo, & albedo. Et ſimul, & ſemel aliquid eſſet album, & rubeum: ſed hoc non videtur: ergo nõ eſt vere realiter Iris, vt apparet.

¶Secundo. Color eſt qualitas ſecunda reſultãs ex qualitatibus primis in corporibus mixtis: vt docet Ariſtotel. in lib. de coloribus: ſed Iridis colores, non ſunt ex tali contemperamento qualitatum: ſed fiunt ex reflexione, vel refractione radiorum aſtri in nube rorida: ergo ſequitur quod nõ ſunt veri colores, & ob id non eſt realis res Iris, ſed fictitia.

3.

¶Vltimo. Id dicitur eſſe fictitium, & non reale, quod non eſt, vbi apparet eſſe: ſed Iris eſt huiuſmodi: quia vbi apparet non eſt: quia cũ fiat per reflexionem radiorũ ſolis ſuper nubẽ roridam, apparet eſſe remotius, quam ſit.

¶In

Lucotrar. ¶In contrarium eſt, quia id eſt realiter, quod vere, & realiter operatur: ſed Iris eſt huiuſmodi, cum immutet medium vſque dum ad oculum videntis veniat.

Notand. 1. Noncodem modo Iris & Halo. ¶Eſt primo notandum, quod Iris ſicut & Halo ex radijs luminoſi tangentibus vaporem contingit: tamen eſt magna differentia inter Halo, & Iridem: quia Halo, vel Corona, generatur vapore ſuppoſito medio inter oculum videntis, & aſtrum, ſed Iris cauſatur, in nube, non aſtro ſuppoſito, ſed potius ex diametro oppoſito. Itaque ſi contingat q̃d in ſolis oppoſitam partem, ad quam de directo radios mittit, ſit nubis rorida, apta ad pluuiam, reflectuntur radij ad oculum, ad modum quo in ſpeculo contingit: & in ipſa nube exprimitur quodammodo figura ſolis: & quia non plene fit, ſolum rei colorem repræſentat.

¶Oportet ergo intelligere, quod quando Iris videtur, eſt eo quod oculus noſter eſt velut medius inter ſolem, & nubem vbi apparet Iris: & radij directe reſpicientes nubem aquoſam, & roridam, pertingunt ad eam: ſed quia non poſſunt penetrare, & vincere ipſam nubem, reflectuntur ab ipſa nube ad viſum noſtrum. Et radij ſolis, vel lunæ, aliqui ibi refrãguntur, & abſorbentur in nube. Et lumen ibi receptum ſupplet colorem albi: & quanto magis de lumine magis ad album accedit, & eſt puniceus color. Denſitas nubis ſupplet vicẽ coloris nigri, & vbi minus de lumine in nube denſa, ibi magis de nigro, & manet quidam color qui viridis videtur: & tandem ob diuerſitatem nubis quo ad raritatem & denſitatem, apparet varius color.

Notand. 2. ¶Etiam eſt conſiderandum, quod color duplex eſſe habet: vnum materiale, aliud formale. Materiale coloris pendet ex primis qualitatibus, ſcilicet ex debita proportione earũ: ſed formale coloris eſt lumen receptum in perſpicuo. Primo modo, colores non ſunt in Iride: quia ibi non eſt qualitatũ primarũ cõtemperamentum, ſed ſunt formaliter: quia vere ibi eſt lumen receptum in corpore perſpicuo.

Materiale coloris, Formale coloris eſt lumen.

1. Conclu. Ratio. ¶Prima concluſio. Iris cauſatur ex radiorũ rarefactione, & reflectione in nube oppoſita ſoli: vel lunæ. Probatur ex Ariſt. in iſto loco & experientia oſtenditur: ſi quidem videmꝰ quod Iris apparet, & nunquam apparet, niſi ex oppoſitione ad ſolem, vel lunam: nam ſi Iris cauſatur à ſole, ex oppoſitione eſt: vt ſole exiſtente in Oriente, ſit Iris in Occidente & econtra: ſole declinante ad occaſum, appareat in parte oppoſita Orientis Iris. Et tantũ quantum eleuatur de ſole, eſt depreſſum ſub orizonte de centro Iridis. Sed quod id fiat ex radijs refractis, & reflexis, patet. Vere cauſatur, vt conſtat: & non videtur vnde, niſi ex diuerſa radiorum receptione, & reflectione: ergo ex hoc cauſatur. Et quod ſit in nube rorida, & apta ad pluuiam, patet: quia alias quotidie appareret Iris, etiam in ſereno tẽpore: ſed videmus quod non ſemper apparet, ſed quãdo ſunt nubes. Neque ſemper quod ſunt nubes, ſed quãdo ſunt in oppoſitiõe, ſed quãdo nubes, vel vapor in tali diſpoſitiõe eſt ad pluuiã dẽſata, itavt nõ poſſint penetrare radij.

2. Conclu. ¶Secunda concluſio. Colores varij in Iride ex diuerſa commixtione radiorum cum nube contingunt. Patet. Ibi apparent diuerſi colores in Iride, & formaliter ſunt: ergo ex aliquo cauſantur: & non videtur ex quo, niſi ex varia commixtione lucis, cum nube: ergo ex eo euenit: nam ex mixtione lucis fortis, cum multo opaco, fit rubedo: & ex commixtione fortis lucis cum opaco tenui, generatur albedo: & ex mixtione debilis lucis cum opaco, generatur nigredo: & ex mixtione debilis lucis cum tenui opaco cauſatur alius color, medius, ſequitur ergo illam colorum varietatem euenire ex alia, & alia permixtione lucis, & nubis: nam cum nubis non ſit æque dẽſa, & diſpoſita ſecundum omnem partem ſui aliter recipiuntur radij, & reflectuntur, & refranguntur, & abſorbentur, & incorporantur. Et neceſſario alius, & alius apparet color: nam quanto radius fortius, minus reflectitur: & quanto recedit à perpendiculo, debilior eſt, & magis reflectitur, & varius apparet color.

Alb. Ma. I. de ſenſu. & ſenſa.

3. Concl. ¶Tertia concluſio. Quia nubes in qua Iris, eſt imago quædam ſolis, licet imperfecta, in circulo perfecto, videtur mundi medietatem repræſentare, quam ſemper ſol illuminat. Volumus dicere, quod cum Iris apparet, ſemper videtur portio circuli apud nos, quæ manifeſtat tantum circulum eius extendi, quantum eſt mundi medietas illuminata à ſole, quia ſole exiſtente in orizonte in Oriente, ſi appareat Iris in Occidente, medietas circuli erit viſa à nobis, & alia medietas eſt infra: quia centrum Iridis in orizonte eſt. Et quanto ſol eleuatur, tanto minus quam ſemicirculus apparet, & maior portio circuli deprimitur. In tantum eleuari poteſt ſol, vt ſi perueniat ad zenith capitis, nil appareat de Iride. Ecce quomodo dato nubes ſit parua repræſentat mundi mediam partem: quia tantum ſol illuminat.

4. Conclu. ¶Quarta concluſio. Non ſolum Iris ſolis imago, aut lunæ eſt: ſed etiam alterius Iridis, vt aliam repreſentet, & duæ appareant Irides. Hæc concluſio etiam experientia manifeſta eſt: quia ad modum quorũdam ſpeculorum adinuicem oppoſita, mutuo ſe repræſentant, & vnum alterius videtur eſſe imago, contingit in Iride, ab ea radij emittuntur ad nubem ſuppoſitam & diſpoſitam. Et debiliores: & illa quæ debiliores habet colores, erit idolum, & imago illius quę fortiores. Et ſi tres appareãt, etiam debilius repræſentabitur in tertia, quã in ſecunda, & colores erunt, tamen non cõdẽ ordine poſiti: vt ſi in prima Iride primus erat puniceus, & ſecundus viridis, & purpureus: in 2. Iride primus ſit purpureus, & vltimus puniceus: quod apparet. Si quis capiat enſem in manu, & manubrium verſus coelũ, & cuſpidem verſus aquam, in aqua apparebit econtra, manubrium in infimo loco, & cuſpis in ſupremo. Ita ſi homo habeat aquã ſuppoſitam, & videat ſe in aqua, erit imago hominis in aqua: vt pedes in aqua cum pedibus conueniãt: & caput ſit in infimo loco aquæ: & neceſſario euenit, vt ſit conueniẽs repræſentatio: etiam quando plures apparent Irides, vna alterius imago eſt.

Thymon. ¶De Iride multa dicuntur tam à perſpectiuis: quam à phyſicis: eſſet enim prolixum nimis hic adducere, & neſcio an operæ pretium. Qui voluerit late videre, legat Thimõ in iſto. 3. per. 13. quæſtio. ab. 11. vſque. ad. 25 vbi ſpatiatur ſatis circa argumentum hoc: & Albertum Magnum. in iſto. 3. à. capitu. 6. vſque ad. 26. in tractatu. 4. & Paul. Venet. in ſumma, in libris meteororum à capitu. 22. vſque ad. 26. qui etiam plura notatu digna adducit. Sufficiat ergo intelligere Iridem naturaliter cauſari ex oppoſitione nubis roridæ ad ſolem: vel lunam: & imaginem quandam ipſius luminoſi eſſe, atque varios eſſe colores ob varium concurſum radiorum in alia, & alia parte nubis.

Albertus. Venetus.

Adargum. ¶Ad primum argumentum, dicendum vere & realiter ibidem eſſe colores ſecundum eſſe formale: & quia realiter ſunt, & non imaginarie, vere mouent viſiuam potentiam, & realiter videntur. Neque ſequitur inconueniens, nam illi varij colores non ſunt in eadem parte medij: quoniam vbi puniceus, non eſt rubeus, neque econtra, ſed ex varia commixtione, & concurſu luminis cum opaco cõtingit talis varietas in colore: & non ſecundum eãdem partem vaporis, ſeu nubis: ſicut nequeunt conuenit, dato aliquo diaphano, non eſſe ſecundum omnem ſui partem æque lucidum, neque habere eundem colorem: in Iride ſimiliter.

Ad ſecund. ¶Ad ſecundum, ita eſſe fatemur varios colores ſecundum ſuum eſſe materiale, cauſari ex diuerſo contemperamento qualitatum actiuarum, primarum, quale ibi non eſt, ſed tamẽ pro formali colores ſunt, & habent eſſe excõmixtione lucis & opaci: vt ait Albertus Magnus libr. de ſenſu, & ſenſato. Et ſecundum diuerſitatem, eſt diuerſitas in coloribus. Et hoc formale in Iride eſt. Quapropter vere colores ſunt in iſto ſenſu. Quod ſi aliquis neget colores: (vt ſunt qui negant) vere ibi eſſe, ſed ſolum ſecundum apparentiam, vt adducit Thimon quæſtio. 11. oportet intelligere in hoc ſenſu, quia nõ ſunt quoad materiale: quia nõ ex qualitatum primarum cõtemperamento: commixtionem tamen radiorum cum nube non eſt qui neget, ex qua varius eſt color. Nolo tamen dicere quod color ſolum ſit in extremitate: quia etiam in centro rei eſt: ſed ſolum de Iride loquentes ad ſaluandum veros colores: id ex permixtione dici museſſe.

Sunt quinq; genera colores in Iride.

Ad tertiũ. ¶Ad tertium dicendum, Iridem eſſe veram, & realem formam: quia vere eſt imago ſolis, & vere, & realiter recipiũtur radij aſtri in nube. Et quod appareat remotius, vel propius quam ſit, non tollit quominus vere, & realiter ſit: nam piſcis viſus in aqua apparet propinquius, quam ſit: quia ſit oculus in medio rariori, & viſibile in dẽſiori contingit: & ecõtra: ſi oculus ſit in denſiori, & viſibile in rariori: quia radij in denſiori ad perpendiculum refranguntur, & in rariori, à perpendiculo, vt dictum eſt.

¶Iris apud antiquos diuerſa habuit nomina: primo Iris dictus hic arcus quaſi ſacer, eo quod videretur eſſe quoddam diuinum, & admirandum: ſecundo apoetis Thaumãtis filia. 1. admirationis filia eo quod inter omnia metheorologica, hoc maximè admirantur philoſophi. 3. à ſacerdotibus Idolorum dicebatur Iunonis arcus, quia Iunonis vim diuinam aeris, dicebant. 4. ab Heſiodi ſequacibus Dęmonis arcus. i. diuinæ intelligentiæ ſignum: ſed aliqui putant arcum Dęmonis vocatum. i. ſcientis, quia ſolus ſcientiſsimus philoſophus Iridis naturam cognoſcere poſsit.

¶De Iride, perſpectiuę author. 3. p. propoſi

prie. 12. ait, cathaclismũ excludere quod ex Gene. cap. 9. manifestum est in signum datum. ratio datur quod cum contingat Iris ex directa radiatione solis ad nubẽ oridam, non poterit nubes, in tali dispositione esse quãdo humiditatis abundantia vel siccitas, ideo aerem requirit medio modo dispositũ quantum ad vtrumque, quæ dispositio inundationi & diluuio repugnat: quia licèt præfuerint nubes aquosę & nimis aquis prægnãtibus, non apparebit Iris vsque dum pro maiori parte fuerint exoneratę, ob id non appareret Iris nisi post tempus pluuiosum in fine, vt in æstate contingit.

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm virgæ, & parahelij fiant ex refractione radiorũ, sicut Halo, & Iris.

Primũ arg. ARguitur quod non: quia si sic, apparerent circulariter, sicut Halo, & Iris. sed non apparent, vt experientia constat, saltim de virgis. ergo non fiunt per refractionem, vt Halo. Et mator probatur: quia vbi eadem causa est, oportet & sit idem effectus.

In contrar. ¶In contrarium est Arist. in isto lib.

Notand. 1. ¶Pro solutione notandum, quod sicut contingit nubem, vel vaporem aliquem supposi tum soli, vel lunæ esse: vt quando generatur Halo, vel Corona contingit opponi etiam ex diametro: vt quando Iris fit: sic etiam euenit quod nubes, vel vapor sit ad latus astri solis, vel lunæ: & si eueniat, contingit esse virgas, & parahelos: nam radij solis incidẽtes super foramina nubium super vapores, vel aerem vaporosum, partim refranguntur, & partim reflectuntur, qui ad visum nostrum perueniunt, & ex diuersa dispositione vaporis ex radiorum refractione apparent colores varij: sicut in Iride, qui ostenduntur ad modum columnarum rectarum, & aliquãdo tortuosæ parum.

De parahelo. ¶Parahelus (qui iuxta solem interpretari potest) contingit eo quod nubes sit ad latus solis, & radij solis ibi refracti, & reflexi quodã modo, velut in speculo, solem repręsentãt: & est ibi alius apparens sol, qui sit velut solis imago. Quod si contingat ex vtroque latere solis, nubem esse dispositam ad recipiendum radios, erunt duo soles ex vtroque latere. Vnus, & tres apparebunt: Vnus verus, & duo alij apparẽtes qui sunt imagines veri solis, ratione supradicta.

¶Et hoc maxime in ortu solis, & occasu: quia in ortu ex frigiditate noctis poterit esse vapor condensatus in nube, dispositus ad recipiendum radios solis: & apparebit parahelus, & in occasu, quia recedente sole vapores eleuantur: sed non consumuntur, & infrigidantur facile, & condensantur, non tamen in meridie: quia ex virtute solis vapor, facile dissoluitur.

¶Contingit parahelus à latere, vt dixi, & nõ supra, neque infra solem: quia si infra, iam esset Halo, seu Corona. Et supra nõ potest esse, quia nõ est vapor supra solẽ. Est ergo ad latus eius, vbi potest esse dispositio vaporis sufficiẽs: & radij refrangi, & reflecti possunt, quod sequentibus conclusionibus patefiet.

1. Conclu. Ratio. ¶Tam virgę, quam parahelij contingunt ex refractione, & reflexione radiorum solis. Patet: Contingit tales virgas iuxta solẽ apparere: similiter, & apparet parahelus (seu aliꝰ sol) ad latus solis: imo aliquando duo soles apparent: ergo eius causa reddenda est naturalis, & reflexio radiorum: sicut Halo, & Iris fiunt ergo vere sic in parahelis. Et probatur authoritate Arist. id asserentis.

Corolla. ¶Ex hoc sequitur, quod si quando in ortu, vel occasu solis, appareat alter sol, vel duo, nõ statim mirãdum tãquam miraculũ in natura, cum id possit secundum naturam esse: sicut aliquando audiuimus visum in partibꝰ Indiarum, & in Hispania antiqua, cum essemus Salmanticę. Non tamen negamus quin interdum præter ordinem naturæ apparere contingat ex diuina dispensatione: sicut in Christi Redemptoris nostri natiuitate cõtigisse legimus: qui verus est sol iustitiæ. Cum enim non esset tunc causa naturalis parahelorum, pro miraculo habitum est.

2. Conclu. ¶Secunda conclusio. Etsi parahelij non inueniantur ab aliquo astro, seu planeta causari extra solem, à luna tamen, ob lumẽ quod habet in abundantia, oportet concedere fieri posse. Hoc probatur experientia. Et Plinius refert tres lunas fuisse visas, Gn. Domitio, & L. Antonio consulibus. *Plinius.*

Ratio. ¶Ratio est: quia parahelus contingit ex refractione, & reflexione radiorũ ad vaporẽ, seu

seu nubem existentem in latere solis: sed potest cõtingere esse dispositum vaporem iuxta lunam, sicut iuxta solem: & luna emittit radios tantæ virtutis, qui possint refrangi, & reflecti, & ad oculum nostrum peruenire: ergo poterit esse vnus, & duo parahelij iuxta lunam, sicut & prope solem: similiter & virgæ.

Confirma. ¶Et confirmari potest: quia Halo, & Corona contingit sub luna, sicut sub sole, & hoc ex refractione radiorum lunę est: ergo eadem ratione poterit esse parahelius circa lunam, sicut circa solem. Non tamen datur alijs astris: quia non habent tantum lumen, vt possint hoc efficere. *Alb. Mag.* De quo vide Albertum Magnum in isto. 3. tractatu. 4 capitul. 28. & 29.

Epilog. ¶Ecce quæ dicenda erant in isto tertio libro quæ tractantur ab Aristotel. circa illa quæ apparent in Sole, & Luna, scilicet quando Halo, seu Corona, & quando Iris, & quando virgæ, & parahelij: nam conueniunt ista in subiecto, & in causa. In causa, quia à Sole & Luna. In subiecto: quia omnia in nube, vel vapore condensato fiunt. Etiam est conuenientia quantum ad modum: quia ex reflexione, & refractione radiorum euenit.

¶Differentia tamen est in loco vbi vapor, vel nubes: quia in Halo, vel Corona supponitur astro; & in Iride in oppositione est ex diametro: astro existente in Oriente oportet sit nubis opposita in occasu, & in parahelijs, & virgis, neque supponitur, neque opponitur sed ad latus apponitur vapor.

Ad argum. ¶Ad argumentum patet solutio: nam virgę non apparent secundum figuram sphęricã, ob diuersam dispositionem vaporis: in quo refranguntur radij

¶De Galaxia aliquid dicere placet pro cõplemento, De Galaxia, quæ in veritate in. 8. sphæra: est via quædã vilui sese offerens, prouenies ex multitudine stellarum fixarum, quarum nonnullæ adeo paruę sunt, vt visum non terminent alię quia maiores, terminant visum: & sunt adeo propinquæ, vt apparẽt se tangere: quæ cum sint lucidæ radios emittunt. Et & ad se inuicẽ refrangũtur: ex quare fractione, causatur circulus albus: &c. sic sentit Albertus Magnus in primo libro meteororum tractatu. 2. cap. 6. Et tenendum cõtra authorem perspectiuæ lib. vlti. propositiõe vltima, qui putat Galaxiam esse in purissima ignis regione, ne cœlũ faceret pasibile. Sed tamen non est pasibile ob id cœlum. *Albertus.*

Et notabis quod lumen recipi in cœlo potest esse: Primo vt in medio deferẽte, sicut species rerum visibilium recipiuntur in medio diaphano, vt infra in libris de anima. Et hoc modo lumen Solis, in sphæra Veneris recipitur & Mercurij & in elementis &c. isto modo non recipitur lumen Galaxiæ, in. 8. sphæra, quia lumen receptum in medio vt in deferente non reflectitur. Galaxia autem est lumen reflexum. Secundo recipitur lumen in corpore cœlesti, vt in vase vel in speculo, à quo ob densitatem reflexio est: vt lumen Solis, in Luna recipitur. hoc modo partes illę octauæ sphæræ, vbi tanta stellarum multitudo est, recipiunt lumẽ: & quia partes sunt dẽsæ, fit reflexio radiorũ, & apparet illa pars lucida, sic cõtingit Galaxia. Et notabis quod in cœlo videtur esse duplex Galaxia, vna est de qua diximus continuata & protensa à signo Geminis, vsque ad Sagittarium. Alia est Galaxia non cõtinua: sed, velut plures nubes sparsæ, non adinuicem continuæ, & est versus Aquilonem locatio, supra primam galaxia. Et causa huius sunt plurimæ stellæ: quasi se contingẽtes pro aliqua parte octauæ sphęræ: & ibi apparet & efficitur, vt via, in pluribus partibus intercisa.

SPECVLATIO quarta. Vtrùm metalla fiãt, & per naturem generẽtur, & lapides similiter.

Argum. 1. PRobatur quod nõ. Quod est per naturam, & secundum naturam, nó potest fieri per artem: quia licet ars imitetur naturam, nõ tamen facit opus naturę: sed metalla fiunt per artẽ, vt patet de alchimistis, qui faciũt verum aurum: & argentum: ergo sequitur quod ista non sunt naturalia, sed artificialia. Vel si naturalia sunt, nullo modo per artem fiunt. *Incontrar.*

Arist. 2. phy. tex. 22. & 79. et. 4. Meta. 28

¶In contrarium est veritas: nam constat metalla generari: & per naturam esse diuersos lapides: vt Arist. otel. in fine huius. 3. asserit.

¶In hac speculatione est in animo nonnulla de generatione lapidum, & metallorũ adducere, atque de cõditione metallorum pauca.

afferre,& de arte alchimistarum tangere, an vera sit ars,& efficiat quod apparet. Qui volu-
Alb. Mag. erit videre de istis prolixe loquentem ,legat Albertum Magnum,qui fecit tractatum de mineralibus per quatuor libros distinctũ. Inueniet inter opera appositũ libris Meteororum.

Varię opin. Hermes. ¶Imprimis de lapidum causa generatiua variæ philosophorum sunt opiniones.Hermes enim dixit vnam esse virtutem formatiuam: quam Marti tribuit. Sed varios esse lapides dicebat,etiam si vna virtus secundum diuersitatem passiuorum:sicut sol vnus est omnia generans:varius tamen secundum diuersitatem illorum in quibus operatur.

Empedocl. ¶Empedocles causam dixit calidum vstiuũ, ex antiqua fabula de Pyrrha, & Deucalione, in qua lapides, magnæ matris ossa dicuntur.

Democrit⁹ Alchimistæ ¶Democritus dixit animam esse in lapidib⁹ sicut in semine ad generandum.

¶Alij(vt Alchimistæ) dicunt, lapides solum per accidens generari:quia in quocunque loco calidum igneum inuenerit materiã aptam,lapidem causat,& dicunt lapides non habere formas secundum species, sed solum quasdam passiones materiæ : vt duritiem,
Albertus. quam pro forma habent. Istis opinionibus impugnatis, dicit Albertus capitu.5. quod sicut in semine animalis,quod est superfluũ nutrimenti,descendit à vasis seminarijs vis formatiua animalis,quæ format,&efficit animal,& est in semine,ad modum quo artifex in artificiato;sic est in materia apta lapidibus virtus formans,& efficiens lapides:& producẽs ad formam lapidis huius,vel illius.Et infra dicit quod hæc virtus habet duo instrumenta,vnum est calidum, humidi extractiuum, digestiuum,inducens coagulationem, ad formam lapidis in terrestri,quod passum est ab humido vnctuoso. Alterum instrumẽtũ est,in materia humidi aquei,quod passum est à ficco terrestri & hoc est frigidum humidi,non tamen constrictiuum:vt in metallis fit,sed quod sit etiam humidi expressiuum. Hoc enim indurat,& coagulat.Et quia humidum exprimit,intantum, quod non remaneat in materia: nisi ad solam continuationem:tales lapides nullo calido ficco,possunt liquari.

¶Lapides habent suas formas substantiales,
Supra.1.de generatio. Specula.6. per quas in specie certa constituuntur,& nõ sunt animæ vt quidam ex antiquis dixerũt, nam in eis non est aliquod opus vitæ,neque nutritio: quia si esset,oporteret habere poros,& vias ad recipiendum alimentum,vt supradiximus.Et durities lapidis ostendit tales vias non esse.Item.Instrumenta ad attrahendum alimentum:vt radices,& os, deberent poni in lapidibus,quod constat non dari.Neque valet dicere animam oppressam à terrestreitate: vt non possit exercere opera, quia natura deficeret in necessarijs,quod cõstat esse falsum quia dando naturam,dat ne-
Arist. 3. de anima. tex. 45. cessaria,& congruentia illi naturæ.Si ergo lapides augeantur,non est proprie augmentũ vt in viuentibus,sed improprie,per additionem, vel conuersionem alicuis coniuncti in naturam lapidis.

¶Loca in quibus lapides generantur (vt in plurimum)ripæ aquarum sunt. Non tamen omnes aquæ generant:quia corruptæ,& paludosæ non generant.

¶In locis eminẽtibus,& montuosis inueniũtur frequenter,ex quo apparet montes esse loca pro lapidibus apta.

¶Et quidem de quibusdam a quis legitur talem habere naturam,vt ligna in lapides conuertant,etiam retenta figura lignorum. Et
Albertus. est lapis corallus,qui absque dubio de lignis & plantis generatur.Et Albertus cap.7.dicit suo tempore in mari Danico iuxta ciuitatem Lubicensem inuentũ ramum arboris,in quo nidus auium,& aues ipsæ in nido conuersęin lapides:quod aliter non potuit esse,nisi quia procellis,ramus cecidit in aquis. Est & fons in Gothia,in quo omnia quæ merguntur in lapidem conuertit:cuius rei Imperator Federicus experimentum habuit: &in nubibus generantur,& in animalium corporibus : & vide alia multa in Antonio de Turrecremata in libro intitulato Iardin de flores colloquio.2.

Sicut in animalibus qui ex putrefactione,infunditur virtus viuificatiua ex stellis:sic in lapidum materia,infunditur virtus formatiua lapidum.Et in vna terra non est locus aptus ad formandos lapides,& in alia sic: maxime vbi terra vnctuosa,per vaporem in se reflexũ commixtum.lapides generabũtur:maxime vbi terra non est porosa,& superficies solida est,ex qua vapor per virtutẽ solis intus catsatus,exire non potest.

¶In lapidibus sunt mirabiles virtutes. Asbe-
Virtus est in lapidib⁹. ston coloris ferrei,qui in Arabia inuenitur, semel accensus,vix vnquam extinguitur,eo quod habeat naturam lanuginis,quæ pluma Salamandræ vocatur,cum modico humido vnctuoso pingui,inseparabili ab ipso,& illud fouet ignem.

¶Ada-

¶Adamas durissimus,neque igne,neque ferro mollescit:sed solum sanguine hircino. Si supponitur magneti,sic ligatipsum, vt non possit attrahere ferrum.Ligatum in brachio valet contra hostes, & insaniam, & contra venena,& incursus phantasmatum, & incubo-
Magnes. rum.

¶Magnes est lapis coloris ferruginei,qui ferrum attrahit:& dat ferro virtutem attrahẽdi ferrum aliud. Vnctus oleo non attrahit: si-
Albertus. cut si Adamas supponatur.Narrat Albertus Magnus inuentum magnetem, qui ab vno angulo trahebat ferrum,& ab alio fugabat.

Mirabile. Et dicunt Federicum Imperatorem habuisse magnetem,qui non trahebat ferrum,sed ecõtra,ferrum trahebat magnetem.Dicunt hũc lapidem capiti mulieris dormientis superpositum,statim mouere eam ad amplexum mariti,si sit casta:& si adultera,præ nimio timore phantasmatum,cadit de lecto . Et si fures domum sunt ingressi,in quatuor angulis domus super carbones lapidem contritum mittant,ita dormientes terrentur phantasmatibus:vt domum fugiant,& solã derelinquant vt fures rapiant omnia.

Admirabilis virtus magnetis.

¶Multi alij ponuntur lapides pretiosi: & admirandæ virtutis ab Alberto in secundo lib. de mineralibus per ordinẽ alphabeti, quam virtutem habere lapides non est. dubitandũ à proprietate occulta,quam Albertus & doctor.S.putant esse formam substantialem lapidis,& Commenta.in quinta colligę.capit.
Albertus. S.Thom. Comment. Concilia. Iaco.de Forliuio. 21.putat proprietatem occultã esse mixtionem qualitatum primarum : tamen contrarium tenet Conciliator differentia.71.& Iacobus de Forliuio quæstione.51.super fen. primam primi.Virtus enim occulta non potest esse forma substantialis:quia alias solum inueniretur in specie illa virtus: sed magnes attrahit ferrum,& ferrum similiter si tetigit magnetem.Et multo minus erit qualitatum primarũ cõtemperamentum:quia vbi nõ est vnum contemperamentum, non reperitur vna virtus: est igitur virtus occulta qualitas quædam,aliquando de secunda specie,quæ non est intensibilis,neque remissibilis, neque sensibilis:vt est illa qua magnes ferrum attrahit:vt dicit Mesue,qui attrahit,nõ quia frigidum, non quia calidum , non quia leue,non quia graue , sed quia tale. Aliquando est virtus de tertia specie:vt color rubeus, qui habet proprietatem trahendi sanguinẽ ad extra.

¶Non tamen est negandum quin in aliquibus, virtus occulta sit forma substantialis: vel proprium eius.

¶Metallorum materia sulphur,& argentum viuum est:vt Albertus Magnus docet, itavt sulphur se habeat vt viri semen,& argentum viuum,vt menstruum muliebre in fœtu, ex quo sequitur varia metallorum generatio:nam si sulphur sit valde subtile,argento viuo maxime miscetur:& si argentum viuũ sit citrinum,& maxime constans, generatur aurum. Si vero sulphur dominetur , & argentum viuum sit depuratum,generatur argentum.Et tandem ex varia commixtione illorum causatur aliud &aliud metallũ. Neque excludendus est vapor humidus: sicut docet Aristotel.ex quo cum sulphure& argento viuo metalla generantur.Calidum ergo causa generationis metallorum est:& materia est humidum quod in se habet terreum subtile,digestum,sed eum hoc est virtus formatiua in materia,& stellis,& cœlo,quæ ad speciem dirigit. Neque vna species metallorum omnium existimanda est:vt Calisthenes putauit,quem impugnat Albertus libro tertio:capitu.7.sed sunt septem species:quæ septem planetis tribui solent.Saturno dãtes plumbum:Ioui stannum,Marti ferrum,Solli aurum,Veneri æs:Mercurio argẽtũ viuum: & Lunæ argentum.

Metallorũ materia.

Nõ est sola una species metallorũ 7. species metallorũ

¶De argento viuo,cum sit metallorum omnium materia , dicunt physici duas esse substantias : vnam terream,aliam aqueam , & virtute sulphuris dirigentis,& adurentis,omne metallum generatur, & quoddam argentum viuum, extrahitur de minera sua sic viuum : & quoddam extrahitur de lapide in quo generatum est per adustionem:sicut extrahitur aurum,& argentum ex lapide vbi generatur. Est frigidum, & humidum in secundo gradu.Soluit neruos:sibi incorporat metallum,cui permiscetur , maxime argentum : atqueid per naturam habet,sibi attrahens argentum , quod perfectius est : vt perfectionem contrahat quodammodo, ex mixtione superioris: & perfectioris : sicut nunc est frequens vsus in mineralibus in noua Hispania.

¶Vidi enim quo pacto argentum viuum attrahat adte argentum.

¶DE PLVMBO.

IN compoſitione plumbi multum de argento viuo,& parum de ſulphure eſt, & argentum viuum in plumbo eſt aquoſum, & lutulentum,ideo in igne de facili euaporatur aquoſitas,& remanet puluis terreſtris,ſicut cinis relictus ex plumbea terreſtri ſubſtantia.

¶In effectu plumbum eſt frigidum, conſtrictiuum,& ſpecialem habet virtutem contra inſultus venereos,& pollutiones nocturnas: ſi ex ipſo fiat circulus latitudinis duorum digitorum,& ponatur circa renes: ſed cauendum eſt, quia ſua frigiditate poteſt paralyſin membrorum inducere:ob id non videtur tutum tali vti remedio ad venerea mitiganda.

¶Plũbũ protegit alia metalla ab igne,ne cõſumantur:quia habet multam aquoſitatem, & paruam mixturam.Plumbum argentum purificat, non de per ſe: ſed de per accidens:quia calor de per ſe:ſed cum argentum ſit humidum,& ignis ſiccus, refugeret ab argento,niſi per aliquid vniretur eidem,& hoc eſt plumbum, quod calefactum in ſuo humido quaſi elixando,digerit, & depurat argentum.

¶Et hoc frequentiſsime in fornacibus fit.

¶DE STANNO.

STannum parum differt à plumbo, niſi quod ſtannum albius eſt, & purius. Quia minus habet de ſulphure, habet magis ſonoritatis, quam plumbum.Inuenitur duplex ſtannũ: durius,& ſiccius,quod eſt in Anglia:& molius aliquantum,quod in Germania abundãtius inuenitur.

Argentum ¶Argentum quod aliquo modo conuenire videtur cum præcedentibus metallis,differt tamen ab eis, cum habeat admixtam aliam materiam.Purificatur in igne cum plumbo: vt exhalet plumbum,& in fumum conuertatur:& ſordes ab argento ſeparantur. Quod ſi lapidi incorporatum argentum inueniatur(vt in nouo orbe,vt in plurimum reperitur) oportet prius comminui & conteri in molendino,vt facilius purum ab impuro ſeparetur.

Albertus. ¶In aliquibus partibus(vt in Theutonia, vt Albertus refert)inuentum eſt velut depuratum,& ad modum columnæ ſub terra ſtans, & aliquando extenſum per terram. Cauſa autem huius,terræ diuerſitas eſt. Narrent multa quæ in depuratione contingunt, qui præſunt furnis:vbi examinatur argentum,& depuratur.

¶Etiam in noua Hiſpania aliquando inuentum eſt ſeorſum per ſe non mixtum lapidibus.

¶De alijs metallis etiam adducuntur nonnulla notatu digna: & ſicut in animalibus triplex humiditas eſt,vnctuoſa,pinguis, quæ eſt cauſa inflammationis:ſecunda aqua,reſiſtens inflammationi:tertia radicalis partiũ continuatiua:ita in metallis eſt triplex humiditas:quędã vnctuoſa,inflammabilis,& quędam aquea,reſiſtens: & tertia continuatiua partium mixti:&ſecundum quod magis,vel minus de prima,& ſecunda,magis,vel minus liquabile metallum eſt. *Triplex humiditas unctuoſa. aquea radicalis.*

¶Vtrum ergo per artem poſsit eſſe metallum ſicut per naturam ex varia conſtellatione, et terræ diſpoſitione fit:inter Philoſophos dubitatum eſt. Ad quod ſit prima concluſio.

¶Sicut eſt verum per artem non fieri aliq viuens,illorum quæ per generationem contingunt, ſic non videtur dubitandum quin poſsit per artem aliquod viuens eſſe,illorum quæ per putrefactionem. Prima pars cõſtat quia eo deficit ars à natura, vt ſolum eſſe accidentale det:& non poſsit formam ſubſtantialem educere de potentia materiæ,& nunquam per artem fiet viuẽs homo,equus, aut aliud animal. *1.Conclu.* *Ratio. 1.p.*

¶Secunda pars patet. Nam ex putrefactione,ſolent nonnulla fieri:vt vermes,mures,& alia imperfecta viuentia: ſed hoc ſolum fit per applicationem actiuorum paſsiuis. Tunc eſt ratio. Vbicunque contingat debita applicatio actiuorum paſsiuis,erit animal, quod ſolet gigni:ſed per artem poteſt fieri applicatio actiuorum paſsiuis,ergo ſic poterit per artẽ fieri aliquod viuẽs. Quis dubitabit quin per humanã, vel virtutem angelicã,quando in aere ranę procreantur:ſi fieret applicatio illorum ex quibus fit,quod ita animal eſſet,ſicut quãdo per naturam? Et in libris phyſicorum tetigimus quantum valeat ars ad hoc. *Ratio.2.p.*

¶Sic ait Commen. 12.Meta. quod ex viſceribus bouis:vel vaccæ putrefactis fiunt apes: & ex viſceribus equi fiunt veſpæ & eodem modo de alijs animalib⁹,quæ ex putrefactione contingunt. *Comment.*

¶Et

¶Et illa eſſe eiuſdem ſpeciei quæ per putrefactionem,& quæ per generationem contingunt,ſupra dixinus.

2.Conclu. Ratio. ¶Secunda concluſio.Metallum,poteſt fieri per artem. Probatur. Metallum contingit ex commixtione ſulphuris cum argento viuo,vt dictum eſt. Applicando enim actiua paſsiuis fit:ſed non repugnat per artem poſſe fieri huiuſmodi applicationem,& tolli omne impeditiuum:ergo facta ea,poſſet generari metallum: & vere eſſet metallum quia non eſt ratio quare ſi per artem fiat applicatio & commixtio quæ per naturam fieret, non fiat metallum:ſicut fieret per naturam.

Alber.li.3 de minera. c.9. Tymon. S.Thom. Cõtra Aegi.quol.3. q.9. Hæc eſt opinio Alberti Magni. Idem tenet Tymon in vltima quæſtione. 3. Meteororum. Eſt etiam doctoris. S. qui dicit,per artem alchimiſticam,fieri poſſe aurum verum, quod vere in auri ſpecie ſit: ſi modo per artem applicentur illa, & commiſceantur ex quibus conſtat aurum, ſicut per naturam contingit.Sed intelligenda eſt concluſio, vt poſsit ars ad hoc,interueniente opere naturæ: ob id dixi applicando actiua paſsiuis, quod eſt velut materiale: ſed ars ſolum ad hoc ſe extendit,poſtmodum natura operatur:nam ſi præcidamus opus naturæ, nunquam poteſt ars vnam ſpeciem in aliam mutare.Quod probat Sanctus Thomas in multis locis,tamen non repugnat verum aurum fieri operante natura cum arte. Et quanuis Sanctus Thom.in ſecundo diſtin.8.quæſtione.3.articul.1.quando dixit quod dęmones poſſunt facere verum effectum corporalem: ſicut magi Pharaonis virtute dæmonum, videatur dicere de auro,quod fit ab alchimiſtis quod ſit ſophiſticum:non negat veram poſſe fieri per artem auri ſpeciem:ſed quod non habebit omnes illas proprietates, quas haberet, ſi fieret per naturam.Et Magiſter Petrus de Bergon concordat dicto Sancti Thomæ.Neque inconuenit dicere eſſe veram ſpeciem auri,etiam ſi non ſint omnes proprietates: quia ablatis aliquibus proprietatibus, quæ ſequuntur naturam rei: imo & omnibus,intelligitur vere quidditas,& eſſentia rei, ſicut ſi quis ab homine ſeparet riſibilitatem, intelliget eſſentiam.Et à magnete, virtutem attrahendi ferrum ſi ſeparet:erit eſſentia magnetis.

S.Th.2.2. q.87.ar.2. ad. 1,et.3. p.q.66.ar. 4. *Bergolo.*

3.Conclu. Ægi.quol. 3.q.9.adargumen. ¶Tertia concluſio.Quia hoc poſsibile difficile eſt:videtur quod nullum metallum per artem alchimiſticam fiat, quod ſit verum, ſed eſt fucatum,& apparens.Quod ſit poſsibile,probatum eſt,interueniente opere naturæ,vt declarauimus:ſed quod ſit difficile,ſtultus eſt qui dubitet:quia natura,& cœlorum influctia occulte operatur,& inſenſibiliter: & ſuo tempore certo,& determinato diſponit actiua paſsiuis:ſed nulla eſt creatura,quę poſsit ſcire talem influentiam,talem proportionem,talem diſpoſitionem:ergo difficile eſt, niſi Deus reueletad quãnuis applicatio actiuorum paſsiuis fiat per artem, quis eſt qui ſciat eſſe tempus conueniens ad actionem? Ideo quanuis ſulphur ſit applicatum argento viuo,ex quibus in terra, in viſceribus metalla generantur,quis valebit cognoſcere quando erit apta commixtio? ob id,quia iſta habent difficultatem,merito poſſibile quod diximus,videtur, quod nũquam fiat. Sicut & Ariſtotel. dixit de circuli quadratura,quod eſſet ſcibile,& tamen nunquã fuerit ſcientia inuenta:etiam eſt ſcibile vt aurum fiat per artem:ſicut contingit per naturam applicando actiua paſsiuis, tamen nunquam eſt ſcitum,& nunquam factum: ideo que huiuſmodo artifices vitandi ſunt vt impoſtores.

Confirmã. ¶Et poteſt confirmari,eo quod non ſolum in metallorum generatione ſulphur, & viuũ argentum intelligendum eſt: ſed etiam vapor calidus,& humidus:ſicut exhalatio ſicca facit ad lapidum generationem:vt ex Ariſtote.in iſto loco conſtat:ſed hunc inuenire vaporem aptum,quis poterit? & applicare quis valebit? Et ſunt qui dicant metallorum generationem eſſe ex exhalatione terreſtri, & vaporoſa in viſceribus terræ, quæ petens exitum,& non habens,condenſatur à frigiditate terræ:& ex tali materia,virtute aſtrorũ, generantur metalla,corrupta forma exhalationis. Et iſti dicunt lapides fieri ex vapore humido virtute ſolis.

¶Et dubitandum non eſt,quin metalla,& lapides primo,& principaliter ex iſtis fiant,ſcilicet,ex exhalatione,&vapore,concurrente conſtellatione cœlorum.Non enim eſt veri ſimile in omni generatione metalli concurrere argentum viuum, & ſulphur, licet in aliquibus locis id eueniat.Iſta ſint dicta quicquid adducat Ioannes Auguſt.Pantheus Venetus in ſua arte,&Theoria tranſmutationis mitaleſi. *Pantheus.*

¶* Qui voluerit de metallis multa ſubtilia, curioſa,ſcitu digna legat Georgium Agricolam de metallis: & aliud opus de ſubterraneis,inuenſet multa noua,& ad inſtrumenta formanda pro metallis depurandis, & liquandis.

¶Cum hanc quartam editionem pararem, ex mandato supremi senatus commentaria eximij doctoris Alphõsi Perezij in libros Meteo. Aristotelis mihi examinanda commissa sunt, in quibus multa grauiter, & exactissimè dicta circa rem meteorologicam inueni, vt amplius aliud desiderandum non sit, quæ merito legenda censeo: vbi de lapidibus & metallis eleganter & succincte quam plurima edisseruntur.

¶Et hic Meteororum finis. Stoici quidē quæ in quarto libro vbi de putrefactiõe, digestione, & speciebus eius, elixatione, & alijs, sicut non necessaria, ita sunt clara: vt oleum, & operam perdere de ipsis differere iudicemus. Videat qui voluerit apud Aristotelem.

Finis tertij libri Meteororum.

PHYSICAE SPECVLATIONES IN LIBROS omnes Aristotelis de Anima; editæ à Reuerendo P. F. Alphonso à Vera Cruce, bonarum artium, & Sacræ Theologiæ Magistro, præfecto primario in Academia Mexicana in noua Hispania, in partibus Indiarum maris Oceani, Sacri ordinis Eremitarum Diui Aurelij Augustini.

Nunc ab eodem authore quartò editæ & locupletatæ, additis speculationibus integris.

ARGVMENT. SVPER libros de anima Aristot.

CVM Aristotel. *in præcedentibus de mixtis egit, tam perfectis, quàm imperfectis, nunc peculiariter agit de viuentibus in libris qui de Anima intitulantur, vbi disputat de triplici viuente, scilicet, de viuente secundū Animam vegetatiuam solùm: vt planta. De viuente secundum Animam sensitiuam, & vegetatiuam simul: sicut brutum: & tertiò, de viuente secundum Animam vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem: vt est homo. Ab instituto igitur non recedentes, quæ necessaria erūt, in disputationem adducemus.*

¶ SPECVLATIO prima. Vtrùm ad physicum spectet tractatus de anima, an potius sit Metaphysici.

PRobo quòd non sit physici. Hic de intellectu agitur, & præcipuè de eo: sed de intellectu cognoscere excedit philosophi naturalis terminos: tum quia intellectus incorruptibilis est: tum quia per generationem non habetur, sed per creationem à solo Deo: & non dependet à corpore. *Primū arg.*

¶ Præterea. Ad naturalem philosophum spectat tractare de ente mobili: quia hoc est subiectum eius: sed anima rationalis non est ens mobile: ergo eius consideratio ad superiorem spectabit scientiam. Maior est manifesta. Minor probatur: nam nulla specie motus anima rationalis mouetur: ergo non est ens mobile. Patet. Non augmentatur, neque diminuitur. Non generatur, neque corrumpitur. Non alteratur: quia non recipit qualitates primas, secundum quas est alteratio. Neque mouetur localiter: quia illud mouetur localiter, cui conuenit esse in loco: sed animæ rationali non conuenit locus, Boëtio testante, esse animæ conceptionem: incorporalia non esse in loco: sed anima rationalis est incorporea. 2. *Boetius in li. de hebdo.*

¶ Vltimò. Ad philosophum naturalem solum spectat agere de illis quæ constant ex elementis tanquàm ex principijs primis: sed anima rationalis non componitur ex elemẽtis, quia omne tale, corruptibile est, & anima rationalis est immortalis: ergo nullo modo spectat ad naturalem de anima considerare, saltim pro ea parte qua de anima rationali est. 3.

¶ In contrarium est: quia Aristo. ponit tractatum de anima inter illa de quibus philosophus naturalis considerat.

Notand. 1. ¶ Notandum quod anima tripliciter sumitur, cùm sit id quod animat, & actus sit viuentis: secundum quod tripliciter aliquid viuit, vno modo secundum esse vegetatiuum tantum, quod plantarum est: secundo modo, secundum sensitiuum, quod est brutorum. Tertio secundum esse rationale, quod est hominis.

Anima tripliciter.

Notand. 2. ¶ Est etiam considerandum, sicut supra dictum est, maximè in 1. physico. & in 2. quod tam vegetatiua anima, quam sensitiua educitur de potentia materiæ: quia non per se potest stare, & sola anima rationalis non educitur de potentia materiæ: & à solo Deo creatur in subiecto disposito, & organizato.

S. Tho. p. p. q. ultima.

Variæ opi. 1. Opinio. ¶ De hac speculatione fuerunt diuersæ opin. Quidam dixerunt, quod anima humana absolutè est de consideratione Metaphysici, & non philosophi naturalis: sed secundum quid consideratio pertinet ad naturalem: vt de intelligentijs motricibus, absolutè ad metaphysicum spectat: sed secundum quid, in quantum mouent cœlum, ad physicum attinet.

Opinio. 2. Comment. ¶ Alij dixerunt, quod absolutè: & secundũ quid: de anima humana consideratio, ad philosophum naturalem spectet. Et ij mouentur: quia anima hominis est de numero entium naturalium: vt dicit Auerro. 3. de anima. Commen. 17.

¶ Secundò: quia differentia quidditatiua inuestigatur in 3. de anima.

¶ Tertio: quia aliàs Arist. esset defectuosus in sua metaphysica, non faciendo mentionẽ de ea, si ad ipsam spectasset tractatus.

Opinio. 3. Themist. ¶ Themistius in paraphrasi super libros de anima dicit: quod liber de anima est medius inter naturalem, & metaphysicam scientiã: & sic est mathematicus.

Opinio. 4. Philopon. ¶ Ioannes Philoponus dicit hunc librum esse metaphysicum: & sic tractatus hic de anima non ad physicam, sed ad metaphysicam spectat.

Opinio. 5. Alexand. ¶ Alexand. Aphrodisæus putat esse de scientia naturali.

Opinio. 6. Nimphi. ¶ Augu. Niphus egregius philosoph. dubitat, vtrum sit connumerandus philosophiæ naturali, an metaphysicæ. Hanc quæst. mouet Arist. 1. lib. de partibus animalium c. 3. Pro cuius veritate sit prima conclusio.

1. Conclu. ¶ Scientia de anima, seu tractatus de ea nõ spectat propriè, & directe ad metaphysicã scientiam. Probatur. Ad scientiam metaphysicam solum spectat tractare de substantijs separatis immaterialibus, quæ per se stant, & non sunt formæ corporum: sed anima rationalis non est huiusmodi: ergo ad metaphysicam non spectat. Maior patet: quia solũ de illis tractat metaphysicus. Minor probatur: quia dato anima rationalis sit immaterialis, & separata possit stare per se: est tamẽ forma corporis: & non fuit à Deo creata, nisi in corpore: & vt forma corporis sed hoc tractare non est proprium metaphysici: ergo sequitur quòd non spectat proprie ad eum.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Tractatus de anima rationali inquantum est immaterialis, & immortalis, & non educitur de potentia materiæ, & per se potest stare, ad metaphysicum spectat. Patet. Ad eum spectat de intelligentijs, & perpetuis, quę materiam non habent: sed anima rationalis est huiusmodi: ergo ad eum spectat tractare.

Ratio.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. Consideratio animæ rationalis in quantum forma est corporis physici organici, ad naturalem philosophiã pertinet directè. Patet. Quicquid constituit rẽ naturalem, spectat ad physicam disciplinã considerare: sed anima rationalis cum corpore constituit rem naturalem: quia homo res naturalis est, constans ex naturis: sequitur ergo quod consideratio eius ad physicam spectat.

Ratio.

4. Conclus. ¶ Quarta conclusio. Absolutè considerando dicẽdum est, tractatum de anima ad physicam, & non ad metaphysicam, aut mathematicam pertinere. Probatur. Ad illam spectabit scientiam, cuius esse, in ordine ad corpus est secundum se: sed anima rationalis est huiusmodi: tum quia forma corporis: tum quia intelligere eius est per phantasmata.

Ratio.

Aristo. 3. de anima. Hoc enim naturalissimum est ei. Quod si nõ per phantasmata intelligat, quando separata est, hoc euenit ex quadam participatione substantiarum separatarum: sed quod de se habet, hoc est, quod per phantasmata intelligat: sic absolutè scientia naturalis de ea est, ob idque Aristot. inter libros philosophiæ naturalis posuit tractatum de anima. Sic Cõmen. & Caie. in libris de anima, & S. Thom.

S. Thom. Comment. Caietan.

5. Conclu. ¶ Quinta conclusio. Quòd tractatus de anima vegetatiua, & sensitiua ad naturalem spectet propriè, & directè, dubitandum non est.

Ratio. Hæc conclusio est apertissima: quia neque simpliciter, neque secundum quid ad metaphysi. spectat talis consideratio: cùm tam vegetatiua, quàm sensitiua, sint materiales formæ, & corruptibiles, & per se non possint stare, & educantur de potentia materiæ.

Concordia op. pertinere. ¶ Ex istis conclusionibus elicitur concordãtia opinionum: vt illi qui dicũt ad metaphysicam pertinere, intelligant solùm, quia est forma immaterialis, & immortalis: sed hoc non est simpliciter: cum sit forma corporis. Et qui dicunt spectare ad naturalem absolutè (vt S. Tho. & alij) satis rationabiliter affirmant, non est eadem ratio in anima rationali, & in substantijs separatis: quia anima rationalis vere forma est corporis, & nunquam habuit esse antequam in corpore infundere tur: & constituit rem naturalem cum corpore: & est actus corporis physici organici, in potentia vitam habentis.

Ad argum. ¶ Ad primum respondetur: quod de intellectu absolutè, vt intellectus est separatus, ad philosophum naturalem non spectat, sed ad metaphysicum: tamen de intellectu, seu de anima intellectiua, inquantum forma est corporis, & non creatur, nisi in corpore, & cum corpore, constituit rem naturalẽ: physici est consideratio & quia anima rationalis est huiusmodi, merito Arist ot. tractatum de anima coniunxit alijs, qui de ente naturali.

Ad 2. Motus alterationis. ¶ Ad secundum dicendum: quod ad animã rationalem spectat ratio motus: nam motus alterationis, inquantum non introducitur, nisi in corpore disposito, & organizato: neque perseuerat nisi in debita sit dispositione, & debito contemperamẽto: ad eam spectat, motus augmentationis: pro quanto homo quem animat, verè augetur, & propriè augetur. Et dato ipsa anima non augeatur, tamẽ de nouo animat partem auctam & diminutio posset ad eam pertinere: sicut pertinet ad eam generatio: quia dato non educatur de potentia materiæ, sed à Deo creatur: tamen verè homo generatur, etiam si Marsil. neget. Et si non terminatur actio agentis naturalis ad animam rationalem, terminatur ad introductionem. Pertinetque ad eam motus localis, pro quanto est in loco, scilicet, in corpore diffinitivè: & mouetur ad motum corporis: quia motis nobis, mouentur quæ sunt in nobis.

Augmentationis.

Generationis. Marsil.

Arist. 2. Topi. ca. 3 Motus localis.

Ad 3. ¶ Ad tertium. Imò ad physicum naturalem spectat tractare de materia, quæ non est ex elementis, & de forma similiter, quæ non cõstat ex eis: sic & de anima rationali, inquantum forma est corporis: & constituit cũ corpore rem naturalem.

¶ SPECVLATIO secunda. Vtrùm anima sit actus primus substantialis corporis physici, organici, in potentia vitam habentis.

Primũ arg. ARguitur quod nõ: quia si anima est actus corporis, vel esset corporis de genere quantitatis, vel corporis de genere substantiæ: sed neque huius, neque illius. Non de genere quantitatis: quia accidens est: & anima de qua nunc sermo, non est forma accidentalis. Neque corporis, vt est de prædicamento substantiæ: quia corpus de prædicamento substantiæ, est compositum, per se subsistens, habens suam formam substantialem, aliàs hæc non esset quidditatiua prædicatio, Animal est corpus: sed anima non animat corpus compositum, ergo non potest dici actus corporis: & sic definitio est mala.

2. ¶ Vlteriùs. Id quod est corpus, nõ est actus corporis: sed anima est corpus: ergo non est actus corporis. Consequentia est bona. Maior est manifesta: quia sic corporis esset corpus: & daretur processus in infinitum. Minor probatur. Anima est motor corporis, & non est mouens non motum: ergo est mouens motum: sed omne mouens motum est corpus: ergo anima corpus est. Probo quod non sit mouens non motum: quia mouens non motum causat motum sempiternum: anima verò non causat talem motum, & si mouens motum secundum omnia partem aliam mouet quod solum corporis est.

Arist. 8. Physic.

3. ¶ Probo vltimo, quod non sit actus corporis physici, organici. Vegetatiuum actu, est per animam: tamen non est actus corporis physici organici: quia planta non habet organa.

Confirma. ¶ Confirmatur de animalibus imperfectis, vt est Ostrea quæ non habet corpus organicum: & tamen anima, est actus eorum: ergo definitio mala posita est.

In contrar. ¶ In contrarium est Arist. hic.

1. Notand. ¶ Est notandum, quod quando quæritur, vtrùm definitio animæ sit bene posita, non sit

fit peculiariter ſpecu.de anima rationali: vel de anima ſenſitiua, aut vegetatiua: ſed generaliter de anima.

Notand. 2. S.Tho. 1.2 q.3.ar.2. ¶ Eſt etiam aduertendum: quod actus duplex eſt: actus primus, & actus 2. Actus primus eſt, actus quo res actu conſtituitur in ſuo eſſe. Actus ſecundus vocatur operatio rei iam exiſtentis in actu, vt ſi corpus habeat per animam eſſe, dicitur eſſe in actu primo: ſed poſtquam eſt in actu, & incipit operari, dicitur eſſe in actu ſecundo. Itaq; cũ ſit res in actu primo, poteſt eſſe in potentia reſpectu actus ſecundi: ſicut habens habitum ſcientiæ, eſt ſicut in potentia conſiderans: cum tamen per habitum ſcientiæ ſit in actu ſciens: vt ait in ſecundo de anima Ariſt. Ad quæſtionem itaque ſit prima concluſio.

1. Conclu. Bona eſt definitio animæ. ¶ Anima optimè definitur ſic. Eſt actus primus corporis phyſici. Probatur. Tunc res optimè definitur, quando natura eius bene declaratur, & aliquid in definitione ponitur loco generis, & aliquid loco differentiæ: ſed in definitione poſita hoc contingit: nam actus primus, generis locum tenet: omnis nã quæ anima, actus primus eſt: non è contra: quoniam eſſe angeli, eſt actus primus: tamẽ anima non eſt. Dicitur actus, ad differentiã materiæ, quæ non eſt actus. Dicitur primus, ad differentiam actuum vitalium, qui non ſunt anima, cò quòd ſunt actus ſecundi. Dicitur corporis phyſici organici. Phyſici, ad differentiam actus primi corporis non phyſici, ſed artificiati: vt ſi ſtatua habeat formã, talis forma non dicitur eſſe anima: nam licèt eſſet actus primus: quia dat primò eſſe ſtatuæ, non tamen corporis phyſici: non enim eſt corpus phyſicum, ſeu naturale: corpus ſtatuæ. Non loquor de ligno, vel metallo ex quo ſtatua, ſed de eſſe corporis ſtatuæ. Dicitur organici, quia forma lapidis non dicitur anima, licèt ſit actus primus corporis phyſici: non tamen organici, id eſt, diuerſimodè diſpoſiti: vt ſunt viuentium corpora. Sic planta dicitur corpus organicum: quia habet folia, corticem, radices, truncum, ramos, & medullam intus, quæ non ſunt eiuſdem rationis. Et in animalibus conſtat quomodo corpora ſint organica: Vel organica, id eſt, inſtrumentalia: vt exponit de Aliaco: quia membra animata, ſunt inſtrumenta operationum. Vel organici, id eſt, manifeſtatiui: quia opera animæ, maximè manifeſtantur in organis. Sequitur in potentia vitam habentis. Iſta particula diuerſimodè exponitur. Primo modo, vt ſit ſenſus, quod anima eſt ſic actus corporis, quòd ipſa circunſcripta, ſolùm corpus in potentia eſſet viuens. Secundo modo, vt ſit actus corporis, quod corpus actu iam per animam, eſt in potentia ad vitam: id eſt, ad operationes vitales vt vegetatiuum, eſt in potentia ad nutritionem & viuens ſenſitiuum, in potentia ad ſentiendum: nam opera emanantia à viuente, dicuntur vita ſecunda, ſicut vita prima eſt viuere per animam. Vita ſecunda, poteſt dici opera exercere ſecundum illam vitam.

Aliaco.

¶ Ecce quomodo natura animæ declarata eſt per hanc definitionem: quia, ſcilicet, eſt actus primus. Non intelligas primum abſolutè: quia ſolus Deus eſt: ſed primus vocatur reſpectu huius viuentis. Neque eſt neceſſariũ intelligatur ſic primus ad iſtum ſenſum, quod omnes qualitatiuæ diſpoſitiones præcedẽtes animã corrũpantur neceſſario: & ipſa introducta producantur aliæ de nouo: ſicut aliqui intelligũt, & nos diximus. Et dato manerent illæ quæ diſponũt: & corpus dicatur actu per tales diſpoſitiones: tamen nõ dicitur eſſe in actu primo, in ratione viuẽtis: quia illæ diſpoſitiones ſunt vt via, non vt terminus, ob id nõ diceretur actus primus, ſed cũ primũ anima eſt, tunc diceretur actus primus: ſed an tales diſpoſitiones de nouo producantur in formæ introductione, alibi latius de mente S. Tho. dictum eſt.

2. Conclu. Anima nõ eſt corpus. ¶ Cõcl. 2. Nulla anima cũ ſit actus corporis, eſt corpus. Probatur: omne corpus aut eſt de prædicamento ſubſtantiæ, aut de prædicamento quantitatis: ſed anima neque eſt corpus de prædicamento quantitatis, neque de prædicamento ſubſtantię ergo nullo modo eſt corpus. Non de prædicamento ſubſtãtiæ: quia corpus tale, eſt compoſitum ex materia, & forma ſubſtantiali: & actuatum: & non actuans, vel actus: ergo non eſt anima, quæ eſt actus corporis.

Ratio. 1. ¶ Item. Anima eſt forma corporis, & altera pars compoſiti, & nõ compoſitum: ergo nõ eſt corpus, quod eſt de prædicamento ſubſtantiæ, quod compoſitum eſt, & non altera pars compoſiti. Adde, quia ſic anima ſeipſa haberet ſubſiſtere: & non eſſet vt eſſe in allo, & nunquam poſſet actuare vt forma, quin perderet ſuam propriam ſubſiſtentiã, quæ eſt eſſe ſubſiſtens inquantum corpus. Neque eſt de prædicamento quantitatis: quia cum tale corpus ſit accidens, anima eſſet accidens & non ſubſtantia: ſed hoc non poteſt eſſe: quia ſi eſſet accidens, ergo ſolum

ſolum daret eſſe accidentis, & non ſubſtantię: & conſtitutum per animam nõ eſſet ſubſtantia per ſe ſubſiſtens: magis quam conſtitutum per albedinem.

Ratio. 3. p. ¶ Prætera: quia cum anima ſit principium mouendi, & cognoſcendi, corpus eſſet principium mouendi, & cognoſcendi: ſed hoc corpori non poteſt conuenire quia ſic omne corpus haberet: quod eſt falſum: ergo anima non eſt corpus.

Corollari. Error anti quorum. ¶ Ex hoc ſequitur antiquos erraſſe, dicentes animam eſſe corpus. Et ſi aliquãdo apud catholicos reperiatur animam rationalem eſſe corpus (vt habetur in libro de eccleſiaſti. dogmatibus) ſolum Deum eſſe incorporeũ c. 11. & 12. & quod omnis creatura corporea eſt, & ſimilia intelligi habent in ſano ſenſu: nam ſic etiam angeli corporei eſſent, quod eſt falſum, cum ſint ſpiritus: vt latè in noſtris Theologicis reſolutionibus dicem⁹, ſi Deus dederit: ſed ſunt iſta interpretanda eo modo, quo creaturam creatori ſi compares, non eſſet aliquid: ſed nihil eſſe dices, & potiùs non eſſe, quam eſſe. Sic ſi ratio incorporeitatis conſideratur vt in Deo eſt: & ad incorpoream creaturam comparemus, quæcunque ſit illa, etiam angelus, & anima, corporea dicenda erit natura. Solus Deus ergo eſt incorporeus: quia ſolus ipſe ſpiritus purè, & purus, & primus actus eſt: cum hoc verò angelus, & anima eſt actus: & incorporei dicuntur, ſed ſub Deo.

S.Th.p.p. q.3.art.1.

Hilarius. Caſsianus. Tertull. ¶ * In quo ſenſu Hilarius cano. 5. ſuper illa verba Matth. 5. nonne anima pluris eſt quã eſca: & Caſsianus collatione 7. c. 13. & Tertullianus in lib. de anima c. 2. intelligendus: aliàs ſi ad literam vt iacet, intelligantur, error eſt vt bene Claudianus Vienenſis epiſc. lib. 2. de ſtatu animæ contra Hilarium: nam citati authores omne creatum corporeum affirmant & idem B. Aug. in lib. de eccleſiaſticis dogmatibus c. 11.

Ad Argu. 1. Solutio. ¶ Ad primum dicendum, quod anima eſt actus corporis de prædicamento ſubſtãtiæ: non quod adueniat corpori iam actuato, ſed quia ipſa eſt actus quo, eſt corpus ſubſtantialiter: dat enim eſſe corpori ſubſtantialiter.

2. Solutio. ¶ Secundo poteſt dici, quod eſt actus corporis de prędicamento quantitatis, pro quãto actuat materiam diſpoſitam adeſſe viuentis, quæ iam habet quantitatem, & alia accidentia requiſita ad introductionem: quia tale corpus eſt in potentia ad vitam: & actu viuens, eſt per animam: quapropter actus corporis, de prædicamento quantitatis poteſt dici. Neque conſequitur quod det eſſe accidẽtale: nam cum adueniat corpori, quod non habet eſſe ſubſtantiale viuentis: per animã conſequitur & adueniendo corpori de prædicamento quantitatis: facit tranſire in corpus de prædicamento ſubſtantiæ, quia dat eſſe ſubſtantiale.

Ad 2. ¶ Ad ſecundum dicendum, quòd anima eſt mouens motum: non per ſe, ſed per accidẽs, & poteſt dici mouens non motum: quia nõ mouetur de per ſe, ſed tamen ſolus Deus dicitur mouens, immobile, de per ſe & de per accidens: & hoc Ariſt. probat: 8. phyſic. Si ergo anima mouendo eſſet mouens motum de per ſe, & de per accidens: argumentum probaret eam eſſe corpus: quia corpus ſic mouet: quod mouetur de per ſe, & de per accidens, at quia anima ſic mouet, quod non mouetur de per ſe, ſed de per accidens ad motum corporis: ſequitur quod ſit mouens nõ motum: non tamen eo modo quo primum immobile: neque ſequitur quòd ſit corpus.

S.Th.p.p. q.75.ar.1

S.Th.p.p. q.9.

Ad 3. ¶ Ad tertium dicendum, quod tam planta, quam animalia imperfecta, corpus habent organicum: quod eſt idem, quod inſtrumentum ad opera vitæ exercenda. Vel organicum, id eſt, manifeſtatiuũ vitæ. Planta enim per ramos, & per radices manifeſtat vitam, & exercet opera vitæ. Item Oſtrea quando dilatatur, & conſtringitur: oſtendit opera vitæ & corpus habet organicum.

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm anima verè ſit numerus ſe mouens vt opinatur Plato.

HIc libet in vna ſpecula abſque argumentis adducere quid Plato ſenſerit de anima: quã aliquãdo harmoniam, interdum numerum, & ſe mouentem & ex numeris compoſitam facit.

¶ In Timæo quidem vbi de anima loquitur ſecundum principales expoſitores, de anima cœli loquitur: quia poſuit cœlum animatum, tanquàm quoddam animal immortale: de quo ſuprà tetigimus & dixit animam illam

illam intellectiuam, & collocatur à Platone in 4. gradu entium intellectualium.

Apuleius. 6. Gradus intellectualium.

¶ Pro cuius debita intelligentia notandum quod vt dicit Apuleius in libro de Deo Socratis, Plato posuit 6. gradus intellectualium.

Primus.

¶ In primo ponitur Deus benedictus & gloriosus: quem nominat per se bonum, & per se vnum: cuius bonitas, & vnitas, non dependet ab alia & vocat hunc, primum Deum & patrem deorum.

2. ¶ In secundo gradu ponit deos secundos, quos vocat secundas bonitates, & vnitates, immediatè participantes primam & ei approximantes, tanquam summo & primo, &c.

3. ¶ In tertio gradu ponuntur intellectus separati, qui non vniuntur corporibus, & sine eis existunt: & hos alij philosophantes intelligẽtias vocant, & sacri doctores & theologi angelos esse affirmant.

4. ¶ In quarto gradu ponuntur cœlorum animæ: quæ & si intellectuales sint secundum naturam, tamen corporibus cœlorum sunt vnitæ & colligatæ: & quia inter corpora, gradum supremum, corpora cœlestia obtinẽt, ac sunt perpetua ex Dei voluntate, ideo animæ cœlorum, sunt nobilissimæ apud Platonem, inter omnes animas.

5. ¶ Quintum gradum constituunt animarũ dæmones, quos animas intellectiuas vocat: & colligatas coporibus aereis: vnde opinatur Plato, quod dæmones sunt animantia, habẽtia corpus aereum: animam verò esse intellectiuam: sic testatur Apuleius in libro de Deo Socratis.

Apuleius.

6. ¶ Vltimum & 6. gradum obtinent humanæ animæ: quæ licet intellectiuæ, sed tamẽ ignobiliores, & infimæ sunt respectu superiorũ: & signum est quia vniuntur corpori ignobiliori, & infimo: quia corpus humanum est terrestre, opacum, fœculentum & corruptibile.

¶ Animam ergo cœli quam in 4. gradu intellectualium ponebat, cõstitutam dixit ex numeris, & consonantijs harmonicis esse, duplici de causa. Primo, quia vt Aristot. refert Secundo de cœlo, & Macrob. in lib. de somnio Scipionis, Platonici, & Pythagorici dicunt quod ex vario motu Sphærarum cœlestium soni causantur: maximè consonantes & proportionati: quos aures mortalium nõ audiunt: quia consuetę sunt audire ſt repitus inproportionatos: qui causantur ex istis inferioribus quæ apud nos sunt: quòd quasi

Aristot. Macrobius

surdierunt, sicut malleatores penè surdi effiiuntur ex frequenti, & grandi percussione malleorum: & quia tales motus sphæarum cœlorum causantur à suis proprijs animis mouentibus cœlos: posuit Plato animas cœli ex numeris componi harmonicis: vt possint causare tales consonantes sonos. Et causam aliam dat à signo: quia vnumquodque delectatur in eo quod est sibi simile: & Plato attendebat, quod homo delectatur in sono mediocri, & in acuto: & excessiuo tristatur, & vt in musica gaudet: & in tonitruo tristitia afficitur: & visus luce temperata similiter, & quando excellit offenditur, vt est lumen solis: ex hoc opinatus est quod consonantia, & harmonia de natura animę essent: & consequenter quòd ipsa anima ex numeris harmonicis esset cõposita. Ecce quomodo in Timęo Plato de anima cœli loquutus est principaliter: & quia anima humana imitatur animam cœli: ex consequenti dixit, quod anima humana ex numeris harmonicis constaret: de quibus, vt semel hanc Platonis sententiam intelligamus, erit differendum.

¶ Secundum Platonem numeri animam cõponentes sunt 1. 2. 3. 4. 8. 9. 27. quia isti numeri continent consonantiam, aspectum rectum, duplicem coordinationẽ, identitatem & diuersitatem: reflexionem in circulum.

Cõsonãtia. Diapason Diapente. Diatessarõ. Tonus.

¶ Primo cõtinent in se consonantiam, quia in eis reperire est principales consonantias musicales, quæ sunt 6. Diapason, diapente, Diatesaron, & Diapasson, & Diatessaron cõposita, tonus ex Diapason, & Diapente cõposita. Patet, inter vnum, & duo, est Diapason: quia dupla proportio inter duo & tria, est diapente: quia ibi est sexquialtera proportio inter ternarium, & quaternariũ, vbi proportio sexquitertia: est diatessarõ. Inter ternarium, & octonarium seruatur consonãtia composita ex diapason, & diatessaron: quia est proportio dupla superbipartiẽs tertias: quia octonarius, continet bis ternariũ, & duas partes, quæ sunt duæ tertiæ ternarij inter octonarium, & nouenarium, est tonus nam ibi est proportio sexquioctaua. Inter nouenarium, & vigesimumseptimum numerum, est consonantia composita ex diapason, & diapẽte: quia id est proportio tripla. Hæc omnia quæ ad proportionẽ spectãt in 7. phy sicorũ à nobis tradita sunt ibi videnda. Ecce quomodo anima cõtinet cõsonantiam: ob id ex numeris dicit compositã.

Dia-

Diapason.	Diapente.	Diatessaron.
12.	23.	34.
Dupla.	Sexqualtera.	Sexquitertia.
Diapason, & Tonus.		Diapason & diapente.
38.	89.	9. 27.
Superbipartiens.	Sexquioctaua.	Tripla.

2. ¶ Continet etiam anima aspectum rectum in numeris prædictis: hoc pacto quòd posterior, semper excedit priorem: hunc excessum, Plato dicebat aspectum rectum.

3. ¶ Tertiò continet etiam duplicem coordinationem, vnam parium, & aliam imparium numerorum: nam ex vno latere, omnes pares possunt figurari: scilicet 2. 4. 8. & impares ex alia parte. 3. 9. 27.

¶ Quartò, continetur idẽtitas, & diuersitas: nam identitas, ex parte numerorum imparium, & diuersitas ex parte parium: quia si omnes numeri impares ordinati adinuicem componantur, semper resultabit eadem species numeri: scilicet, numerus quadratus. Numerus quadratus est ille, qui à cõsurgit ex ductu alicuius nũeri in seipsum: vt quaternarius, est numerus quadratus binarij: quia bis 2. faciunt quatuor. & nouenarius est quadratus trium, quia ter tria faciũt nouem. Pròbatur ergo quod si in imparibus fiat comparatio, semper seruetur numerus quadratus. Sumatur vnitas cum primo impari qui est 3. constituunt primum quadratum: scilicet 4. deinde sumatur secundus impar: scilicet 5. & componatur cum ipsis 4. consurgit 9. qui est quadratus ternarij: deinde sumatur 3. impar: scilicet 7. & componatur cum ipsis 9. cõsistunt 16. qui est quadratus: quia quater quatuor faciunt 16. Deinde sumatur 5. impar, qui est 9. & comparetur cum 16. constituit 25. qui est etiam quadratus: quia quinquies 5. faciunt 25. Et sic procedendo, sunt ẽ do impares ordinatè, & apponendo priori numero quadrato: resultat numerus quadratus: vt patet in figura sequenti.

Quid numerus quadratus.

1	3.	4	1	4
3	4	9	2	4
5	9	16	3	4
7	16	25	4	4
9	25	36	5	4
11	36	49	6.	4
13	49	64	7	4
17	64	81	8	4
19	81	100	9	4

Numerus. Cubus. Numerus solidus.

¶ Quòd ex parte parium, sit diuersitas: sic ostenditur, si pares adinuicem ordinatè comparentur, & componantur, diuersæ species numerorum resultant: nam si primus par sumatur, scilicet, binarius. Et secundus par, qui est quaternarius, & adinuicem componantur constituunt senarium: qui dicitur numerus superficialis: si autem sumatur tertius par: scilicet, sexnarius, & componatur cum priori sexnario, constituitur duodenarius: qui dicitur numerus solidus: quia ter quatuor sunt 12. vbi inuenitur longum latum, & profundum: sicut senarius erat superficialis: quia ter bis non perueniunt ad solidum. Et notabis quod numerus superficialis est ille qui constat ex sui ipsius multiplicatiõne,

Vide Abuleñ. 10 fine 10. q. 26. Numerus Superficialis.

ne, vt bis duo faciunt 4. & ter tria faciunt 9, sed numerus cubus ille est, qui resultat ex ductu numeri bis multiplicati: vt si dicerem ter tria, ter sunt 27. Hic est numerus cubus, & bis duo, duo faciunt 8. etiam est cubus: & omnis qui est numerus cubus, etiam est solidus, quia omnem trinam dimensionem cõtinet, de quo vide, quæ diximus in dialectica in posteioribus in primo lib. cap. 7.

Vide Iamblichũ in epitome de anima qui hæc docte tradit.

Reflexio. 5. ¶ Quinto reperitur in prædictis numeris reflexio, quasi circularis quia possimus procedere à paribus, ad impares & è contrario: vt si suimatur vnitas & binario addatur, fit impar, scilicet ternarius: deinde addatur quaternario, fiet impar, scilicet, quinarius: inde addatur octonario, fiet impar, scilicet 9. ex parte imparium, si addatur vnitas fiet ad paria processus, vt vnitas ternario addita, fit quaternarius: & si addatur nouenario, fit denarius: & si addatur vigesimo septenario, fit 28 ecce quomodo fit processus à paribus, ad impares, & è contra: & hæc in figura præsenti patent.



Cõsonãtia. ¶ Oportet nunc ostendere quomodo quinque suprà dictæ proprietates repertæ in numeris inueniantur in corporibus cœlestibus primo reperitur ibi consonantia & proportio, respectu motuum: nam vel ex motu cœlorum causantur soni consonantes, vt tenẽt Pythagorici: & Platonici: vel saltẽ iuxta doctrinam philo. & astrologorum sunt motus proportionales: pro quanto omnes sphæræ mouentur motu regulari, & continuo, vt dictum est suprà: & planetæ varijs temporibus complent motum proprium, vt sol vno anno, luna in mense: Mars duobus annis: de quibus suo loco, ex istis intelligitur admirãda in cœlo proportio.

Aspectus rectus. ¶ Secũdo est in eis aspectus rectus: nam propter polos mundi, imaginantur astronomi: quod quædam linea recta (quam axin appellant) pertranseat per centrum terræ, cuius extremitates, vsque ad primum mobile extenduntur: & illa duo puncta, ad quę perueniũt, seu illa duo extrema, vocant polum arcticũ: & antarcticum, super quos polos primũ mobile mouetur, ab oriente in occidentem: & secum rapit omnes inferiores sphæras propter hanc axem vocatur aspectus rectus, nẽ pè vnius poli, ad alterum.

Duplex cõ ordinatio. ¶ Tertio: est in cœlo duplex coordinatio propter polos, qui alio & alio modo coordinantur in cœlo: nam primi mobilis arcticus & antarcticus sunt, super quos primum mobile mouetur, & omnes alij planetæ, motum raptus spatio 24. horarum: poli vero planetarum, super quos mouentur sub Zodiaco motu proprio & oppositio, distant à primis polis, per 23. gradus & amplius, & hæc est secũda ordinatio.

Identitas et diuersitas. ¶ Quarto: in cœlo identitas, & diuersitas: idẽ titas, quidem propter primum mobile quod mouetur velocissimè vnico motu & regulari: & est diuersitas propter planetas, qui diuersis motibus mouentur: & non regulariter: scilicet, motu proprio, quia non omnes planetæ in eodem tempore.

Reflexio circularis. ¶ Quintò est in eis reflexio circularis: imò vera circulatio, probat enim philosoph. 8. physicor. & astronomi, quod cœlum mouetur solo motu circulari qui est ab eodem ad idem, non per lineam rectam, nec per arcum, sed per duos semicirculos, superiorem, & inferiorem: de quibus latè in superioribus.

¶ Restat ostendere, quomodo in anima intellectiua hæc inueniantur, quæ in anima cœli, (iuxta Platonis intelligentiam) inuenta sunt.

Cõsonãtia. ¶ Primo in anima nostra est consonantia, & proportiò, respectu suarum operationũ: quia omnes animæ potentiæ, naturaliter feruntur in actus suos, Secundum consonantiam. Patet: quia ex defectu, & excessu est offensio in potentia visiua, ex tenebris, & ex intensa luce: sed in temperato lumine & colore, delectatur: de tactu similiter, & in omnibus alijs sensibus vt infra erit notum, & experientia constat.

Aspectus rectus. ¶ Est in anima aspectus rectus, respectu cognoscibilium quæ sunt extra animam: quia ea cognoscit directe, per hoc quod causant species, quæ veniunt ad potentiam: per quas directe, res quarum sunt, cognoscuntur: vt infra

Reflexio. fra erit manifestum: est etiam reflexio, in anima respectu sui ipsius: nam anima, non intelligit seipsam directe, quia hic est modus, vt prius, directe cognoscat obiecta: secundò actus suos. Tertio potentias 4. essentiam ipsiusmet animæ: quia ergo hæc intellectio incipit ab anima, & post ad seipsam reuersio est, reflexio intelligitur: & quasi circularis.

Ordinatio duplex. ¶ Reperitur ordinatio duplex, iuxta duos modos cognoscendi: quia est modus sentiendi & modus intelligendi: qui sunt distincti: quia hic, à potentia non organica: & ille, nõ nisi per organicam contingit: & hic, circa vniuersalia, ille, proprie de singularibus est.

Identitas et diuersitas. ¶ Reperitur etiam in anima idem, & diuersum: quia in intellectiuis potentijs, cum sint simplices, & immateriales, est identitas: sed in potentijs vegetatiuis, sensitiuis, & appetitiuis, motiuis, executiuis, diuersitatem quis poterit dinumerare?

¶ Et quidem (secundum Platonem) animæ operationes: similantur motibus cœlorum nam est motus primi mobilis, & est motus planetarum diuersus, vt dictũ est: anima primo intelligit substantias separatas, seu entia diuina: & hęc operatio assimilatur motui primi mobilis. 2. operatio est, qua intelligit corporea quæ sunt ignobiliora, substantijs separatis: & diuiditur in 7. intellectiones, sicut motus Planetarum in 7. motus: in primo gradu sunt elementa: in 2. vapores: in 3. composita ex elementis inanimata: in 4. vegetabilia: in 5. sensitiua immobilia quæ vocantur imperfecta animalia: in 6. sunt sensitiua mouentia secundum locum: in 7. rationalia: vt homo: circa ista 7. negociatur anima. Hæc ex Platone vt intelligunt Iambicus & Marsilius Ficinus, & alijs: & quidem Plato animam comparat ad corpus: non vt forma dans esse ipsi corpori, sed vt mouens ipsum corpus: & mouet vt est connexa, & applicata corpori sicut manus baculum mouet: ex quo vt ipse Plato testatur, in Alcibiade. Homo non constat ex anima & corpore, sicut ex forma & materia, (vt docet Aristot.) sed ipsa anima est totus homo essentialiter: corpus verò, est instrumentum in quo operatur, vel quo, vn de secundum Platonem homo sic definitur: est anima vtens corpore. Sed tamen hæc opinio falsa est vt latè probatur inferius: namq. est homo, potest operari perse operationes hominis: sed anima non potest sic, quia non potest sentire sola, cum organo corporeo cõpleatur hæc operatio, neque potest nutrire neque appetere bonum: per sensum apprehensum: appetitus sensitiuus enim est in cor devt in suo organo: cùm ergo anima non habeat aliquam operationem repertam in homine propriã, nisi intelligere: sequitur quod homo non sit anima, sed potius compositũ ex anima & corpore. Hæc de mente Platonis circa animam rationalem speculatione digna existimauimus, alia vide in eodem Platone.

7. Intellectiones in anima.
Elementa.
Vapores.
Inanimata.
Vegetabilia.
Sensitiua immobilia.
Sensitiua mouentia.
Rationalia.
Iambicus Ficinus.

Homo definitur à Platone.

Contra Platonem.

Homo non est anima.

¶ SPECVLATIO quarta. Vtrũ quinque sint ponenda genera potẽtiarum animæ, scilicet, Vegetatiuum, Sensitiuum, Appetitiuũ, secundũ locum motiuũ & intellectiuum.

Argum. 1. VIdetur quòd non. Anima principium vitæ est: sed ipsa dicitur principium vegetandi, sentiendi, secundum locum mouendi, & intelligendi: vt patet per Aristot. qui sic definit animam: & ista sunt 4. genera potentiarum: ergo non sunt quinque.

Argum. 2. ¶ Secundo. Anima est qua viuens viuit: sed solum sunt tria genera viuentium: ergo non sunt ponẽda 5. Patet. Solùm est vegetatiuũ, sensitiuum, & intellectiuum, ergo malè ponuntur 5.

Argum. 3. ¶ Vltimò. Cùm potentiæ emanent ab essentia, sicut accidens proprium: si quinque sint ponendæ potentiæ viuentium distinctæ: & 5. erunt illa à quibus emanant & sic alia erit anima appetens: & alia quæ secundùm locũ mouens est: & tunc quinque erunt animæ: & non solum tres.

In contra. ¶ In contrarium est Aristot. 2. de anima, qui ponit illa quinque.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum est, quòd aliud est quærere quot sunt animæ, & aliud quot sunt potentiæ viuentium: & aliud quot sunt modi viuendi: quia distinctio animarum sumitur penes diuersitatem, secundum quam operatio animæ supergreditur operationem naturæ corporalis & potentiarum distinctio, penes obiecta sumitur & diuersitas modi viuendi, secũdùm diuersum

S. Th. p. p. q. 78. ar. 1. q. de anima. 13. art. 3.

gradum viuentium. Ad iſtum modum vltimum reſpiciens Ariſt. animam definit dicēs, Anima eſt principium vegetandi, ſentiendi ſecundùm locum mouendi, & intelligendi. In quo declarauit diuerſos gradus viuentiū ſecundùm diuerſum modum viuendi: ſiquidem planta viuit: & ea ratione anima in planta principium vegetandi eſt: in quo includitur generatio, nutritio, augmentatio, ſicut infrà declarabimus. Eſt etiam principium ſentiendi: nam conchilia animalia, quæ ſunt lapidibus infixa, immobilia manentia, ſentiunt quidem, & principium ſentiendi in eis, anima eſt. Si enim eam ſecludas, non magis quam in lapide ſenſus erit. Item. In brutis in quibus eſt motus localis, ad quærendum cibum & potum, & alia ſibi cōuenientia: vel ad fugiendum nociua, eſt anima, nō ſolum principium ſentiendi, vt in alijs imperfectis, ſed etiam principium mouendi: quia ſi animam tollas, non erit motus. Vltra. In homine eſt intelligere, quod in nullo alio viuentium reperitur. Principium huius anima eſt, nam ſi ab homine animam auferas, & maneat corpus mortuum: non intelliget magis quàm lapis. Iſtis ergo patet quàm optimè anima ſit definita formaliter, penes illa quæ cauſat: ſcilicet, vegetare, ſentire, mouere, & intelligere Nunc ergo concluſionibus fiat ſatis quæſito. Et ſit prima.

Ariſt. 2. de anima.

1. Concluſ. Solum ſunt animæ. Ratio.

¶ Animæ, ſolùm ſunt tres. Vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua. Prima ſola in plantis. Secunda cum prima, in brutis. Tertia cum ſecunda, & prima, in homine. Probatur. Diſtinctio animarum ſumi debet penes differē tiam in modo operandi ſupra naturam corpoream: ſed hæc ſolùm triplex eſt ſecundū tres ſupradictas animas: ergo ſolū tres animę ſunt ponēdæ. Maior manifeſta eſt, quia non eſt vnde viuētia, à nō viuētibus diſtinguam⁹, niſi penes modum operandi. Minor probatur. Eſt quædam operatio viuentis, quæ non ſolùm excedit naturam corporalem in operando, vt aliquid fiat, quod non fit à corporea natura: ſed ipſam operationem non exercet per organum corporeum, ſed ſine: vt eſt anima rationalis, cuius eſt vitæ operatio intelligere corpus excedens, loquendo ſecundùm naturam eius: dato pro iſto ſtatu ad intelligendum vtatur adminiculo organi corporei: quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu: & neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari: tamen intellectio verè perficitur, & conſummatur ſine aliquo organo corporis.

Primæ operationis animæ.

Ariſt. 3. de anim. t. 39.

Operatio 2

¶ Eſt alia operatio animæ infra iſtam, quæ excedit quidem corpoream naturam; ſit tamen per organum corporale: licèt non per aliquam corpoream qualitatem, vt eſt operatio animæ ſenſitiuæ: nam anima ſenſitiua videt per oculum, & audit per aurem. Iſta ſunt organa corporea: ſed hoc non fit per qualitatem aliquam corpoream, ſcilicet, calidum, frigidum, vel ſiccum: quia dato iſtæ qualitates requirantur ad debitam diſpoſitionem oculorum, & aurium, non tamen requiruntur ad ipſam operationem exercendam & ſecundùm hoc ponitur anima alia inferior, ad rationalem: quæ ſenſitiua dicitur.

Operatio 3

¶ Eſt alia operatio: quæ excedit corpoream naturam, quæ completur organo corporeo, virtute etiam corporeæ qualitatis: in quo deficit à præcedenti: & hæc eſt vegetatiua. Excedit quidem corpoream naturam: quia motiones corporeæ ſunt ab exteriori principio: ſed iſtæ ſunt ab intrinſeco: quia ab intrinſeco planta mouetur, dilatatur, & producit fructus. Et hoc commune eſt omnibus viuentibus: quia omne viuens quodammodo mouet ſeipſum. Ab hac anima procedit digeſtio: quæ completur per calorem, vt dicit Ariſtot. Procedit generatio, augmentatio, & nutritio, quæ non fiunt ſine qualitatibus corporalibus primis: & ſic ſunt ſolum tres animæ: vt dicit concluſio. Nulla alia datur differentia operandi ſupra corpoream naturam: & per conſequens nulla alia anima eſt.

Ariſtot. 2. de anima.

¶ Dixi, quod in ſenſitiuo continetur vegetatiuum, & in intellectiuo vegetatiuum & ſenſitiuum: quia ſemper imperfectū & inferius, in perfecto & ſuperiori continetur: vt infrà declarabitur in 3. de anima ſpec. 1.

¶ Secunda concl. Quinque ſunt genera potentiarum animæ ſolùm: & non pauciora, neque plura: ſcilicet, Vegetatiuum, Senſitiuū, Appetitiuum, ſecundùm locum motiuum, & intellectiuum. Probatur. Potentiæ diſtinguuntur penes obiecta: quot ſunt ergo differentiæ obiectorum, erunt & potentiarum: ſed ſolùm ſunt quinque differentiæ obiectorum potentiarum animæ, ſolum ergo ſunt quinque potentiæ. Maior eſt manifeſta. Minor probatur. Quoddam obiectum eſt corpus, animæ vnitum: & hoc eſt vegetatiuum. Non enim vegetatiua potentia agit, niſi in corpus, cui anima vnitur: nam planta non agit extra ſe, ſed agit in humorē, vel in aliud quod ei coniungitur.

2. Concluſ. 5. genera potentiarū

Ratio.

vegetatiuū

¶ Eſt

¶ Eſt aliud genus potentiæ animæ, quod reſpicit vniuerſalius obiectum, ſcilicet, omne corpus ſenſibile, etiā ſi non ſit animæ coniunctum, ſed ſeparatum, ſic ponitur ſenſitiuum quia poteſt exercere operationem in lapidem: & in alia etiam extrà.

Senſitiuum

¶ Præter hoc potentiæ genus, eſt & aliud, quod reſpicit vniuerſalius obiectum: vt non ſolum ad ſenſibile ſe extendat: ſed ad omne ens quod eſt intelligibile, etiam ſi non ſit ſenſibile: ſic ponitur intellectiuum.

Intellectiuū

¶ Sed cùm operans oporteat coniungatur ſuo obiecto in quo operatur, vel circa quod operatur: neceſſarium eſt rem extrinſecam, qualis obiectum eſt ad animam comparari. Vno modo in quantum animæ coniungitur, & in ea eſt per ſimilitudinem: & quantum ad hoc ſufficiunt ſenſitiuum, & intellectiuum: quia vtrunque animæ coniungitur, per ſuam ſpeciem: vnde ſenſibile dicitur eſſe in ſenſu: & intelligibile, in intellectu.

¶ Adhuc eſt alius modus coniunctionis obiecti cum anima, inquantum anima tendit in rem exteriorem: & ſecundùm hanc conſiderationem ſunt alia duo genera potentiarum animæ. Vnum quatenus anima fertur in rem extrinſecam tanquam in finem qui primò in intentione eſt: & ponitur appetitiuum. Aliud inquantum anima fertur tanquam in terminum motus, ea ratione qua animal mouetur ad conſequendum deſideratum: & ponitur ſecundùm locum motiuum. Cùm ergo non ſit alia differentia obiecti potentiarum animæ, ſolùm ponentur 5. genera.

Appetitū.

Motiuū ſecundum locum.

* ¶ * Hic per appetitiuum, intelligimus non quomodocunque acceptum: quia ſic in omnibus viuentibus inuenitur: & non ponitur potentia diſtincta, ſed ſumitur, vt appetitiuū conſequitur formam cognitam: ſiue ſenſu, ſiue intellectu: quod in plantis non inuenitur: nam & ſi in plantis appetitus inueniatur eo modo eſt, quo in rebus inanimatis & ille appetitus eſt, vt natura eſt, & non vt anima eſt.

Ratio cōcl.

¶ Poteſt itaque ratio concluſionis ſic formari. Vel anima agit in coniunctum, vel in ſeparatum. Si in coniunctum, ſolùm ponitur vegetatiuum. Si in ſeparatum, vel illud eſt vt coniungatur ei per ſimilitudinem: vel vt ipſa anima fertur. Si vt coniungitur, vel eſt ſenſibile ſolùm: & ſic ponitur ſenſitiuum. Vel eſt intelligibile, etiam ſi non ſit ſenſibile, & ponitur intellectiuum. Si eſt coniunctio animæ ad ipſum, pro quanto anima fertur velut in finem: & ſic appetitiuum. Vel vt in terminum motus: & ſic eſt ſecundùm locum motiuum. Quare ſufficienter manent quinque genera potentiarum viuentium. Et hoc eſt quod in ſecundo huius dicit Ariſt.

¶ Tertia concl. Quatuor ſolùm ſunt modi viuendi, & non minus, neque amplius. Probatur. Modus in viuentibus ſumitur ſecūdum gradus viuentiū: & ſolum ſunt 4. gradus viuentium: ergo ſolum ſunt 4. modi viuendi. Maior patet: quia non eſt vnde modus viuēdi ſumatur, niſi ex gradibus perfectionis viuentium. Minor probatur: nam quædā ſunt viuentia, in quibus ſolum vegetatiuum eſt: vt in plantis, in quibus neque intellectus, neque ſenſus: ſic primus modus eſt vegetatiuū.

3. Concluſ. Modi viuēdi ſolum quatuor.

Vegetatiuū

Alia ſunt viuentia, in quibus cum vegetatiuo eſt etiam ſenſitiuum, ſed tamen non ſecūdum locum motiuum, qualia ſunt quædam animalia immobilia: vt conchilia, quæ ſunt affixa lapidibus, & hic. Secundus modus viuentium eſt, ſenſitiuum non motiuum.

Senſitiuum nō motiuū.

¶ Alia ſunt viuētia, quæ habent vegetatiuū, & ſenſitiuum, & ſecundum locum motiuū: quia mouentur ad quærendum victum: quæ ſunt perfecta animalia multis indigentia, & non poſſunt habere iuxta ſe, niſi moueantur etiam nimium diſtanter vt ouis, bos, leo, & alia huiuſmodi & ſic ponitur tertius modus, ſenſitiuum motiuum.

Senſitiuum motiuum.

¶ Sunt præterea viuentia in gradu ſuperiori, in quibus non ſolum vegetatiuum, & nō ſolum ſenſitiuum, ſed etiam motiuum: & non ſolum hoc, ſed etiam intellectiuum: vt in homine contingit: & ſic quartus modus ponitur, intellectiuū. Ecce quomodo ex graduū diuerſitate in viuentibus, ſumitur & modus viuendi. Quatuor enim ſunt gradus diuerſi in perfectione: ponūtur ergo & quatuor modi viuendi & non reperitur alius gradus viuētium extra quatuor: non ſunt ergo niſi ſolū quatuor modi viuendi.

Intellectiuū

¶ Neque ponitur modus alius, appetitiuū: quoniam hoc eſt commune omni animali, etiā imperfecto, quia reperitur in eis appetitus naturalis: & ob id non ponit in numerū faciendo diſtinctum modum: quia nō facit diſtinctum gradum in viuentibus.

Ariſtot. 2. de anima tex. 17.

¶ Quarta conclu. Et ſi planta viuat anima vegetatiua, quæ anima dicitur, non tamen vocatur planta animal. Probatur quantum ad illam partem, quòd vegetatiua anima dicatur, contra Stoicos, qui dixerunt, formam vegetatiuam non eſſe animam: vt author eſt

4. Concluſ. Planta non eſt animal.

Theodorit. Theodoritus lib. 5. de curatione Græcarum affectionum. Hæc est Arist. quod forma plãtæ anima dicatur, & vita viuere, planta dicitur: & exercere opera vitæ: nutrire, & generare: quod non esset, si anima non esset, quæ dat esse viuenti. Ratio. Illud quod dat esse viuenti, & est principium operum vitaliũ anima est: sed forma plantæ habet hoc, vt cõpertissimum est: ergo est anima. Quapropter quando in D. Augũst. (vt patet super Gene. ad literam c. 16. & 17.) legatur, quod anima vegetatiua plantarum non est anima: quia in scriptura sacra anima viuens pro sensitiua sumitur: oportet intelligatur, quòd nõ est anima, sicut sensitiua est, quia plantæ nõ sentiunt: sed non potest negari vegetatiuam esse animam, cùm sit principium vitę, & exercendi opera viuentium.

Ratio. p. p.

D. Augũst.

Contra Platonem. ¶ Alia pars, quòd plantæ non dicantur animalia, est contra Platonem, qui non solùm dixit plantas viuere, sed animalia vocauit: vt author est idẽ citatus author Theodoritus.

Ratio. 1. Probatur. Solum illud dicitur animal, quod sentit: at planta non sentit, quãdo scinditur: ergo non est animal.

Ratio. 2. ¶ Item. Omne animal quando deficit, dicitur mori; ergo & planta diceretur mori: sed nullus est qui sic loquatur, (proprietatem eloquij seruans) planta moritur: cùm tamen dicatur brutum moritur, homo moritur: sequitur ergo vegetabilia, si habeant animam vegetatiuam, nõ dici animalia: quia vltra animam, seu vitam, requiritur quòd sentiãt: quę sensatio in plantis non est.

Ad Argu. ¶ Ad primum. Concedimus quòd Arist. definiuit animam, quòd sit principium vegetandi, sentiendi, &c. Non quidem secundum differentiam potentiarum, sed secũdum gradum viuẽtium: & solùm quatuor posuit: qui sunt quatuor modi viuendi in viuentibus: sicut in tertia conclusio. dictum est. Aliud est tamen dicere esse quatuor modos viuentiũ quod affirmamus: & aliud, quatuor solùm esse potentiarum genera viuentium, quod negamus: quia sunt 5. Cuius sufficientia aliter sumitur: vt docet 2. concl.

Ad 2. ¶ Secundum argumentum probat solùm esse tres animas: quia tria sunt quæ viuunt: Vegetatiuum, sensitiuum, & intellectiuum. Cuius sufficientia sumitur ab excellẽtia in operando supra corporeã naturam. Et quia non est nisi triplex modus, scilicet, extrà, & sine organo corporeo: & extrà, sed nõ sine organo, absque qualitate tamẽ actiua corporea: & intrà, cùm qualitate corporea, solùm sunt tres animæ: sed aliud est de potentijs considerare, quarum differentia, ab obiecto sumẽda venit: sicut in habitibus.

¶ Ad tertium. Concedimus (vt inferiùs in no tescet) quòd potentiæ emanent ab anima tã quam ab essentia: vt accidens proprium ab essentia sui subiecti: sed non inde sequitur, q̃ si solùm sint tres animæ, solùm sint tres potentiæ: nam ab vna essentia possunt plura propria fluere: vt ab anima rationali proueniat memoratiuum, intellectiuũ, admiratiuũ, & volitiuum: cùm tamen solùm sit vna anima rationalis. Sic etiam possunt esse 5. potẽtiæ viuentium, & quòd sint propria viuentium: etiam si solùm sint tres animæ, quia à sensitiua emanat appetitiuum, secundum locum motiuum, & sensitiuum.

Ad 3.

¶ SPECVLATIO quinta. Vtrùm conuenienter animæ vegetatiuæ partes assignẽtur nutritiuum augmentatiuum, & generatiuum.

ET videtur quòd non. Ad animam vegetatiuam spectat digestio, & attractio cibi, & retentio: quia si non digerat, non poterit esse nutrimentum: neque poterit digerere, nisi cibum attrahat: neque poterit digerere, nisi cibum attractum retineat: ergo sequitur quòd nõ sufficienter enumerantur nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum.

Argum. 1.

¶ Præterea. Id quod est commune viuentibus, & non viuentibus, non debet vt propriũ viuentis poni: sed esse generatiuum, etiã non viuentibus conuenit, & naturaliter, cùm quodlibet sibi simile producat: & ignis ignẽ generat, cùm non sit viuens: ergo non sufficienter positæ sunt.

Argum. 2.

¶ Postremò. Idem est nutritiuum, & generatiuum: ergo insufficienter ponitur distinctũ vnum ab alio. Patet. Per generatiuum quod libet viuens conseruat suum esse: sed hoc facit nutritiuum: ergo non distinguitur vnum ab alio.

Argum. 3.

¶ In contrarium est Aristotel. in 2. de anima.

In contra.

¶ Pro

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd in viuente non est vnum opus vitæ, sed multa, & varia in quo (vt in libris de generatione dictũ est) propriè inuenitur augmentũ: atque nũ quam erit augmentum, nisi sit nutritio: quia eo est augmentum, pro quanto deperditum (vt ibidem dicebamus) restauratur ex cibo sumpto, & conuerso in substantiam aliti. Et quando est conuersio alicuius in maiori quãtitate, quam fuerat deperditum, est augmentum: aliàs solùm nutritio dicitur.

Notand. 2. ¶ Præterea considerandum, quòd quælibet res naturaliter appetit suam conseruationẽ, & perpetuitatem in quantum potest: & quia non potest se perpetuare in indiuiduo, contendit se perpetuare in specie: producendo alterum se, id est, sibi simile in eadem specie: & sit ei naturalis generatio. Et certum est, quòd sicut in indiuiduo non posset se cõseruare absque nutritione, per hoc quòd cõtinuè agit calor naturalis consumendo humidum radicale, quòd est fomentum eius: nec posset se in specie perpetuare, nisi sibi similе generando & prouida nimis natura dando viuenti animam, dedit & consequenter illa quæ sunt necessaria conformiter ad talem naturam. Deditque vegetatiuo quò posset esse nutritio. Et quia non solùm intendit natura, viuens: sed perfectum, ciusdem viuentis: dedit vt posset esse augmentum. Et quia intendit conseruationem indiuidui, quod fieri non potest perpetuò: quia ex cõtrarijs componitur & omne tale necesse est corrumpi, dedit vt posset sibi simile generare: sic est generatiuum. His suppositis, est prior conclusio.

1. Conclus. ¶ Animæ vegetatiuæ, potentiæ distinctæ

Ratio. 2. p. sunt, nutritiuum, & augmentatiuum. Probatur, In omni viuente requiritur, nutritio, & augmentatio: sed vegetatiuum est viuens: ergo ibi requisita est nutritio, & augmentatio: nutritio autem, & augmentatio non possunt esse sine nutritiuo, & augmentatiuo, potentijs: ergo tales potentiæ sunt ponendæ. Maior est nota: quia requisitũ est, quòd viuum saluet se ineſſe, & conseruet, quòd si ne nutritione non contingit. Similiter est requisitum ad perfectam peruenire quantitatem paulatim, successiue: quod non potest esse sine augmento: ergo istæ duæ operationes sunt requisitæ: nutritio, scilicet, & augmentatio: ergo & potentias per quas debent fieri, oportet ponere: aliàs non esset sufficienter prouisum viuenti, si essent istæ operationes requisitæ, & non daretur ei potentia, per quam fierent.

S. Th. p. p. q. 78. ar. 2

¶ Probo quòd distinguantur nutritiuum, & augmentatiuum. Potentię distinguuntur penes obiecta, vt in præcedenti specul. probatum est: sed aliud est obiectum nutritiuæ, quàm sit augmentatiuę: ergo sequitur quod sunt potentiæ diuersæ. Patet minor: quia obiectum nutritiuæ solùm est restauratio deperditi: sed augmentatiuæ non est hoc, sed maior quantitas: vt non solùm sit restauratio deperditi, sed cum hoc, vt augmentum fiat. Hoc sit contra Durand. qui dicit in vegetatiuo solùm esse vnam potentiam.

Ratio. p. p.

Cõtra Dur. in p. d. 3. q. 2.

¶ * Et istæ tres potentiæ distinguuntur realiter licèt vnum sit obiectum materiale, scilicèt nutrimentum: nam potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta: vbi ergo alia, & alia ratio formalis obiecti, alia & alia potentia ponenda est: & quando Arist. eandem potentiam vocat nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam, intelligit, pro quanto in vno obiecto materiali conueniunt: sic intelligit Ægidius in exposi. 2. de anima text. 42. vel est intelligendum esse vnam radicaliter: quia in vegetatiua radicantur, vel ordinabilitate: quia vna ad aliam ordinatur.

Ægidius.

¶ Secunda conclusio. Vltrà huiusmodi potentias, necessarium est ponere vires alias deseruientes istis, scilicet, digestiuam, attractiuam, retentiuam, & expulsiuam. Probatur. Non potest esse nutritio, neque augmentatio sine illis: ergo necessariæ sunt. Patet si alimenti non fit digestio in parte per naturam deputata, nunquam erit conuersio in propriam substantiam: nam alimentum à principio est dissimile, & pòst per digestionem fit simile.

2. Conclu.

Ratio. 1.

¶ Item. Ad digestionem requiritur sit virtus attractiua alimenti, vt videmus in plantis, quæ trahunt per radices ad se alimentum ex terra: vt nutriantur. Item. Si non sit retẽtio, digestiua frustrà erit: quia digestio non continget in instanti, sed necessarium est tempus. Et quidem si sit digestio, per quam purum ab impuro separatur, si illius fœculenti, & impuri non fiat expulsio, statim peribit viuens, & non erit nutritio: ergo necessaria est virtus expulsiua, quæ expellat superfluum digestionis. Experientia comperitur est, quod si quis diu detineat istud superfluum separatum in digestiua, non erit vita. Ecce quomodo omnes sunt vires necessariæ, & deseruiẽtes nutritiuæ. Et quia nutritio necessariò requisita est ad augmentatiuã

Ratio. 2.

Vide Vigu. in suis instit. Theolo. cap. 1. §. 2. uer. 3.

sequitur quod omnes vires signatæ subministrent augmentatiuæ: & tantò quantò fuerit defectus in aliqua virium prænominatarum, erit & defectus in nutritiua, & augmentatiua.

3. Conclu. ¶ Tertia concl. Licèt semper quandiu viuês habet vitam, nutritiua sit necessaria, non tamen semper augmentatiua. Patet: quia semper est necessarium fiat restauratio deperditi per calorem naturalem ex humido nutrimentali: nam si non fit, sequitur defectus vitæ. Hoc videmus in plãtis insensatis, & in homine, quo pacto in omni tempore vitæ continuò indigeat nutrimento: & eo deficiente, deficiat. Sed quod non sic augmentum patet: quia augmentum est, ad hoc quod viuês veniat ad perfectum: sed hic gradus finem habet: nam omnia entia naturalia determinata sunt per maximum quod sic: vt in fine primi physicorum explicauimus. Non ergo semper est augmẽtũ. Item. Nõ est augmentũ, nisi quãdo virtus est tãta caloris, vt nõ solũ cõuertat de alimẽto id quod deperditũ est, sed vltrà ad augmentũ: sed nõ semper in viuente tãta est virtus, cùm paulatim deficiat: ergo non semper erit augmentatio.

Vigue. ubi supra.

4. Concl. S. Th. p. p. q. 78. ar. 2. Ratio. 3. p. ¶ Posterior concl. Vltra nutritiuum, & augmentatiuum necessarium est generatiuũ, quod præstantius est. Prima pars, quod generatiuum sit ponendum, patet. Necessaria est in viuente operatio ad hoc quod viuens sit, sed viuês non est, nisi per generationem: ergo generatiuum est requisitum.

Ratio. 2. ¶ Secundo. Id est necessarium, & requisitũ viuenti, per quod se conseruat, & perpetuat quodammodo: sed per generatiuum sibi similis in specie, seipsum perpetuat, & conseruat: ergo generatiuum est ponendum.

Ratio. 2. p. ¶ Altera pars quod sit magis principale, patet. Illa potentia erit præstantior, quæ operationem excellentiorem producit: sed generatiuum est huiusmodi respectu nutritiui, & augmentatiui: ergo est excellentius. Patet. Tantò operatio est excellentior, quantò magis accedit ad operationẽ animæ sensitiuæ, cuius est agere in aliquid extra se, sed potentia generatiua agit extra se: quia nihil sui ipsius est generatiuum: sed nutritiua, & augmẽtatiua in seipsis operantur intrà: & sic attenditur præstantia: quia supremum inferioris attingit infimum superioris, vt dicit beatus Diony. Supremũ ergo vegetatiuæ, quod generare est, attingit infimum superioris. i. sensitiuæ, cuius est habere operationes in res exteriores, licèt excellentiori modo habeat, & vniuersaliusipsa sensitiua, quam generatiua.

Diony. 7. de di. no.

¶ * Huic generatiuæ deseruiunt tres aliæ vires: prima dicitur seminatiua, cuius est semẽ colligere, & reseruare. Secunda immutatiua, cuius officium est permiscere semen viri cũ semine fœminæ, secũdum quod expedit formationi cuiuslibet mẽbri. Tertia est formatiua, cuius officiũ est ex seminibus permixtis, membra (in eo qui generatur) formare.

* *Seminatiua* *Immutatiua.* *Formatiua*

¶ Ad argumẽta patet solutio ex secunda cõclusione. Ponuntur enim aliæ vires deseruiẽtes istis potentijs: sed illæ non sunt potẽtiæ distinctæ: quia idem obiectum habet digestiua, attractiua, retentiua, & expulsiua: & manet sufficienter prouisum viuenti.

Ad 1.

¶ Ad 2. dicendum, quod est latissima differẽtia inter viuentia, & non viuentia: nam dato nõ viuentibus cõueniat generatio, est tamẽ totaliter ab extrinseco: nõ tamen sic in viuẽtibus, cũ ab intrinseco cõtingat per aliquid quod ipsius viuentis est: & ab eo deciditur semen, in quo latet principium corporis formatiuum in virtute. Si tamen ignis generat ignem, nõ est per aliquid decisum ab eo, sed posita materia exterius, educit de potentia materiæ, nihil de sua substantia decidendo.

Ad 2.

¶ Ad tertium dicendum, esse latissimam differentiam in hoc, quòd dato per nutritiuũ, & generatiuum sit conseruatio esse, aliter tamen, & aliter: quia per nutritiuum viuens conseruat se in individuo: restaurando deperditum humidi radicalis per actionem caloris naturalis ex humido nutrimentali: sed per generationem, est conseruatio individui: non in se, sed in sua specie: per hoc quòd agit ad propagationem individuorum, in quibus saluatur species: sed primò, & principaliter natura intendit ad conseruationẽ individui: & de cibo primò separat, facta digestione, pro nutrimento: & secundò solicita est pro conseruatione speciei: & partem reseruat nutrimenti pro generatiua, in loco deputato per naturam: sicut in viuentibus perfectis apparet. Ex quo claret differentia, & distinctio, inter nutritiuam, & generatiuam.

Ad 3.

¶ * Et aduerte Aristot. in 2. tex. 35. de generatiua loquendo dicentem, naturalissimum operum viuentibus est, sibi simile generare: quod sanè intelligendum, nam naturalius videtur nutriri, & augeri: imò & sentire: cũ omni viuenti cõueniant, etiam imperfecto: & tamen generare solùm perfecto: sed intellige naturalissimum, id est, perfectissimum: non absolutè, sed comparatiuè: quia comparatũ alijs

*

alijs operibus vegetatiuè: generare, perfectius est, quia posterius. Et comparatio debet fieri ad alia opera vegetatiuè: quia alia opera, ad generare ordinantur: sic de viuentibus absolutè. Et quanuis in inanimatis generare sibi simile inueniatur: vt in igne, tamen per seminis decisionem, & inducendo formam præuiam ad animam, & habendo partes diuersas pro generatione, solùm in viuentibus reperitur, quæ ad digestionem & in quibus locis fiant & quopacto sit nutritio & augmentatio supra in primo de generatione diximus.

¶ SPECVLATIO sexta. Vtrùm accidens ducat ad cognoscendam substantiam.

Argum. 1. ARgitur quod non: Illud quod est principiũ cognoscendi accidens, non potest cognosci per accidens: sed substantia est principium cognoscendi accidens. Patet: quia in demonstratione, probatur propria passio de subiecto: & per substantiã, quia homo est rationalis, probatur quòd sit admiratiuus, & disciplinæ capax, & risibilis: ergo accidens non potest esse causa probandi, vel cognoscendi substantiam: quia aliàs esset demonstratio circularis, contra Arist. primo posterior.

Aristot.

Argum. 2. ¶ Præterea. Quando aliqua cognoscuntur à diuersis virtutibus, vnum non ducit in cognitionem alterius: sicut de colore, & sono contingit: sed accidens, & substantia sunt huiusmodi: quia accidens per sensum, & substantia per intellectum, ergo accidens, non ducit in cognitionem substantiæ.

Argum. 3. Aristot. ¶ Tertiò. Eadem sunt principia essendi, & cognoscendi dicit Aristotel. 2. Metaphysic. sed accidens non est principium essendi substantiæ: ergo neque principium cognoscendi.

In contra. ¶ In contrarium est Arist. hic in proœmio primi lib. & in 3. Physic.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd accidentia sunt in duplici differentia: quædam sunt propria, alia cõmunia: propria illa sunt, quæ reperiuntur in vna specie, & non in alia: vt esse admiratiuũ, & disciplinæ capacem. Communia sunt, quæ reperiuntur in varijs speciebus: & in omnibus individuis eiusdẽ speciei vt albedo, vel esse album.

Accidentia propria in duplici differentia.

¶ Accidentia propria, sunt in duplici differẽtia: quædam sunt, quæ respiciunt primò speciem: secundò individuum & talia sunt quæ manant ab essentia speciei, vt risibile emanat ab essentia hominis: & in nullo inuenitur hominis essentia, in quo non inueniatur & risibile esse sicut in nullo inuenitur quod sit lapis magnes, quin & reperiatur esse attractiuũ ferri. Aliud est accidens proprium, quod respicit solum rationẽ individui: & consequenter potest respicere speciem: vt crispitudo, quæ respicit solùm tale individuum: & quod in parte tali sit, scilicet, in capillis: sicut simitas est nasi curuitas: vt propria passio. Ista passio ab essentia individui inquantum, & talis complexionis, venit. De quibus in prædicabili de proprio diximus.

Notand. 2.

¶ Est insuper notandum, quòd cognitio substantiæ duplex haberi potest: vna distincta, & alia confusa. Distincta est, vt si de aliquo cognoscam, non solùm quòd est viuens, sed quòd est homo, & quòd hic homo. Confusa erit, quando cognosco de aliquo quòd sit substantia, sed non quæ, distinctè, & clarè. Manifestetur veritas aliquibus conclusionibus. Et sit prima.

1. Conclu. ¶ Accidentia communia non possunt nos ducere in cognitionem distinctam substantiæ. Patet. Accidentia communia non sunt propria alicuius speciei, neque propria alicuius individui, vt constat: ergo non possunt nos ducere in cognitionem distinctam alicuius substantiæ, quia per albedinem, vel nigredinem, non possum magis cognoscere quòd sit iste homo, quam quòd sit hoc brutum animal.

2. Conclu. ¶ Secunda concl. Accidentia communia ducunt nos in cognitionem confusam substantiæ. Patet. De facto accidentia nobis dant cognoscere substantiam, quæcunque sint illa, communia, siue propria: sed communia accidentia non faciunt nos cognoscere substantiam distinctè: ergo erit cõsequẽs. Et licèt cõcedatur conclusio ab omnibus: quantũ ad modum nõ conueniunt. Quidam dicunt, quòd intellectus primò intelligit accidens phantasiatum: vt albedinem, aut caliditatem: quia ab illo primo mouetur: & quia tale accidens est effectus substantiæ: quia est eius subie-

Ratio.

1. Modus.

ctum,cùm effectus habeat nosfacere cognoscere causam:dat nobis cognoscere substantiam.

2. Modus. ¶ Alij dicunt,quòd cum accidens commune sit in phantasia,intellectus agens abstrahit à phantasmate speciem intelligibilem entis,per quam intellectus posibilis primò intelligit ens, quod est suum proprium obiectum.Et quia conceptus entis significat substantiam,& accidens,licèt per prius substantiam,intellectus,ex cognitione entis deducitur in cognitionem substantiæ,& accidẽtis: & habet cognitionem substantiæ.

3. Modus. ¶ Alij dicunt,quòd sicut æstimatiua in brutis,& cogitatiua in homine:ex speciebus sensatis elicit non sensatas:intellectus, cùm sit perfectior potentia,ex speciebus accidentis sensatis,elicit speciem substantiæ non sensatam, & cognoscit.

4. Modus. ¶ Vltimi dicunt,quod phantasia non repręsentat solùm accidens, sed aggregatum ex substantia,& accidente, & subiectum quod substãtia est:quod primò mouet,scilicet, coloratum,& non color: cùm ergo intellectus vnica intellectione cognoscat substantiam, & accidens,poterit vtrumq; cognoscere: & sic accidens facit ad cognitionem substãtiæ. Isti modi sunt posibiles,& probabiles. Pro quo sit tertia conclusio.

3. Conclu. ¶ Accidentia propria siue sint quæ primò respiciunt speciem, siue quæ primò respiciunt indiuiduum,ducunt nos in cognitionẽ substantiæ distinctam.Ista conclusio multis modis probatur à diuersis. De quibus qui

Ioã. de Gã. Caie. Thie. voluerit poterit videre Ioannem de Gandu-no in diuersis quæstion.& Caietanum, non Cardinalem, sed Thienensem super primũ de anima.Modus ergo vnus apponatur ex multis,supponendo quòd sicut materia prima est pura potentia:& non potest aliquam formam recipere, nisi disponatur prius per aliquas dispositiones accidentarias:sic intellectus posibilis est in potentia ad intelligendum,& ad recipiendum omnes formas abstractas,& vniuersale:siue fuerint species substantiarum,siue accidentium.Et non potest speciem aliquam substantiæ recipere, nisi disponatur per species accidentium proprio rum illius substantiæ.Hæc enim faciunt accidentia propria, pro quanto ipsa phantasmata,cooperante intellectu agente, imprimunt in intellectum posibilem species intelligibiles ipsorum repræsentatiuas:quibus intellectus posibilis præparatur ad recipiẽdam speciem illius substãtiæ,cuius sunt accidentia propria:qua specie,mediante substãtia distinctè cognoscitur.Et potest hæc conclusio declarari modis illis positis de accidẽte communi.

¶ Et quòd hoc etiam sit verum de accidente proprio, quòd respicit indiuiduum: patet:quia cognita crispitudine, & habita eius specie in phantasia,poterit intellectus præparari vt speciem propriam talis indiuidui respiciat, inquantum homo est: nam dato sit intellectus vniuersalium,intelligit tamen singulare,sed per notitiam vniuersalis,cuius est propria eius operatio, vt infrà in 3. dicemus.

¶ Quarta conclusio. Accidentia propria du- 4. Conclus. cunt nos in cognitionem discursiuam substantiæ separatæ.Volumus dicere,quod substantia separata,quæ non habet aliqua accidentia sibi inhærentia, potest cognosci per aliquam operationem propriam eius, quæ Ratio. est velut accidens proprium eius. Probatur. Illud dicitur ducere nos in cognitionem alterius,per quòd tanquam per medium probatur: sed per motum regularem continuũ primi motoris tanquam per propriam operationem,probatur primum motorem esse, ergo sequitur quòd probatur substantiam esse,etiam separatam.Hoc ex Aristot.proba Arist. 8. tur(inquam)quòd cognito illo primo mo- Phys. tore,cognoscatur eius substantia:quia pòst, per ratiocinationem deducimur in cognitionem quidditatis eius:vt Aristotel.in 12. metaphys.probat quòd sit inuariabilis,& æternus. Simili discursu substantias sensibiles possumus cognoscere ex diuersis operationibus:quia ex eis natura,& compositio,probari potest.

¶ Ad primum. Concedimus in demonstra- Ad Argu. tionibus esse circulationem,in diuersis generibus demonstrationum:nam demonstratione,quia,per effectum demonstro causam:& rursus causa,demonstrat effectum,demõstratione propter quid: vt si fiat syllogismus. Omne compositum ex contrarijs corrumpetur: homo est compositus ex contrarijs: ergo homo corrumpetur.Propter quid,potest fieri circulatio.Omne quod corrumpitur,ex contrarijs componitur:homo corrũpitur:ergo ex cõtrarijs componitur.Sic etiã per propriam passionem possum cognoscere subiectum. Omne admiratiuum rationale est:homo est admiratiuus: ergo est rationalis:& è contra.Omne rationale admiratiuũ erit:homo est rationalis: ergo homo est admiratiuus.Imò in eodẽ genere demonstratio-

strationis,respectu tamen diuersorum indiuiduorum,contingit circulatio:vt si demonstretur pluuia per vaporem:& econtra, erit demonstratio per causam materialem, sed respectu diuersorum vaporum.

¶ Ad Arist.ergo,quando negat dari circularem demonstrationem, intelligit in eodem genere demonstrationis,& respectu eiusdẽ. de quibus suprà in dialectica late.

Ad 2. ¶ Ad secundum dicendum,ita esse, quando illæ virtutes non sunt subordinatæ:vt sonꝰ: colorem non dat cognoscere,neque ecõtra. Si tamen virtutes illæ sint subordinatę,non obstat:sicuti se habent sensus,& intellectus: accidens,& substantia,se habebunt.

Ad 3. Aristot. 1. Periher. ca. 8. ¶ Ad tertium dicendum,quod illa quæ sunt principia essendi.merito erunt principia cognoscendi:quia sicut res se habet ad esse, se habet ad cognosci:tamen non econtra:principium cognoscendi,est principium essendi: res enim potest cognosci multis modis.Ergo accidens potest esse principium cognoscendi substantiam,& non est principium essendi,nisi dicas principium essendi,pro quanto accidens disponit ad esse substantiæ,disponẽdo materiam,quæ in potentia est ad formam substantialẽ:tamen modus improprius principii essendi est iste.

¶ Et aduerte pro complemento huius specu lationis,quod quantum ad modum cognoscendi substantiam per accidens ad duas opini.solũ possimus referre. Quidam tenent q primo cognoscimus accidens,per propriam speciem accidentis, & deinde per eandem, cognoscimus substantiam: ita vt substantia cognoscatur non per propriam speciem, accidentis. Alij dicunt quod substantiã cognoscimus per speciem substantiæ,sed tamen abstractam à phantasmate accidentis:sed hæc Heruæus. cognitio est confusa substantiæ.Prima opi. Videtur sequi Heruæus quolib.3.q.12.ad.8 Verum tenendum est,quod substantia cognoscitur,quoad confusum conceptum,prius accidente:& per propriam speciem: & hæc à phantasmate abstrahitur,priusquam species accidentis: & hoc in virtute substantiæ à qua phantasma causatur,& quod sit necesse sic intelligere substãtiam, per speciem propriam,patet:quia alias nulla substantia posset cognosci perfecte,& quidditatiuè, quia quidditatiua cognitio perfecta,non habetur nisi ex eo quod obiectum vnitur intellectui, vel per essentiam,vel per propriam speciem Soncinas. Antonius. Andreas. Iandunus. De hoc vide Paulum Soncinam.7. Metaph. q.14.& Anto.Andræ.ibidem.q.4.

¶ Sed Iandunus in hoc primo.q.10.imaginatur accidens hoc modo conferre ad notitiã substantiæ:quomodo materia nõ recipit formam substãtialem,nisi prius disponatur per formas accidentales.Sic intellectus posibilis,cum sit in potentia in genere intelligibilium non recipit prius speciem intelligibilẽ substantiæ,nili prius recipiat speciem accidẽtis,per quam disponitur:& dicit hunc modũ quadrare naturæ rerum:sed hic sensus Phil. videtur contradicere:qui.7.Meta.dicit.substantiam omnium primam notitiam ratione & tempore:Sed Iandunus nititur soluere obiectionem per hoc,quod via generationis sit prior notitia accidentis:sed perfectionis, est prior notitia substantiæ:tamen quia modos diuersos posuimus in.3.conclu.non est opus repetere:sed solũ addere,q quidditatiua cog- Quæ notitia sit prior substantiæ uel accidentis. nitio,& perfecta substantiæ sine propria specie haberi non potest: & omnes modos ad hos solos duos incompendio reféras,ad prolixitatem vitandam.

¶ Hęc speculatio ex proposito videtur in materia huius primi libri de anima,verum quia Arist.meminit huius in hoc loco,ob id adduximus,& quæstionem peculiarem & de hoc in dialectica egimus quando de accidente prædicabili quanto loquuti sumus.

Finis Primi libri de Anima.

PHYSICAE SPECVLATIONES IN SE cũdum librum Ariſ. de Anima admodum

Reuerendi Patris fratris Alphonſi à Vera Cruce inſtituti Eremitarũ Diui Aurelij Auguſtini: in artibus & ſacra Theologia magiſtri, Cathedratici Primarij in Academia Mexicana, in partibus Indiarum maris Oceani, in noua Hiſpania.

ARGVMENTVM ſecundi Libri de Anima.

COmpleto vtcunque ſermone de anima vegetatiua, cuius cauſa vegetabilia omnia, qualia plantæ ſunt, arbuſtaq;, & cętera id genus, & de quinque generibus potentiarum: qualia ſunt, vegetatiuum, ſenſitiuum, intellectiuum, ſecundum locum motiuum, & appetitiuũ: inſuperque quatuor modis viuẽdi, nẽpe vegetatiuum, ſenſitiuũ motiuũ, ſẽſitiuũ nõ motiuũ: & tandem ſenſitiuum motiuũ, atque idem intellectiuum, manifeſtabimus, & de partibus vegetatiuæ vitæ: quales ſunt, nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum, prætereа de viribus eiuſdem, hoc eſt, attractiuum, retentiuum, digeſtiuum, & expulſiuum diſſerui mus, quibus omnibus omneviuẽs ab authore viuorum, & mortuorũ dotatum inſpicimus, vel ad ſui ipſius conſeruationem, & conſiſtentiam, aut ad ſuæ ſpeciei ſuſtentationem. Itaq; in præcedenti libro de illis omnibus tradidit nobis Ariſto. ſuam ſententiam, & nos illum ſequentes, à tergo reliquimus ſpeculationes ad id attinentes modo noſtro, omiſsis, & ſucciſis ſuperuacaneis. Præter illas igitur iam aſſignatas potentias experimur in animantibus eſſe alias vires, potentias ye exteriores: quibus mirum in modum rerum extrà exiſtentiũ ſpecies, atque figuras poſſunt ſuſcipere, abſque hoc quòd res ipſas realiter ſuſcipiant, quarum ſimulachra apprehendunt. His namque viribus & potentijs quæ longiùs, aut propiùs ſunt, apprehendere eſt compertiſsimum animalia: ſecundum maiorem, vel minorem virtutem, à natura ipſa inditam, atque conceſſam. Hę autem vires, & potentiæ ſenſitiuæ ſunt tam externæ, quam internæ. Externæ ſunt quinque potentię organicæ, corporeæ, & corruptibiles, & pro iſto ſtatu neceſſariæ: Auditus: odoratus: viſus: tactus: & guſtus. Potentiæ internę ſunt, Senſus communis: phantaſia: imaginatiua: ęſtimatiua: memoratiua. De his tractat Ariſtoteles in præſenti lib. Nos vero vnam, aut alteram adijciemus ſpeculationem, ne videamur ſicco pede pertranſire nõnulla ſcitu digna: videlicet de potentia appetitiua: De iraſcibili, & concupiſcibili. De paſsionibus an imę. De faſcinatoribus, ſalutatoribus & Zahorijs: quo cum conſummabitur. 2. hic liber, reſeruantes pro tertio quæ ſpectant ad animã immortalem, quæ rationalis eſt.

¶SPECVLATIO prima. Vtrum in anima ſenſitiua ſint ponendi ſolum. 5. ſenſus exteriores.

1. Argum. PAtet quod non: quia ſenſus ſunt accidentium cognoſcitiui: ſed accidentiũ ſpecies ſunt plures, quam 5. ergo oportet ponere plures ſenſus quam quinque.

2. Argum. ¶Item. Solum ſunt quatuor ſenſus exteriores: ergo non ſunt quinque. Probatur: quia nõ eſt ſenſus guſtus diſtinctus: quoniam ſenſus guſtus, eſt ſenſus tactus: ergo non eſt diſtinctus: ſequitur quod ſolum ſint. 4. ſcilicet, viſus: auditus: odoratus: & tactus.

3. Argum. ¶Præterea. Potentiæ penes obiecta diſtinguuntur, ſicut dictum eſt: ergo ſecundum diuerſitatem obiectorum erit diuerſitas in potentijs: ſed eſt aliquod obiectum, quod commune eſt omnibus ſenſibus: ergo & dabitur vna potẽtia ſenſibilis communis diſtincta ab iſtis. 5. quę habet propriũ obiectũ & ſic ſequitur quod ſint plures. Quod detur ſenſibile cõmune, patet de magnitudine, quæ ponitur ſenſibile cõmune: quia pluribus ſenſibus percipi poteſt.

In contrar. ¶In contrarium eſt Ariſt. in iſto. 2. qui dicit ſolum eſſe. 5. ſenſus exteriores.

1. Notand. Variæ opi. 1. Opinio. ¶Pro ſolutione notandum, quod diuerſitatem ſenſuum exteriorum quidam voluerunt cognoſcere ex parte organorum, in quibus aliquod elementorum dominatur: aqua: vel aer: vel aliquid huiuſmodi: vt ſi diſtinctionẽ ponamus inter auditũ, & viſum: quia in iſto organo aqua, in illo aer dominatur.

Opinio. 2. ¶Alij vero voluerunt inueſtigare differentiam penes media, per quę fit ſenſatio: per aerem, vel aquam, & ſic eſt medium coniunctũ vel ſeparatum.

Opinio. 3. ¶Reliqui diſcrimen aſsignarunt ex diuerſa natura ſenſibilium qualitatum, ſecundum q̃ vel ſimplicis corporis qualitas eſt, vel ſequęs complexionem.

Notand. 2. ¶Secundum notandum, quod obiectum potentiæ duplex eſt: quoddam materiale: & eſt illud, quod percipitur à potentia: aliud eſt formale, quod eſt ratio cuius: vt ſi albedo quę videtur, dicatur obiectum materiale: & formale color: quia ratio quare albedo videtur à potentia viſiua, non eſt quia eſt albedo ſed quia color eſt: vt ſi paries videtur, nõ quia paries, ſed quia coloratus paries ſit, obiectũ materiale, & color formale.

Notand. ¶Eſt tandem conſiderãdum, ſenſum eſſe potentiam paſsiuam, quæ nata eſt immutari à ſenſibili: nam ſenſibile mouet ſenſum, & agit potentiam ſenſitiuam, ratione cuiusilla opinio quæ Platonis erat, & Stoicorum & communis ante Ariſto. quod viſus eſſet per miniſterium radiorum cuiuſdam lucis, quæ in nobis eſt, quos radios nos ab oculis emittim⁹ vſque dum cõtingant res viſibiles, & ſic ſequebatur viſio, admittenda non eſt: quia ſenſus viſus non eſſet potentia paſsiua, ſed actiua potius: cuius contrarium veritas eſt: quia tã viſus, quam auditus, quã quælibet alia, ſenſatio fit per intus ſuſceptionem, aliquid patien-

do. Quod ſequentibus cõcluſionibus fiet manifeſtum.

1. Concl. S. Th. p. p. q. 78. ar. 3. Ratio. 1. ¶Prima concluſio. Diſtinctio ſenſuum exteriorum nõ eſt ſumẽda ex parte organorum, neque ex parte mediorum per quæ eſt ſenſatio, neque ex parte qualitatũ actiuarũ. Probatur: quia nõ eſt potentia ſenſitiua propter organum, vel propter mediũ, aut propter qualitatem, ſed potius econtra: organum, & medium, & qualitas diſpoſitiua propter ipſam potentiam ſenſitiuam ordinata ſunt. vt congrue poſsit ſuas habere operationes.

2. Ratio. ¶Præterea. Potentiarum diſtinctio ab obiectis ſumenda eſt: ſed neque organum, neque medium, neque qualitas obiectum diciturpotentiæ, ergo diſtinctio ex eis non debet ſumi.

3. Ratio. ¶Item: quia ſenſibilium qualitatum naturas cognoſcere, non ſenſus, ſed intellectus eſt operatio.

2. Conclu. ¶Secunda concluſio. Cum ad immutationẽ ſenſuum, requiſita ſit ſpiritualis immutatio, & interdum concurrat ſimul naturalis, ex diuerſa immutatione ſenſibilium exteriorum, diſtinctio ſenſuũ ſumetur. Probatur. 1. pars, quod immutatio ſpiritualis ſit requiſita, aliàs ſi naturalis ſufficeret, omne corpus quando

Ratio. p. p. calefit, vel frigefit, ſentiret: ergo immutatio ſpiritualis per quam ſenſibile coniungatur, organo ſenſus requiſita eſt. Sed quod aliquã do naturalis cõcurrat ſimul, patet: vt in ſono, & alijs: vt ſtatim dicemus.

Ratio. 2. p. ¶Vltima pars probatur, Diſtinctio ſenſuum exteriorum ſumenda eſt, non ab organo, neque à medio: ergo ab obiecto formali: ſed hoc eſt diuerſa immutatione ſenſibilium exterlorum: ergo ab ipſis ſumenda eſt.

Ratio ultimæ. p.

3. Conclu. S. Th. p. p. q. 78. ar. 3 ¶Tertia concluſio. Senſus exteriores ſolum ſunt 5. Patet: quia vel eſt ſola immutatio ſpiritualis, ſecundum quod forma immutantis, recipitur in immutato: & ſic eſt viſus. Si ſimul cum ſpirituali concurrat naturalis, ſi ex parte obiecti tantum, & eſt tranſmutatio ſecũdũ locum, erit auditus. Vel ſecundum motum alterationis, eſt odoratus. Aut eſt immutatio naturalis ex parte organi, & eſt tactus, & guſtus: nam & manus tangens calidum calefit. & lingua guſtans humidum humefit. Et cum non ſit alius modus immutationis, non ponuntur amplius quam quinque ſenſus exteriores.

4. Conclu. ¶Quarta concluſio. Inter omnes ſenſus exteriores ſicut perfectior eſt ſenſus viſus: materialior, & imperfectior ſenſus tactus, & guſtꝰ

Ratio. p. p. eſt. Prima pars patet: quia in viſione ſolum immutatio ſpiritualis eſt, & nõ eſt immutatio ex parte organi, neque ex parte obiecti: & magis ſpiritualis cognoſcitur hæc potentia: ſed ſenſus tactus exercet ſuam operationem per medium coniũctũ, & ſimiliter guſtus cũ immutatione organi: qua ratione iſti ſenſus ſunt materiales nimium. Et adhuc tactus magis quam guſtus: & odoratus, & auditus magis ſpirituales apparent: quia non per mediũ coniunctum, ſed ſeparatum operantur. * De ſufficientia. 5. ſenſuum exteriorum vide doctorẽ ſanctũ in iſto. 2. de anima. t. 135. & p. p. p. 68. ar. 3.

Ad argum. ¶Ad. 1. argumentum dicendum, quod licet accidentium plures ſint ſpecies, ſufficiunt. 5. ſenſus exteriores ad percipiendum omnia: quia formalis diſtinctio eorum ſolum facit diſtinctionem potentiarum: & variæ ſpecies accidentium conueniunt in vna ratione formali: ſicut variæ ſpecies colorum, in vna coloris qui omnes ad vnam potentiam, ſcilicet adviſuam: & ſic de alijs potentijs.

Ad. 2. ¶A. 2. dicendum, quod dato ſenſus guſtus non habeat operationem ſine tactu, tamen obiectum formale non eſt idem in guſtu, & in tactu: vt inferius dicetur. Non enim eſt idẽ qualitas tangibilis, & ſapor.

Ad. 3. ¶Ad 3. dicendum, quod & ſi detur aliquod ſenſibile, quod ſit commune aliquibus ſenſibus, non ob id eſt neceſſarium ponere aliam potentiam diſtinctam, ſed ſufficiunt ſenſus poſiti, & illis ſentietur.

DIGRESSIO, Qua oſtenditur de quolibet ſenſu in particulari quo modo contingat ſenſatio.

PRimo in cõmuni de omnibus ſenſibus exterioribus agamus. Et quoniam ſenſus, eſt ſenſibilis ſenſus: ſenſibile eſt duplex: De per ſe, & de per accidens. Perſe ſenſibilia illa ſunt, quæ dicta ſunt: vt color: ſonus. &c, Per accidens tamẽ ſunt, quę perſe non ſentiũtur, ſed per aliud: vt ſunt ſubſtantiæ. &c Neque tangitur, niſi per qualitatem aliquam tangibilium. Subſtantiæ enim per proprias ſpecies, ſenſus immutare nonpoſſunt: quod manifeſtum eſt in ſanctiſsimo ſacramento, in quo non percipimus poſt conſecrationẽ abſentiam ſubſtantiæ panis, & ſi maneant accidentia, quę erant quando erat panis.

Vigue. in ſuis inſtitu theo. co. 1. § 3. ucr. 5. et 6. ¶Senſibile ſubdiuiditur: vt quiddam ſit proprium, quod ſolum vno ſenſu ſentitur: vt color ſolo viſu: & ſonus auditu: odor odoratu. Aliud commune: quod pluribus ſenſibus poteſt percipi: vt quantitas continua, quæ viſu, auditu, & tactu, percipi poteſt. Ab obiecto,

De tri. lib. 11. c. 2. &potẽtia paritur notitia, teſte Patre Aug. A viſibili, & vidente, gignitur viſio. Inſtrumentaliter videmus oculo, & formaliter viſione. Sic oportet in alijs ſenſibus conſiderare, ad ſenſationem concurrere potentiam ſimul cũ obiecto.

Ariſto. ¶Senſus eſt potentia actiua: quia cum obiecto ſenſationem facit. Dicitur etiam ab Ariſ. paſſiua: quia vel in potentia eſt ad actum primum, qui eſt eſſe, ad quem reducitur à generante: vel quia in actu primo ſit, qui eſt eſſe, eſt in potentia ad actum ſecundum, qui eſt

Ariſtot. 2. de anima cõ 143. & 3 de anima. t. 67. ſentire: in quem reducitur per obiectum: ſi quidem tunc ſenſus ſentire dicitur: cum ſenſationẽ recipit. Et tũc dicitur pati: quia immutatur ab obiecto. Quod ſi fiat à ſenſibili proportionato: paſsio iucunda & delectabilis eſt vt videre, audire, & odorari. Si tamen fiat ab excedenti ſenſibili, corruptiua eſt: quia corrumpitur ſenſus.

¶Senſatio omnis ſit quidem à potentia, & obiecto: tamen non niſi per ſpeciem effuſam ab obiecto perueniente ad potentiam ſenſitiuam: quæ ſpecies ſenſibilis dicitur de. 3. ſpecie qualitatis.

¶Species eſt idolũ, ſeu imago eius, quod ſentitur: quæ intentio dici ſolet: non quia in ipſam ſpeciem ſenſus tendat vt in obiectũ: ſed quia per ſpeciem formaliter potentia in obiectum tendit: quia ipſa eſt propria imago, vel ſimilitudo. Senſibile enim, propter ſui materialitatem in ſenſu per eſſentiam recipi non poteſt. Non enim lapis qui videtur, poteſt in oculo recipi, ſicut eſt in re: ideo recipitur in ſua imagine, id eſt in ſpecie lapidis, quæ eſt imago, vel ſimilitudo lapidis.

Quæcõcurrunt ad ſenſationem. Potentia. Senſibile. Species. Medium. ¶Species ſenſibilis, producta ab obiecto producit aliam, & aliam ſpeciem per medium: vſque dum perueniat ad potentiam, vel ſi ſuffiat, virtus ipſius obiecti multiplicat, in eodem inſtanti totam ſpeciem in toto medio: vt dicemus poſt. Medium enim neceſſarium eſt ad ſenſationem.

¶Quatuor iſta ergo concurrere videntur principalia in omni ſenſatione. Potentia, obiectum ſenſibile: ſpecies ab obiecto producta vſque ad potẽtiam, & medium: per quod ſpecies peruenit: medium requiſitũ eſt: quia ſenſibile ſupra ſenſum poſitum non facit ſenſationem, vt ſi quis manum ponat ſupra oculum, non videbit manum: quia neceſſarium eſt mediũ, quo veniat ſpecies viſibilis ad oculum, quod optime deviſu intelligitur: nam in tactu benefacit ſenſationem realem: vt cultellus neruum ſcindens, dolorem cauſat. Verum quando eſt ſenſatio intentionalis, quæ per ſpeciem rei ſenſibilis cauſatur: requiritur medium: & ſine eo minime fiet ſenſatio. Requiritur etiam debita diſtantia inter obiectũ & potentiam: quia ad magnam diſtantiã ſpecies non poſſent multiplicari.

Multiplicatio ſpecierũ quando ſit. ¶Quia loquuti ſumus ſpeciem per medium multiplicari, oportet ſcire luminis multiplicationem (vt tradit Ariſto.) eſſe inſtantaneã. Sunt tamen qui dicant, ſpecierum multiplicationem fieri per hoc quod obiectũ in propinquitate medij ſpeciem producit: & rurſus illa aliam, & alia aliam: vſque ad potentiam, vel ſi obiectum ſit nimis diſtans, in tantam diſtantiam producit: vſque dum deuentum ſit ad ſpeciem, quæ propter ſui debilitatem, aliã non valet producere: ſemper enim poſterior debilior erit. Iſti ergo ſucceſsiuam ponũt ſpecierum multiplicationem: ſed tamen imperceptibiliter: in quo non videtur forte ab Ariſ. differre, ſicut ipſi putant, licet in veritate Ariſtot. videatur dicere in inſtanti, ſpeciem multiplicari per totum medium: & non ſicut illi imaginantur: & in libro perſpectiuę probatur, quod libet punctum lumino ſi: obiectum ſibi medium, totum illuſtrare.

Ariſto. Ariſto.

Dubium. ¶ De multiplicatione ſpecierum in medio eſt graue dubium quomodo fieri poſſet, cũ aliqua obiecta ſunt contracta, quæ per idem medium ſentiuntur. Tunc enim contraria erunt in eodem ſubiecto ſimul, quod repugnat. Dicendum, non repugnare ſpecies contrariorum eſſe in medio. Species enim cum habeant eſſe ſpirituale, neque contrariantur nec commiſcentur, ſed impermixte per idẽ medium multiplicantur: & in eadem potentia recipiuntur: ſicut album, & nigrum ſimul videntur: & in perſpectiua radij viſibilium, impermixte medium illuſtrant: quod experimento cognoſcitur in candela. Si plures candelæ illuminent cameram: ſi vna poſt alterã ſucceſsiue auferatur, continuo minus erit de lumine: eo quod quælibet candela lumẽ ſuũ ſecum deferat & plures candelæ circa idem opacum diuerſas faciunt vmbras: & cum vmbra

Dilutio. Species contrariorũ poſſunt eſſe ſimul.

bra:& cum vmbra sit lumen diminutum,qđ procedit à lumine primario, si vmbræ sunt diuersæ,lumen est aliud,& aliud.

¶Ex istis ergo potest quis intelligere, quomodo species multiplicatæ à contrarijs obiectis in eodem multiplicantur impermixte propter suam immaterialitatem,& in eodem organo recipiuntur.Et licet accidentia sint,non repugnat Aristot.dicente in.5. Meta.duo accidentia solum numero differētia non posse esse in eodē subiecto simul:siquidem intelligit de accidentibus realibus absolutis,eductis de potentia materiæ per motū naturalem:vt sunt duæ frigiditates:duæ calliditates.Sed species sunt accidentia:non realia,sed intentionalia:& simul esse possunt:sicut,& duæ paternitates in eodē patre: quia sunt relationes.Et plures species memoratorum solum numero diuersæ:simul in memoria reseruantur:quia de potentia materię minimè educuntur per motum naturalem successiue,etiam duo lumina diuersarum candelarum simul esse possunt,quia non successiue sunt in medio per motum;sed in instanti vt diximus.

Aristot.5. Meta.

S.Th.p.p. q.94.ar.3. ad.1.

1.2.q.63. ar.4.ad.3.

DIGRESSIO, De potentia visiua.

D.Augus. S.Th.12. q.67.ar.1

ESte Patre Augustino lib.11.de trin.ca.2.sensus visus maxime excellit,qui subtilior,&agilior,& plures rerum differentias demōstrat. Ab ipso ergo auspicamur.

¶In visione considerandæ sunt per ordinē, potentia:obiectum,medium,&species.

Oculus ex tribus pelliculis.

¶Organum est oculus,qui expelliculis tribus,siue tunicis,&tribus humoribus integratur.Prima tunica dicitur consolidatiua,siue coniunctiua,quæ totam substantiam oculi continet:quæ fortis est,& pinguis,ne humores congelari, aut fluere possint.Hæc habet foramen,ne ingressum specierum prohibeat & in parte posteriori,qua ad neruum opticum peruenit.Itaquè humor aqueus, siue crystallinus est intimum oculi,in quo humore recipiuntur species:& fit visio:quem humorem dixit Aristo.aqueum ex aquæ fluxu,si oculus fuerit confossus.Et ex prouidētia naturæ circa pupillā circumposuit albuginē,pinguē calidā,in modū adipis,illis animalibus quæ sanguinē habēt. Et palpebras posuit, vt humor ille pupillę à frigore tueat ne aliquādo cōgelareturab isto humore. Ad cerebrū tenāunt nerui singuli à singulis oculis:qui dicūtur optici nerui. Per hos neruos spiritus visiuus diffunditur:& species visibilium deferūtur ad sensus interiores.Illi duo nerui progrediuntur à sensu communi ex vno neruo,& circa oculum fit bifidus.Diuiditur in duos ramos:dexter ad oculum dextrū & sinister ad sinistrum.Et locus illein quo fit talis bifurcatio,est in quo plene visio perficitur:ob quod res duobus oculis cōspecta,nō duæ,sed vna videtur. Et vt oculus quidem omnē colorē videre possit,est priuatus natiuo colore: quia si proprium haberet, omnia iudicaret esse eiusdem coloris;& similiter de se est lumine priuatus,licet habeat claritatē, limpiditatem,& perspicuitatem.

Aristo.

Notand.2.

Aristot.2. de anima.t. com.71.

Obiectum potentiæ uisiuæ.

¶Obiectum potentiæ visiuę est visibile:quorum aliud est lux:aliud lumē:aliud color, & si quę sunt alia,videntur in ratione istorum.

Lux.

¶Lux,est qualitas in corpore luminoso,& lumen est species lucis,siquidem per lumē lux videtur.Est enim lumen primaria deriuatio lucis.Nunquam.n.(vt ait Ptolomæus)lumen est sine corpore causatiuo lucis.Hinc D.Augusti.ait: Lumen habet permanentiam per continuam solis permanētiam:eo quod lux sit qualitas in sole,accidentalis tamen: vt ait Damascenus lib.2.fen.Et sicut lux in lumine videtur tanquā in imagine,lumen in vmbra, quia vmbra imago est luminis:ob id dicitur lumen secundarium.

D.Augusti.

Damascenus.

¶Lumen siquidem species lucis in medio inuisibilis est,tamen in occursu corporis opaci redditur visibile per vmbram quam facit:sicut si in carcere tenebroso per foramen lumen ingrediatur,& ex alia parte parietis foramen correspondeat,per quod egrediatur, non videbitur ab existente in carcere: si tamen obstruatur foramē:videbitur per occursum corporis opaci.

Lumen.

¶Lumen ergo qualitas existens à luce genita subiectatur in corpore diaphano non transparente. Aris.ait:Lumen est actus diphani; in quantum diaphanum est:vt aqua:aer: vitrum,&c.quia corpora diaphana lumen recipiunt,& actu sunt illuminata per lumen.De conditione luminis,quomodo habet esse intentionale Duran.in.2.senten.d.13.q.1. S. Thom.pri.part.quæstio.67. an habeat esse reale,vt docet.S.Tho.2.de anima:vel intentionale in medio,vt dicit Ægidius alibi congruentius.Nam esse habet reale, vt illuminat:& intētionale, vt immutat visum.

Color.

¶Color obiectum visus,non proprie reperitur,nisi in corpore opaco: & color qui est

obiectum,non est qui inuenitur intra corpus opacum,sed qui est in extremitatibus corporis,per colorem ibi existētem immutatur potentia visiua.Et in hoc sensu definitur ab Aris.quanuis secundum essentiam sit intus in corpore,sed tamen non apparet nisi solum secundum superficiem.

¶Est tamen notandum:colorem requirere illustrationem luminis ad hoc, quod speciem suam diffundat ad oculum:vt videmus in nocte multa quę colorem habent,non immutare visum:quia non sunt illuminata, & id dies immutant.Lux tamen,quia ipsa per se illuminata est,non indiget alio lumine,sed visibilis est:& illuminatio requiritur ex parte coloris:quod sufficit:& non est opus ex parte oculi:nam oculo existente in tenebris : potest videre obiectū,si illuminatū sit.Ob hoc Aristo.ait:Lumen facit quodammodo potentia colores,actu colores:quia facit eos actu visibiles : & color indiget luminis alieni illustratione: quod debet intelligi in illis,qui non habent in se lumen,per quod videantur:ex qua consideratione aliqui dicūt,colorem esse obiectum materiale,& lumen formale:quia est quo mediante potentia terminatur ad rem. Ex hoc apparet Auicennam in.6.naturaliū. p.3.capitu.1.dicentem,colores sine lumine actu non esse,sed solum potentia, deceptum esse:nam reale esse colores habent sine lumine:quia per lumen non causatur color : sed erant potentia visibiles ante lumen : & actu fiunt visibiles per lumen : vt visum possint immutare.

Aris.3. de ani.com. 8

Vigue. in suisinstitu. Theo.c. 1. §.2.uer. 3.

¶Aliqua sunt corpora colorata:vt sunt ligna putrida,& oculi catorū,& aliqui vermes, & ossa piscium,quæ nocte videntur,etiam si non sit lumen extrinsecum:& hoc est quia habent in se lumen intrinsecum, & ob id habent duas causas quare videri possunt. s. lumen,& colorem:& quando in die sunt lumine extrinseco illuminata:quia tunc ratione coloris solum videntur,alia apparent, quam in nocte apparebant:ex quo contingit in nocte deceptio:vt ligna putrida existimet quis esse hominem armatum, vel carbonem igneum.&c.ista videntur in nocte ratione luminis solum,& non coloris:& in die, vel quando illuminantur lumine extrinseco videtur solum ratione coloris.

¶Oportet ergo intelligere colorem emittere suam speciem visibilem per corpus perspicuum diaphanum actu illuminatum : & diaphanum actu immutatur ab specie coloris: & ipsum perspicuum immutatū ab specie coloris immutat visum:& color per mediū perspicuum immutare dicitur visum. Quapropter sapienter author naturæ voluit,vt mediū perspicuum,per quod debet fieri visio,nullū haberet de se colorem,quoniam si proprium haberet non posset fieri visio colorum : sed omnes colores apparent sicut color proprij medij,non enim posset immutari ab alio colore,sicut cum quis aliquid videt per vitrū rubeum,apparet rubeum,licet non sit:& sicut caret proprio colore,& lumine proprio, ne in lumine percipiendo præbeat impedimentum,aer non habet proprium colorem: nec proprium lumen,nec aqua,nec cœlum. Ad productionem coloris tria requiruntur, lux vel lumen,non quidem cœleste,quia & si influat in istis inferioribus, non tamen incorporatur,sed est lumen : quod digni tribuitur.Secundum requisitum,est perspicuum, vt materia in qua recipitur color.Arist.2.de anima tex.63. requiritur condensans vel terminans perspicuum,quia alias non reuerberaret,& non esset actu coloratū ad immutandum,& quidem color qualitas simplex est,non cōposita ex materia & forma: quia hoc substantiæ conuenit,sed vt docet Albertus de sensu & sensato,tracta.2.c.2.est cōpositum ex materia & forma, vt fluens ab eis: quia alterum recipiens,concurrit ad modum materiæ:non tamen est compositio ex materia & forma,vt quando accidens definitur in concreto dicit formam in recto,& subiectum in obliquo,color lucem significat:non secundum se:sed vt receptam in diaphano,est materia,non ex qua,sed in qua.

Quæ sint requisita ad productionem coloris lumen.

Perspicuū.

Cōdensans uel terminans.

Color qualitas simplex.

Albertus.

¶Colorum species sunt.7. Albus , flauus: croceus:rubeus:purpureus:viridis:niger, ad quos omnes alij reduci habent:ad hunc , vel illum,secundum quod magis percipiant de hoc, vel illo,diuersitas colorum causatur ex diuersa proportione lucis ad opacum.

¶Mediū ergo per quod visio debet fieri, est necessarium,& non sicut Democritus opinatus est dicens, medium impedimentum esse ad visionē:sic(vt dicit ipse) quod si vacuum esset inter cœlum & terram,oculus existens in cęlo,videret formicam in terra.Decipitur iste philosophus:nam non videbat,quando ista dicebat:imo dicimus vacuum esse impedimentum,vt ipso existente,non fieret visio quia nō potest causari, nisi per hoc quod color diffundit suam speciem vsque ad oculum &nō posset diffundere sine medio:quia prius color immutat medium diaphanum,& perspicuū, & post medium,tangit potentiam vt suam.

Species coloris.

De medio per quod uisio debet fieri. Vigue.c. 1.§.3.uer. 3.

suam. Verum est tamen, quod si corpus sit opacum inter visibile, & potentiam, impedietur visio: tamen nos dicimus medium necessarium perspicuum, quod potest immutari, & illuminari: & hoc medium quanto magis diaphanum, & perspicuum, melius immutatur, & melius res per eum videntur: sicut in aere melius, quam in aqua: & aere existente nebuloso, non sicut existente puro, & sereno.

Medium necessariũ ad uisionem.

Color producit speciẽ suam.

¶Color ergo propter materialitatem suam visui non se potest ingerere: ob id ad excitãdum visum producit speciem suam in medio diaphano, & perspicuo, quam mittit per lumen. Per medium ergo illuminatum lumine extrinseco, color immutat: vt est in illis quæ non habent lumen intrinsecum, quæ non videntur in tenebris nisi quæ habent intrinsecum, & in nocte videntur, vt diximus, non tamen sine lumine: licet in die propter impedimentum maioris luminis solum ratione coloris videantur, & non proprij luminis.

Dispositio medij necessaria ad uisionem.

¶Oportet igitur medium esse vniforme, & visibile proportionabiliter elongatum, ad hoc quod videatur secũdum certam quantitatẽ. Nam si visibile multum distet, etiam si mediũ sit illuminatum, non videbitur secundũ propriam qualitatem: sicut stellam in firmamento, visus iudicat esse paruæ quantitatis: cum in veritate sit maior terra, vti supra diximus. Et quanto res minus distat ab oculo: tãto maior videtur. Cuius ratio est: quia pyramis est breuior, & fortior, & angulum coni habet maiorem: & repræsentat rem maiorem. Triplex signari potest medium, vnum, quod se tenet ex parte obiecti: & est species rei visibilis: & mediũ in quo recipitur species, quam defert vsque ad potentiam visiuam, & mediũ quod disponit ipsum diaphanum, ad deferendum speciem: & dicitur lumen. Itaque species, diaphanum, & lumen: sunt media requisita.

Triplex medium ad uisionem.

Abulen. Matth. 25. q. 443.

¶Aduertendum est: quod radius visualis, est species rei visibilis, quæ est corporalis pyramidis: cuius pyramidis basis, est in re visa: & conus, in oculo videnti totum luminosum, pyramidem sui luminis in quolibet puncto medij terminat: & sic in quacũque parte medij oculus existat, potest videre visibile: sedtamen diuerse: quia quanto obiectum est propinquius oculo, pyramis breuior & conus est maior: & sic fortius agit & rem maiorem repræsentat.

¶Modus videndi secundum aliquos non cõtenendæ authoritatis, est, per extramissionẽ per egressum spiritus visibilis ab oculo in pũcto perueniens ad rem visibilem: quod Aristote. videtur sentire, quando dicit, Oculos profundos clarius videre: quia radij exeũtes minus dispergũtur: sic sentit Plato: vt late disputat Ægidius quolibet. 6. q. 15. Alij dicũt fieri visionem, quia spiritus egrediens ab oculo, cum speciebus rei visibilis simul coniunguntur in medio. Sed communem sententiã sequentes, dicimus, fieri visionem per receptionem specierum rei visibilis in oculo per modum pyramidis: cuius basis in re visa, & conus in oculo: spiritus autem visiuus lucidus & clarus à cerebro per neruos opticos ad oculos descẽdens: & ab speciebus immutatus sensatione confusa, regreditur: ad cuius regressum excitata anima, cernens speciem, conuertit se ad obiectum vnde splendor venit, & ipsum discreta sensatione percipit. Elegan-

Hæc. 1. opinio. & doc. cart ha. in suo de oculis.

ter Abulen. super num. 21. q. 11. adducit. 18. rationes cõtra Platonem, quibus probatur visionem esse per intus receptionem: vide ibi & paradoxa. 4. a. c. 9. per multa cap. Hoc autem fit via assimilationis: sicut cera reflexibilis configuratur ab artifice, nunc figura leonis, nunc equi, nunc hominis: quod fit, quia artifex habet in anima, has figuras. Si ergo cera esset animata, posset mens intus existens configurare ceram secundum similitudinem sibi præsentatam: sic spiritus visiuus animatus anima sensitiua, per animam configuratur speciei visibili, quam offendit in oculo: differta visio requirit attentionem interiorem: ex quo contingit recepisse speciẽ in oculo transeuntiũ, quod minime post cognoscimus ex defectu attentionis.

Ægidius. ubi supra.

Attentiore quisita ad uisionem.

¶Sicut ergo fit visio per huiusmodi assimilationem: quia spiritus configuratur speciebus colorum: sic in auditu, & odoratu, & alijs sensibus dicendum.

¶Isti spiritus depurati à sensibilibus non habent colorem, nam si haberent, solum perciperent colorẽ quem habent in actu, & non omnem: vt ergo omnem percipiant, sine colore sunt.

¶Hic notandum: Aristo. dixisse, sensum non posse decipi circa proprium obiectum, vt visus circa colorem, & auditus circa sonum. Decipi tamen potest circa sensibile commune: sic vt possit decipi quantum ad visibile, quid sit, vel vbi sit, sicut contingit, de quo infra.

¶Hæc sententia Aristo. debet intelligi positis tribus conditionibus, quas Themistius adducit. Prima est: quod organum sensus sit bene dispositum. Cæcus. n. male iudicat de colori

sicut infirmus dulce iudicat amarum.

¶Secundum quod requiritur est, quod medium sit purum: qua ratione solem rubeum iudicamus mane: quia vapores eleuati à terra aerẽ impurũ reddunt: non tamen in meridie.

¶Vltimum requisitum est, quod sit debita distantia inter visibile, & visum: quia à longe non bene de colore poterit quis iudicare.

Istis concurrentibus, nunquam sensus circa proprium obiectũ decipietur in magno gradu. Neque quantum ad speciem: quia album iudicat album, & non nigrum: tamen quantũ ad hoc quod est coloratum, potest decipi: vt nel potest fel iudicare, & econtra, licet in colore llauo non decipiatur. De hoc inferius latius.

In hoc. 2. specu. 8. Obiectio.

¶Sed contra dicta se se offert argumentum: non enim est necesse quod medium, & organum, careant specie sui obiecti: quia oculus cati est lucidus: & tamen videt lucida, puta ignem, sicut manus est frigida, & tamen sentit corpus frigidum, vt in hyeme. Ad hoc dicendum, quod hæc propositio, omne recipiens debet esse denudatũ ab specie sui obiecti receptibilis, est intelligenda vel quod omnino sit denudatum, vel quod sit denudatum à tanto gradu, pro quanto debet recipere & sentire suum obiectum. Et in hoc secundo sensu est verum: quia oculus cati non posset videre corpus lucidum, si non esset magis vel minus lucidum, quam sit oculus cati: neque manus frigida posset sentire aliquod corpus frigidum, nisi in eo esset maior vel minor frigiditas: quam sit in manu.

Et si de mente Arist. sit sensum visus præcellere inter oẽs alios exteriores sensus, est qui egregia quadã Academica disputatione cõtrariũ probet Ioannes Ferrerius Pedemotanus. Hic autor multis probat, auditum, visum excellere, & consequenter omnes alios sensus exteriores: & ad disciplinas comparãdas multo vtiliorem auditum esse probat, atque vltra rationes ad ab eo adductas, etiã autores citat, & Lucretium & Nemisium philosophum, & Plinium.

DE SENSV AVditus.

Vide Vigerium. 1. c. 5 § 4.

Consequenter de sensu auditus dicendum: cuius organum in auribus dicunt esse aereum humorem connaturalem circundatum membranula, & intra aurem diligenter abditum: & occlusum, & cum species soni perueniunt ad talem humorem: delatæ per aerem extrinsecum fit sonus: sicut visus fit in pupilla humore illo crystallino: etiam auditio in illo aereo humore. Modus autem est, vt ait Boetius. i. musicæ sumpta similitudine: nam cum in paludibus, vel quietis aquis, iactum emergitur saxum, prius in paruissimum orbem vndam collidit: deinde maioribus orbibus vndarum globos spargit, atque eo vsque dum fatigatus motus ab elicien dis fluctibus conquiescat: semper posterior & maior vnda pulsu debiliori diffunditur. sic in sono fit: nam aer pulsus facit sonum, & pellit alium proximum, & sic ille alium, vsq; dum perueniat ad aurem, in qua fit sensatio: quod si nimiũ distat, eo debilior est aeris impulsus. Et quanto propinquius est, causat sensationem maiorem.

Boetius. Simile.

¶Et vnus idem sonus à diuersis auditur: quia per diuersas species ad diuersas aures deuenit: sicut idem color à diuersis oculis simul videtur: non tamen per eandem speciẽ vnus & alter immutatur: quia fieri non potest, vt species quæ oculum vnius immutat, eadem numero immutet oculũ alterius. Formato. n. sono, aliæ species multiplicãtur ad dexterã, aliæ ad sinistram, aliæ retro, aliæ ante: sicut ignis videtur ex quacunque parte, vndique, circumcirca: quia in quolibet pũcto medij ter minatur radius pyramidis. Cum ergo species soni multiplicãtur vsq; ad aurẽ, spiritus auditiuus, qui à cerebro per neruũ bifurcatum ad vtranque aurẽ secundũ duos ramos exit, immutatur speciebus soni, & his configuratus regreditur: ad cuius regressum excitata anima ipsum spiritum immutatum cernens, ad obiectum vnde species multiplicantur, se cõuertit, & ipsum discrete percipit.

Modusquo fit auditio.

¶Quod sit necessaria egressio spiritus ad organum, patet: quia in dormiente species soni perueniunt ad organum, & nõ audit: quo niã spiritus non egreditur, eo quod nerui varioribꝰ oppilati, (ex quo sequitur dormitio) impediunt exitum spiritus auditiui. Sed tamen fortior sonus meatus aperit: & dormiẽs excitatur, & audit: quia fortis sonus causat calorẽ per motũ & calor ille resoluit humores quibus resolutis, spiritus egreditur ad organum. Et quia cõtingit ex sono resolui aliquid ex vaporibus, dormiens audit, at vapor quia nõ cõtinuatur sonus, & nõ potest totũ resolui, non excitatur: imo qui sonum audierat: & ad vocem respõsum dederat: non meminit se respondisse postea: quod euenit, quia spi-

Egressio spiritus necessaria ad organum.

ritus non potuit perfecte immutari specie: & reuertitur impediente ad huc oppilatiõe neruorum ex humore non consumpto. Et si voces multiplicãtur, potest cõsumi vapor & tollitur oppilatio, & fit auditio, & excitatur animal quia spiritus auditiui informantur.

¶Iste aer natiuus, in quo fit auditio, ne lædatur, est à natura (imo ab ipso autore naturę) mirabili quadam curuatione protectus: vt in aure apparet, in anfractibus varijs: vt aer non recta via ingrediatur, ne vehemẽter commouens aerem natiuũ, ipsum læderet, & destrueret: sed cum per tot curuitates, & anfractus transit, antequam ad organum perueniat iam mansuete, & sine violentia tangit, & immutat: vt videmus in aquis, vim suam fluctus ingentes perdere, quando nõ recta via decurrunt, sed curue per anfractus.

¶Aer est connaturalis, in quo auditio, vt susceptiuus sit soni cuiuslibet, nullum habet sonũ. Licet enim manum admouentes auri, vel digitũ mittẽtes in aure, sonum percipiamus, intus in aure: nõ putandũ est euenire aliũde, quà ab aere exteriori incluso in illis anfractibus, qui non valet exire, propter manuũ appositionem: & tãgit pellẽ, quæ dicitur meninga, vel timpanũ, qua circũdatur aer connaturalis, in quo fit auditio, & causatur sonus, & percipitur sonus: quod est signũ optimi auditus. Surdi enim non percipiunt, propter organum male dispositum: quia solum mouentur à magno sono.

Nota quando percipit sonus in aure.

¶Et ille aer inclusus quanuis Commen. com. 84. dicat esse immobilem, secundum fluxum & refluxum, & mobilem circulariter: immobilis est, vt S. Tho. interpretatur Arist. si in sua optima dispositione sit auditus. Sic. t. 83. ꝙ si aliquando Arist. dicit aerem inclusum in aure moueri: oportet intelligatur, quando in mala dispositione auditus ipse: & quidem experientia constat, quod quanto quietius, tanto melius audimus, quanto de motu minus percipimus auditu.

Aer inclusus in auribus est immobilis.

¶Sonus ergo est qualitas causata in medio: ex collisione duorum corporũ adinuicem.

¶Ad sonum tria vniuersaliter requisita: Percutiens, percussum, & medium: licet aliquando idem sit percussum, & medium: vt quando quis virga percutit aerem, & facit sonum.

Ad sonum tria requisita.

¶Sonus non est subiectiue in percutiente, neque in percusso: sed in medio circunstante corpora, ex quibus causatur sonus: vt est aer vel aqua qa: sonũ in se recipit. Vnde quando campana tonare dicitur, debet intelligi effectiue: quia causat ipsa sonũ percussiõe mallei: sicut dicimus solem calidum: qui tamen subiectiue calorem non habet: sed effectiue: & vocantur corpora sonora, quia sunt causatiua soni. Et in hoc differt obiectum auditus, quod est sonus, ab obiectis aliorum sensuum quia color obiectum visus est realiter subiectiue in re quæ videtur: & odor in re quæ odoratur, & sapor in re quæ sapit & in medio est intentionaliter secundum speciem: & nõ realiter subiectiue in medio, sed sonus est realiter subiectiue in medio & non in illo quod sonat.

Sonus subiectiue est in medio circũstãte.

¶Et quod in aere & aqua possit esse, & non in solo aere tenet Auicenna. 6. naturaliũ par. 2. cap. de auditu: & aliqui ex Thomistis sic intelligunt Arist. in tex, 79. licet Albertus in t. 77. & Iandunus in. 2. de anima. q. 22. teneant quod in solo aere: & de mente Arist. contendant probare: sic in. 1. quia Arist. varius fuit: nam tex. 76. dicit quod medium est aer: & t. 79. dicit quod auditus fit in aere, & aqua. Et oportet intelligere quod quando aerem solum ponit, id fit respectu animalium terrestrium experientia docente: sed tamen aer & aqua est medium adæquatum: quia etiam propiscibus.

Auicenna. Albertus. Iandunus.

¶Est tamen hic considerandum, sonum non sic (secundum probabiliorem sententia) realiter inuenirii in qualibet parte medij, per qđ fit sonus, peruenens ad aurem, sed inueniri quidem realiter in parte propinqua circum circa, vbi corpus est, ex quo procedit sonus: in partibus remotis solum est intentionaliter, & non realiter, ex eo quod sonus suas diffundat species vsque ad organum auditus: sicut dicebamus de colore immutante medium per productionem specierum. Et hoc videtur rationabilius: nam exiguus valde tactus cymbali facit sonum ad aliqualem distantiã, qui tam exiguus, & paruus est, vt non sit verisimile mouere aerem vsque ad potentiam auditus: sed quia fit sonus, necessarium est concedere, si aer non fuit motus vsque ad potentiam, quandoquidem sonus percipitur, quod species soni deuenit ad auditum: & hoc est verisimilius, vt scilicet sonus vere causatus, realiter, & subiectiue sit in partibus aeris motis, per sonum, in propinquo: tamen ab alio sono existente subiectiue, & realiter in illa parte medij mota, diffunduntur species soni, quæ perueniunt vsque ad auditum, & tunc sonus est intentionaliter, id est secundum speciem in illis partibꝰ remotis à corpore, à quo primo procedit sonus. Apparet hoc verum ex lapillo etiam

Quomodo sonus in parte propinqua est.

par

paruo, quo percusso pauimento templi, causatur sonus in toto templo, & non est verisimile realiter esse sonum in toto aere templi: quia non videtur omnem aerem moueri posse per talem percusionem, sed oportet dicere sonum esse intentionaliter in partes distantes templi, & circa lapillum fuisse realiter, vnde sonus habuit ortum.

¶Et oportet continuari vsque ad organum: & ob id in timpano lapillus inclusus faciens sonum, non excludit hanc continuationẽ aeris per foramina occulta, vel per porostimpani. Sicut & musca inclusa intus, facit sonum, & non potest esse, si aer sit discontinuus.

¶Quod minimus contactus alicuius rei valeat ad magnam distantiam causare sonum vt est cymbalum, &c. euenit ex natura ipsorũ: quoniã quædã sunt sonus causatiua, plus quam alia: sicut color albus paruus plus mouet visum, quam niger in magna quantitate: sic etiam quædam habent sonum acutum, vt possint ad magnam distãtiã. Et contingit ꝙ aliquod corpus quod minorẽ causat sonũ longius audiatur, quam aliud: quod maiorẽ quia prius sonus acutus clarus est diffusiuus de se: alius autem minime.

Deecho.

¶Sonus, qui appellatur Echo, fit per reflexionem soni repercussi reuertentis ad modum pilæ ad locum à quo fuerat proiecta, quare repercusio maxime fit circa montes, syluas, & aquas, & in corporibus concauis, vt in templis. Non tamen ita reflectitur quando species eius murum, & obstacula penetrat: quia per murum, & parietem fit auditio, & aliquando in penetratione figura cõfunditur substantia remanente: & sępe audimus sonũ, sed an vox sit, nõ percipimus. * Sed an vox & Echo differant specie (vt aliqui volunt) vel solum numero (vt probabilius videtur) parum refert dummodo intelligamus esse vocem animalis, secundariam tamen: & refractam, & non formaliter vt præcedens.

Quomodo differant uox, echo.

Aristo.

¶Secundum Arist. semper fit soni reflexio & repercusio, licet non semper percipiatur propter debilitatem: sicut vmbra candelę est luminis reflexio. sed tam debilis: vt non percipiatur lumen: at quia lumen solis tam potens est, eius etiam reflexionem percipimus alioqui si nõ perciperemus, omnia essent obscura: vbi radius solis nõ penetraret directe, sic de sono, qui aliquando tantum est debilis, vt non percipiatur reflexio.

¶Quod si placet, exemplum philosophi audiamus: quando lapillus proijcitur in puteũ, videmus circa locum vbi cecidit, parũ circulum in aqua: & post illum alium maiorem fieri, & minorem, iterum maiorẽ, donec veniat ad putei circunferentiam: vnde statim reflectitur: & quasi retrocedendo, tendit ad medium putei, vbi circuli ceperunt. Sic contingit in aere, licet non videatur tanquam sonus, iterum per Echo, reuertitur ad nos, &c.

DE VOCE.

Arist. 2. de anima. t. 88.

Quid uox.

Quomodo causatur uox.

QVia de sono, qui est obiectum proprium auditus, loquuti sumus operæ pretium erit de voce aliquid adducere: quæ ab Arist. definitur. Vox est sonus quidam animantis. Non. n. potest reperiri vox nisi in animali, & non in omni animali, sed in animali quod respirat. Vox siquidem est ictus aeris respiratione attracti, causatus ab anima: non potest conuenire nisi habentibus animam, & respirantibus. Aer. n. respiratus dicitur: qui est per respirationem attractus, quia post quam impetu fuerit concussus ad vocalem arteriam: siue gurgulionem: hac conclusione sonum facit. Aer respiratus per se non facit vocem: alioqui semper animal æderet vocem: quia semper respirat. Neque per emissionem aeris attracti: quia homo quando nõ loquitur emittit aerem attractum, vt denuo attrahat: sed solum fit quando aer intus contentus cũ impetu concutitur ad latera gutturis ad vocalẽ arteriam: ex hoc pisces non dant voces: quia non respirãt in aqua, neque habent vocalem arteriam.

Arist. 2. de anima text. 78.

¶Sonus ad hoc quod sit vox: oportet sit cũ imaginatione. i. intentione aliquid significandi: quia ad id vox ordinatur vt in hominibus ad explicandum suos conceptus: vel appetitum sensualem in brutis: scilicet, concupiscẽtiam cibi: & potus: videmus diuersas ædere voces animalia bruta: vt canis alio modo latrat quãdo irã ostendit: quã quãdo petit cibũ, vel applaudit viso domino, vel insequitur prędã: & boues alios dant mugitus, ad aliud & aliud significandum.

De respiratione quam sit necessaria.

¶Respiratio, seu aeris continua attractio, nõ solum data est ad vocem formandam, sed ad continuum leuamen, & refrigerationem caloris præcordiorum. A corde. n. magnus calor ad præcordia egreditur, qui nisi aere refrigeraretur, consumeretur facile animal calore: circa præcordia est pulmo velut follis, qui se aperiẽs, & dilatãs aerẽ continuo attrahit: & se comprimens eijcit. Hac non indigẽt respiratiõe animalia, quæ nõ habẽt sanguinẽ

vt piſces. Non enim in eis tantus calor eſt. Et licet aer calidus ſit, tamen quia humiditas maior, refrigerium præſtat.

¶ Aliud officium reſpirationis eſt ad vocem formandam: lingua duo habet officia. Primũ deguſtare ſapores: quia neceſſariũ eſt, vt animal ex guſtu afficiatur ad cibum: vt appetẽs & non reſpuens nutriatur. Aliud eſt, ad vocẽ formandam.

¶ Vocalis arteria, in qua fit aeris repercuſſio diſtinguitur à via cibi. Alius eſt meatus in gurgite, licet nobis ignotus, per quem trãſit cibus ad ſtomachum: & alius per quem reſpiramus, qui meatus, quia nõ diſtat a alio, clauſus eſt, quando animal capit cibum: ne allo meatu relicta via per arteriam deſcendat, & impediat attractionem aeris, & ſuffocetur animal, ſicut aliquãdo euenit illis, qui inter comedendum ſolent cachinnis operam dare.

Quod ſi contingat aliquando cibum illa via ire, tuſsim concitat natura, & verſus partem ſuperiorem, aerẽ pellit, vt eijciatur quod impediebat attractionem aeris, & niſi pellat, perit animal, quod ſolet euenire in principio cibi, quando homo nimis voraciter incipit comedere, & ex ſubita illa comeſtione nondũ clauſa via reſpirationis deuiat cibus à ſuavia recta.

Nota.

Duplex uox.

¶ Vocum: alia articulata: alia inarticulata dicitur. Illa dicitur articulata, quæ poteſt certis articulis diſtingui, & depingi ſcriptura vt homo loquens diſtincte, dicitur vocem articulatam formare, quia illa poſſunt ſcribi. Et mutuo iſta ſe habent: Vox, Scriptura. Et ſcriptura, vocis vicem ſupplet.

¶ Inarticulata vox eſt, quæ nullis articulis diſtinguitur: nec poteſt certis characteribus ſcribi: ſicut voces brutorum: mugitus boum, balatus ouis, & auium garritus. Puerorum etiam voces clamantium inarticulatæ ſunt, & mutorum: qui quanuis vocem dent, articulata minime eſt & non loquitur, licet vocem formet mutus. Solũ enim illi loqui dicuntur qui vocem formãt articulatam. Bruta etiam animantia vocem formant, tamen loquũtur minime: quia non poſſunt voces illæ characteribus depingi: vnde nequeverba formant. Articulata. n. vox procedere videtur ex mentis cõceptiõe, quę mens, quia in brutis nõ eſt nõ poteſt in eis inueniri vox proprie, quę articulata dicitur. Non tamẽ intelligẽdũeſt ſolam illam vocem articulatam dici, quæ eſt ſignificatiua in aliquo idiomate: poteſt enim quis proferre vocem buph. baph. quę quidẽ uoces ſunt, & articulatæ, quia licet in nullo idiomate reperiantur ſignificatiuæ, poſſunt imponi ad ſignificandũ, cũ omnes alię voces ad placitum ſignificent: vt videmus quotidie aſſumi voces ad res de nouo inuentas ſignificãdas. Sufficit ergo ad vocem eſſe articulatã vt depingi poſsit certis characteribus.

¶ Cum ſit verum, omnes voces articulatas ad placitum ex impoſitione ſignificare, vtcõſtat: voces tamen inarticulatę pleręque ſunt quæ naturaliter ſignificãt. Illæ, ſcilicet, quas animalia habent, ex inſtinctu naturæ ad appetitũ demõſtrãdũ, vel aliquos alios affectº, imo & in hominibus poteſt reperiri, in pueris vlulatus, & gemitus infirmorum.

¶ Ad articulatam vocem formandam vltra arteriam & pulmonem requiruntur alia. ſ. lingua, palatum, dẽtes quatuor, & labia per quę fiat expreſsio. In quibus deficiũt hæc inſtrumenta, vel ſunt impedita, vocem inarticulatam habent: vt in vetulis eſt videre, quæ carent dentibus, ſaltim perfecta vox non eſt. Vix. n. poſſunt formare voces articulatas, & diſtinctas. Sic qui linguam non habent integram, eam habent ligatam: vt eſt in mutis, in quibus non eſt vox articulata, licet ſonum, & vocem forment.

¶ Iſti duo ſenſus, viſus, & auditus præcipue in animalibus ſunt reperti, & in homine perfectiori modo ſunt diſciplinæ, & prudentię gratia: vt Ariſtote. ait, oſtendunt enim nobis plures rerum differentias, ex quibus conſurgit contemplatio. Eſt tamen differẽtia: quia viſus ad plura ſe extendit, & promptior eſt ad illa, quæ corpori neceſſaria ſunt, quia vbique ſeſe offerunt viſibilia: non ſic audibilia. Omnia. n. corpora colorem habent. Sed auditus per accidẽs melior, & quantum ad animam vtilior, quia ad diſciplinã hic ſenſus cõmodus. Ex quo cęcus à natiuitate per iſtũ poteſt doceri, & videns ſine eo minime: licet per experientiam poſsit multa ſcire.

Ariſtot. de ſenſu, et ſenſa. ca. 1. S. Th. 1. p. q. 117. ar. 1.

¶ Viſus eſt celerior ad ſuum actum, quam auditus, eo quod viſio fit ſine motu obiecti, ſolum per hoc quod ſpeciem producit in medio, quæ fit in inſtanti ſine motu: ſed auditus eſt per hoc quod ſonus peruenit ad auditum vel realiter: vel intentionaliter per ſpeciem: & hoc nõ fit ſine motu, & ſucceſsione temporis, ob id tardior ſenſus: viſus anticipat auditum. Ex hoc videmus lumen fulguris: vel fulminis: & poſt, tonitruum audimus: cũ tamen ſimul fuerint, vel ante tonitruum: ſaltim priº natura. Sic in ſiluis prius videmus cædentem ligna, eleuare ad ictũ ſecũdũ ſecurim, quam ſonus primi ictus perueniat ad auditum.

¶ Iſtos

¶ Iſtos ſenſus voluit Deus etiam in brutis ponere, vt melius homini ſubſeruirent: videmº ea per auditum domeſtica fieri: & tanquam regi, & gubernari diſciplina ſuo modo, per auditum, & vocem timere, & ad vocem gaudẽtis, libenter moueri.

DE SENSV ODORATVS.

Galenus.

Plato.

Doct. Val.

SEnſus odoratus habet organũ ſuũ in naribus in carunculis duabus admodum mamillarum, ad quas veniunt nerui à cerebro, per quos ſpiritus odorabilis egreditur: Iſtę duæ carunculæ habent cooperculũ à natura, quod per aeris reſpirationem, & attractionem aperitur, & clauditur.

¶ Galenus tamen multis rationibus probare contendit, olfactum non fieri in aliqua parte naſi: ſed in ventriculis anterioribus cerebri. Et Plato in dialogo de natura quannis cum Ariſto. conueniat in naribus eſſe organum: tamen odores attingere tantum illam regionem interiorem quæ à capite vſque ad vmbilicum extenditur: & præcipue hoc ſentiunt grauidæ quanuis quod Plato dicit probabile ſit: ſententia Galeni reijciẽda videtur, quã improbat egregius doctor, peritiſsimus medicus & acutus Philoſophus in ſuis cõtrouerſijs Valle. lib. ſecundo cap. 24.

¶ Organum iſtud ſecundum participationẽ eſt igneum ſicut in auditu diximus eſſe humidum aereum, & in viſu humidũ aqueum. A corporibus ergo odoriferis fluũt per calorẽ innatũ, vel ſolis euaporationẽ quædã velut exhalatiões ad modũ fumi, quę per mediũ diffuſæ perueniũt ad organũ odoratus, & aereattracto aperitur operculũ: & ſpiritus exiẽs informatur: & reuerſus animã excitat egrediẽs diſcrete de odorifero iudicat. Et ſicut ad auditionẽ diximus motũ eſſe requiſitũ, & qđ ſucceſsiue ſonus peruenit ad potentiam auditiuam, non ſecus in odoratu dicendum, motum eſſe neceſſarium. Et ſicut ibi probabiliº exiſtimauimus eſſe: quod ſonus ipſe realis, non ſit neceſſarium perueniat vſque ad organum, ſed intentionalis ſpecies ſufficit: quia ſonus realis in parte propinqua corporis, ex quo ſonus, producit ſpeciem quæ peruenit ad potentiam, hoc eſt probabilius in odoratu, propter hoc quod ſunt animalia quędam quæ ad magnam diſtantiã odorẽ percipiunt, & non eſt veriſimile realem odorem vſque ad ipſa peruenire, niſi per ſpecies, licet oppoſitũ ſit probabile. Ad quod facit quod quidam habitatores Indiæ odore cuiuſdam pomi viuunt: & diſtantes moriuntur, quãdo non percipiunt odorem. (Et ſi aliquis putẽt id fieri non poſſe, vt odor nutriat: cum Ariſtotel. compoſitum fore quod nutrit, affirmat.) Quod ſi non eſſet odor realis, non poſſet nutrire.

Voluterranus. lib. 8.

Auicenna.

Comment.

*Per euaporationẽ caſſatur odor.

*Ariſto.

*Quomodo homo uincitur in odoratu ab aliis animãtibus

*Auicenna. 6. naturalium par. 2. c. de odoratu tenuit quod odor ſic medium immutat realiter: quod nullo modo intẽtionaliter. Sed Commen. in iſto. 2. commen. 97. reprobat, & videtur tenendum, quod vapores illi emanantes à corpore odorifero recepti in aere realiter, in proxima parte medij nõ ſunt cõtinui, nec cõtigui, ſed diuiſi in partes: vt aer mediet inter partem & partem: & ſic tollitur inconueniens de corporum penetratione, & non eſt neceſſario in illa proxima parte odorabili totaliter aer cedat, alias non poſſet fieri ibi reſpiratio. Sicut etiam in vaporibus eleuatis dicimus: quod neque ſe habent, penetratiue, cum aere; neque ſunt continui, neque contigui.

¶ Quod odor cauſetur per euaporationẽ, & calorem: & fiet odoratio per attractionẽ, patet ex hoc, qº videmus odorifera quãdo cremãtur: per fumoſitatẽ, & euaporationẽ intenſiorẽ mittere odorẽ. Cuius ſignũ eſt, odorem eſſe euaporationem, licet aliquãdo, nõ percipiatur. Et patet qº fiat à calore: nam flores in nocte nõ dãt odoris frãgrãtiã, ſicut in die, propter calorem ſolis. Et roſa in manu licet odorẽ fundat, non percipitur, niſi per nares fiat attractio, vt experientia conſtat.

¶ Hominem inter animalia ait Ariſt. eſſe imperfecti odoratus: quia non percipit odorẽ, niſi odoriferi, quod multũ fundit odorẽ: cũ tamen animãtia alia ex quocũque percipiãt vt canis percipit odore qua via lepus vadit qº homo non poteſt. Quod ex humiditate & frigiditate cerebri euenit: in homine nam cũ inter animalia maximum habeat, vt locus ſufficiens ad omnes potentias ſenſitiuas: ſequitur difficultas in odorando.

¶ Conſiderandum tamen eſt, naturam apposuiſſe in rebus, quibus vtimur in cibũ, odorem: vt attracti odore, guſtantes, nutriatur animal: & illa quæ placent guſtui, delectãt odore: ſi diſplicẽt, odor nõ eſt gratº. Homini famelico odor carniũ elixarũ eſt gratº, quia ſapor delectat carniũ: & huiuſmodi ſatu roſaſtidiũ: quia guſtare non vult, odor cadaueris homini ingratus: quia guſtus abomina

bilis:sed cani,velvulturi gratissimus,quia gustus iucundus.In istis ergo quæ habent odorem,per gustum,videtur homo vincí ab aliquibus animantibus, qui etiam minimum odorem percipiunt,& ad magnam distantiã vt dicitur de vulturibus, qui corpora occisorum ante Troiam per.50.milliaria odore perceperunt.Formica etiam odoratur rem quæ parum mittit odoris,& ad distantiam,quando etiam homo non percipit,sicut & de cane dicebamus quando insequitur prædam. In istis vincitur homo.

Vultures ad loca distãtissima odorẽ percipiunt.

¶Aliqua tamen sunt odorifera,quæ nõ propter gustum,sed habẽt per naturam suam,vt flores,&aromata:quæ etiam si non sint in cibũ, odorifera sunt. Et hæc solus homo percipere potest:vt dicit Arist.licet.n.prima quæ propter cibum communia sunt homini, & bruto, ista tamen quia non sunt odorifera gratia cibi,solum homini conuenit percipere.Canis.n.nõ mouetur aromatibus,vel floribus:sicut immutatur, in hoc homo vincit bruta,& odoratus hominis præexcellit.Licet enim vincatur in primo odorum genere: in isto secundo homo supereminet:quia solꝰ percipit.*Ex istis potest elici concordantia inter Comment. & Arist.quia Cõment.in libro de sensu & sensato dicit:quod homo melius distinguit differentias sensibilium olfactus,quam cetera animalia:quod videtur cõtra Aristo.in isto.2.tex.92.& de sensu & sensato tex.44.nulla est repugnantia:quia intelligit Commen.de odore illorum quæ ad cibum non ordinantur,vt rosarum,&aromatũ & Arist.intelligit,de odore illorum, quæ ad cibum sunt ordinata:quia ad maiorem distãtiam,&sub minori gradu odoris,à brutis deprehenduntur,quam ab homine.

Aristo.

Concordia inter Arist. & Comm.

Obiectio.

Solutio.

¶Oportet etiam cõsiderare,quod dato odoratio fiat per attractionẽ aeris,&animaliarespirantia odorentur aperto operculo per talem attractionem,etiam animantia nõ respirantia(vt pisces in aqua)percipiunt odores: quibus natura sagax (imo Deus ipse autor naturæ)non apposuit organo operculũ, sed est patens semper:& odorifera eis sunt semper obuia.Si esset opertum organum,& non posset operiri nisi pet aeris attractionem,cũ non respirent,nõ possent odores percipere. Et quia ista attractio per nares,non potest fieri in aqua,animalia respirantia in aqua non possent percipere odores:quia in eis est operculũ clausum,& aperiri nõ valet:quia nõpotest attrahi aer per nares ad aperiendum organũ:Ecce quomodo in omnibus animalibꝰ nõ est idem modus odorandi:sicut nõ est eadem dispositio ad videndum in omnibus. Illa.n.animalia,quę habent oculos molles, & qui possunt,lædi,habent defensiuum,palpebras:& claudunt,& aperiunt. Alia quæ habent oculos duros,qui non possunt lædi, habẽt apertos oculos semper,& sine palpebris, vt pisces:sic istis semper sunt obuij colores: quia nunquam claudunt oculos.Similiter illa animalia quæ non habẽt operculum in organo odoratus,habent obuios odores,& possunt odorẽ percipere semper,sine aliqua respiratione,vel attractione aeris.

¶Et Ægidius in isto secundo proprium hominis dicit quod soli ci cõueniat,vt nullo modo possit sine respiratione odorari; quia sic habet opertum organum odoratus, vt non solùm perfecte non possit odorari,imo neq; imperfecte sine respiratione cum tamen sint aliqua animalia quæ sine respiratiõe possunt odorari,imperfecte tamẽ,qa nõ habẽt totaliter organum opertum,sicut homo habet:in quo sensu Aristot.tex.98.debet intelligi propriũ esse hominis,vt illi soli cõueniat,& omni homini,licet Albertus Magnus in hoc.2. tract.3.ca.26.aliter exponat.

Ægidius.

Albertus.

¶Odor ergo passio ficci digesti in humido, à calido,qualitas existens,immutat sensum. Et species sunt variæ. Odor aromaticus:salsus:amarus:acutus:acetosus:stipticus: ponticus:vnctuosus:dulcis:fœtidus,&c.Et ita vere & realiter isti immutant sensum,teste beato Ambrosio.lib.6.Exame.c.6.vt diutius inhærentes,cerebrum,sensusque depascunt,quod experientia docet in coquis,qui pleni fumositatibus ciborum, etiam delicatissimum cibum vix possunt degustare, quod prouenit ex odore intus existente,causante fastidium circa odorem extraneum.Et quia odore allicitur animal ad cibum,non percipiens odorem,non vult gustare.Et loquentes de subiecto odoris secundum Sanct.Thom.in hoc 2.text.65.est in ficco aereo contemperato: sicut sapor est in humido aqueo aliqualiter digesto. Et secundum Albertum Magnum, existit subiectiue in spiritu.i.in parte ignea, tamen contemperata,quæ resoluitur ab humido saporoso.

Species odoris.

Ambrosi.

S.Thom.

Albertus.

DE SENSV GVSTVS.

Sensus

SEnsus gustus quartus est in animali,cuius organum in lingua positũ, in neruo latente in lingua:& caro porosa linguę est medium per quod fit gustatio.

¶Organum ergo est de natura humidi saliuaris:& sapor, cùm sit qualitas realis humidi digesti in ficco terrestri, alterat, & immutat neruum illum, in quo est organum sensus:& facit sensum actu gustare.Et sicut odor causabatur à calore,vel ignis, vel solis ex digestione ficci in humido,sapor causatur etiã à calore ex digestione humidi in ficco. Et quemadmodum ex diuersa harmonia siccí in humido diuersi odores causantur,diuersi sapores sunt ex diuersa proportione humidi in ficco.Et quod prouenit ex humido digesto in ficco per calorem ,patet:quia fructus immaturi per actionem caloris ignis redduntur vtcunq; gustabiles : quia humidum digestũ est in ficco.

Organum gustus medium.

¶Organum itaq; est,neruus à cerebro descẽdens in lingua ramificatus: & ad instar retis per eam expansus,per medium: quod est caro porosa, lingua humido saliuari disposita. Cùm ergo ab obiecto saporoso species, per hoc medium multiplicetur,spiritus gustatiuus per neruum descendens ab speciebus immutatur:& regressus,animã excitat:quę excitata,rursus exit,& ipsum dijudicat.Et quia omne animal indiget nutrimẽto,omni tali à natura est concessum, vel lingua per quã gustet,vel caro,quæ suppleat vicẽ eius,(per speciẽ fieri negat do. Valle.in suis cõtrouersijs.)

Vall.in controersijs negat gustũ per speciem fieri.

¶Quia aliquando contingit illos poros linguæ esse plenos fumositatibus amaris:vt est in febricitantibus,&infirmis,non potest organum immutari:sed iuxta illam dispositionẽ amara iudicat,quæ dulcia sunt quia species,à saporoso transeuntes per illos poros contrahunt illam dispositionem amaram,& secundum talem qualitatem immutat sensum,& spiritũ gustatiuũ informat:sicut species luminis,transeũtes per vitrũ colorãtur.

Caro porosa medium. Dispositio est humor saliuaris.

¶Contingit etiam in febricitantibus,ex hoc quod deficit in medio,dispositio:nam carnis porosæ,(quæ medium est,)dispositio est humor saliuaris,& in febricitante propter siccitatem deficit:quo deficiente,nõ potest saporosum speciem suã mittere vsque ad organũ in quo debet fieri sensatio.

¶Humidũ istud saliuare nõ est mediũ per q sicut nec lumen est mediũ per q visio fit,sed est cõditio medij,vel dispositio:qua deficiente, nõ est visio:sicut deficiẽte illo humido saliuari nõ causatur sapor:& vt causetur pertalẽ dispositionẽ,saliua nullũ sibi determinat saporem.

Saliua nullum habet saporem.

¶Est hic notãdũ:in isto sensu,& tactus, esse aliquid peculiare,qꝰ nõ reperitur in alijs tribus:mediũ habẽt cõiunctũ:sic vt in vno membro sit organũ,& mediũ:licet etiã in alijs mediũ sit cõtiguũ,tamẽ aliquid amplius videtur habere:quia vnũ cõstituunt mẽbrũ organũ & mediũ:qꝰ nõ est in alijs tribus:obid in istis duobus sensibus aliqui dicũt species non esse necessarias.

¶Requiritur tactus omnino obiecti, ad hoc quod causet sensationem. Non enim potest immutare potentiam, nisi quod habet saporem,tangat carnem illam,in qua est medium qua immutata per speciem potest & organũ immutare.Et si gustabile in aqua percipitur non est per mediũ extraneum:quia sapor miscetur,& per se ipsum immutat.

Aliqui in ijs duobus sensibus gustu & tactu species nenogant necessarias.

¶Ex eo Aristot.dicit,sensum gustus esse certum in hominibus:quia est quidã tactus, & tactus est certissimus,& optimus in hominibus.Verũ nõ oportet intelligere Aristo.vt uisse cõfundere sensum gustus,& tactus, vt sint vnus sensus,& nõ duo:sed voluit solum adducere assimilationem quandã esse inter sensum tactus,& gustus:quia in vtroque requiritur tactus obiecti:nã sicut gustus habet mediũ cõiunctũ organo, sic & tactus, vt post dicemus:tamen secundum veritatẽ duæ sunt potentiæ distinctæ:& secundum gustũ percipimus saporum distinctionem:& secundũ tactum qualitates tangibiles : calidum:frigidum:humidum, siccum,molle,durum , asperum,lene.*Et ista,gustus est tactus,est prędicatio proportionalis ,seu modalis,sicut intelligit.S.Tho.& est prædicatio formalis,in primo modo dicendi per se:vt tactus teneatur gẽerice,& prędicetur de gustu,vt animal de homine:quia si gustus,in sentiendo saporem non sentiret humidũ,q est quoddam tãgibile,non sentiret saporem in quo fundatur: in hoc sensu intelligit Comment. Philosophũ, Et aduerte quod gustus,vt gustus : licet immutetur ab humido:non tamen primo : sed consequenter pro quanto in humido radicatur sapor:sed tamen tactus,vt tactus: primo âqualitatibus primis immutatur. Et sic est differentia inter gustum & tactum.

Aristot.2. de anima com.50.

S. Thom. intelligentia Aristo.

Commen.

¶Quod differant isti duo sensus : est argumentum(vt dicuet medici) quia potest in linguâ lædi gustus : sine hoc quod tactus lædatur:quoniam deficiente saliuari humore non est gustus:tamen est sensus tactus:vt

Differentia inter gustum & tactum.

infirmus experitur, qui per tactum sentit, & per gustum minime.

Aristo. ¶Est notandum quod dicit Aris. Gustus instrumentum, tale debere esse, vt neque humidum sit actu, nec tale, vt humectari non possit: quia gustabile humidum est actu, & gustus instrumentum, non poterit reduci in actũ, si in actu est: neque si repugnãti amhabet ad talẽ actum, cuius signum est, quod neque lingua gustamus si sit valde sicca, aut humida vehementer.

¶Ecce quomodo ex siccitate linguæ non fit gustatio, & fit tactus: ex quo patet differre: & idem Arist. gustum, alium esse à tactu argumento linguæ colligit, quia tangimus: & nõ gustamus: nam si gustus nõ differret à tactu, in omnibus partibus vbi caro esset, gustaremus, quia in omnibus sentimus per tactum. ergo quicquid est gustus, tactus est, & nõ ecõtra: quandoquidem gustus præsupponit tactum,

Galenus. ¶Et de saporibus, Galenus acutum & pontícum. i. mordicatiuum, tenet esse extremos: tamen Aristot. Commentat. & S. Thom. & alij dulce & amarum, extrema vocant: qui sapores: quoad suam naturam considerant, penes humiditatem & siccitatem: vt Comme. & S. Thom. de sensu & sensato affirmant. Si tamẽ vt gustabiles sunt: attendas penes horrorem & suauitatem oportet, vt idem doctor. S. in isto. 2. tex. 105. affirmat atque contrarietas in dictis dissoluitur.

DE SENSV TACTVS

Sensus tactus vltimus ex. 5. exterioribus, omnium naturalissimus videtur. Quins organum aliqui dixerũt esse, iuxta cor, proportionem

Organũ est nerus ex passiuis. in se habens qualitatum tangibilium, per quas fit sensatio. Verum hac opinione omissa, dicimus sensum tactus esse in neruo expãso ad modum cuiusdam retis per totum corpus animalis: siquidem iste sensus est tãnecessarius omni animali, vt per eum omnia contraria fugiat. Et dato aliqua animalia careãt

2. De anima cõ. 22. alijs sensibus, isto tamen nullum caret, vt ait Arist. Et ratione quia oportet tueatur se ab omni nociuo: est per totum corpus, & per totum animal extensum organum.

Medium. ¶Mediũ per quod fit sensatio in isto sensu est caro, qua neruus est coopertus, qui neruus originem habet à cerebro, & per ceruicẽ à medulla spinæ dorsi deducitur, & in de tenuissimis quibusdam neruulis per totum corpus extenditur.

Aristo. ¶Quod medium sit caro, & non organum: ex eo patet, quia tangibile immediate applicatum carni, immutat: quod non faceret, si caro esset organum. Sensibile enim supra sensum non facit sensationem. Requisitum est enim medium inter obiectum, & organum,

2. De anima cõ. 109. sic Arist. probat. Et de hoc medio Arist. ait: Obiectũ tactus. Tactus ipsius, medium cõnaturale est caro, sicut visus aer lucidus: & auditus, aer tremulus. Obiectũ sensus tactus sunt qualitates tãgibiles: frigiditas, caliditas &c. Ad hoc. n. animalidat⁹ est sensus tactus vt per eũ percipiat excellentiã qualitatũ tangibiliũ. Et quia oportet organũ sensus sit denudatũ ab illo: quod est propria ratio obiecti, neruus iste qui est organum, oportet sit denudatus ab omni excellẽtia qualitatum tangibilium, & ob id recipit species, & est in actu sentiens. Non tamẽ est organum istud denudatum ab omni qualitate istorum tangibilium, imo habet ipsas secũdum comteperamentum, & mediocritatem quandam: tamen non habet in excellentia: quia solũ iste sensus est ad hoc quod sentiat excellentiam qualitatum tangibilium, quęsolet nociua esse animali, ob id dici potest organum denudatũ à ratione obiecti: sicut in alijs sensibus dictum est.

* Et in sensu tactus recipiuntur species sui obiecti, & naturaliter & spiritualiter: licet nõ sit ita manifestum, sicut in alijs sensibus: quia si solum esset receptio naturalis, etiam lapides & terra haberet sensum tactus: quia recipiunt qualitates tangibiles naturaliter: sed tamen non recipiunt spiritualiter: & ob id, causa sensationis in tactu, receptio specierũ intentionaliter est: quanuis propter suã materialitatem recipiãtur etiam species sui obiecti materialiter: sed hoc est per accidẽs, & in alijs sensibus medium extrinsecum cõcurrit per se & necessario: sed in tactu per accidens & contingenter, hoc aliquibus non placere: quia putant speciem nullam in hoc sensu ad sensationem cõcurrere: doctor Valle. in suis Valle. controuersijs lib. 2. cap. 29.

¶Quod oporteat dicere in ipso organo esse qualitatem in contemperamento, & proportione: patet, quia tactus sequitur hanc proportionem, & harmoniam qualitatum tangibilium: quæ harmonia si dissoluatur, & animal interibit, & simul sensus tactus, qui in illa proportione consistebat & quandiu in animali manet talis harmonia, & proportio: conseruatur animal, & sens⁹ tact⁹ in eo durat. Nõ enim sensus tact⁹ est sine istis qualitatib⁹ primis

mis in proportione debita: q̃ non est de alijs sensibus: nam destructa harmonia, quæ est in potentia visiua, destruitur potentia: verũ non deficit animal: quia sensus ille non consistebat in temperamento quatuor qualitatum: sed manet etiam si non sit visus: similiter si non sit auditus. Tamen si soluatur qualitatum quatuor proportio, non est sensus tactus: & si non est sensus tactus, non viuet animal: quòd destructa est harmonia quatuor

Nota. qualitatum, in qua vita consistebat. Voluit ergo Deus benedictus in secula talẽ sensum disponere per totum corpus animalis: quia vere per totum corpus animalis ista harmonia requisita est: & inuenitur per omnes partes corporis, & iste sensus reperitur: quia si solùm reperiretur in vna parte corporis, sicut oculus, vel auditus vel gustus, non sufficienter prouisum esset animali. Datus si quidem est iste sensus tanquàm necessarius ad vitã: sicut & gustus, vt se protegat ab excellenti sensibili illarum quatuor qualitatum. Cùm ergo tale obiectum possit esse nocumentum cuilibet parti corporis, necessariũ est in qualibet parte ponatur sensus, per quod refugiatur contrarium excedens. Frigus vel calor in qualibet parte corporis potest nocere: ergo in qualibet parte debet esse sensus: quia aliàs sensu tactus existente in capite, solũ pedes possent comburi, & perire: quia non sentiret, nisi in capite, sicut non videt homo, nisi per oculum, ob id per totum corpus extenditur.

¶ Cæterorum sensuum obiectum nullum est per se actiuum, nisi in parte illa, in qua positus est sensus: vt lumen quatenus est visibile, non agit nisi in oculo: & sonus non nisi in aure: propterea pro toto corpore sufficit auditus in vna parte, & visus in alia: tamen qualitates tangibiles in omni parte corporis sunt

Nota. æquè actiuæ, neque habent determinatum membrum: ideo oportuit ad defensionem animalis sensum esse extensum per totum corpus: vt vbicunque læsio fiat à qualitatibus, fiat defensio per fugam. Et in hoc fundatur dictum Arist. suprà allegatum: quod iste sensus est tam necessarius animali, vt licèt animal priuetur alijs sensibus, nõ careat isto: quia potest ab excellenti sensibili istarum, nocumentum venire secundum quamlibet partem: & sic oportet sit in qualibet parte.

¶ Ostrea enim, & alia similia solùm vidẽtur habere sensum tactus.

Aristot. ¶ Arist. ait hominem esse animal prudentiſ

In tactu homo omnia superat animalia. Ex tactu prudentiæ signum in homine. simum: quia certissimum habet tactum: vt etiam si à Lynce in visu, ab Apro in auditu, à Vulture in olfactu, à Simia in gustu vincatur, in tactu tamen omnia superat animalia. Et animal prudentissimum est: quia ex tactu, mentis aptitudo, vel ineptitudo. i. ingenij bonitas, vel prauitas deprehenditur. Duros enim carne, mente ineptos. Molles verò bene aptos esse dicimus. Cuius hęc est ratio: quia tactus consequitur temperamentum quatuor qualitatum: vt diximus: & vbi melior tactus, melius temperamentum: & sit melior complexio: & quia secundùm bonam corporis complexionem, est bonitas ingenij: sequitur verum esse dictum Aristo. Corpus enim est instrumentum animæ ad suas operationes: & vnumquodque operans, cæteris paribus, melius operatur cum bono instrumento, quàm cum defectuoso, vt videmus in omni arte: & quia molles carne celerem habent sensum tactus, mouentur facilè in tactu: quod euenit ex excellentia qualitatis tangibilis: cùm tamen carne duriores nõ moueantur. Bona. n. corporis dispositio bonum instrumentum animæ est: & meliùs anima operabitur.

¶ Hæc tamen intelligit Arist. de carne molli, quæ prouenit ex bona contemperatione, non ex mollitie, quæ prouenit ex nimia humiditate, & abundantia phlegmatis: sicut sunt aliqui carnosi succo pleni: quia istos nõ solùm iuuat mollities, sed nocet ad ingeniũ bonum.

* Obiectio. Duplex sensus tactus de mente Aristo. ¶ * Sub silentio transeundum non est de mente Aristot. apparere duplicem esse sensum tactus, & duplex obiectum, vnum calidum & frigidum, alterum siccum & humidum: cum enim istæ quatuor qualitates tactu percipiantur, & duæ sint primæ contrarietates: oportet & duos sensus ponere: quod si quis ex hoc 6. sensus inferat: & non 5. solũ esse: oportet ad mentem Philosophi respondentes, distinguere: nam si sensus quo ad obiecta formalia considerentur 6. sensus erunt: quia in tactu duo sunt obiecta formalia, nẽpè, caliditas & frigiditas, vnum: & humiditas & siccitas alterum: si vero sensus, quo ad organa considerentur, solum sunt 5. nam quilibet sensus vnum habet organum, & sic tactus solum neruum illum extensum habet per totum corpus diffusum: & licet duo oculi, vnum organum: quiã vniuntur in superiori parte nerui egredientes à cerebro, & idem de duabus auribus & naribus, &c. Ad organa ergo respicientes 5. solum ponuntur sen

Ad organa respicientes solum sunt 5. sensus exteriores.

Varie loquitur Arist. de organo.

sus: dixi neruum esse organum, etsi Arist. lib. de animalibus carnem dicat: & Auicenna 6. naturalium. ca. de tactu, carnem neruosam, & moderni ad mentem Arist. de sensu & sensato ponant cor: nam ipse Philosoph. in isto secundo text. 108. expresse ponit neruum: & Comment. ita intelligit. Et ponitur sensus tactus, distinctus ab alijs, quanuis sit verum omnes sensus sentire tangendo: quia inter agens & patiens oportet sit approximatio & vnio, & hoc vocatur tactus Aristotel. 1. de genera. text. 44. sed tamen quia tactus sentit per medium intrinsecum, & connaturale, & tanta est vnio cum obiecto suo vt videatur sibi immediate vniri: est sensus distinctus ab alijs, & non reperitur in planta, neque in osse, neque in capillis propter prædominium terræ in eis.

¶ CONVENIENTIA *quinque sensuum ad inuicem.*

APponere placet omnium sensuũ exteriorũ inter se conuenientiam. Differentia enim nota est ex dictis.

Conuenientia 1.

¶ Primum in quo omnes sensus exteriores conueniunt est, quòd species rerum absque materia suscipiunt: nempè visus speciem coloris: & auditus soni, gustus saporis: odoratus odoris: &c. Non enim aliquis sensus recipit in se realiter obiectum, aut partem eius, sed solùm intentionaliter per similitudinem vel speciem: sicut cera recipit figuram sigilli, & non substantiam secundùm totum, neque secundum partem. Sic etiam de sensibus intelligendum est. Oculus enim videns lapidem per colorem lapidis non recipit in se lapidem, neque partem lapidis, neque colorẽ, neque partem coloris: sed solùm similitudinem, vel imaginem coloris.

Conuenientia 2.

¶ Secundùm in quo conueniunt est. Omnis sensus ab excellentia sui sensibilis corrumpitur. Excellens lumen corrumpit visum: vt est lumen solis, &c. Sonus excellens auditum: excellens qualitas tangibilis tactum: &c. Ratio est: quoniam sensus est quædam harmonia, atq; compositio in debita proportione: vnde sicut concentum harmoniæ dissoluit, qui chordã vehementius pulsat, q̃ pulsanda est, sensus corrumpitur, si sensibile obiectum non proportionatur, sed excedit & manente temperamento sensatio est.

¶ Hoc tamen excellens sensibile, debet secũdùm proportionem potentiæ iudicari: nam alicui potentiæ sensibile vnum excellens videtur, quod alteri proportionatum est. Lumen diei satis nobis proportionatum est: & oculis noctuæ est excellens & sensus in ea corrumpitur à lumine diei. Lumen solis in sua sphæra nostris oculis, excellens est, & aliquibus animalibus non est excellens. Pariformiter de alijs obiectis aliorum sensibilium iudicandum est. Nam sonus, qui auditui vnius est excellens, alterius auditui est proportionatus. Et sicut sensibile excellens corrumpit sensum, & non facit sensationem propter defectum, nõ immutat. Tam paruũ enim potest esse lumen, vt non possit videri: & sonus tam paruus vt non audiatur.

3. ¶ Tertia est in quo conueniunt. Omnes sensus habẽt sua determinata obiecta, à quibus immutantur, & habent determinatum organum, in quo operẽtur, ac medium per quod ipsorum organa ab obiectis informentur: quod satis apertum est in suprà dictis, quando de quolibet sensu seorsum egimus: nam visus habet colores, & lumen: auditus sonũ, & gustus saporem.

4. ¶ Quartum est: quod nullus sensus potest recipere speciem proprij obiecti alterius: vt visus non speciem soni, neque speciem odoris, vel saporis, vel frigiditatis: &c. Auditus non speciem coloris vel saporis, neque lucis, neque odoris, & sic de cæteris. Dixi, obiecti proprij: quoniam obiecti communis bene potest: vt quantitas, potest sensu tactus percipi: auditu, & visu.

5. ¶ Vltrà. Est commune sensibus, vt sit congrua distantia sensibilis ad sensum: vt scilicet neque nimium distet, neque nimium sit propinquum. Nam sicut propter magnam distantiam aliquid non sentitur visu: neque auditu, neque alio sensu: etiam propter nimiam propinquitatem, iuxta illam Aristot. sententiam. Sensibile positum supra sensum non causat sensationem. Si ponam manum supra oculum, non videbo manum. Si quis suprà neruum tactus apponat aliquid tangibile, non causabit sensationem: & ob id quæ sunt intra oculum circundantia ipsum non videntur ab oculo, neque caro tactu percipitur, quæ est iuxta neruum. Oportet ergo esse distantiam mediocrem: quia medium per quod deueniat species sensibilis ad organũ requiritur: quæ distantia medij non æqualiter in omnibus requisita est: quia sicut suprà dicebamus de obiecto: excellẽs respectu vnius

Aristot.

vnius potentiæ, respectu alterius est proportionatum: pariformiter distãtia ex parte potentiæ est consideranda: nam cuidam potentiæ vna distantia est nimia, propter quam non sentit: & alteri non est nimia. Aliquis oculus ad remotiora pertingit, ad quæ alter non æquè dispositus, non valet: sonus ad certam distãtiam mouet sensum auditus vnius, & ad eandem non potest alterius mouere: solùm est hoc propter diuersitatem dispositionis potentiarum, quæ non eadem reperitur in omnibus animalibus, neque in eadem specie in omnibus indiuiduis. Homines enim aliqui acutius alijs vident, & audiunt.

* ¶ * Et considerandum est, Auicennam 6. naturalium p. 2. cap. 5. non ponere absolutè medium necessarium, ad sensationẽ, sed sub conditione: vt melius, neque rationem dat. Et Aristot. solum experientiam adducit text. 73. ex quo probat medium necessarium, verum id quod experientia probatur, licèt in visu constet, non sic in alijs sensibus: in odoratu, scilicet, & maximè in tactu, & gustu: sed tamen causa videtur necessario medij ponendi, in via peripatetica, assimilatio sensibilis ad sensum, quæ nõ fit nisi per medium: quia cum sensibile in se merè materiale sit, non potest recipi in sensu: & oportet, spiritualiter per speciem recipiatur: & quia transitus nõ est ab esse purè materiali ad esse multum spirituale, quale in sensu: oportet in medio prius recipiatur esse spirituale infimum: vt sic perueniat ad sensum. Nam vt dicit Commen. in libro de memoria & reminiscent. species sensata in phantasia, est spiritualior quam in sensu communi: & in sensu communi magis quam in sensu exteriori: & in sensu exteriori, magis quã in medio: vt ergo seruetur gradus spiritualitatis, secundum ordinem, ponitur medium, &c. & probatur hoc vltimum, quia organum est susceptiuum potentiæ sensitiuæ, quæ spiritualior est specie sensibili, & medium non est susceptiuum potẽtiæ sensitiuæ.

Auicenna.

Medium in sensibus nõ putat necessarium.

Comment.

6. ¶ Vltimum in quo cõueniunt est: quod omnis sensus est sui obiecti, & priuationis oppositæ perceptiuus. Visus enim percipit lucẽ, & percipit tenebras, quæ sunt priuatio lucis, quæ percipiuntur ab oculo, non per speciem tenebrarum: quia nullam talem emittunt: sed per absentiam lucis: & auditus percipit aliquid absonum, id est sine sono: & gustus sine sapore: & odoratus sine odore: tangibile sine aliqua tãgibili qualitate. Sed hoc quod est priuatiuum in singulis sensibus tripliciter explicari potest: vt inuisibile dicitur quod nullo modo videri potest: vt Deus, angelus, & anima. Alio modo dicitur, quod difficulter videri potest: vt lumen ad medium debile, & color tenuis, & remissus. Tertio modo, quod visui nocet, vel aduersatur: vt est excellens lumen: quia non sine nocumento cernitur.

Priuatiũ tripliciter explicari potest.

¶ Istis tribus modis inuisibile dicitur, & percipitur ab eodem sensu à quo visibile. Pariformiter inaudibile erit, quod simpliciter nõ potest, & quod difficulter, & quod excellẽs est, & sine proportione, &c. Quæ omnia per auditum percipiuntur. Sic de alijs sensibus dicendum, ex quibus omnibus est manifesta conuenientia quinque sensuum: qui in animali perfecto reperiuntur: & reddunt adornatum & licèt differant inter se (vt visum est,) conueniunt, quia seruant quandam comunitatem, & amicitiam ad vnum constituẽdum. Hæc de sensibus 5. exterioribus dixisse sufficiant.

Arist. 3. de anima. c. 3.

¶ SPECVLATIO secunda. De fascinatoribus, salutatoribus, & de illis qui dicuntur vulgo Zahoris.

QVandoquidem de anima sensitiua, & eius potentijs exterioribus tractatum fecimus, operæpretium esset nonnulla quæ controuersa sunt apud doctos, disputare: vt est circa visiuam potentiam de fascinatione, an verum sit, quod talis fascinatio per naturam sit possibilis. Et circa complexionem corporis humani etiam sese ingerit, an isti qui vulgo salutatores vocantur, halitu, habeant virtutem contra rabiem, & contra venenum, an sit supernaturale, & miraculosum, atque idem circa sensum tactus, an in regibus Francorum hæc virtus iure hæreditario sit, quæ consequitur ipsam regiam dignitatem sanãdi à lepra: maximè à morbo, quod gangliũ, seu tuberculum dicitur: (quod lamparones vulgariter,) & an hæc virtus etiam sit in regibus Angliæ benedicendi annulum, quo morbus contractionis neruorum, (qui calambre

lambre dicitur) sanatur.

¶ Hæc omnia breuiter tangemus, physicè, & christianè.

1. Opinio. Auicennæ. ¶ Quoad primum de fascinatione Auicenna 9. suæ metaphysicæ, & 6. naturalium asserit esse, & prouenire ex sola animæ imaginatione, quam dicit supra corpus tantam habere virtutem, & dominium: vt possit membra sola imaginatione diuersimodè afficere: & potest quamcunque materiam corporalem immutare, & materiam exteriorem mouere: & materia exterior ei debet obedire: multa alia dicit ibi. Verum hæc sententia nō solùm falsa, sed absurda comprobatur: siquidem fundat se in vno, quod à physica disciplina non solùm deuiat, sed fidei contrariatur, scilicet, quod sit intelligentia quæ formas omnium rerum generabilium, & corruptibilium immutet. De quo aliàs: & S. Tho. p. parte. latè tractat q. 117. art. 3. ad 3. & ad Gala. 3.

Improbatio opin.

D. Thom. Gent. 1. ca no. sent. 2.

¶ Gentilis de Fulgino medicus peritus asserit fascinationem esse ex duplici causa: vna est corporalis aptitudo, scilicet, materiæ putridæ aptæ euaporare à corpore in quo est, & aptitudo materiæ ex parte corporis recipientis. Altera causa est immaterialis: vt est imaginatio, quæ (vt Auicenna dicit) potest facere casum in corpore alieno. Et tandem dicit Gentilis, quod vetulæ ob humores putridos quos habent, & corruptam complexionem, inficiunt teneros pueros.

Opinio. 3. ¶ Alia est opinio, quæ affirmat, fascinationem sequi modum mixtionis cuiusdam, indiuiduo conuenientis: cuius causa, vehementi, & graui inimicitia, aduersatur rebus vniuersi. Tamen hæc falsa apparet: quia licèt qualitates elementorum, alio & alio modo sint mixtæ, non ideo effectus mirabiles efficere valent, nisi aliqua cœlestis qualitas interueniat simul.

Opinio. 4. Alb. Magn. ¶ Albertus Magnus in libello de motibus animalium, alium sequitur modum: vt fascinationem ex constellatione cœlesti euenire dicat: vt in nato in tali constellatione talis sit fascinandi virtus. Atque quod ad imperium huiusmodi nati talis sequatur effectus, eò est, quod talis virtus velut animæ sit instrumentum. Et addit quod hęc vis cœlestis, non solum à primo naturæ ortu indiuiduo ineſt, sed etiam euenit ab aliqua constellatione, quæ tempore fascination is fascinanti auxiliatur.

Quinta sententia doct. Cartagen. ¶ Quidam modernus author, & medicus peritissimus in tractatu proprio de fascinatione cap. 6. asserit fascinationem esse à qualitate cœlesti: quia sicut animalia aliqua sunt quæ alijs venefica, & inimica sunt, sola cœlesti qualitate: sunt nonnulli homines, qui constellatione maligna alijs hominibus aduersantur, & sunt fascinatores. Quo fit vt tales etiam si fascinent, & interimant, nulla pœna puniantur. Hæc ille. In quo videtur consentire cum Alberto Magno, quanuis imaginationem neget necessariò concurrere.

¶ Dicit etiam, fascinationem à causa infima euenire posse: & vetulæ possunt infantes fascinare ob vapores emissos per oculos sanguinis venenosi. Et dicit sæpius fascinationē à cœlesti constellatione euenire, quando arbores, iumenta, & homines fascinantur, maximè si geminas pupillas habeant in oculis: vt dicit Plinius, vel habeant maculas in ipsis pupillis.

¶ Neque sequitur quòd semper sit fascinatio, quotiescunque ille in quo talis complexio est, aliquid intuetur, quia non semper est dispositio in patiente ad recipiēdum fascinationē. Et in tantum est verum, quod dato fascinator aliquem vellet fascinare, non sequetur, si non est dispositio in illo qui debet pati. De fascinatoribus Abulen. in paradox. 4. per multa capitula multa dicit & in sententia fatetur asserendum esse fascinationem licet nō eo modo quo vulgus: & quam plurima latissime & doctissime super num. c. 21. quæst. 14. vsque ad 19. Opinionibus recitatis, sit 1. conclusio.

Conclu.

¶ Fascinatio possibilis est, vt & à complexione, & cœlesti qualitate euenire possit. Hæc probatur ex supra notatis. Siquidem contingit, & sæpè experti sumus fascinari & homines, & bruta: imò & arbores, ergo ipsa possibilis est. Non enim est qui neget factum.

Ratio. p. p.

¶ * Vnde Hieron. Albæ. episcop. in 2. bomBycum volumine elegantissimè expresit: vbi asserit se vidisse senem, qui flores, quos oculis in cāpo videbat, visu deficcabat: imò quod & animalia minuta visu necabat: & arbores siccabātur. In quo, sicut in multis alijs ille hæreticus pestilentissimus Cornelius Agrippa errasse, probatur: qui huiusmodi fascinationem negauit in suo damnato libro de occulta philosophia. Atqui fascinationē in amore impudico ex parte amati causatā per oculos, ponit Plato in Phędro: quod eleganter deducit Iauellus in epitome in ethicē Platonis tractatu 3. ca. 5.

Hier. Albe. episcop.

¶ Secunda

Ratio. 2. p. Vides. Th. 1. p. q. 117. ar. 3. ad 2. 3. Contra gen. c. 103 de potentia q. 6. art. 9. ad 7. De salutatoribus.

¶ Secunda pars, quod à complexione possit euenire, vel à qualitate cœlesti, patet. Nā melancholicos, & cholericos aduſtos videmus magis inficere: & senes, & vetulas: quia habent humores corruptos. Et quod aliquando à constellatione: indicat experientia, nam sicut videmus nonnullos esse nocuos, alios videmus esse vtiles, vt sunt salutatores. De quibus queritur, an physicè loquēdo, & catholicè in eis sit naturalis virtus contra morsus canis rabidi: vt anhelitu possint animalia ab huiusmodi contagione illęsa seruare.

1. Opinio. Vide Rich. in 2. sent. d. 8. q. 3. & quolib. 3. q. 12.

¶ Inter catholicos controuersum est. Quidam putant esse impostores, & perditos homines, qui illam sibi vendicare asserunt virtutem ad decipiendam rusticam plebem: quia talem virtutem naturalem in eis esse negant, neque à constellatione, neque à complexione. Quòd si contingat ab eis aliquid mirandum fieri, vel virtuti diuinæ tribuendum, vel (quod est magis verisimile) dæmonis pacto fit. Occultè enim sese immiscet in istis. Confirmant hoc: quia tales salutatores sunt pessimis moribus imoluti, & vt in plurimum bibunt lautè.

2. Opinio. Aug. 21. de ciui. c. 5. Aui. c. de anima.

¶ Alij sunt, qui huiusmodi homines probāt, & secundum veritatem in eis esse virtutem naturalem ad tales effectus peragendos dicunt: & à complexione, & à cœlesti constellatione: vt suprà de fascinatoribus dictum est. Verum dissoluamus nodum, sequenti cōclusione.

Conclus. Victoria in relectione de magia.

¶ Huiusmodi homines qui salutatores vocātur, neque in vniuersum sunt reprobandi, neque in vniuersum sunt probandi, sed potest esse quod in illis verè sit talis sanatiua virtus & potest esse quod ea careant, & dæmonis pacto fiat.

Ratio. p. p.

¶ Prima pars conclus. patet: quia esse talem virtutem naturalem in homine non repugnat: nam cum videamus aliquos à natura ratione complexionis nociuos, quare non dabimus alios esse vtiles, & contra venenū? & hoc & ratione complexionis: vt est manifestum, & ratione constellationis: nam cum cœlum in ista inferiora influat, poterit & huiusmodi qualitatem causare in corpore humano: & poterit natus sub tali signo, & constellatione tali, habere à natura virtutem cōtra venenum: sicut est in lapidibus aliqua virtus à natura, ad certos & determinatos effectus, qui mirabiles videntur, quibus causa occulta est citra miraculum: vt magnes trahit ad se ferrum. Et quia à complexione potest euenire, contingit tales salutatores maiorem habere hanc naturalem virtutem post vinum sumptum, quàm antè: nam si à calore eueniat, confortatur vino potato: sicut & fallua hominis ieiuni est contra serpentes remedium. Etiam potest euenire ex tali complexione quòd sint magis ad vinum inclinati, quàm alij in quibus non est talis virtus. Et quidem potest de illis dici quod de quibusdam hominibus scribunt authores, qui sunt apud Garamantas, qui prævalent contra serpentes. De quibus apud Plinium libr. 7. cap. 2.

Gerſin 1. p. sermo. de 4. domibus Ambro.

Plinius.

¶ Ex hoc sequitur fabulosum esse, quod panis salutatus à salutatore sanet morsum rabidi canis, vel sit contra aliud venenum, quia hæc virtus in pane non potest esse neque à complexione, neque à constellatione.

¶ Quòd si aliquando visum sit per talem panem salutatum mederi morsibus, erit dæmonum virtute, qui possunt huiusmodi sanitatē causare, Deo permittente, ad decipiendum homines.

2. Corolla.

¶ Etiam sequitur esse merum mendacium, & fallaciam, quod aliqui salutatores affirmant, quòd in præsentia illius qui habet maiorem hanc virtutem salutandi alius nihil potest, qui habet minorem virtutem. Falsum (inquam) hoc est: nam dato huiusmodi naturalis virtus, siue à cœlo, siue à complexione eueniat, & latitudinem habeat, & non consistat in indiuisibili & maior in vno, quam in alio: sed virtus minoris, (quia naturalis,) non potest impediri per virtutem maioris.

3. Corolla.

¶ Sequitur etiam ex dictis, salutatores errare in alio quod dicunt: quòd vnus salutator cognoscit alium salutatorem: nam cùm hæc virtus salutandi (de qua sermo est) sit naturalis, vel à complexione, vel à constellatione, non potest cognosci à nobis, nisi per suos effectus: ob id errant hoc dicentes: nam talis virtus non se extendit ad cognoscēdum, sed ad operandum, vt dictum est.

Nauarroin manuali cō feſſo. c. 11. num. 37.

¶ Secunda pars conclusionis ex dictis manet clara: nam non in omnibus hominibus hæc virtus sanatiua reperitur, sed in aliquibus, & aliquibus non: non ergo omnes habent. Et qui habent, non possunt cognosci quòd habeant, nisi per effectus: vt dicebamus: sed tales effectus possunt fieri per virtutem dæmonis operantis sanitatem: sicut & per virtutem naturalem: ergo sequitur quòd non eo quòd aliquis se dicat salutatorem esse, & probat

bat aliquo effectu producto: ſtatim fides eſt adhibenda quia poteſt eſſe à dæmone per pactum expreſſum, vel interpretatiuum.

1. Corolla. ¶ Ex iſtis ſequitur, id quod de regibus Francorum dicitur, quòd habeant virtutem ſanandi *los Lamparones*, &c. eſſe fabuloſum, nam huiuſcemodi virtus ſanatiua non ſequitur regiam dignitatem, ſed vel conſtellationem, vel complexionem. Si tamen Deus concurrit cum omnibus regibus Gallorum ad tactū ipſorum, vel verba ipſorum ſuper infirmos, Deus ipſe nouit. De quo Gerſ. p. p. ſermonis de. 4. domibus.

2. Corolla. ¶ Sequitur etiam ſuperſtitioſum, & vanum eſſe quod dicitur de annulo regis Angliæ benedicto ab eo, quem dicunt valere contra cōtractionem membrorum. Non enim magis annulus ab ipſo benedictus habet, quam quiuis alius. Effectus tamē cauſari poteſt ex forti imaginatione.

Reſolutiones Theol. De los Zaboris. ¶ Et hæc dixiſſe ſufficiat quantum ad phyſicum ſpectat. Latius in noſtris Theologicis reſolutionibus. Atque de illis qui vocantur Zahoris ſcrupulus eſt ſimiliter: aliquid enim ſuperſtitionis ſapit, videlicet quod aſſerant ſe feria 3. & feria 6. videre & non talem habere virtutem alijs diebus: ſiquidem ſi hæc virtus naturalis eſt, ſiue à complexione, ſiue à conſtellatione, vt videre poſsit quæ transparietem, & quæ in viſceribus terræ ſunt abſcondita: non eſt quare in feria 3. & 6. & non in alijs diebus. Poteſt quidē eſſe, fateor, quòd melius diſpoſitus ſit oculus vno die quam alio, & noctu, quam diu: tamen quod hoc ſit in certis diebus ſolum, non apparet.

¶ Quòd poſsit eſſe talis diſpoſitio in oculo alicuius hominis, qui videat ad magnam diſtantiam, ad quam alterius oculus non attingit, non eſt qui neget. Similiter poteſt eſſe talis diſpoſitio, vt etiam per aliquod diaphanum mediū videat corpus aliquod, & quòd alius oculus non poſsit huiuſmodi ſpecies à corpore emiſſas per tale diaphanum recipere: ſed quod viſus alicuius ſe extendat, vt quæ ſunt pariete occluſa, vel aliquo alio opaco corpore videat, non poſſum capere: nam ſiue viſio fiat per extrà miſsionem: vt aliqui ſunt opinati, ſiue fiat per intus receptionem vt probat communis ſchola, non apparet quomodo ſpecies alicuius incluſi in terra venire poſsit vſque ad oculum, poſito tali opaco non diaphano: nam quomodo terram penetrabunt? quomodo per lapidem pertranſibunt? tales enim ſpecies in occurſu corporis opaci neceſſario reflectuntur, & non poſſunt ibi recipi: quia non eſt corpus diaphanum. Quapropter non poſſunt ſpecies peruenire ad oculum nec poterit tale corpus videri. Et quòd videant (vt aiunt ipſi) in corpore humano in viſceribus aliqua apoſtemata, aut alium humorem congregatum, ſine hoc quòd corpus impediat, neque veſtimenta hominis, non video: affirmant tamen ipſi. Et ſimiliter cùm intrant templum, vbi corpora mortuorum iacent, ſi ſubmittant oculos, videant apertè viſcera defunctorum. Ego tamen non libenter fidem adhibeo eis. Poſſunt enim iſta per dæmonum illuſiones fieri, tamen non damno: quia noui viros alias probos, qui affirmant ſe hæc videre. Fateor me ignorare cauſam, vnde tanta ſit virtus naturalis: nam non eſt eadem ratio quæ in faſcinatione, & in ſalutatoribus diximus: ſed longè diuerſa, eo quòd viſio naturaliter fieri habeat per ſpecies emiſſas à corpore, vſque ad oculum, & oportet medium, per quod effunduntur, ſit illuminatum, & diaphanum alias quantumuis ſpecies multiplicentur, non ſequetur viſio: & medium omnes philoſophantes dicunt aërem, & aquam, vel quæ iſtorum naturam ſapiunt: ſed terra, & alia quæ opaca ſunt, non ſunt huiuſmodi.

¶ De Lynce quidem ſecundùm poëticas fabulas dicitur, quod corpora ſolida penetret viſu: ſed an id ſit verum, adhuc non conſtat: quia cùm alias Albertus Magnus rerum naturalium indagator acerrimus libr. 22. de animalibus, de Lynce loquatur, velut fabuloſum reputat, quod ſolida corpora penetret. De quo vide Ægidium, theorema. 3. de Euchariſtia. *Albertus.* *Ægidius.*

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm ſenſus interiores conuenienter diſtinguantur. ſ. Senſus communis: Phantaſia: Imaginatiua: Æſtimatiua Memoratiua.

Videtur

Argum. 1. Videtur quòd non. Fruſtrà ponuntur: ergo nō conuenienter diſtinguūtur. Patet. Sufficiunt exteriores ſenſus: ergo fruſtrà ponuntur interiores. Si non ſufficerent ſenſus exteriores, eſſet propter iudicium, ſed exteriores ſufficiunt ad id, ergo fruſtra ponuntur interiores. Quilibet enim ſenſus de ſuo obiecto iudicat.

Argum. 2. ¶ Item. Intellectus minùs dependet à ſenſibus, quàm quæcunque potentia ſenſitiua: ſed intellectus nihil cognoſcit, niſi accipiendo à ſenſu, vt dicitur 1. Poſterio. Neque ſenſus ſi non recipiat à ſenſu: & ſic æſtimatiua ſaltim non debet poni, quæ ſpecies inſenſatas ex non ſenſatis extrahit: ergo non conuenienter ponuntur quinque ſenſus.

Ariſtot.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Omnis viſio vel eſt corporalis, vel ſpiritualis, vel intellectualis: non eſt enim dāda alia cognitio: ſed corporalis fit per ſenſum, ſpiritualis per imaginatiuam, & intellectualis per intellectum: ſufficit ergo ponere ſenſum: imaginatiuam, & intellectum: & ſic non ſunt interiores potentiæ ſenſitiuæ tot ponendæ.

In contra. ¶ In contrarium eſt Auicenna in ſuo de anima.

Notand. 1. ¶ Pro ſolutione notandum eſt, quod ſenſus interior non eò dicitur interior, quia interius ſit ſituatus: quoniam ſenſus tactus eſſet interior, cùm ſit poſitus in panniculis interioribus corporis. Neque dicitur interior, quia indigeat ad ſuam operationem alio ſenſu: nam ſenſus guſtus eſſet interior cum indigeat ſenſu tactus: guſtus enim non perficitur ſine tactu: ſed eo dicitur ſenſus interior: quia ad ſui operationem requirat operationem alterius ſenſus exiſtentis in alio organo.

Quare dicitur ſenſus interior.

Notand. 2. ¶ Præterea notandum, quòd cùm quilibet ſenſus exterior habeat operationem circa proprium obiectum: non poteſt tamen habere iudicium de tali ſua operatione, quia ſenſus exteriores non ſunt potentiæ reflexiuæ, ob id indigent aliquo alio ſenſu ad hoc, quod fit per ſenſus interiores vt infrà patebit.

Notand. 3. Ariſt. 3. de anima t. 45 ¶ Vltimò aduertendum, quòd cùm natura in neceſſarijs non deficiat, oportet ſint tot actiones animæ ſenſitiuæ, quot ſufficiunt ad vitam perfectam animalis: & ſi tales operationes non poſſunt per vnam potentiam fieri, oportet ponantur plures potentiæ: cum potentia principium ſit operationis.

¶ Ad perfectam vitam animantis non ſufficit quod rem apprehendat in præſentia, ſed etiam requiritur in abſentia, alias nunquam moueretur ad inquirendam quod eſt abſens, vt videmus fieri. Et eſt neceſſarium, quòd per animam ſenſitiuam, & percipiantur ſpecies, & conſeruentur in abſentia. Per cipere, & retinere, non eſt eiuſdem principij, cùm humida bene percipiant, & malè retineant: & ſicca malè recipiant, ſed bene retineant. *Humida bene recipiūt, ſicca bene retinent.*

¶ Vltra hoc requiſitum eſt in animali, quod aliqua fugiat, vel proſequatur: non ſolùm propter conuenientiam ad ſentiendum, ſed propter alias commoditates. Quapropter neceſſarium eſt oui, vt proſequatur paſtorē naturali quodam inſtinctu amicitię: & fugiat lupum tanquam ſibi nociuum, ſicut & auis paleas colligit, non quia ſenſum delectant, ſed quia conueniunt ad nidificandum: & ſic habeat aliquas intentiones, quales per ſenſum exteriorem non percipiuntur: oportet ergo eſſe aliquod principium harum intētionum. Indiget inſuper aliquo, vbi retineātur huiuſmodi ſpecies, & intentiones non ſenſatæ. Sit prima concl. *S. Tho. 1. 2. q. 12. ar. 5.*

¶ Vltra ſenſus exteriores 5. neceſſariò debet poni ſenſus communis, qui eſt potentia interior. Probatur. Neceſſarium eſt in perfecto animanti, vt ſit iudicium de ſenſatione, ſimiliter vt poſsit diſcernere inter obiecta ſenſuum exteriorum: ſed hoc non poteſt fieri per ſenſum aliquem exteriorem: quia nullus ſenſus exterior eſt potentia quæ iudicat de ſe, neque iudicat de alio obiecto alterius potentiæ: quia viſiua nō de ſono, neque de odore, & ſic de alijs: ſed hoc facit ſenſus communis potentia interior: ergo ponendus eſt ſenſus communis: ſiquidem ſenſus communis iudicat de potentia viſiua, quod videt, & de auditiua, quod verè audit: ipſe etiam diſcernit, & diſtinguit de operationibus diuerſis, diuerſorum ſenſuum. *1. Conclu.* *Ratio. 1.* *p. p. q. 57. ar. 2. 1. lib. 79. 2.* *Vi. Buri. 2. de anima q. 26.* *S. Th. p. p. q. 78. ar. 4 ad 2.*

¶ Præterea. Illa potentia eſt neceſſaria, per quam in abſentia rei poſsit eſſe notitia, & poſsit eſſe apprehēſio, ex qua ſequatur eius proſequutio: ſed hoc facit ſenſus communis, & nullus ſenſus exterior poteſt efficere. Maior eſt manifeſta: quia non eſſet ſufficienter animali perfecto prouiſum, ſi ſolum re præſente moueretur. Minor eſt clara: quia ad ſenſum communem tanquam ad centrum deueniunt omnes ſenſus exteriores, & ibidem *Ratio. 2.*

coniun

coniunguntur:&ad id ipſum ſpecies receptę à ſenſibus exterioribus deferũtur, vt poſsit habere cognitionē rei, etiã ipſa abſente, per ſpeciē ibi relictam:prius in ſenſibus exterioribus receptam. Ponendus ergo eſt ſenſus cõmunis, qui quanuis nõ poſsit cognoſcere ſuã propriam ſenſationē, quod eſt cõmune omnibus ſenſibus interioribus, & exterioribus, tamen poteſt cognoſcere ſenſationem aliorũ ſenſuum. At verò vbi ponatur ſenſus cõmunis, an in cerebro, vel in corde, inter philoſophos controuerſum eſt.

Vbi ponitur ſenſus cõmunis dubium.

¶ * Eſt hic conſiderandum quod ſenſus cõmunis, perfectio 5. ſenſuũ exteriorũ eſt potius quã potẽtia diſtincta: ſicut centrũ non diſtinguit à lineis terminatis ad ipſum: quia vt ſupra dictũ eſt, licèt viſio incipiat ab oculo, nõ terminatur niſi in ſenſu cõmuni: & idē de ſenſatione aliorũ ſenſuũ exteriorũ, quod declarat Ariſt. de ſenſu tactus loquens, quē neceſſario ponit in animali, etiã ſi ſine alijs poſsit eſſe t. 68. vbi inſinuat quod vbi tactus ibi & alius ſenſus. ſ. cõmunis: quia perficitur ibi ſenſus tactus: hæc obiter dicta ſint.

** S. Th. p. p. q. 1. ar. 3.*

Senſus communis eſt perfectio ſenſuum exteriorum.

2. Conclu. ¶ Secunda cõcluſio. Neceſſariò ponenda eſt vltra ſenſum communem potentia alia interior, quæ imaginatiua vocatur: cõſeruatiua ſpecierũ receptarum in ſenſu cõmuni.

Ratio. Probatur. Neceſſariũ eſt animali perfecto quod ſpecies receptæ in ſenſu communi rerum, etiã in abſentia conſeruentur: ſed conſeruantur in imaginatiua, ergo ponenda eſt. Conſequentia eſt bona. Probatur maior. Si ſolùm reciperet ſpecies, & ſtatim amitteret, nõ poſſet proſequi proſequenda, neq; fugere fugiēda, niſi rurſus res fieret præſens, & ſpecies denuò reciperētur: ſed hoc eſſet maxima iactura, & imperfectio in animali: ergo oportet ſit reſeruatio illarum ſpecierum: ſed hoc facit imaginatiua: nam ad hoc poſita eſt.

Ratio. ¶ Sed quod non ſufficiat ſenſus communis, patet. Potentia ſenſus communis requiſita eſt vt bene recipiat ſpecies tranſmiſſas ab alijs ſenſibus exterioribus: ſed quod bene recipit, humidum eſt, ergo oportet ſit illa potentia habens humidum: at humidum malè retinet: ergo oportet ponere aliam potentiã quæ retineat, & habeat ſiccitatem: hæc autē imaginatiua eſt. Et oportet intelligere differentiam inter iſtam potentiam, & ſenſum cõmunem: quia ſenſus communis poteſt habere notitiam in pręſentia rei, per ſpeciem receptam à ſenſu exteriori: ſed quia non poteſt retinere ſpecies, non amplius iudicat de re, niſi præſente eadem re, & actualiter recipiendo adhuc ſemel ſpecies: tamen imaginatiua cùm retinet ſpecies, in abſentia rei habet notitiam rei, & iudicat de ea: ſicut ſi eſſet præſens, quod non facit ſenſus communis, ea ratione quia (vt dixi) ſpecies non retinetur. Et hæc imaginatiua interdum phantaſia vocatur.

Differētia inter imaginatiuã, & ſenſum communem.

¶ * Et hanc potentiam phantaſiam in vermibus, & muſcis negat eſſe Cõment. in hoc 2. comment. 156. & Albertus in 3. de anima tracta. 1. c. 7. ſed in apibus & formicis concedunt: ſed tamen S. Th. in textu citato, & Ægidius abſolutè negant etiam in apibus & formicis, & ſi videntur moueri apes & formicæ, eſt ex inſtinctu naturæ, & quãdiu ſunt in exercitio, & ſic determinatam non habēt phantaſiam &c.

** In apibus & formicis phantaſiã ponit cõmē. & Albert.*

3. Conclu. ¶ Tertia concluſio. Vltra potentiam quæ ſenſus communis dicitur, & imaginatiua, ſeu phantaſiam, vbi ſpecies ſenſatæ reſeruatur, ponenda eſt alia potentia, quæ æſtimatiua dicitur, ſeu cogitatiua.

Ratio. Patet. Neceſſarium animali perfecto eſt, vt aliqua proſequatur, & fugiat, non ſolùm propter conuenientiam ad ſenſum, ſed propter alias commoditates: ergo oportet dare talem potentiam: hæc autem æſtimatiua, ſeu cogitatiua eſt: ergo poni debet. Conſequentia eſt bona. Maior probatur: quia auis ad nidificandum, paleas debet quærere, & congregare: ſed hoc non eſt ex aliqua conuenientia ad ſenſum, ſed ob nidum conſtruendum: ergo oportet aliquæ eliciantur ſpecies non ſenſatæ congruentiæ ex ipſis ſenſatis, ſcilicèt, quod ex palea, quã ſenſu percipit, eliciat aliam non ſenſatam, conuenientiæ ad nidificandum. Et ouis ex ſpeciebus ſenſatis videndo paſtorem oportet eliciat non ſenſatam amicitiæ, vt proſequatur paſtorem, tanquam ſibi conueniens: & viſo lupo fugiat, & moueatur ad fugam ex ſpecie non ſenſata inimicitiæ, quæ elicitur ex ſenſata: quia vidit lupum. Hoc verò æſtimatiua operatur: quia ſenſus cõmunis non facit, neque poteſt quia ſolùm recipit ſpecies ſenſatas: imaginatiua, vel phantaſia etiam nõ præſtat: quia ſolùm ibi reſeruantur ſpecies ſenſatæ receptæ in ſenſu communi: ergo iſta æſtimatiua ponenda eſt.

¶ Dixi, quòd cogitatiua: quia cum in brutis æſtimatiua dicatur, in homine vocatur cogitatiua, eò quod in homine fiat cum aliquali diſcurſu, comparantis vnum alio, & cõferentis, quod in bruto non eſt: & ob id vocatur iſta cogitatiua in homine particularis ratio: cui medici ſignant locum proprium, & organum,

Æſtimatiua in brutis Cogitatiua uel ratio particularis in homine.

organum, ſcilicet, mediam partem capitis. In brutis tamē, quia ex inſtinctu naturæ euenit huiuſmodi ſpecies non ſenſatas habere, non dicitur particularis ratio, ſed ſolùm æſtimatiua.

4. Conclu. ¶ Quarta concl. Præter ſenſum cõmunem, imaginatiuam, ſeu phantaſiam, æſtimatiuã, ſeu cogitatiuam, ponenda eſt alia potentia, quæ memoria ſenſitiua dicitur, ſeu memoratiua.

Ratio. 1. Patet. Requiſitum eſt ad vitam perfecti viuentis, vt ad aliqua non ſenſata moueatur: ergo oportet dare ſpeciem per quam fiat apprehenſio conuenientis, vel inconuenientis: ſed hæc eſt ſpecies: at ſpecies non erunt, niſi reſeruentur: ergo oportet dare locum vbi reſeruentur tales ſpecies: hic eſt memoria ſenſitiua: ergo ipſa ponēda eſt. Diſcurſus eſt bonus: Et antecedens primæ conſequentiæ ex ſuprà dictis eſt notum, & ſecundæ cõſequentiæ ſimiliter.

* ¶ * In brutis memoria dicitur, & in homine reminiſcentia.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Si iſta potentia non deberet poni, maximè, quia fruſtrà eſſet, cùm ſufficere videatur æſtimatiua: ſed æſtimatiua non ſufficit: quia cùm ſit diſpoſita ad recipiendum, optimè non retinebit: & requiſita eſt retentio ſpecierum non ſenſatarum: ſicut & receptio ipſarum: ergo oportet aliam ponere diſtinctam potentiam. Et memoria ſenſitiua ſe habet ad æſtimatiuam, ſicut ſe habet imaginatiua, vel phantaſia ad ſenſum communē: nam ſicut iſta reſeruat ſenſatas ſpecies in abſentia obiecti, receptas à ſenſu communi in præſentia tranſmiſſas à ſenſibus exterioribus, ſic memoria ſenſitiua eſt velut theſaurus reconditus, & depoſitum, vbi ſpecies nõ ſenſatæ, quæ receptæ fuerunt in ęſtimatiua, & extractæ ab illis quæ in imaginatiua, reſeruantur in abſentia ſpecierum ſenſatarum in ipſa memoria ſenſitiua: vt quando fuerit opus, habeat operationem ſine hoc quod rurſus abſtrahat, & eliciat ſiue hoc fiat ab ipſa potentia memoratiua mediantibus illis ſpeciebus, vel ab ipſa æſtimatiua mutuatis ſpeciebus reſeruatis ab ipſa memoria ſenſitiua: ſicut etiam in ſenſu communi poteſt eſſe notitia in abſentia rei, acceptis ſpeciebus ſenſatis reſeruatis in imaginatiua, ſeu phantaſia. Vel fit ab ipſa imaginatiua mediantibus ſpeciebus ibidem conſeruatis. * Hæc memoria ſenſitiua à ſenſu communi diſtingui docet Auicen. Commen. Albertus & S. Thom. nam vt dictum eſt: alia diſpoſitio requiſita eſt ad recipiendum, quam ad retinendum: & cum memoria ſit ad retinendum ſpecies: non eſt idem cum ſenſu communi cuius eſt recipere: & ob id quando Ariſt. in ſuo de memoria & reminiſcentia dicit: memoria eſt per ſe primi ſenſitiui, debet intelligi originatiuè & præſuppoſitiuè: quia niſi eſſet ſenſus communis qui recipit ſpecies, nunquam eſſet memoria: quia nunquam extraherentur ſpecies quæ reſeruantur in memoria.

** Auicenna. Comment. Albertus. S. Thom.*

Intelligētia Ariſtot.

Nota. ¶ Conſiderandum tamen eſt cum iſtæ potētiæ 4. ſint poſitæ, & nominatæ, & eorum officia ſint diſtincta, & numerata: quod aliquãdo in nomine variatio eſt etiam apud Ariſt. nam interdum phantaſiam & imaginatiuã pro eadem potentia capit, vt diximus. Aliquando ipſam æſtimatiuam, phantaſiam vocat: quia etiam qui per æſtimatiuam operatur, phantaſiam exercet.

Cõfuſio in nominibus potentiarũ aliquando.

¶ Et ſicut diximus æſtimatiuam brutorum cum conſideretur in homine habere excellētiam quandam: ita vt dicatur cogitatiua, & particularis ratio quia fit cum quadam collatione adinuicem: ſic etiam memoratiua potentia ſenſitiua quæ in brutis ponitur, habet in homine aliquid peculiare: vt etiam ſit in eo reminiſcentia. Non enim ſolum homo memoriam habet in ſubita recordatione pręteritorum, ſed etiam reminiſcitur, quaſi ſyllogiſticè, inquirendo præteritorum memoriam ſecundùm indiuiduales intentiones: ꝙ in bruto non eſt.

Iacobus Naclantus in tract. de ſenſu & ſenſibili.

5. Conclu. ¶ Concl. 5. Vltra has 4. potentias ſenſitiuas interiores, quæ ſenſus interiores dicuntur, non eſt opus ponere aliam, quę phantaſia dicitur ab Auicenna, media inter imaginatiuã, & æſtimatiuam. Probatur. Solum potentiæ interiores ſunt ponendæ, & multiplicandæ, vt operationes neceſſarias, & ſuæ naturæ cõgruentes poſsit habere animal perfectum: ſed omnes poteſt habere ſolum illis 4. poſitis: non ergo ponenda eſt alia diſtincta ab iſtis. Maior eſt manifeſta, cum Deus, & natura nihil faciant fruſtrà. Minor patet: quia ſi ponenda eſſet hæc, maximè vt dicit Auicenna, vt ſpecies ſenſatas cõponat: vt ſi habet ſpeciem mõtis & auri, componat, & formet notitiam mõtis auri, ſed propter hoc non debet poni. Primò quia hæc operatio in brutis nõ inuenitur, in quibus eſt anima ſenſitiua perfecta, quæ habet ſuas neceſſarias operationes, & potentias: ſed ſolum reperitur in homine: ſed nõ ob hoc ponenda eſt diſtincta potentia: quia ſufficit ad huiuſmodi operationem imaginatiua potētia: nam cum ibi ſit ſpecies mõtis, & ſit ſpecies auri, poterit eſſe coniun

cõtra Albertum Mag. Vide Caiet. Thie. in ſi. 2. de anima

Ariſ. 1. cœ. tex. 32. & 2. cœ. t. 50 & 3. de ani. t. 45. & de reſpi. c. 4. et 1. poli. ca. 2 & 5 [illegible]

S.Th.p.p. q.78. ctio ſpecierum montisauri: quod apparet in ſomniantibus: ſequitur ergo quod nõ eſt ponenda alia potentia abiſtis prænominatis.

Comment. Etiam probatur ex Commen. in li. quem de ſenſu, & ſenſib. edidit, qui tribuit imaginatiuæ hanc operationem: ob quod alia potentia non eſt ponenda.

* *Antonina Margarita* ¶ * Hic ſe offert illa ſingularis opinio Gomezij de Pereira, in ſua illa Antonina Margarita ſtatim in principio, columna 6. qui cõtra omnes philoſophos, & cõtra Ariſto. imò experientia nititur probare bruta non ſentire, nam ſi ſentirent, & in hoc cum homine cõuenirent, & ratiocinarentur, & vniuerſale cognoſcerent: & ſic nullum diſcrimen propriũ eſſet inter hominem & brutum: & probatur contra Ariſtot. non moueri bruta ex ſimplici apprehenſione: ſed ſi ſentirent, neceſſarium exiſtimat concedere formare bruta notitias mentales, & affirmatiuas, & negatiuas: & ſic in eis eſſe compoſitionem & diuiſionem: & conſequenter ratiocinationem: eſſetque prolixum nimis omnia adducere noua, quæ ipſe contra omnes ingerit, contra quem & Michael Palacios ſcripſit: aduerſus hoc primum paradoxum de brutorum ſenſu, qui apertè probat in brutis eſſe ſenſus, tã exteriores, quam interiores, neque ex eo ſequi in ipſis eſſe rationem: quia licèt particulare, vel ſingulare cognoſcant, non tamẽ vniuerſale: quia non contingit ſine perfecta ratiocinatione, etſi brutis negatur ſenſus, & ſimiliter in paruulis recenter natis, qui ſolo ſenſu mouentur ſine cognitione animæ rationalis: cum ergo experientia conſtet ſenſu moueri, neceſſario eſt fatendum in brutis eſſe: ſi placet videlatius in apologia etiam rationes quibus ſoluit argumenta contra eum facta, vide ibi.

Doctor Palacios.

Ad 1. arg. ¶ Ad 1. ſolutio ex dictis patet. Nõ enim ſufficiunt exteriores ſenſus ad vitam animalis perfectã: quia ſolum in præſentia: & quia nõ poteſt eſſe in eis iudicium. De quo vide Marſil. in 2. q. 16. ar. 1.

Marſil.

Ad 2. Ariſt. 3. de anima t. 39 Ad ſecundum, dicendum, licet ita ſit, quòd intellectus cognitionẽ recipiat à ſenſu: quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu: tamen multa intelligit, quæ non per ſenſum recepta ſunt: quia ſunt phantaſmata quædam quæ ſunt ſpecies non ſenſatæ, quæ nunquam fuerunt in ſenſu, ex quibus multa cognoſcit: vt inferius dicemus in 3. libr. Sic ſuo modo æſtimatiua cognoſcit aliqua, quorum non fuerunt ſpecies in ſenſu, abſtrahendo ab ipſis ſenſibilibus, & ſenſatis illas non ſenſibiles, & inſenſatas: ſicut & intellectus à phantaſmatibus abſtrahit ſpecies intelligibiles quæ tamen nunquam fuerunt in ſenſu: ob id vocatur cogitatiua, particularis quedã ratio. Ecce ergo quo pacto, quia intellectus minus dependeat à ſenſu, habet abſtrahere ſpecies intelligibiles: & quia æſtimatiua magis pendet à ſenſu, abſtrahit non quidem intelligibiles: ſed non ſenſatas. Quę medium vi dentur tenere.

Ad 3. ¶ Ad 3. Demus patri Auguſtino viſiones eſſe corporeas, vel ſpirituales, aut intellectuales, non tamen ex eo ſequitur ſolum vnam eſſe potentiam interiorem ſenſitiuam: quia ad ipſam viſionem interiorem, quæ cognitio eſt, ſi ſit rei ſenſibilis, ſenſus communis requiretur, & imaginatiua: vna ad recipiendũ: altera ad retinendum. Si ſit viſio rei, cuius propria ſpecies non datur, requiritur æſtimatiua, ſeu cogitatiua, & memoria ſenſitiua: & ſic omnes 4. potentiæ interiores ſenſitiuæ ſunt neceſſariæ ad viſionem ſpiritualem, ſi per ipſam intelligamus notitiam interiorẽ ſenſitiuam, ad modum quo cognoſcere aliquam rem eſt eam videre.

Venetus. ¶ Vnum tamen non ſilentio eſt prætereundum, quod Paulus Venetus dicit de mente Ariſt. non ponendum niſi ſenſum communem, & memoriam potentias interiores, in quibus duobus, ponuntur operationes omnes potentiarum ſuprà dictarum. Et ſecundum Buridanum ſolum ponuntur tres, ſcilicet, ſenſus communis, phãtaſia, & memoria: ſed melius ponuntur 4. & diſtinguuntur, vt diximus.

Buridanus 2. de anima q. 27.

* *Difficile quod Ariſt. intellexerit de potentijs interioribꝰ ſenſitiuis.* ¶ * Et quidem difficilè eſt intelligere quid Ariſto. ſenſerit de potentijs, interioribus, maximè de phantaſia: nam quantum ex libris de anima datur intelligi, phantaſiam non põnit realiter diſtinctam ab imaginatiua, neq; à cogitatiua, neque ab æſtimatiua, neque à memoria: ſed eam ſumit pro toto genere animæ phantaſtico: vt omnes ſenſus interiores comprehendat excepto ſenſu communi; quod patet infra in 3. tex. 38. & tex. 49. quià ipſam facit conſeruatricem ſpecierum: & quod in ea ſimulachra, &c. Sed in libris de memoria, & reminiſcentia diſtinctè de phantaſia & memoria loquitur: ob id apud peripateticos licèt communiter potentiæ interiores diſponantur & diſtinguantur, vt dictum eſt: quid Ariſt. pro certo, non cõſtat: quia penitus quaſi indiſtinctè loquitur, & ſimiliter de organis, & ſituatione in capite, & quod magis mirãdum, cum diſtinguat ſenſum cõmunem

Nota.

munem à phantaſia, tamen libro de ſomno & vigilia videtur ponere organum indiſtinctum: & aduerte, quod phantaſia eſt duplex ſ. determinata, & indeterminata: determinata, quæ & perfecta dicitur, eſt quæ abſentibus ſenſibilibus retinet ſpecies, & poteſt imaginari circa illa: indeterminata eſt, quæ non retinet in abſentia, nec mouetur niſi præſente obiecto. Prima determinat ſibi proprium organum. Secũda autem ex ſui imperfectione non determinat: & hæc eſt in omni parte deciſa animalis annuloſi, quæ ſe mouet localiter: nam (vt inquit Commen. in hoc 2. cõm. 20) omne habens ſenſum & motum neceſſe eſt, vt habeat deſiderium, & imaginationem, &c.

Duplex phantaſia.

Opinio. diuerſæ. Matthæus de Gradi. Hugo, ſenẽ. ¶ Et quantum ad ſubiectũ iſtarum potentiarum non eadem eſt ſentẽtia omniũ: nã Matthæus de Gradi, medicus in 9. Almanſoris, c. de Lithargia, tenet omnes potentias has eſſe diſperſas per totum cerebrum. Idem Hugo ſenen. 2. tech. c. de cerebro, ad quod mouentur authoritate Ariſt. in libro de memoria decentis: Bene memoratiui ſunt tardi ingenij, & è contra, quod non eſſet, ſi haberent diuerſa loca in cerebro.

Diuerſa loca in cerebro iſtarũ potẽtiarum S. Thom. de ueritate q. 18. ar. 8. ad 5. ¶ Contraria opinio eſt communis, ſcilicet, quod habeant in cerebro diuerſa loca: & in anteriori parte cerebri ponitur ſenſus communis, & in poſteriori memoria, & medium tenent imaginatiua, & æſtimatiua. Imaginatiua ſtatim poſt ſenſum communem.

D. *Augu. 7. ſup. Gen. ad literam.* ¶ Anatomiſtæ communiter diuidunt cerebrum ſecundum latitudinem in tres ventriculos, & ſeparatos per piam matrem, quæ eſt tela ſubtilis, velut mater in gremio amplexans cerebrum, & veluti telicula, diuidit grana pomi granati. Prior ergo ventriculus in duas ſecatur partes, in quarum prima (vt dicit Auicenna in 6. de naturalibus) reſidet ſenſus communis, in 2. phantaſia, quæ reſeruat ſpecies ſub ratione præſentis. In 2. ventriculo eſt duarum partium ſectio, in quarum prima eſt æſtimatiua, & in 2. parte eſt imaginatiua, quæ eſt ratio particularis, in ſingulari omnia ſyllogizans. Poſt has omnes ſequitur memoria in ventriculo poſteriori, quæ (vt aiunt) nõ eſt potentia cognoſcitiua, licèt cõtrarium poſſit teneri.

Auicenna.

Memoria nõ eſt potentia cognoſcitiua.

¶ Sed quoniam iſta ſituatio pendet ex alio: quia ponunt plures quam quatuor potẽtias interiores, ſtandum eſt in hac ſentẽtia, quod primò ſit ſenſus communis: ſecundò imaginatiua: tertiò æſtimatiua: quarto memoria: & quod quælibet habeat in cerebro ſuum locum deputatũ, & cõgruenter diſpoſitũ. De iſtis potẽtijs ſenſitiuis interioribus vide Ægidium quolibet 4. q. 20. Et quomodo ſenſus exteriores, cum ſint imperfectiores ſenſibus interioribus, poſſint agere, vide eundẽ, quolibet 5. quæſtione 21.

Ægidius.

¶ SPECVLATIO quarta. Vtrùm tota anima ſit in qualibet parte corporis animati.

Argum. 1. ARguitur quòd nõ. Corpus, in quo debet eſſe anima, oportet ſit organizatum, & diſpoſitum, vt ſuprà in definitione animæ dictum eſt: ſed non quælibet pars animalis diſpoſita, & organizata eſt: ergo anima non eſt tota in qualibet parte animalis.

Argum. 2. ¶ Secundò. Cùm animal dicatur ab anima, ſequeretur ſi in qualibet parte animalis tota anima eſſet, quòd quælibet pars animalis eſſet animal: & pes animalis diceretur eſſe animal, & manus hominis diceretur eſſe homo: quod eſt falſum.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Omnes animæ potentiæ fundãtur in eſſentia animę, vt infrà dicemus: ſi ergo tota eſſentia animæ in qualibet parte animalis eſt, ſequitur quòd in qualibet parte erũt omnes potentiæ: & ſi in pede eſt tota anima, ibi exercet omnes potentias ſenſitiuas, ſi eſt anima ſenſitiua: & intellectiuas & ſenſitiuas ſimul, ſi fuerit intellectiua.

In contra. ¶ In contrarium eſt: quia quælibet pars animalis eſt animata: & non eſt aliquid animatum, niſi per animam: ergo anima eſt in toto animali.

Notand. 1. ¶ Pro ſolutione notandum, quòd cùm anima ſit vegetatiua, ſenſitiua, & intellectiua, ſpeculatio poteſt intelligi de altera earum, vel de omnibus, vtrùm tota ſit in toto, & in qualibet parte corporis, cuius anima eſt.

Notand. 2. ¶ Eſt præterea notandum, quòd totalitas alicuius rei poteſt tripliciter intelligi: vno modo totalitas quantitatiua: vt ſi dicamus, quod totalitas quantitatiua pedalis, non eſt in parte ſemipedali, vel in 4. eius: alia eſt totalitas eſſentialis: tertia dicitur totalitas virtutis.

Triplex eſt totalitas.

Notand. 3. ¶ Vltimò est considerãdum, si anima in corpore esset, & ei vniretur vt motor: vt aliqui putauerunt, spécul. non haberet difficultatẽ: quia diceretur solum esse in illa parte, quã immediatè moueret, per quam partem alias moueret: sed quia anima ponitur esse in corpore, & ei vnitur, nõ vt motor, sed vt forma, habet difficultatem: quæ soluitur sequentibus conclusionibus: quarum prima.

1. Conclu. ¶ Anima est tota in toto, & in qualibet parte secundum totalitatem perfectionis, & essentiæ. Probatur. Aliàs si non esset tota hac totalitate in qualibet parte: ergo pars essentiæ esset in vna parte, & pars essentiæ esset in alia parte: sed hoc esset animam non esse: nã quæ de essentia alicuius rei sunt, ab eo separari non possunt: sequitur ergo quòd posito sit anima in qualibet parte corporis, oportet sit totalitate suæ essentiæ, & non secundùm partem.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Quælibet pars corporis animalis animata dicitur: & non nisi per animã: ergo ibi anima vnitiuè, & informatiuè est: sed vbicunque aliquid est, ibi & eius tota essentia est: ergo anima est in qualibet parte corporis totalitate essentiæ.

¶ Ex hac conclusione nolo intelligatur (vt aliqui putant) ipsam formam, vel animã non esse simplicem: imò est simplex, & nõ habet partes diuersas componentes eius essentiã: sed dato sit simplex, quia non est simplex, sicut Deus est, intelligitur totalis eius essentia & indiuisibilis in partes: & in isto sensu dicit conclusio, quòd anima sit tota in qualibet parte corporis, secundùm totalitatem suę essentiæ, quia non partem, in vna corporis parte habet: & aliam in alia.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Anima non est in qualibet parte corporis secundùm totalitatem

Ratio. suæ potentiæ, seu suæ virtutis. Patet. Anima ibi est totaliter secundùm totalitatem potentiæ, & virtutis, vbi omnem suam exercet operationem: sed anima non in qualibet parte animalis omnem exercet operationem. Patet: quia in oculo videt, & non in pede: & in aure audit, & non in oculo: sequitur ergo quòd non est in qualibet parte secundum hanc totalitatem. Et ista duo stant quidem, scilicet, esse in qualibet parte secundum totalitatem essentiæ, & non esse secundùm totalitatem virtutis: quia ad exercendam virtutem prærequirit vltra essentiam, aliqua instrumenta, vel organa, quibus exerceat suã potentiam: & quia non habet hoc instrumẽtum in pede, non videt in pede: & quoniam habet in oculo, videt ibi. Similiter de alijs partibus est dicendum: nam non sufficit animam esse, si non sit organum: imò non sufficeret animam esse, & organum, nisi medium esset, per quod fieret operatio: hæc enim nõ sufficerent, nisi etiam essent species, quæ ab obiecto deuenirent, vsque ad potentiam: vt obiectum coniungeretur potentiæ. Quapropter stat essentiam alicuius rei esse præsentem secundùm se totam, quando tamen non datur vt sit secundum omnem suam virtutem.

¶ * Sicut in peccatore, fideli tamen, ponimus fidem informẽ, quæ verè fides est. Et habet quicquid ad essentiam fidei est necessarium, & tamen nõ est in peccatore secundũ omnem suam virtutem: quia in eo non est perfecta fides, simpliciter perfectione virtutis: quia deficit charitas, vt docet S. Tho. 2. 2. q. 6. ar. 2. ad primum. * S. Thom.

3. Conclu. ¶ Conclusio posterior. Sicut de anima brutorum sensibili, est verum dicere, nõ esse totã in qualibet parte, totalitate virtutis, similiter de anima rationali dicendum est. Probatur.

Ratio. Anima rationalis in homine est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis, & tamen non in qualibet parte corporis habet, & exercet omnem suam potentiam, & virtutem: ergo oportet dare qua totalitate ibi sit tota, & qua totalitate non sit: & non videtur quod sit alio modo dicendum, nisi quod sit tota in qualibet parte totalitate perfectionis, & essentiæ: & quod nõ sit tota totalitate virtutis in omni parte: siquidem anima rationalis in pede, non intelligit: & tamen tota anima ibi est: & intelligit in capite, & vult, & memoratur, & non in alijs partibus: ergo non in omnibus est secundùm omnem virtutem.

¶ Neque ex hoc putent nos æquales facere animas brutorum cum anima rationali: habent quidem latissimam inter se differentiã: quia brutorum animæ sunt formæ, quæ educuntur de materia, & habent esse per generationem, & corrumpuntur: at anima rationalis est à solo Deo per creationem, & nõ educitur de potẽtia materiæ, neque corrumpi potest, sed est incorruptibilis, & immortalis & dato anima rationalis conueniat cum alijs animabus: quia forma corporis est, & pars compositi: sicut & aliæ animæ sunt, & ob id sit tota in qualibet parte corporis totalitate essentiæ perfectionis: & non sit tota in qualibet parte corporis totalitate virtutis: differũt tamen, quia anima rationalis à Deo solùm, & immortalis, & per se subsistens potest esse: at

Differentia inter brutorũ animas et rationales. S. Th. p. p. q. penult.

at verò non sic brutorum animæ.

¶ Bene video hanc opinionem esse contra Neotericos modernos in secundo sententia. d. 16. & contra Duran. in 1. d. 8. quia ipsi putant inconueniens quòd brutorum animæ sint secundùm totalitatem essentiæ in qualibet parte, eò quod educantur de potẽtia materiæ: sed tamen quæ hic dicta sunt, asserunt à doctore Sancto, in suo de formis. q. 3. ar. primo, & apertissimè, p. p. q. 76. art. vlt. & est sententia Beati Augustini, qui sicut Theologus excellẽtissimus, philosophus fuit acutissimus, in epist. 28. & contra epistolam Manichæi cap. 16. & 6. de Trinitate. cap. 6. Idem videtur sentire B. Chrysostomus, Homil. 5. de incomprehensibili Dei natura, probando animam rationalem impratibilem.

Durand. Anima est tota in qualibet parte. S. Thom. D. Augu. D. Chrys.

¶ Ecce ergo quomodo brutorum anima ponitur impartibilis: & tota in qualibet parte eius erit ad sensum declaratum. Et de omnibus formis quòd essent impartibiles, tenuit Gilbertus Porretanus in libello sex principiorum: quam sunt sequuti opinionẽ multi Parisien. licèt eam impugnet Petrus Ciruelo in suis parado. q. 5. concl. 1. de quo aliàs.

Esse impartibiles omnes formas dixit Gilbe. Porretan⁹. Ciruelo.

¶ De totalitate quantitatis non est disputatio, vtrum anima sit tota in qualibet parte animalis: quia (vt doctè probat doctor. S. in loco citato) anima neque de per se, neque de per accidens dicitur habere partes quantitatis: quia est forma quæ requirit diuersitatem in partibus: & sic non æqualiter se habet ad totum, & ad partes: vnde neque de per se diuiditur, neque de per accidens ad diuisionẽ quantitatis. Verum tamen in albedine inuenitur, quòd diuidatur ad diuisionem quantitatis: quia æqualiter est extensa per partes superficiei.

S. Thom.

Ad 1. ¶ Ad primum concedimus, animam requirere dispositionem in corpore, & organizationem, ad hoc quòd exerceat suas operationes: & quia talis deficit in qualibet parte corporis, quanuis ipsa sit tota totalitate virtutis, vt dictum est: neque inconuenit: quia cũ anima requirat diuersitatem in partibus, non eodem modo comparatur ad totum, & ad partes. Ad totum quidem primò & per se: sicut ad proprium, & proportionatum perfectibile: ad partes autem per posterius, secundùm quòd partes habent ordinem ad totum: & potest esse quod cùm sit tota in parte, non exerceat ibi omnem suam virtutem, tamen exercet in toto corpore, ad quod primò ordinatur.

Ad 2. ¶ Ad secundum, Non sequitur, si pes habet animam totaliter, quòd pes dicatur animal: quia animal dicit animam, & corpus totum: quia ad ipsum totum corpus primò ordinatur anima, sicut ad primum perfectibile. Itẽ, quia ad rationem animalis vltra hoc quòd est habere animam, est requisitum per se stare quod non conuenit parti.

¶ Ad tertium. Demus ita esse, quòd potentiæ animæ ab anima fluant, & emanent: & si sit sermo de potẽtijs quæ sunt communes animæ, & corpori, non sequitur quòd vbi est anima, sit etiam in illa parte corporis potentia: sed solum sequitur quòd sit in illa parte corporis quæ est proportionata ad operationem talis potentiæ: ob id & si anima sit in pede, ibi non est potentia visiua: quia illa pars non est proportionata ad operationem potentiæ visiuæ. De potentijs autem quæ solũ sunt animæ: vt est voluntas, & intellectus, non sequitur, licèt sint in corporis parte, quòd intelligat. De quo in tertia conclusione diximus. Ad 3.

¶ SPECVLATIO quinta. Vtrùm potentiæ animæ distinguantur ab anima.

Argum. 1. ARguitur quòd non. Potentia sensitiua est qua sentimus, sicut intellectiua qua intelligimus: sed id quo primò sentimus, & intelligimus, est anima: vt in isto 2. docet Aristoteles: ergo potentiæ animæ nõ distinguuntur ab ipsa anima.

2. ¶ Præterea. Tanto quanto aliqua res nobilior est, tãtum id quod habet est sua essentia: sicut videmus in Deo, quòd quicquid habet est eius essentia: sed materia est sua potentia: cũ sit ignobilior anima: ergo anima erit etiã sua potentia: & sic non distinguitur potẽtia ab anima.

3. ¶ Vltimo. Si potentiæ non sunt essentia animæ, ergo sunt accidentia: sed non sunt accidentia. Patet. Nunquàm accidens est principium differentiæ essentialis: sed potentia sensitiua, & intellectiua sunt principium sensibilis, & rationalis, quæ sunt differentiæ substãtiæ: quia à sensitiua potentia, dicitur sensibilis: & ab intellectiua, seu ratione, rationalis: ergo sequitur quòd sensitiua potentia, & ratio-

tionalis sunt essentia animæ, & non distinguuntur.

In contra. ¶ In contrarium est: quia propria passio distinguitur à subiecto: sed potentia propria passio est animæ: ergo distinguitur ab ea.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, quòd cùm sit triplex anima, vt dictum est, vegetatiua, sensitiua, & intellectiua: speculatio potest esse de vegetatiua, aut sensitiua, aut intellectiua, aut de omnibus tribus: quia sunt qui de vna concedant, & non de omnibus.

Notand. 2. ¶ Est adhuc notandum, quòd licèt aliqui ponant tres opiniones de hoc, ad duas reduci possunt. Quarum vna est doctoris S. qui tenet, quod potentię distinguuntur ab anima, sicut propria passio à suo subiecto: & potentia ponitur in 2. specie qualitatis. Istam opinionem tenet Tho. de Argentina, & Durand. in 1. dist. 3. quæst. 2. Vbi solent Scholastici tractare materiam.

Altisiod. 2 part. cap. 2. S. Th. p. p. q. 54. ar. 3. & q. 77. ar ticul. 1. Argentina Durand.

Scot. in 2. d. 16. & in 4. dist. 12. Gabr. in 2. d. 16. quæst. unica. Marsil. in p. sent. q. 3. ar ticu. 3. Gregorius Burid. in 2. de anima. q. 6.

¶ Alia est opinio quæ tenet, quòd non distinguuntur realiter, & est Scoti, Gabriel. Marsil. & Greg. Arimi. in secundo. Et est cõmunis opinio: quam etiam tenet Burida. & Thomas de Garbo in sua summa. tractat. 5. q. 2. & 3. Iandun. 3. de anima. q. 39. Et Burid. dicit hæc verba. Concludo quod si vnica est anima in equo, ipsa est potentia sensitiua, & potentia appetitiua, & potentia secundum locum motiua, & potentia vegetatiua, & ipsa est nutritiua, & augmentatiua, & generatiua, visiua, & auditiua, & sic de alijs. Quapropter in equo potentia vegetandi non differt à potentia sentiendi.

¶ Additq; idem Buridanus in eadem quęst. duplicem potentiam: vnam principalem, & immediatam, aliam immediatam: sed instrumentalem. Principalem vocat ipsam animã, & instrumentalem dicit esse vel calorem, vel organi dispositionem in vegetatiua, & sensitiua: vt potentia ad videndum immediata, & principalis est anima: immediata, sed instrumentalis est potentia visiua organica disposita: & dicit. Prima potentia eadem est visiua, & auditiua: quia ipsa anima: sed illa quæ instrumentalis, non est eadem visiua, & auditiua quia alia est dispositio in oculo, & in aure: & etiam nutritiua non est generatiua. Ecce vnde ponit distinctionem in potentijs, etiam si dicat omnes esse idem quod ipsa anima. Nos tamen respondentes ponimus conclusiones. Quarum prima.

Declaratio Buridam.

1. Conclu. ¶ Potentiæ animæ vegetatiuæ, nutritiua, augmentatiua, & generatiua, distinguuntur realiter ab ipsa anima vegetabili. Probatur. Omnis propria passio distincta est à suo subiecto realiter, saltim illa quæ principium est operationis: sed potentiæ istæ vegetabilis animæ, sunt huiusmodi: ergo distinguuntur ab ea. Maior probata est inpræ dicabilibus, vbi de proprio agebamus. Accidens enim à substantia realiter distingui debet. Et cùm accidens proprium, accidens sit, oportet distinguatur. Dixi, saltim de propria passione, quæ est potentia ad operandum: quia de alijs non sic certum est. Sed minor probatur. Id dicitur propria passio alicuius, quod consequitur essentiam, & naturam eius: sicut magnetis dicimus esse ferrum attrahere: sed nutrire, augere, generare, sequũtur essentiã animæ vegetabilis: sic quòd vbicunq; inueniatur, erunt & ista, vt suprà in libris de generatione dictum est: ergo distinguuntur.

Ratio.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Si ista essent idem cũ anima: ergo & essent idem inter se: quia quæcunque sunt eadem vni tertio, sunt eadẽ inter se: sed cõsequens est falsum: quia nutritio esset augmẽtatio, & generatio: at hoc non potest stare: quia potentiæ distinguuntur per actus, sicut actus per obiecta: vt infrà, sed alius est actus nutrire, & alius generare, & aliud obiectum habet generare, quàm habeat augmentare: ergo est distinctio interista.

¶ Bene video, rationem soluunt, qui tenent contrariam opinionem: verùm, non videtur esse secundùm communem modum loquendi, quòd nutritio, sit generatio.

2. Conclu. ¶ Secunda conclusio. Nulla potentia sensitiua siue interior, siue exterior, est idem quod anima sensitiua, sed distinguitur ab ea realiter. Probatur sicut præcedens: quia eadẽ militãt ratio hic, & ibi.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Cùm potentia, & actus diuidant ens, ad idem genus oportet referantur: at actus non est in genere substantiæ: ergo neque potentia. Probatur minor: quia in solo Deo operatio eius est sua essentia: in alijs tamen accidens est: ergo cùm ad idem genus pertineat & actus potẽtiæ: (qui est operatio) & potentia, si operatio accidens est, & potẽtia erit accidens: ergo non est idem quod anima, cùm anima sit substantia: vnde manet quòd nullo modo potentia & anima sunt idem realiter, sed distinguuntur: sicut accidens: & substantia.

S. Th. p. p. q. 77. ar. 1.

3. Ratio. ¶ Vltimò. Vt dicebamus, quis est, qui absolute concedere audeat, potentia visiua est auditiua, & odoratiua est sensus communis, &

& gustatiua est estimatiua? at si ponamus potentias cum anima esse idem, oportet concedere. Neque satisfacit ratio, quæ adducitur à Buridano, distinguendo inter instrumentalem causam, immediatam, & principalem: quia potentia, quęcunque sit illa, ipsa principalis, & immediata debet dici: vt in sequenti cõclusione probabimus. Quid est opus venire ad angustias has, quando quidè ponẽdo distinctionẽ, saluãtur omnia? & conuenimus cũ modo cõmuni loquendi, & concipiendi?

Conclu. 3. S. Th. p. p. q. 77. ar 1. Vide Vigu. in suis insti. the. c. 1. §. 2 ser. 7.

¶ Tertia conclusio. Potentiæ animę rationalis, distinguuntur realiter ab ipsa anima rationali: sicut accidens à substantia: & propria passio à suo subiecto. Probatur vt secunda, & prima conclusio.

¶ Præterea. Si non esset distinctio realis inter potentiam, & animam, maximè esset (vt tenent contrarium opinantes) quia ipsa anima est immediatum principium operationis: sed hoc non potest esse. Patet. Si anima esset immediatum principium operationis, semper habens actu animam, actu haberet opera vitæ: sicut semper habens animam, actu est viuum: sed non semper actu habet opera vitæ, vt constat: ergo non est immediatum principium ipsa anima. Patet: quia in quantum forma est, non ordinatur ad vlteriorem actum: sed vltimus terminus generationis est dare esse, actu: ergo quòd sit vlteriùs in potentia ad aliquem actum, oportet non competat ei secũdùm suam essentiam, sed erit ratione potentiæ: ergo non ex eodẽ conuenit quod sit forma, & essentia talis: & quòd sit in potentia ad aliquam operationẽ sed erit in potentia ad actum, ratione potentiæ suæ: ergo potentia est immediatum, & primum principium operationis, & non essentia, qua ratione anima in quantum subest suæ potẽtiæ, dicitur actus primus ordinatus ad actum secundum.

Confirma.

¶ Confirmatur hoc ex definitione animæ, in qua dicitur, quòd sit actus corporis, potẽtia vitam habentis, id est, in qua est potentia ad vitam, id est, ad exercenda opera vitæ: ergo ipsa potentia non est essentia animæ, cũ esset actu anima, & non operetur: ergo est ex eo quòd potentia, quæ est immediatum principium, est in potentia: & non est in actu: vsque dum habeat actum.

D. Aug. S. Tho. 1. p. q. 76. ar. 3. Infra 3. de anima. spe. p. B. Ansel

¶ Ista conclusio probatur ex patre Augustino decimoquinto De Trinitate, capitulo septimo & 16 & 17. qui dicit, quòd in homine intellectus, & voluntas nõ sunt idem. Anselmus etiam, libro de Concordia, capitulo 29. dicit. Et quidem mirum est quòd anima rationalis, cùm sit simplex, tantam diuersitatem operationum possit habere, si potentiæ non distinguantur ab ipsa anima, maximè ponendo vnam solam animam in homine: vt in sequentibus dicemus: quomodo illa vna omnes actus animæ vegetatiuæ: & illa vna

Nota.

tã varia in operibus sensitiuæ exterioribus: & interioribus: & illa etiam tam multiplex in intellectionibus, & volitionibus. Nõ enim videtur quo pacto fieri posset. Tamen si ponimus distinctionem potentiarum ab anima, non est difficile: quia quælibet potentia est immediatum principium suæ operationis: sicut non est difficile in homine quod sit doctrinæ capax, & sit admiratiuus, & sit discursiuus, & sit risibilis, & quod variasexerceat anima operationes per huiusmodi diuersa propria eiusdem animæ, quæ fluunt, & manant ab essentia eius.

4. Conclu. ¶ Quarta concl. Licèt ista dicta in tribus cõclusionibus credamus probabiliora, & tenenda, non negamus quin opinio contraria, maximè quæ Scoti est, quę ponit formalem distinctionem, negando realem, sit probabilis, quæ & potest soluere rationes adductas pro opinionẽ suprà dicta. Probatur. Sicut actio, & passio sunt eadem res, & non distinguuntur realiter: tamen actio non est passio, & pertinent ad diuersa prædicamẽta: sic potest dici quòd anima, & potentia nutritiua, & vegetatiua, sunt eadem res: tamen anima quæ est quæ dat actu esse viui, & nutritiua quæ nutrit, & augmentatiua sunt idem re: quia sunt anima ipsa, sed nutritiua non est augmentatiua. Eodem modo de potentijs animæ sensitiuæ, & animæ rationalis possumus loqui.

Probabilis opin. Scoti.

Aristot. 3. phy. te. 19

¶ Et qui posuerit distinctionem, quam Buridanus ponit, de principio immediato principali, & de immediato instrumentali, facilius ad omnia obiecta respondebit, quæ pro alia parte cõtra istam adducuntur: siquidem in illo principali, & immediato conueniunt omnes potentiæ: quia est anima ipsa in alio immediato, quod instrumentale est, ponitur latissima differentia: ob quod visus, auditus nõ est: neque intellectus est voluntas.

Buridanus

Ad Argu. ¶ Ad primum dicendum, quòd actio compositi est: suppositorum enim actiones sunt: quia existentis est agere: sed forma est qua habet esse substantialiter: & potentia est immediatum principium ad esse secundum idem ad operationem, vt dictum est: & dato, & concesso, quòd potentia sensitiua, sit

qua sentimus, & intellectiua, qua intelligimus: non sequitur quòd sint idem quòd anima: sed sequitur quòd ipsa anima sit subiectum potentiæ, qua reducetur ad actum, id est, ad operationem. Et si Aristotel. dicebat quòd id quo primo sentimus, anima est: &c. debet intelligi in isto sensu: quia ipsa anima est primum subiectum in quo potentia, qua sentimus est.

Ad 2. ¶ Ad secundum concedimus, quod quanto res nobilior, potentia est sua essentia: sicut in Deo potentia sua essentia est: & actus, seu operatio essentia est: sed non valet, quòd si in materia potentia est eius essentia, & in anima potentia sit essentia. Ratio differentiæ est: quia materia est in potentia ad formam substantialem, per quam habet esse substantiæ: ob id non est aliud illa potentia, quàm sua essentia, in anima cùm habeat esse substantiæ, est in potentia ad operationē, quæ est quod dam accidens: & ob id illa potentia, non est eius essentia: sed iam actuata in suo esse substantiali, manet potentia ad operationem: hac de causa est distinctū, aliàs semper quòd in actu est secundùm essentiam, esset etiam in actu operans.

Ad 3. ¶ Ad tertium dicendum, quòd sensibile, & rationale prout sunt differentiæ constituentes cum genere speciem, non sumuntur à potentijs, scilicet, â sensu, & intellectu, vel à ratione: sed sumuntur ab ipsa anima sensitiua, & à rationali. Verùm quia ipsæ substantiæ non cognoscuntur per se, & cognitæ fiunt per accidentia: vt supra probauimus in primo libro, hinc est quòd sumuntur nomina ipsorum accidentium, eò quòd magis nota, pro ipsis differentijs substantialibus, cùm tamen sit latissimum discrimen, inter differentiam substantialem, quæ est de essentia rei: & accidens; quod siue sit proprium, siue cōmune, aliud ab essentia est.

¶ SPECVLATIO sexta. Vtrùm potentiæ distinguantur per actus, aut per sua obiecta.

POstquàm in præcedenti speculatione de distinctione potentiarū ab anima disseruimus, necessariū etiā videtur tractare quomodo ipsæ potentiæ adinuicem distinguātur.

¶ Communiter dici solet potentias, distingui per actus, & actus per sua obiecta: vt dicamus potentiam visiuam, ab auditiua differre, quia visiua habet actum videndi, distinctū ab actu audiendi: & ipsi actus videre, & audire, per obiecta distincta distinguantur: quia visus colorem vel lumen, & auditus habeat sonum: & sine argumentis quid tenendum. Resoluentes, opiniones varias adducemus: primo oportet ponere nonnulla velut præambula.

1. Notā. Dupliciter stat potentias distingui per actus. ¶ Potentias distingui per actus, dupliciter stat, primo secundùm se, & quo ad naturam suam, quæ distinctio à priori vocatur. Secundò quo ad cognitionem nostram, quod alijs verbis apud sequaces doctrinæ. S. Th. dici solet aliquid distinguitur per alterum duplicitер: primo essentialiter, vt homo à bruto per rationale. Secūdo modo notificatiue, vt causam per effectum cognoscimus, & ab effectu distinguimus.

2. Notā. ¶ Secundū notandū quod principia distinctiua alicuius, sunt in duplici differētia, quædam enim sunt intrinseca, alia sunt extrinseca: nā cum esse rei potest ab intrinseco, vt à materia & forma, & ab extrinseco, vt ab efficiente & fine considerari: sic & distinctio: quia à quocunque res habet esse, habet & vnum esse, & sic distingui ab alio.

3. Notand. ¶ Tertiò aduertendum. Quod potentia, potest ad actum cōparari, dupliciter. Vno modo vt est actui coniuncta: vt. s. de potentia visiua sit sermo, vt actu videt: alio modo vt in potentia ad actum est vt de ea loquamur prout in dormiente est.

Herueus. Prima propositio. ¶ Herueus quolib. 2. q. 12. ponit resoluendo dubium tres propositiones, quarum prima est, potentiæ distinguntur per suos actus no tificatiue: id est notam nobis faciunt potentiam, actus ipsi sicut effectus notificant causam, quia intellectus noster procedit in naturalibus, ab effectu ad causam.

Secūda propositio. ¶ Secunda eius propositio, potentiæ distinguuntur per actus, & obiecta: vt per principia extrinseca, quæ sunt finis, & agens: quia actus sunt fines potentiarum, & vltimæ perfectiones earum: tunc enim potentia visiua perficitur quando actu videt: & propter actum datur talis potentia, & obiectum potentiæ passiuæ, vt est potentia cognoscitiua comparatur ad eam vt, mouens & agens: color enim mouet visum ad visionem: & obiectum intelligibile est motiuum intellectus; vt infra declarabitur & si sit obiectum potētiæ actiuæ, vt est vegetatiua ad eam, vt finis comparabitur. Et sic est verum, quod potentiæ distinguuntur extrinsece per actus, & obiecta, tanquam finis, & agens.

3. Propos. ¶ Tertia propositio, potentię non distinguūtur intrinsece, & essentialiter, per actus & obiecta: ratio eius est, quia principia intrinseca essentialia distinctiua alicuius rei, sunt priora realiter ipso distincto: quia vel est forma, vel propria differentia: sed actus non sunt priores potentijs: cum emanent ab eis tāquā à suis causis: ergo non distinguuntur essentialiter per actus.

4. Propos. ¶ Distinguuntur potentiæ essentialiter, & intrinsece per seipsas: patet, quia principium intrinsecum essentiale distinctiuum, vel est ipsa rei essentia in simplicibus, vel pars essentię vt forma in compositis. sed animæ potētiæ sunt quid simplex, vt visus, intellectus, &c. Ergo se ipsis distinguuntur. &c. hæc ergo est resolutio dubij de mente Heruei.

S. Thom. Opin. ¶ Verum iuxta doctrinam Sanc. Thom. supposita illa distinctione relatiuorū de illis quę sunt secundum esse, & secundum dici: aliter respondendum, vt colligitur ex doctore. S. in ist. 0. 2. tex. 33. &. 1. par. q. 77. articul. 3. qui ait: quod cum potentia non possit concipi, nisi conceptu relatiuo, quia in quantum potentia, ad aliud ordinatur, scilicet, ad actum ob id suum distinctiuum formale specificū, & à priori, licet sit intrinsecum, sumitur tamē ab extrinseco: quia dicit respectum ad aliud, ad differentiam entium absolutorū: quę nullum talem includunt respectum. Nam in absolutis, principium essentiale est intrinsecū: & sumitur ab intrinseco, sicut rationale in homine: verum in proposito de potentijs loquendo, extrinsecum, à quo sumitur principium distinctiuum actus sunt, ad quos potentia refertur: & consequenter obiecta, quia ad vtrunque dicuntur: & hoc est verum, non solum quoad notitiam nostram: sed ex natura rei.

¶ Aduerte quomodo potētiæ distinguātur. ¶ Hæc igitur est mens S. Thom. neque intelligendum, quando dicit potentias distingui per actus, quod actus sint principium distinctiuum essentiale: quia esset aberrare à Physica disciplina, sed intendit quod ab illo extrinseco, sumitur quod essentiale, & intrinsecum distinctiuum est, quod intrinsecum non reperitur in entibus absolutis, vt dixi mus. Et in hoc deceptus est Herueus. Loquitur de potentia, sicut de ente absoluto: & putauit sufficienter respondisse fingendo principium distinctiuum intrinsecū, cum tamen deberet dare id à quo sumitur quod est extrinsecum, scilicet actus: & sic posset concedi dari opin. Heruei, cum hac sentētia doctoris S. Si Heruco addatur id à quo sumitur ratio distinctionis. Nam illa propositio, distinctio specifica potētiarum sumitur ab actibus: potest habere duplicem sensum: primo sic sumitur ab actibus quod actus sint principia specifica distinctiua potentiarum: & hic sensus est falsus; ob id bene loquitur Herueus: quia omne principium distinctiuum specifice, oportet sit intrinsecum. Secundus sensus est, sumitur distinctio potentiarum ab actib⁹ quia ab eis, sumitur propria differentia specifica ipsius potētiæ, per quam distinguitur essentialiter, & specifice, ab alia, & hic sensus est verus, & expresse positus à Sanct. Thom. quem & Herueus non potest negare: neque inconuenit in entibus respectiuis differētias sumi ab extrinseco: quia in ratione sua important ordinem ad alterum: secus est in absolutis: & hac consideratione retenta, si quis intelligat de directo Herueum contra S. Thom. loquutum, respondere ei posset suam illam. 3. & 4. propositionem, tenere verum, in entibus absolutis, sed in illis quæ respectū dicūt non sic.

Quomodo concordat Herueus cū S. Thom.

¶ Ioannes de Ianduno in hoc. 2. q. 8. dubium resoluit per tria dicta.

Ianduno. Primus. ¶ Primum dictum eius: potentiæ distinguuntur per actus, & obiecta quo ad notitiam nostram, seu notificatiue. Patet: quia actus, & obiecta, magis cadunt sub sensu, quam potentiæ ipsæ: & semper est hic processus ordinatus, vt minus nota, per notiora cognoscamus.

Secundum. ¶ Dictum Ianduni est: quādo potentiæ non sunt cōiunctę actibus, vt est in dormientib⁹, non distinguuntur realiter, & simpliciter per actus: probatur, quia nō ens, quando nō est, non est causa entis, sed quādo actus nō sunt coniuncti potentijs, sunt non ens: ergo non sunt causa distinctionis: & patet: quia in dormiente, sunt visus, & auditus distincti: & non per actus, cum non habeant actum. &c.

Tertium. ¶ Tertium dictum, quando potentiæ sunt cōiunctæ actibus, actus distinguūt eas, vt fines. Patet, quia illa quę ad fines ordinantur diuersos, distinguuntur eis: sed potētiæ sunt huiusmodi

modi, quia ad alium finem est potentia visiua, & ad alium, auditiua, &c. Nam sicut ratio eorum sumitur à fine, & distinctio similiter: ergo quando sunt coniunctæ, actibꝰ per actus distinguuntur, vt fines. Hec de quæstione. Iandun.

¶Primum dictum non contradicit S. Tho. neque Herueo, nec Commentat. imo ab omnibus acceptãdum est: quia effectus, nos manu ducit in causæ suæ cognitionem. Et similiter tertium dictum est verum, & ratio eius probatur. De secundo tamen est differentia: quia siue actus existat, siue non, cum habeat rationem finis, habet etiam rationem distinctionis: quia siue potentia operetur, siue nõ, ordinatur ad actum tanquam ad suum finẽ: in cuius consequutione perficitur: & ad causam finalem, non requiritur quod actu sit, vt patet ex. 5. Metaphysic. Et Iandunus videtur considerare actum, vt effectum potentiæ solum: & non vt finis: quia in quantum finis, est prior potentia, quæ se habet ad actum, vt ad finem: vt docet Arist. 9. Metaph. tex. 15. Et ratio quæ à fine sumitur à priori est, ex. 2. Ph. & sic distinctionis ratio à fine sumpta, erit à priori: non solum quo ad nos, sed secundum naturam.

Notand.

¶Ecce ergo in quo stat resolutio quæstionis & oportet tenere viam mediam, & secundum eam interpretari extrema: & cõcordare Herueum, & Iandunum cum S. Tho. ad sensum expositum, in illis, in quibus non est expressa contradictio.

Obiectio. cõtradicta.

Sed pro maiori intelligentia est argumentũ contra prædicta: nam si est verum quod potentiæ distinguũtur essentialiter, & specifice, per actus & per obiecta: quæritur quæ distinctio in obiectis est requisita ad distinctionem realẽ potentiarum: nã vel requiritur realis in obiectis, vel sufficit ratiõis: nõ requiritur realis: quia sic obiectum intellectus quod est ens & obiectum voluntatis, quod est bonum, nõ sufficerent, ad distinguendum realiter intellectum, & voluntatem: quia ens, & bonum, vt in dialectica ostensum est: (quando de trascendentibus fuit sermo) non distinguuntur realiter: sed solum ratione, vt in. 4. Metaphy. neque sufficit quod sit distinctio rationis in obiectis: quia sic causa esset minoris entitatis, quam effectus: & effectus excederet rationem causæ: cum enim ens rationis sit minoris entitatis quam ens reale, distinctio rationis in obiectis non potest causare distinctionem realem in potentijs. Item quia remota omni operatione intellectus, intelligitur realis distinctio, in potentijs: non ergo pendet talis distinctio potentiarum ab ente rationis.

Solutiõ.

¶Ad obiectionem dicendum: quod & si omnes potentiæ per obiecta distinguantur, non tamen omnes eodem modo: nam sunt potentiæ quędam subordinatæ ad inuicem, & alię sunt non subordinatæ: subordinatæ sunt appetitiuę, & cognoscitiuę, quia illæ, ab istis pẽdent: in istis distinctio realis inchoatur à distinctione obiectorum, verum quia non semper obiecta earum realiter distinguuntur, sed ratione: sic verum, & bonum: &c.

1. Solutio.

Ideo obiectorum distinctio, non sufficit ad complendam distinctionem realem potẽtiarum: sed cõpletur distinctio, ordine naturæ: quia appetitiua, pendet à cognoscitiua: quia nihil volitum, quin præcognitum, vt infra dicemus: bonum enim cognitum concurrit ad actum appetitiue, tam in sensu, quã in intellectu & quia nihil se ipsum supponit oportet sit distinctio inter potentiam quæ aliam supponit: & se ipsam: quia alias idem esset prius, & posterius. Nam in quantum aliam supponit, posterius est. Ecce quo modo completur distinctio realis in potentijs ex tali subordinatione: & fuit inchoata distinctio ex distinctione obiectorum secundum rationem solum: & sic soluitur argumẽtum: non enim ex sola distinctione obiectorum secundum rationem causatur distinctio realis potentiarum.

Valde cõsidera unde distinctio potẽtiarum

¶Si potentiæ sint nõ subordinatæ: vt est vegetatiua, & sensitiuę exteriores: tota distinctio potentiarum sumitur ex reali distinctione obiectorum: & sic tenet argumentum, neque aliquid contra prædicta: potentiæ visiuæ: color: & lumen, & obiectum auditus sonus: quia realiter distinguũtur: sufficit ad realem distinctionem potentiarum: quia ad inuicem non subordinantur: vna enim nõ supponit aliam.

2. Solutio.

¶Secunda solutio: dicimus, quod distinctio obiectorum, non est proprie causa distinctionis potentiarum: quoniam distinctio, diuersitas, vnitas, non sunt proprie causæ sed potius cõditiones requisitæ causarum: vnde hic est proprius modus loquendi, hæc potentia intellectiua distinguitur ab hac visiua, eo qđ hæc potentia intellectiua ordinatur ad hoc obiectum: puta ad ens, seu verum, vt ad finẽ suum & hæc potentia visiua, ad suum obiectum, scilicet ad colorem: &c. diuersitas est conditio requisita in ipsis obiectis. Verum non est requisita tanta diuersitas in conditionibus

nibus causandi, quanta in effectibus est: nam ab eadem causa puta à sole, diuersi sunt effectus: quia lutum indurat, & ceram liquefacit. Non ergo inconuenit à minori diuersitate in causa, maxime in modo causandi, prouenire maiorem diuersitatem in effectu: ob quod etiam, si ens, & bonum, non distinguantur realiter: poterunt causare distinctionem realem: in potentijs: quod si instes, ergo perfectior erit effectus, sua causa: negatur consequentia, quia vt dictum est, conditio, non dicit causam: sed causæ conditionem: & ob id distinctio, vt sic perfectionem non dicit: nam non accrescit aliqua perfectio, neque auferetur, per hoc quod bonum, & ens non distinguantur realiter: sed solum ratione, vel formaliter. Et sic soluitur argumentum: vt dicamus distinctionẽ obiectorum, causare distinctionem potentiarum, non quia distinctio sit causa, sed quia modus causæ ad sensum prædictum.

Non inconuenit à minori diuersitate incausa prouenire maiorem diuersitatẽ in effectu. Instantia.

¶ SPECVLATIO septima. Vtrùm vltra potẽtias signatas interiores, & exteriores, sit signanda alia, quę sit appetitus.

1. Argum.

VIdetur quod non: quia potentiarum distinctio penes obiecta sumenda est, sed idem est quod apprehendimus, vel cognoscimus & appetimus: ergo non est ponenda alia potentia, quæ appetitus dicitur.

2. ¶Item. In anima sensitiua non est ponenda potentia distincta, sed in appetitu conueniũt viuentia cũ non viuentibus, ergo non est potentia distincta ponenda appetitus. Maior patet, quia si in sensitiuo aliquid ponitur vt potentia ad operandum, eo quod sensitiuũ est, oportet non conueniat non sensitiuis.

Aristot. 2. Ethic. ca. 1

Sed minor est manifesta, quia dicimus lapidem appetere centrum. Et tandem generaliter de omnibus loquens Aristoteles, ait: Bonum est quod omnia appetunt.

3. ¶Vltimo. Si in anima sensitiua inquantum sensitiua, esset ponendus appetitus distincta potentia à supra dictis, eadem ratione deberet poni irascibilis, & concupiscibilis, vt distinctæ potentiæ: cum videamus in appetitu esse vtrumque: sed est inconueniens multiplicare potentias, ergo non sunt aliæ præter signatas.

¶In contrarium est philosop. qui in isto secundo, distinguit appetitum ab alijs potentijs.

Notand. 1. Triplex est appetitus. Appetitus naturalis.

¶Pro solutione oportet notare, quod triplex ponitur appetitus: quidam naturalis: alius dicitur appetitus sensitiuus, & tertius rationalis. Appetitus naturalis est in igne ad ascendendum sursum, & ad sibi simile producendum: quia hoc ex inclinatione naturę habet & ponitur in quacunque re ad conseruãdum se in esse, & resistendum corrumpẽti: & fine aliqua alia præuia apprehensione, vel cognitione.

Appetitus sensitiuus.

¶Appetitus sensitiuus est ille, qui est quidẽ vbi anima sensitiua est: & fertur in aliquod conueniens, apprehensum tamẽ per sensum sicut brutum animal fertur in cibum, & potum: quæ apprehenduntur, vt incõuenientia suæ naturæ.

Appetitus rationalis.

¶Est & appetitus rationalis, qui voluntas dicitur: quo homo fertur in conueniens apprehensum per rationem. Neque de primo appetitu, neque de isto vltimo hic fermo est: nã infra in sequenti lib. quando de voluntate, & appetitu rationali dicemus.

Notand. 2. Vires appetitiuæ, et apprehensiuæ

¶Pręterea est notandum: quod vires, seu potentiæ sensitiuæ, distingui solent in apprehẽsiuas, & appetitiuas. Apprehensiuæ sunt in duplici differentia: quædam dicuntur apprehensiuæ de foris: & sunt omnes. 5. sensus exteriores, qui apprehendunt res exterius, coniungendo sibi sensibilia: vt in præcedenti libro dictum est. Aliæ sunt apprehensiuæ de intus: & istę sunt sensitiuæ potentiæ interiores, sensus communis: imaginatiua, æstimatiua, & memoria sensitiua. Per has enim potentias interius apprehendimus sensibilia.

¶Vltra huiusmodi apprehensiuas, est de appetitiuis hic speculatio, vtrum sint ponendæ in anima sensitiua. De quo sit prima conclusio.

1. Concl.

¶Vltra apprehensiuas de foris, quæ sunt quinque, & de intꝰ, quæ sunt quatuor: nullæ aliæ potentiæ apprehensiuæ sunt ponendæ in anima sensitiua. Probatur. Ratio ponendi potentias (vt supra diximus) est necessitas in animali, aliquarum operationum: sed ad omnes operationes requisitas, & animali conuenientes, ex parte virium apprehensiuarum sufficiunt potentiæ signatę: ergo nõ est opus ponere

ponere aliã vltra. Maior eſt nota. Minor probatur experientia. Nulla quidem dabitur operatio animantis, quæ non poſsit compleri illis ſignatis.

Corolla. Alfonſus Tolet. in li. de anima

¶Sequitur ex iſta concluſione, quod non eſt ponendus ſenſus agens, * (quicquid dicat Alfonſus Toletanus) dato intellectus ſit neceſſarius, v tin ſequenti libro dicemus: quia ſi ſenſus agens debet poni, alia potẽtia diſtincta à ſenſu paſsiuo, iam ſequitur quod non

Non datur ſenſus agẽs

ſufficerent potentiæ ſupra poſitę apprehenſiuæ: ſed eſſet neceſſariũ dare vnã potẽtiam, quæ faceret ſenſibile, actu ſenſibile, vt poſſet ſenſus paſsibilis habere ſuã operationem, ſed hoc non eſt dãdũ: quia fruſtra nihil eſt ponẽdum: ſed talis ſenſus agens (ſi poneretur) fruſtra eſſet, cum ſenſibile ipſum ſecundum ſe ſufficienter moueat potentiam ſenſitiuam. Phantaſmata enim non poſſunt agere in intellectum poſsibilem immediate: neque poſſunt mouere, vt infra dicemus: & ob id eſt neceſſarius intellectus agens, vt phantaſmata denudet vel illuminet. Verum in ſenſu nõ eſt opus: ob id ſufficit ſenſ⁹ potẽtia paſsiua, quę pati poteſtà ſibi proportionato obiecto, quale eſt ſenſibile. Ob hoc male opinatus eſt Ioã

Ioã. de Ian. 2. de anima q. 16. Non datur ſenſus agẽs Venetus. Caie. Thienenſis.

nes de Ianduno, qui poſuit ſenſum agentem alium à ſenſu paſsibili, ſicut ponitur intellectus agens alius ab intellectu poſsibili. Contra quem Augu. Niphus in libro de ſtructionis de ſtructionum. Auerro. contra Algazelum probat non dari, ſicut & Paulus Venet⁹ opinatur. Et Caietanus quidam Thienenſis, artium, & medicinæ doctor fecit de hoc peculiarem quæſtionem, & recitatis tribus opinio. tenet. 4. quæ eſt communis, quod nullo modo debeat poni ſenſus agens, neque intrinſecus, neque extrinſecus: quia obiecta ſenſibilia ſunt ſufficientia ad producendum ſpeciem ſenſibilem in ſenſu, & habere ſenſationem mediante ſenſibili ſpecie, abſque concurſu alterius particularis agentis.

¶Eadem ergo potentia eſt ſenſus agens, & patiens, quanuis (vt nominales loquuntur) cõnotatio ſit diuerſa: nam patiens dicitur in quantum recipit ſpecies, & agens, in quãtum ſpecie informatus producit actum. Si tamen per ſenſum agẽtem intelligeremus animam ipſam concurrentem ad ſenſationem, ponendus eſſet ſenſus agens, vt dicit, & bene Buri. 2 de anima. q. 13.

Burida. 2. Conclu.

¶Secunda concluſio. Vltra potentias apprehenſiuas neceſſarium eſt ponere potentiã appetitiuam, Probatur. Illæ potentiæ ſunt neceſſario ponendæ, per quas operationes conuenientes animali perfecto debent exerceri, & ſine quibus eſſet imperfectio: ſed potentia appetitiua eſt. Maior ex ſuperioribus conſtat. Minor probatur. Neceſſarium eſt viuenti quod inſequatur per appetitum id, quod apprehenſum eſt vt conueniens: alias eſſet magna imperfectio: quia nũquam poſſet cõſequi abſens, quod ſibi neceſſarium eſt: ſequitur ergo quod appetitus eſt ponendus. *Ratio. 1.*

¶Secundo. Si appetitus non eſſet ponẽdus, vt potentia alia diſtincta ab apprehenſiuis, eo eſſet, quia apprehenſiuæ ſufficerent ad proſequutionem apprehenſi: ſed non ſufficiunt. Patet. Potentiæ diſtinguuntur penes ſua obiecta: ſed alia eſt ratio formalis obiecti apprehendere, & alia eſt proſequi, & tendere ad conſequendum apprehenſum: ob id videmus nonnulla animalia apprehendere, & non proſequi: quia non mouentur potentia appetitiua. *2. Ratiõ.*

¶Præterea. Maior eſt differentia obiecti appetitus, qui eſt ad proſequendum apprehenſum, ad obiectum virium apprehenſarum, quã ſit inter obiectũ ſenſus communis, cuius eſt recipere ſpecies, & imaginatiuæ, cuius eſt retinere: ſed hæc differẽtia recipere, & retinere, ponunt & cauſant diſtinctas potentias: ergo hoc quod eſt apprehendere, & proſequi apprehenſum, cauſabit, & ſic ſequitur appetitum ſenſitiuũ eſſe aliam potentiam, ab illis ſignatis: qui non ſolum ponitur in homine, in quo anima perfectior, quam in bruto', ſed etiam oportet ponere appetitum ſenſitiuum in brutis in quibus nulla ratio, aut intellectus eſt. *3. Ratio.*

¶Tertia concluſio. Appetitus ſenſitiuus eſt alia potentia ab appetitu intellectiuo, etiam ſi vna ſola anima ponatur in homine. Hic ſolum contendimus probare, appetitum ſenſitiuum eſſe potentiam diſtinctam ab alijs: vt in homine, in quo eſt appetitus intellectiu⁹: qui eſt voluntas, appetitus ſenſitiuus ponatur & potentia diſtincta ab appetitu intellectiuo. Ex quo corroboratur præcedens concluſio ſecunda, quod in brutis ponatur potẽtia diſtincta ab alijs. Probatur hæc concluſio: ſuppoſito quod potentia appetitiua nata eſt moueri ab apprehenſo, ſic appetibile vocatur mouens, non motum: & appetitus, mouens motum: vt in ſequenti lib. 3. de Anima Ariſtote. dicit eſſe mouens non motum quia mouet potentiam, ſeu appetitum, & nõ mouetur illo genere motus: & potentia mouens mota. Mota quidem ab obiecto: & mouens, quia ipſa mouet ſeipſam ad exercitium actus *3. Conclu. Cõtra Gre. Arim. 2. d. 16. S. Th. 1. p. q. 80. ar. 2. Sco. in. 4. d. 44. q. 2.*

Ratio. 1. actus, & mouet alias potentias ad executionem illius rei appetitæ. Tunc ratio ſic formatur. Paſsiua, & mobilia diſtinguuntur penes diſtinctionem actiorũ: eo quod motiuum oportet ſit proportionatum mobili: & actiuum paſsiuo: ſed aliud eſt motiuũ, quod mouet ſenſum, quam quod mouet intellectum: quia vnum eſt apprehenſum per ſenſum, & aliud per intellectũ: ergo etiã alia erit potentia appetitiua ſenſitiua, ab appetitiua intellectiua.

Ratio. 2. Ad idem. Diſtinctio formalis obiectorum cauſat diſtinctionem in potentijs: ſed aliaeſt diſtinctio formalis obiecti, appetitus ſenſitiui: quia ſenſibile: & appetitus intellectiui, qa intelligibile: ergo ſequitur quod ſunt diſtinctæ potentiæ. Et dato quod ſenſibile ſit intelligibile, & quod appetitum per ſenſitiuum appetitum, ſit etiam appetitum per intellectiuum, tamen non ſub eadem ratione, ſed ſub alia ſicut ſi quis quantitatem per viſum percipiat, eandem etiam per aurem, non erit ſub eadem ratione: quia ſub viſu ratione coloris: & ſub auditu ratiõe ſoni, vnum ergo obiectũ materiale pertinet ad diuerſas potentias: ſub ratione diuerſa formali: ſicut & diuerſa obiecta materialia pertinent ad vnam ſolum potentiam: quia eſt ſolum vna ratio formalis.

Vtrũ appetitus ad actũ concurrat. Scotus. Capreo. Goffredus. Heruæus. Gregorius Adam Godã

¶Non eſt in præſentiarum appetitus diſputandi, vtrum appetitus ad actum concurrant effectiue, vel obiectum ſolum, vel vtrunque. Scot. Henric. & Capreo. tenent q ſolus appetitus, eſt cauſa ipſius appetitus in tellectiuus volitionis. Goffred. tenet quod ſolum obiectum cauſa actiua eſt. Heruæus tamen, Gregorius, & Adam Godam quod concurrat potentia, & obiectum: quod puto verius. Non (inquam) hic diſputamus, ne videamur excedere metas: alibi commodius.

4. Conclu. ¶Quarta conclu. Senſualitas non eſt potentia diſtincta ab appetitu ſenſitiuo, ſed ſolũ dicitur actus eius. Patet ex definitione: quæ talis eſt. Senſualitas eſt appetitus rerum ad

Ratio. 1. corpus pertinentium: ſed hoc eſt appetitus ſenſitiuus: ergo ſenſualitas non eſt potentia diſtincta.

¶Multa de appetitu ſenſitiuo, & ſenſualitate ſatis docte diſputata vide in fratre Antonio de Cordoua in ſuo quæſtionario. q. 23.

Ratio. 2. ¶Præterea. Ibi ponenda eſt diſtincto potentiarum, vbi alia ratio formalis obiecti eſt: ſed inter ſenſualitatẽ, & appetitũ ſenſitiuum nõ eſt alia ratio formalis obiecti: nãvtrobiq; mouet apprehenſum per ſenſum, ſed ſolum per ſenſualitatem declaratur motus eiuſdẽ appetitus ſenſitiui. Et communiter ſolet capi in malam partem, vt ſit appetitus ſenſitiuus, vt præueniens rationem: non reperietur in brutis ſenſualitas: quia in ipſis nõ eſt ratio ſed in homine: in quo mot⁹ brutales poſſunt ratione dirigi, dicetur ſenſualitas, quando præueniunt rationem & ſenſuales vocamus hones ſequentes tales motus at quia aliquando doctores indifferenter vtuntur nomine ſenſualitatis, & appetitus ſenſitiui: ſicut in bruto ponitur appetitus ſenſitiuus, ita & debet poni ſenſualitas, quæ eadem potentia eſt. & non alia. Et de ſenſualitate pro ſenſitiuo appetitu loquitur. S. Tho. quando dicit paſſiones fuiſſe in Chriſto in ſenſualitate, vbi per ſenſualitatem nõ poteſt intelligere id quod in malam partem: quia in Chriſto nullus fuit motus appetitus ſenſitiui præueniens rationem. De quo in tertio ſent. in noſtris reſolutionibus aſpirante Deo. *S. Th. in 2 d. 24. q. 2. ar. 1. ad. 3. In brutinõ eſt ſenſualitas. S. Tho. 3 p. q. 18. ar. 2. Intelligen. S. Thom.*

¶Quinta conclu. Appetitus ſenſitiuus qui eſt potentia, diuiditur in duas diuerſas potẽtias, ſcilicet, in iraſcibilem, & concupiſcibilẽ. Probatur. Ratio ponendi potentias plures & diuerſas, diuerſitas operationum quę ſunt neceſſariæ animali eſt: ſed alia eſt operatio concupiſcibilis, & alia iraſcibilis, & vtraque neceſſaria animali: ergo ponendæ ſunt iraſcibilis, & concupiſcibilis, potẽtię diſtinctæ. Probatur. Neceſſarium eſt in animali quod inclinetur ad proſequendum, quæ conueniunt ſecundum ſenſum: & datur concupiſcibilis. Eſt præterea neceſſarium animãti, vt reſiſtat impugnantibus, quæ conuenientia impugnãt: & nocumenta inferunt: quia alias ſi in eo nõ eſſet hæc operatio, non eſſet ſufficienter ei prouiſum, ſi non poſſet impugnantibus reſiſtere: ſed hoc nõ fit per concupiſcibilem: oportet ergo ſit per iraſcibilem: ſic ponuntur duæ potentiæ diſtinctæ, iraſcibiiis ſcilicet, & concupiſcibilis. *5. Conclu. Ratio. 1. Iraſcibilis Concupiſcibilis. S. Th. p. p. q. 81. ar 1.*

¶Secũdo, vbi eſt aliqua particularis ratio obiecti formalis: ibi oportet ponere potentiam diſtinctam: ſed inter obiectum concupiſcibilis & iraſcibilis eſt: ergo ponuntur diſtinctæ potentiæ. Patet. Obiectum concupiſcibilis eſt bonum apprehenſum per ſenſum, non arduum, nec habens rationem difficilis: ſed obiectum iraſcibilis eſt bonum apprehenſum per ſenſum, ſed quod habet rationem difficilis, vt quando debet inſurgere contra impugnãtes proſequutionem boni: ſed hæc ardui tas alia ratio formalis eſt: ergo oportet pone *2. Ratio. S. Th. p. 2. q. 23.*

re distinctas has potentias. Et ponuntur in anima sensitiua in quantū sensitiua, & in animali in quātū animal est, cui cōuenit ad suā perfectionē prosequi delectabile per cōcupiscibile, & insurgere cōtra arduitatē per irascibile. Sic Aristo. dicit. 8. de animalibus, quod sint pugnæ de cibis, & veneris. Et distinctio irascibilis, & concupiscibilis satis probari posset: eo quod passiones irascibilis videntur cōtrariari passionibus concupiscibilis: quia concupiscētia accensa iram minuit: & ira accensa minuit concupiscentiam, vt in pluribus.

S. Tho. p. p. q. 81. ar. 2. et q. 82. ar. 5.

¶ An irascibilis, & cōcupiscibilis in appetitu rationali distinguantur, inferius dicetur. Pro nunc solum in appetitu sensitiuo ponimus: quia in intellectiuo non est necessariū pone re diuersas potentias, cum vna sufficiat ad omne bonum, siue fit arduum, siue non: tamē non sic in appetitu sensitiuo: quia non est vniuersalis.

¶ De subiecto appetitus Sensitiui loquētes varia est opinio doctorum. Nā Thomas de Garbo in summa. q. 76. ponit in cerebro. at do. sub. in. 2. sen. d. 16. & in. 4. d. 44. q. 2. totū corpus ponit subiectū sed doct. S. 12. q. 48. ar. 2. & de veritate. q. 26. ponit in corde. & consentit Venetus 2. de anima. c. 29.

Ad argum. ¶ Ad primum. Concedimus distinctionem potētiarum sumendam ab obiecto formali: sed negamus esse idem obiectum quantum ad formale, quia aliud est apprehendere, aliud appetere apprehensum, & prosequi. Et ista potentia præsupponit aliam, & stat apprehensionem, sine prosequutione esse, licet non econtra.

Ad. 2. ¶ Ad secundum dicimus, quod in non viuentibus est appetitus naturalis, qui sequitur ex inclinatione, naturam talis formæ sine aliqua apprehensione: & in bruto ponimus appetitum sensitiuum, qui sequitur aliam apprehensionem, in quo est differentia ad appetitum in illis, in quibus non est apprehensio, etiam si vterque sit ad conueniens secundum naturam: est tamen differentia latissima: quia vnus sine apprehensione: alius non sine ea.

Gregorius Nicenus. Damascen.

Ad 3. ¶ Ad tertium dictum est iam, in anima sensitiua ponendam irascibilem & concupiscibilem, in quam immediate ipse appetitus sensitiuus diuiditur: sic Gregor. Nicenus: & B. Damascenus ponunt irascibilem, & concupiscibilē, partes appetitus sensitui. Et ad modū quo in potentijs interioribus apprehensiuis ponitur æstimatiua, quæ est eorum quæ sensum nō immutāt: quia cōuenit animanti: sic etiā oportet q̄ in parte appetitiua, nō solū sit vis quæ appetat, q̄ est cōueniēs secūdum sensum, sed etiā q̄ nō est cōueniēs secūdū delectationē sensus. sed secundū quod est vtile animanti ad suā defensionem: & sic ponitur irascibilis distincta à concupiscibili.

QVia in præcedēti speculatione de irascibili, & concupiscibili, provt in anima sensitiua sunt, diximus, quāuis vtcūque videatur digressio, nō erit tamen alienum ab speculatione præsenti (vt semel absoluamus omnia, quę intelligenda sunt in anima sensitiua) quærere vtrū in aīa sensitiua eo q̄ in sensitiua vltra sua prædicta ponātur aliquæ passiones quę sunt operationū principia: distincta ab ipsis supra dictis potentijs. Hac ratione quæritur.

¶ SPECVLATIO VIII. Vtrum sint ponendæ passiones in anima.

1. Argum. VIdetur quod passiones non sint ponēdę in anima. Passio dicitur a pati: tanquam passio ibi fit, vbi & pati: sed anima non potest pati: ergo in ea nō est passio. Patet. Illud quod est indiuisibile, & inalterabile non potest pati, sed anima est huiusmodi.

2. Argum. ¶ Item. Id quod est immobile, non potest pati: sed anima est immobilis, vt Aris. probat: ergo non potest pati: quod si nō potest pati, neque in ea erunt passiones. Sed probo q̄ pati sit moueri: nā si patitur, ergo ab aliquo agēte patitur: vel ergo patit, quia alteratur, vel quia augetur, vel quia locū acquirit, vel aliqua alia specie motus: sequitur ergo quod pati est moueri: & sic nulla passio erit in anima.

1. De ani.

3. Argum. ¶ Tertia. Omne quod patitur, ab aliquo contrario patitur: sed animę (cum substantia sit) nihil est contrarium: ergo in anima non est passio.

In contrar. ¶ In contrarium est Aristo. qui in, 2. Topicorum ait, passio est in concupiscibili.

1. Notand. Pati tripliciter. ¶ Pro solutione notandum, quod pati tripliciter accipitur, Primo modo, communiter: sic omne recipere, pati est, etiam si nihil abijciatur à re vt aer quando illuminatur, patitur: quia lumen recipit à luminoso quanuis nihil abijciatur, sed perficitur.

¶ Secundo modo pati, est, aliquid recipere cum abiectione alterius: quod potest esse vel abijciēdo disconueniens: vt fit quādo animal sanatur: quia ægritudinem abijcit alio modo quo modo abijcitur conueniens: vt quando animal ægrotat. Et iste est tertius modus, & proprijssimus patiendi: quia pati est patiens trahi ab agente: & tunc aliquid trahitur, quādo recedit ab eo, quod sibi conueniens erat.

¶ Omnibus istis modis in anima contingit passio: sed primo modo de per se: vt quando intelligit, & sentit: quod cum sit passio, perficitur tamen. De isto modo passionis non est in præsenti speculatio: secundo, & tertio modo quando est cum abiectione non potest esse sine aliqua corporali transmutatione, ob quod in anima non potest esse passio proprie dicta, nisi sit de peraccidens, in quantum compositum patitur, & dicatur anima, quæ pars compositi, est pati.

Notand. 2. ¶ Est etiam considerandum, quod cum passio trahat quodammodo patiens: potius in parte appetitiua poni debet, si ponenda est, quam in parte apprehensiua. Ratio est: quia animę pars appetitiua fertur in rem, vt in se ipsa est, Quapropter dicit philo. 7. metaph. quod bonum, & malum, quæ sunt obiecta appetitiuę potentiæ, sunt in ipsis rebus: at pars apprehensiua trahit rem ad se, in quātum rē quam apprehendit, & cognoscit per speciem in se habet: sic dicit ibidem Aristoteles quod verum, & falsum, quæ ad cognitionem pertinent, non sunt in ipsis rebus, sed in mente. Ecce quomodo ratio passionis magis ad partē appetitiuam pertinet: quam ad apprehēsiuā vel cognoscitiuam.

Differētia inter intellectū et appetitum. Aristo.

Corolla. ¶ Ex quo sequitur, cum in anima sensitiua solum ex parte appetitus, sit irascibilis, & concupiscibilis: quod si passiones sunt ponendę in huiusmodi potētijs debeāt poni. De quo fit. 1. Conclusio.

1. Conclu. Amor. Desideriū. Delectatio. Odium. Fuga. Tristitia. Spes. Desperatio Timor. Audacia. Ira. Arist. 1. Ethi. ca. 1. S. Th. 1. 2 q. 26. ar. 1.

¶ Passiones in vniuersum quæ in anima sensitiua ponuntur: sunt tantū vndecim. Amor, desiderium, delectatio, odium, fuga, tristitia, spes, desperatio, timor, audacia, ira. Probatur. Passionum distinctio penes obiectum sumēda est: sicut habituum, actuum, & potentiarū sed tot sunt differentiæ obiecti: quot sunt passiones nominatæ, & non amplius: ergo solum sunt ponendæ istæ. Maior est manifesta Minor probatur. Passiones vel respiciūt bonum, vel malum, si bonum, vel est arduū, vel non est arduum: si non est arduum, ponūtur tres primæ: Amor, desiderium, delectatio. Patet. Ptopositio aliquo bono, est quædam adaptatio, vel inclinatio, seu appetitus ad id, earatione, qua omnia appetunt bonum, vt dictum est. Et secūdum diuersitatem appetituū ponitur diuersitas amoris: nam si est appetitus naturalis, quia non consequitur aliquam apprehensionem, est amor naturalis vt in lapide ad descensum deorsum, si sequatur apprehensionem sensitiuam illius boni, est passio sensitiuæ partis, quæ amor dicitur. Post amorem sequitur quod tendat ad tale bonum amatum, & sibi conueniens: sic est desiderium. 2. passio. Et post, est habere rem præsentem, & quietari in eo, respectu cuius præcessit amor & est, delectatio. Et quod istę distinguantur, patet: quia bonum, ad appetitum aliter se habet, in quantū est conueniēs: & aliter in quantum tendit in eum, & aliter in quantum quieuit in eo: sed vbi est alia & alia ratio obiecti, oportet ponere aliam, & aliam passionem: sequitur ergo tres has passiones ponendas, & distinctas esse respectu boni conuenientis, non habentis rationem difficilis.

Amor. Desiderū. Delectat.

¶ Ratione mali ponuntur aliæ tres correspōdentes istis, nam quando est aliquod malum & disconueniens, est odium: sicut respectu conuenientis erat amor. Et cum sit odium, est naturaliter recessus ab illo: sic est fuga. Quod si malum sit præsens, tristitia est. Ecce vnde aliæ sumuntur tres passiones: quia per istas appetitus trahitur. Et malum non eodem modo se habet in ratione disconuenientis, & in ratione fugæ, & in ratione qua præsens est: ergo vbi est alia & alia ratio obiecti mouentis & trahentis, oportet ponere aliam passionē, & aliam: & sunt in vniuersum. 6. passiones sic positæ respectu non difficilis: respectu boni tres: & respectu mali aliæ tres.

Odium. Fuga. Tristitia.

¶ Sunt & aliæ quinque quæ respiciunt bonū & malū, vt habent rationem difficilis. Respectu boni, est spes, & desperatio. Spes, quando illud arduum putat se posse consequi, quanuis habeat difficultatem. Quod si non existimet se posse consequi, est desperatio. Quia ergo non eodem modo se habet appetitus in hoc quod speret cōsequi, vel succumbat: ponuntur duæ distinctæ passiones. Respectu mali si sit arduum, est timor, & si putat se posse prævalere, & vincere malum tale, & insurgit ad id, ponitur audacia: & sunt duæ passiones distinctæ: quia licet sit idem obiectum non eodem modo mouet appetitum quando timetur, & quando putat se posse euadere.

Spes. Desper. Timor. Audacia. Ira.

¶ Alia est passio, quæ ira dicitur, & est quando iam malum est præsens, & adhuc excandescit, & accenditur ira: vt etiam præsens malum

lum euitet,& est ira. Alia est ratio mouendi in malo,quando solum timetur, & antequam eueniat,putans superare,audet,&quãdo iam est præsens,vult euitare,respectu cuius est ira: & sic manet quod sunt vndecim passiones:sex respectu non difficilis,&.5.respectu ardui.

Ratio. ¶Et potest signari ratio. Respectu diuersorum mouentium,oportet ponere diuersitatem in mobilibus,vel motis:sed modi mouẽtium sunt.11.diuersi:ergo & passiones,respectu quarum mouetur appetitus,oportet sint vndecim.Patet.Si bonũ non est arduũ, vel mouet,quia conueniens,& sic est amor: vel mouet ad prosequutionem,& sic est desiderium:vel mouet ad quietem in eo,& est gaudium,vel delectatio.Respectu mali non ardui:vel mouet quia disconueniens, & est odium:vel mouet vt recedat,& est fuga:vel mouet,quia presens,& est tristitia.Respectu ardui boni,vel mouet,quia putat se posse cõsequi,& est spes:vel quia non prævalebit,& est desperatio.Si respectu mali,vel mouet vt absens,& est timor:vel mouet vt absens,sed possibile vitari,& est audacia:vel mouet vt iam præsens,& est ira.Non est alius modus mouendi,quare non ponitur alia passio in parte sensitiua.

Amor. Desiderum Gaudium. Odium. Fuga. Tristitia. Spes. Desperatio Timor. Audacia. Ira.

2.Conclu. ¶Secunda conclusio.Sex primæ passiones: Amor:desiderium:gaudium:odium:fuga:& tristitia,ponuntur in appetitu concupiscibili,tanquam in subiecto,& passiones concupiscibilis vocantur.Probatur.Illa quæ appetitum mouent,& non sub ratione ardui, ad appetitum concupiscibilem spectãt:sed oẽs illæ sex passiões sunt huiusmodi:ergo sequitur quod ponuntur in concupiscibili.

Ratio. 1.

Ratio. 2. ¶Præterea.Ibi ponetur passio sicut in subiecto,vbi est ratio obiecti potentiæ:sed in passionibus supra dictis, quæ sunt respectu non difficilis,reperitur ratio obiecti potentiæ concupiscibilis,quæ est non arduũ: ergo illæ passiones,quæ sunt nõ arduí,ibi debent poni.Maior patet:quia si fiat sermo de albedine ad quam spectat potentiam,oportet dicamus ad visiuam,quia in albedine est ratio potentiæ visiuæ,nempe color, sic in ꝓposito in istis sex passionibus.

3.Conclu. ¶Tertia conclusio.Quinque aliæ passiones: spes:desperatio:timor:audacia,&ira,ponuntur in appetitu irascibili tanquam in subiecto.Probatur.Illa quæ habent rationem arduí,spectant ad irascibilem,sed istæ.5.passiones sunt huiusmodi:ergo ibidem ponentur tanquam in subiecto.

Ratio. 1.

¶Item.Istæ.5.passiones in appetitu sensitiuo debent poni,quia per eas trahitur quodãmodo:ergo vel in concupiscibili,aut irascibili:sed non in concupiscibili,quia ibi solum ponuntur illa quæ participant rationem obiecti potentiæ,scilicet,non arduum:ergo sequitur quod debent poni in irascibili tãquã in subiecto,cuius obiectum arduum est. *2.Ratio.*

4.Conclu. ¶Quarta conclusio. Cùm omnes passiones tam irascibilis quam concupiscibilis habeãt contrarium,sola ira nullum habet.Patet.

Ratio. Amor habet pro contrario odium: desiderium,fugam:& gaudium,tristitiam habet sibi oppositum.Quod ista adinuicem sint cõtraria patet:quia respectu eiusdem nõ simul se compatiantur sub eadem ratione. Passiones irascibilis similiter:nam spes desperationi contraria est:sicut timor,& audacia:sed ira nullum habet contrarium,nisi vacuitatẽ iræ dicamus ei contrariam,quod nõ est proprie loqui:nam si ira haberet aliquodcontrarium,esset vel respectu accessus,vel recessus: non respectu accessus,quia respectu accessus ira est, ergo erit respectu recessus:sed non potest esse quia iam malum est præsens: ergo non potest esse recessus:nec respectu boni,vel mali:quia malo præsenti opponitur bonum præsens,sed bonum presens iam nõ habet rationem arduí:& sic pertinebit ad concupiscibilem,vt gaudeat:ergo ira nullum habet contrarium, cum omnes aliæ passiones habeant suum.

S.Th.1.2 q.23.ar.1.

5.Conclu. Contrarietas duobus modis consideratur. ¶Quinta conclusio. Contrarietas in passionibus irascibilis inuenitur duobus modis & in passionibus concupiscibilis solum vno modo.

¶Et priusquam probem,suppono quod cõtrarietas in passionibus secundũ contrarietatem motuum,& mutationum sumenda sit, quia passio motus quidam est,vt dicit Aristo.Et duplex est contrarietas in motibus: & mutationibus:aut penes accessum & recessum ad eũdem terminũ,vt est in mutationibus vt generatio:quia accessus ad substantiam,sit contraria corruptioni,quæ est recessus ab eadem. *Arist.3.phi.*

¶Alio modo sumitur proprie, secundum diuersitatem terminorum: vt in motibus: Dealbatio est contraria denigrationi:quia termini sunt contrarij,albedo,& nigredo. Istis duobus modis in passionibus animæ cõtrarietas potest reperiri.

Ratio.p.p. ¶Probatur conclusio quo ad primam partẽ quod in passionibus irascibilis sit contrarietas vtroquemodo.Primo.Est per accessum & recessum ab eodem.Patet:quia spes, est accessus ad bonum arduum, & desperatio est recessus ab eodem:quia superatur ab arduitate,& succumbit.Eodẽ modo timor,& audacia:quia ad malum arduum est accessus per audaciam,ad vincendum:est recessus ab eo, per timorem.

¶Reperitur etiam alia cõtrarietas penes terminos contrarios:quia spes timori,contraria tur,& desperatio,audaciæ.Horum ratio est: quia bonum arduum in quantum bonũ,habet vt sit accessus : & quatenus arduitatem habet,potest esse recessus ab eo.

Ratio.2.p. ¶Secunda pars:In passionibus concupiscibilis solum reperitur vnus modus contrarietatis,scilicet,penes terminos contrarios: amor odio:& desiderium,abominationi,vel fugæ: & gaudium,tristitiæ opponitur:sed non reperitur contrarietas penes accessum,& recessum ab eodem: quia ad malum non potest esse accessus:neque à bono absolute consideratum:vt obiectum est concupiscibilis, potest quis recedere.* Dixi absolute quia bonum consideratum sub aliqua ratione mali, potest quis refutare & ab eo recedere.

6.Cõclus. ¶Sexta conclus.Passiones irascibilis & dicũtur priores quã cõcupiscibilis,& posteriores eis,secundum aliam,&aliam considerationẽ: nam respectu passionũ concupiscibilis,quæ important quietem,sunt priores,& respectu passionũ cõcupiscibilis,quæ important motum,sunt posteriores.Probatur,supposito ꝙ passiones concupiscibilis,aliquæ important motum,vt amor,desiderium,odium,& abominatio.Aliæ important quietem:vt gaudiũ quia de bono præsenti,&tristitia,de malo præsenti.In passionibus irascibilis nulla est, quæ importet quietem:quia iam si esset præsens non haberet rationem difficilis.Probaturcõclusio.Nam tristitiam,præcedit timor, & audacia:sicut gaudium,spes,& desperatio:ergo irascibilis passiones,præcedũt illas,quę sunt concupiscibilis in quiete.

Ratio.p.p.

Ratio.2.p. ¶Altera pars probatur:quia amor,& desiderium,præcedunt spem:& desperationẽ,sicut odiũ,& abominatio,timorem,& audaciã: & hoc quia istæ passiones concupiscibilis dicunt motum: sequitur ergo quod in vno sensu præcedunt, & in alia consideratione sequuntur.

Corolla. ¶Ex ista conclusione sequitur,quod omnes passiones irascibilis , habent principium in passionibus concupiscibilis:& in eis terminãtur:sic irascibilis passiones,sunt velut mediũ inter passiones concupiscibilis:quæ important motum,& inter eas quæ quietem:Apertum est enim:quia prius est amor,& desiderium,quam spes:& prius odium,& fuga,quã timor.

7.Cõclus. Ratio.p.p. ¶Septima conclus.Sicut inter omnes cõcupiscibilis passiones amor prima est, sic inter oẽs irascibilis,spes.Probatur prima pars.Naturaliter prius est bonum,quam malum: ergo prius est amor,qui respectu est boni:quãodium,quod est respectu mali.

Aristo. D.Th.1.2 q.12.ar.4. ¶Præterea.Prius est intentio finis, quam sit tendentia:& in intentione prius est connaturalitas quædam,& cõuenientia ad bonum quod habet rationem finis, sed hoc facit amor:ergo amor prius est quam quæcunque alio passio.

Ratio.2.p. ¶Item.Si quis odit,eo odit, quia amat:nã si odit disconueniens est,quia amat contrariũ tanquam conueniens:& amat illud cui illud malum non conuenit.

¶Alia pars,quod spes sit prior inter passiones irascibilis:patet:quia est de bono: bonũ naturaliter prius est,quã cõtrariũ:sic est prior quã timor:imò & quã desperatio nã cũ bonũ arduũ mouet statim est spes:sed cognita arduitate,desistit ab spe desperando:prius ergo spes est desperatione.

8.Conclu. Ratio. ¶Octaua conclusio. Inter omnes passiones tam irascibilis quam concupiscibilis solum istæ.4.principales & potissimæ dicũtur:gaudiũ,tristitia:spes,& timor.Patet:quia omnes quæ sunt concupiscibilis,de bono:in gaudio terminantur:& quæ sunt de malo,in tristitia: sic oẽs aliæ ad has duas vt ad principales referuntur.Eo enim quis amat, & prosequitur amatum:vt in præsentia gaudeat : quod si odit,& fugit,& non euitat,tristia est : & sic terminus.

¶Spes in irascibili est de bono futuro arduo: quod si consequatur,iam gaudium est,quod ad concupiscibilem spectat. Et timor est de malo:quod si nõ euitet,iam tristitia est,quæ pertinet ad concupiscibilem. Et solum istę.4. passiones sunt principales:duæ irascibilis,& duæ concupiscibilis.

9.Conclu. D.Thomas 1.2.q.28. Arist.1. Ethi.c.1. ¶Nona conclusio. Amor,qui ex bono,& cognitione,& similitudine oritur:vnionem,inhæsionem,extasim,zelum,liquefactionem, fruitionem,languorẽ,& feruorem causat.Ista conclusio plures habet particulas,& breuiter probantur:quia amor est passio appetitus,quia omnia appetunt bonum:& ex cognitione: quia incognita diligere non contingit:& quilibet naturale suum simile diligit.Ecce quomodo amor ex istis oritur.

Vnio. ¶Sed quòd amor efficiat vnionẽ, patet: quia vis vnitiua est, quæ facit vnum cum amato, in tantum vt inhæreat: & amans sit in amato magis quam in se. Quapropter potius in eo quem amat anima, quam in eo quem animat est. Hinc contingit quod vehementer amantes sui obliti, solum in amato requiescunt.

Augn.

Extasis. Atque extasim causat: quia extra se ponit: & secundum partem apprehensiuam cogitando de amato, & secundum partem appetitiuam, pro quanto transfert se ad amatum. Et quidem in amore amicitiæ simpliciter: in amore concupiscentiæ secundum quid, in quãtum amans nõ cõtentus gaudere bono q̃ habet, quærit frui aliquo extra se. At quia illud bonum quod quærit, sibi vult, non simpliciter dicitur exire extra se. In amore amicitiæ tamen, quia non quærit seipsum, sed amatũ propter se, exit simpliciter extra se.

Amor amicitiæ, amor concupiscẽtiæ.

Zelus. ¶Causat & zelum: quia intensus amor intendit excludere omne id quod repugnat amato: & homo zelat bonum amici: vt vitet qd illi contrarium est, & quærit quandam singularitatem in amando.

Liquefactio Fruitio. Languor. Feruor. ¶Causat etiam liquefactionem: quia si præsens est amatum, quodammodo locum dat amato, vt penetret omnia: sic est fruitio amati: quod si amatum non sit præsens, est languor: quia videtur deficere ob absentiã, & sequitur feruor vt habeat.

10. Cõclu. ¶Decima conclusio. Delectatio, quæ & gaudium, in rationali creatura dicitur: si spiritualis sit, excedit omnem carnalem. Inter carnales vero illa quæ tactus vehementior, & potẽtior est. Prima pars probatur: quia cum delectatio sit passio, in præsentia boni habiti, est in homine & in bruto: at in homine solum, delectatio gaudium dicitur: quia cum cognitione boni habiti est, sed in bruto solum delectatio dicitur.

Ratio. 1. p.

Ratio. 2. p. Vehementior delectatio spiritualis, quã carnalis. ¶Secunda pars, quod delectationes spirituales sint vehementiores, patet: tum quia magis delectatur homo, cum cognoscit aliquid intelligẽdo, quam cum cognoscat sentiẽdo, quia cognitio intellectus perfectior, & magis reflectitur ipsa potentia intellectiua supra suum actum. Et potentia cognitiua est magis dilecta: nam quilibet vellet potius carere visiua potentia, quam intellectiua. Et si fiat cõparatio ad ipsas delectationes, spiritualis est vehementior secundũ tria, quæ requirũtur ad delectationẽ, scilicet, bonũ cõiũctũ, & id cui cõiũgitur, & ipsa cõiũctio. Nã bonũ spirituale est melius, & magis dilectũ, quã corporale: cuius signũ est: q̃ homines abstinent

Tria requisita ad delectationem.

à magnis voluptatibus ne perdant honorem quod est bonum intelligibile.

¶Item. Ipsa pars intellectiua est multo nobilior, magis cognoscitiua, quam sit sensitiua. Et respectu. 3. scilicet, coniunctionis, etiam patet, quia est magis intima, & magis perfecta & magis firma quam corporalis. Intimior quidem, quia sensus solum circa exteriora: intellectus vero vsque ad rei essentiam penetrat. Item, quia contũctioni corporeæ adiungitur motus qui est quid imperfectum, decuius ratione est, quod non habeat omnes partes simul: & sic delectationes corporeæ nunquam sunt secundum se totaliter, sed spirituales sine motu: & totæ simul.

Quoadnos carnales delectationes sunt vehementiores. ¶Est firmior: q̃ delectabilia corporalia sunt corruptibilia, & cito deficiunt: sed spiritualia sunt incorruptibilia: & ob id secundum se delectationes spirituales sunt vehementiores, licet quo ad nos contingat contrarium, quia, scilicet, sensibilia nobis magis nota quã intelligibilia, & ex pessima consuetudine.

¶Secũdo: quia delectationes sensibiles sunt cum transmutatione corporali.

Aristo. ¶Tertio: quoniam delectationes corporales appetũtur velut medicinæ quædam contra defectus, vel molestias, ex quibus tristitiæ oriuntur.

¶Alia pars, q̃ delectatio inter carnales, quæ secũdũ tactũ est: sit vehemẽtior, patet ratiõe vtilitatis: quia magis ad cõseruationẽ animalis illa quæ per tactũ, vt est cibus, licet ratione cognitionis delectatio quæ est visus, sit maior: sed simpliciter illa quæ secũdũ tactũ, quia concupiscentiæ naturales, vt est cibi, & Venereorum, ad tactum pertinent.

Cõclu. 11 ¶Vndecima cõcl. Spes prima passionũ irascibilis, quę in brutis reperitur, causatur ex experiẽtia, quę maximæ in iuuenib⁹, & ebriosis abũdat. Prima pars ex superioribus patet.

D. Th. 1. 2 q. 40. ar. 6. ¶Secunda pars, q̃ sit in brutis, patet: quia si canis videat leporem à longe, non mouetur ad ipsam: & quando insequitur, si elongatur, desistit: quia desperat, ergo habet spem.

¶Alia pars, quod experientia soleat spem causare, patet: quia homines bene experti intelligunt rei difficultatem, quando se se offert: vnde & spem habent, & vires sumunt: ecõtra inexperti succumbunt cum primũ se se offert aliqua ratio ardui.

In iuuenib⁹ maxime spes abũdat. ¶Quod in iuuenibus maxime abundet, Aristot. in libro rhetorico probat propter tria, Primo, quia multum habent de futuro tẽpore, & parum de præterito, & sic parum habẽt de memoria, & viuunt in spe.

¶Et

¶Et propter caliditatem naturæ habẽt multos spiritus: & cor ampliatur, & ex amplitudine cordis est, q̃ sint animosi, & bonę spei.

¶Tertio: quia cũ non sunt passi repulsam in suis cõnatibus, putant aliquid sibi possibile, quod tamẽ est impossibile: & sperant multũ. Cũ ergo cõditiones spei sint futurum arduũ, & possibile adipisci: ista in iuuenibus maxime, ideo sunt bonæ spei.

¶Item, & ebriosi: quia in eis sunt duo: caliditas. s. & spirituum multiplicatio, propter vinum. Secundo, inconsideratio periculorum, & hac ratione stulti, & deliberatione non vtẽtes, omnia tentant: & sunt bonæ spei: quos vocamus temerarios.

12. Cõclu. Timor non est de malo culpæ. ¶Duodecima cõclus. Timor, qui de malo culpæ nõ est, in repẽtinis maxime apparet: contractionẽ facit, & cõsiliatiuos esse: atq; sic tremorẽ causat, vt operationem impediat, cuius species segnities: erubescentia: verecũdia: admiratio: stupor, & agonia, ponuntur.

D. Thom. 1. 2. q. 28. ar. 3. Ratio. p. p. S. Tho. 2. 2 q. 65. ar. 1. ad. 3. & q. 3. 19. ¶Probatur quod nõ sit de malo culpæ. Timor est de aliquo arduo malo, quod facile vitari non potest, & non est in nostra potestate: sed malũ culpæ vitari potest, & in nostra est potestate, alias nõ esset malũ culpæ: ergo non est timor proprie de malo culpæ.

Ratio. 2. p. ¶Alia pars, quod in repẽtinis maxime patet quia cũ timor sit de malo q̃ eminet, & facile non potest vitari, repẽtina mala sunt huiusmodi, quia hominem imparatum aggrediuntur: ex quo magis timemus.

Ratio. 3. p. Cõtractio. ¶Quod faciat contractionem, patet: quia timor euenit ex phantasia alicuius mali eminẽtis, quod difficile potest repelli: & hoc nõ nisi ob debilitatẽ virtutis euenit, sed vbi est debilitas in virtute, ibi contractio est: ergo timor causat cõtractionem.

Tremor. ¶Et tremor causatur, quia cum fit cõtractio ab exterioribus ad interiora, partes exteriores manent frigidæ, & causatur tremor ex debilitate virtutis continentis membra, quia deficit calor, qui est instrumẽtum motus: vt ait Aristot. in ist. 0. 2. de anima.

¶Et cessat operatio: nam ex eo quod mẽbra manent sine calore frigida, non possunt moueri. Omnia ista experientia constant, in timentibus.

Species timoris. Segnities. ¶Quod illę sint species timoris. 6. patet, quia malum potest timeri in operatione ipsius hominis dupliciter. Primo, labor grauans naturam: & est segnities: qua quis refugit operari ob timorem excedentis laboris.

¶Secundo. Potest timeri turpitudo lædẽtis opinionem: & si fit in actu committendo, erubescentia est: & si in turpi facto, est verecundia.

Erubescentia. Verecũdia. ¶Si sit malum in exterioribus rebus, triplici ter considerat ur: vno modo, ratione suæ magnitudinis, cum aduertit malum, cuius exitũ non sufficit considerare, & est admiratio. Secundo potest esse ratione distractionis, quia scilicet, malum incõsuetum se se offert, & est stupor, qui causatur ex insolita imaginatiõe.

Admiratio Stupor.

Agonia. ¶Tertio, ratiõe improuisionis: vt sunt infortunia futura, & ponitur agonia. Ecce quomodo sex sunt species timoris.

13. Cõclu. S. Th. 1. 2 q. 46. Aristot. 7. Ethico. Vide Abu. Matth. 4. q. 150. ¶Conclusio. 13. Ira passio vltima irascibilis, quæ cum ratiõe est minus malum est quam odiũ ad illos ad quos iustitia pertinet. Tres species habet, fel, maniam, & furorem.

¶Prima pars patet ex supra dictis: sed quod cum ratione sit, probatur ex Aristo. Ira consequitur rationem aliqualiter: quia cum ira sit appetitus vindictę, sine collatione, nõ potest esse, ad nocumentum illatum: ergo ira in isto sensu cum ratione est.

Ratio. 2. p. ¶Quod sit grauius odium ira, patet: quia odiens appetit malum ei, quem odit: sed hoc in quantum est malum: & nociuum: sed irat⁹ appetit malum, non inquantũ malum, sed in quãtum vindicatiuum est & ob id habet rationẽ boni: inquãtũ putat esse bonum: atmalum velle alicui, inquantũ malũ, grauius est, quam ei velle malũ sub ratione boni: ergo odium est grauius quam ira.

Ratio. 3. p. ¶Quod ad illos sit ad quos iustitia, patet quia ira vult vindictam sub ratione iustitiæ, ergo ad illos ad quos iustitia erit.

Gregorius S. Tho. 1. 2 q. 46. ar. 8. ¶Quod fiat. 3. eius species (vt ponit Grego. Nicenus) patet, quæ fumuntur secundum q̃ dant iræ aliquod augmentum, quod triplici ter contingit: vno modo, ex facultate ipsius motus, & talis ira vocatur fel: quia cito accẽditur. Alio modo ex parte tristitiæ causantis irã, dũ in memoria manet, & sic est mania, à manendo. Tertia ex parte eius quod iratus appetit, scilicet, vindictam, & ponitur furor, qui nõ quiescit donec puniat. Ob id Arist. 4. Ethico. quosdã irascentiũ vocat acutos, quia cito irascuntur, alios amaros, quia diu retinent iram: alios difficiles, quia nunquam quiescunt.

Fel. Mania. Furor. Amarus. Acutus. Difficilis.

14. Cõcl. Abulen. Matth. 5. q. 151. ¶Decima quarta conclusio. Ira, cuius motiũ paruipensio irascentis, & excellentia est, causat delectationem, & feruorem in corde, atque taciturnitatem: & tandem rationis vsum impedit.

Ratio. p. p. ¶Prima pars patet ex Aris. 2. Rhetor. qui ponit tres species paruipensionis, Despectum,

Epireasmum:id est defectum voluntatis implendæ:& contumeliationem: cum ergo ira appetat nocumentum alterius, inquantum habet rationem iusti vindicatiui, quod quis scienter alium paruipendat,facit vt quis irascatur:quia ibi maior ratio iustitiæ in vindicãdo,quanto est iniustitia maior,in contemnẽdo.

Ratio.2.p. ¶Secunda pars patet ex Arist o.qui ibi dicit quod homines propter excellentiam indignantur.Ratio est:quia quanto maior est excellentia personæ,maior iniustitia sit inferẽdo ei iniuriam:& ex hoc magis quis insurgit in iram,ad hoc iniustum vindicandum.Et cõsequenter,quanto est maior defectus in eo qui facit iniuriam: est maius motiuum iræ in eo qui iniuriam passus est : & mouetur ad iram.

Ratio.3.p. ¶Quod ira causet delectationem.Arist otel. probat ibidem,qui dicit,esse melle dulciorẽ. Ratio est:quia quanto maiori tristitiæ obuiatur,maior est delectatio: sed per vindictam, quæ ex ira est, maiori tristitiæ obuiatur,scilicet:quodquis passus fuerit iniuriam & si vindicta fuerit præsens realiter,fit perfecta delectatio,quæ tristitiam excludit:sed antequam sit in re vindicta:fit ei præsens per spem.Alio modo per continuam cogitationem;& causat delectationem sed non perfectam vt omnem excludat tristitiam.Ratio ergo hæc est.

Ratio ad cõclusionem. Quodlibet bonum desideratum,quando est in præsentia,delectationem causat:sed vindictam sumere de iniuria illata est bonum : ergo in præsentia causat delectationem,& tanto maiorẽ quãto magis præsentialiter habetur & si præsens in spe,vel cogitatione, secũdum hoc delectationem causat.

Ratio.4.p. Feruor. Damas. ¶Quod feruorem in corde causet, patet ex Damasceno,qui dicit, iram esse feruorẽ sanguinis circa cor.Ratio est:quia tanto naturaliter quælibet res insurgit ad contrarium repellendum,quanto habuerit præsens : sicut aqua tanto magis reducitse ad frigiditatem quanto fuit calidior:cum ergo iratus habet contrarium eminens,id est, iniuriam illatã, vehementius insurgit:&hoc non est per modum contractionis,quæ fit à frigido sed per modum dilatationis,quæ fit à calido.Necessarium enim est causet feruorem sanguinis circa cor:quod est instrumentum passionũ animæ.Et hoc apparet in membris exterioribus:vt ait Gregorius.Iræ suæ stimulis accensum cor palpitat:corpus tremit:lingua seprępedit:facies ignescit:ex asperãtur oculi:&ne quaquam recognoscuntur notiiore quidem

B.Grego.§ moral.

clamorem format,sed sensus quid loquatur ignorat.

¶Quod causet taciturnitatem, ex duobus euenire potest:vel quia ira cum ratione est, & iratus appetẽs vindictam,cohibet linguã ab inordinatis verbis:vel potest euenire taciturnitas ex peruersione iudicij rationis,qa scilicet,tam ira cõmotus, & sanguinis feruor est circa cor,vt ad exteriora membra redundet & lingua impediatur primo, quia , est membrum in quo maxime ostenditur cor:similiter facies,& oculi.Et ex ira solet taciturnitas causari:tanquam si mẽbrum sit ligatũ præ ira.Hoc experientia ostendit,in multũ iratis. *Ratio.5.p.*

¶Quod ira tollat iudicium rationis,patet eo quod licet ratio nõ sit potentia corporea, tamen vtitur organis corporis,&potentijs sensitiuis, quibus impeditis(vt in somno,& in amentia)non habeat suum vsum. Quia ergo per iram fit concitatio , & feruor sanguinis magnus circa cor:ex tali perturbatione sequitur impedimentum vsus rationis : quasi vires sint ministrantes rationi. *Ratio.6.p.*

¶Ita sub cõpendio sint dicta de passionib9 animę,quę ponuntur in parte sensitiua:quia causant transmutationem corporis,& iubiectantur in irascibili,& concupiscibili.

¶Ad primum dicendum,quod licet pati , & moueri non conueniat animæ per se: conuenit ei de per accidens: vt supra in primo libr. de anima docet Arist.& nos adduximus. Si ergo respectus sit ad transmutationem,& cõmotionem corporis,anima,quæ forma corporis est,dicitur pati. *Ad argum.*

¶Similiter dicendum ad secundum:quia anima licet secundum se sit immobilis,est mobilis de per accidens:& moto corpore per alterationẽ , ipsa mouetur, sicut in istis passionibus contingit,in quibus corporis transmutatio est. *Ad.2.*

¶Ad tertiũ.Damus ita esse,quod pati sitã cõtrario,quando passio ad corruptionẽ est:sed non omne pati est à contrario,nã anima quãdo intelligit,vel sentit,patitur,& nõ à cõtrario,sed patitur ab agẽte:sic & passiones sunt quæ causantur à sensibilibus quæ agunt. Et licet animæ nihil sit contrarium,potest esse corport , ratione alicuius transmutationis,secũdũ aliquas qualitates. *Ad.3.*

Specu

SPECVLATIO IX. Vtrũ sensus circa propriũ obiectum possit decipi.

1.Argum. VIDETVR quod sic. Visus potest decipi circa colorem, vt indicet sensus communis quod sit albus color, qui est fuscus; vel quod sit talis color,& est alius , vt patet si à remotis videat. Et patet de collo columbæ:vbi apparent diuersi colores.

2.Argum. ¶Secundo. Ille qui habet contrarium iudicium ad id quod in veritate est,decipitur,sed contingit per animam sensitiuam habere cõtrarium iudicium circa proprium obiectum. Patet.Si per visum recipiatur species quantitatis:potest esse iudiciũ quod sit pedalis, vel sit æqualis alteri:tamen euenit quod non sit, ergo sensibile circa obiectum proprium potest decipi.

3.Argum. ¶Vltimo.Quanto virtus,& potentia est excellentior,tãto à deceptione est alienior,sed intellectus est excellẽtior sensu , ergo minus decipietur:sed contingit in intellectu deceptio circa proprium obiectum:quod est verũ: quia potest esse falsitas,vel quia iudicat dere quod sit,quod non est:vel quod nõ estquod est:&c. ergo & in sensu poterit esse deceptio.

In contrar. ¶In contrarium est Arist.in litera.

1.Notand. Themisti. ¶Circa istam speculat.fuerunt diuersi modi intelligendi.Arist o.Themist.ponit.3.conditiones ad hoc quod sensus nõ decipiatur circa proprium obiectum.Prima quod organũ sensus sit bene dispositum:nam ęger propter malam linguæ dispositionẽ,male iudicat de saporibus & habens oculos indispositos,male iudicabit de coloribus.

2. ¶Secũdo requiritur quod medium sit purũ, nam propter hoc de colore solis male iudicamus mane,putãtes sit coloris rubei,q̃ fit propter vapores eleuatos prope terrã aeri commixtos:qui cũ sint nigri.cõmixti lucido, faciunt apparere rubrum.

3. ¶Tertia conditio est,quod sit debita distantia inter obiectum,& potẽtiam:quia si quis à longe videat colorem,non poterit iudicare recte.

¶Vltra has conditiones videtur requisitum quod sensibile sit sufficiens ad mouendum potentiam:& ex parte medij non solũ requiritur quod sit purum,sed quòd sit sufficiẽter dispositum ad sensationem:scilicet,quod sit bene illuminatum,& quod obiectum de quo sensatio,nõ appareat iuxta sua cõtraria,quorũ ipsum est mediũ:nã(vt in tertio meteororum diximus)color medius apparet alius & alius,si sit iuxta album & nigrum.

Notand.2. ¶Notandum etiam,quod sensibile aliud est proprium,aliud commune:sensibile propriũ est,quod vnius sensus est:quod non sentitur alio sensu,sicut color est visiuæ potentiæ, & odor odorativæ.Commune est,quod potest pluribus sensibus sentiri:vt magnitudo quæ visu,auditu,& tactu percipi potest.Aliud est sensibile de per accidens:vt substantia: quæ sentitur ratione accidentis.

1.Conclus. Ratio. ¶Prima conclusio. Sensus circa sensibile cõmune decipi potest,etiam frequenter:Patet, quia cũ nõ sit proprium eius obiectum,euenire potest de facili deceptio, sic visus circa magnitudinem,& auditus similiter.

2.Conclu. Ratio.p.p. ¶Secunda conclusio,Sensus circa proprium obiectum decipi potest,sed nõ ita frequẽter. Patet:quia vere decipitur existentẽ mala organi dispositione,vel medij, vel si nõ sit aliqua debita distãtia,vel si non sit tantæ virtutis,vt possit mouere potẽtiã,vel si mediũ nõ sit sufficienter illuminatũ. Ex omnibus istis contingit quod sensus decipiatur circa propriũ obiectũ:ergo si decipitur de facto sequitur quod possit decipi.

Ratio.2.p. Vide Iacobũ nicolaũ. 2.tractat. tu de sensu & sensibili S.Th.1.p. q.17. ¶Secũda pars,q̃ nõ ita frequẽter,sicut circa obiectũ, seu sensibile commune,patet:quia potẽtiæ,ad propriũ obiectũ est quædã proportio,& conuenięntia per naturã,quæ nõ est potẽtiæ ad commune obiectũ:sed quãto maior proportio:& conuenięntia,minus contingit deceptio:ergo non ita frequenter sensus circa proprium obiectũ,sicut circa commune decipitur.

3.Conclu. ¶Tertia conclusio. Quantum ad posse sensum decipi in certo gradu obiecti æqualitas est circa sensibile propriũ,& circa commune. Volo dicere, quod sicut sensus visus potest decipi circa quantitatem quantum ad magnitudinem:in quanto gradu distant aliqua:si non multũ distent,sic etiam & in colore : si aliqua duo distent parũ,potest decipi.Et sicut non potest visiua potẽtia decipi circa colorẽ,si color sit in debita approximatione, si alia requisita sint:sic neq; potest decipi circa sensibile cõmune,iudicãdo q̃ quãtitas sit:dũmodo sint etiam conditiones requisitæ.

Et ſicut non poteſt decipi viſiua potentia in hoc, ſi multum aliquis ab alio in colore diſtet ſic neque ſi in quãtitate. Quapropter nõ eſt differentia inter ſenſibile proprium, & ſenſibile commune, quo ad hoc.

4. Conclu. ¶Quarta concluſio. Ariſtote. ſolum quantũ ad decipi, vel non decipi, poſuit differẽtiam inter ſenſibile proprium, & ſenſibile de per accidens, & non inter proprium: & commune. Ratio huius eſt: quia in ſenſibili de per ſe, ſi poteſt decipi, eſt in paruo, ſeruatis cõditionibus appoſitis: & eodem modo in ſenſibili communi, ſed in ſenſibili per accidens contingit deceptio in multo: imo & in toto: etiã ſi omnes poſitæ conditiones ſint: ſicut propter colorem iudicat hoc eſſe mel, cum ſit fel, & ecõtra, quia mel non eſt ſenſibile propriũ neque commune: ſed de per accidens ratione coloris: & ſic poteſt decipi, quod hoc ſit ferrum, cum ſit lapis. Itaque differentia eſt inter ſenſibile cõmune, & ſenſibile de per accidens: quia ſenſibile cõmune, ſentitur per ſe, etiamſi pluribus ſenſibus poſsit ſentiri, ſed ſenſibile de per accidens non ſentitur per ſe, ſed per aliquod accidens, ſicut ſubſtantię ſentiuntur. Hoc eſt quod ſupra dictum eſt: quod accidentia conferunt magnam partẽ ad cognoſcendum quod quid eſt, & in iſto ſenſu Ariſtote. dixit ſenſum non poſſe decipi circa proprium obiectum: ſed poteſt decipi circa ſenſibile per accidens. Hoc patet ex exẽplo ab eo propoſito, cum ait: Viſus non decipitur colore, quoniam color: ideſt, nõ multum decipitur circa colorem: neque quantũ ad gradum, neque quantum ad ſpeciem: ſed decipitur quantum ad quid eſt, iudicando quid eſt coloratum, ſcilicet: vtrũ hoc eſt fel, an mel. Ecce in quo ſenſu debeat intelligi, ſenſus circa ſenſibile propriũ, non decipitur. Et ly proprium, non diſtinguitur contra cõmune, ſed contra, per accidens. Sic intelligit Burid. hic. q. 14.

Supra. 1. de anima ſpecula. 5.

Burida.

¶Si tamen quis velit ſtare in intelligentia Ariſtote. ſecundum aliorum ſententiam, vt ponat differentiam inter ſenſibile proprium & ſenſibile commune: oportet intelligat, & declaret ad modum quo in prima, & ſecunda concluſione dictum eſt: vt ſcilicet, circa proprium ſenſibile, licet contingat deceptio, nõ in multo, ſed in paruo & raro, tamen circa cõmune ſenſibile frequentius contingit, maxime ſi eſſet verum quod aliqui putant: ſenſibile commune non ſentiri de per ſe. Sed declaratio Buridani magis placet: qui tenet in. q. 15. quod ſenſibile commune, eſt ſenſibile de per ſe, quia numerus: magnitudo: quies: motus, & figura ſunt ſenſibilia per ſe: nam per ſenſus exteriores iudicamus res eſſe plures, aut motas, quieſcentes, aut eſſe tantas vel ſic figuratas: &c. Sic intellexit. Sanc. Thom. pri. par, quæſtione. 17. articul. 2. ponens differentiam inter ſenſibile commune, & de per accidens.

Buridanus.

S. Thom.

Commen.

*Nota hæc.

*Notand.

*Senſus communis eſt qui iudicat.

*Senſus exterior non iudicat.

*Gabriel. Almayn.

*Ad. 1.

*Ad. 2.

*Ad. 3.

*Commen. ¶Et videtur notandum quod Comment. In hoc. 2. com. 63. inſinuat: quod licet ſenſus nõ erret: circa proprium ſenſibile, tamen errare poteſt circa ſubiectam proprij ſenſibilis: & circa locum, aut vbi: nam ſi viſo aliquo colorato, videns iudicat illud eſſe argentum aut ſtannum, vel vbi ſit, inferius vel ſuperius, poteſt eſſe deceptio: ſed non inconuenit. neque eſt contra prædicta.

*Notand. ¶Quod hic de iudicio loquuti ſumus, ſenſus circa proprium ſenſibile, ratione cuius non eſt deceptio, &c. non intelligas eſſe iudicium ſenſus exterioris: nam potentia viſiua nõ format notitiam, neque iudicat, ſed ſenſus communis eſt qui iudicat, & format huiuſmodi propoſitiones circa obiecta omnium ſenſuũ exteriorum. Et quod decipiatur, vel non in iudicando, erit per hoc quod ſenſus communis iudicabit, quod viſiua potentia colorem videt, & auditiua ſonum audit, ſed nõ erit iudicium in ipſa exteriori potentia viſiua, quia non eſt reflexiua, vt videat ſe videre, neque iudicatiua, cum ſit interioris potentiæ hoc iudicare: ſed dicitur ſenſus circa proprium obiectum: non decipitur: quia videt colores: ſed q nõ decipiatur, iudicare eſt ſenſus cõmunis: & non ſenſus exterioris. Et ſi aliquãdo concedatur q in ſenſu exteriori in homine ſit iudiciũ, non conceditur ea ratione qua ſit in ipſo exteriori: ſed quia intellectus iudicat: (vt quidã dicũt) & ea ratione in brutis non concedũt tale iudiciũ. Qua ratione Gabriel, & Almayn. dicunt bruta per ſolam apprehenſionem moueri. Verum dicẽdum videtur quod in nobis, & in brutis ſit in ſenſu interiori iudicium, & brutum ex inſtinctu naturæ formet ſuas propoſitiones, componendo, & diuidendo, licet ob defectum cognitionis, propria non ſit compoſitio, neque diuiſio.

¶Ad primum & ſecundum, patet ſolutio ex dictis.

¶Ad tertium dicendum, quod ſicut in ſenſu non cadit deceptio circa proprium obiectũ, dummodo omnia ſint neceſſaria appoſita, neque in intellectu eſt falſitas, circa proprium obiectum: quod eſt quod quid eſt: nã informatus intellectus ſpecie quidditatis rei, non decipietur in iudicando: & multo minus quam ſenſus: quia potẽtia eſt perfectior ſed ſicut contingit ſenſum decipi circa ſenſibilia communia: quia ſenſus non directe refertur ad illa, & etiam decipitur circa ſenſibilia per accidens, vt dictum eſt: ſic etiam cõtingit intellectum decipi in iudicando circa aliquid conſequens quidditatem rei, vel accidens ei. Et in componendo, & diuidendo poteſt decipi, dum rei, cuius quidditatem intelligit, aliquid tribuit, quod eam non conſequitur: vel quod ei repugnat: vt ſi quidditati equi cognitæ tribueret quod eſſet riſibilis. Ecce quomodo poteſt intellectus decipi, & quomodo ſenſus: & in quo ſit cõueniẽtia, licet ſit differẽtia inter intellectũ, & ſenſum: quia in intellectu poteſt eſſe falſitas, non ſolum quia cognitio intellectus eſt falſa, ſed quia intellectus cognoſcit eam falſitatem, ſicut & cognoſcit veritatem, at in ſenſu nõ eſt falſitas, vt cognita, quia non cognoſcit illam falſitatem in qua eſt exercendo ſuam potentiam.

S. Tho. p. p. q. 17. ar. 3.

Finis ſecundi libri de Anima.

SPECVLATIONES PHYSICAE IN tertium librum Arist. de Anima. Admodũ

R.P.F. Alphonsi â Vera Cruce sacri ordinis Eremitarum D. Aurelij Augustini, bonarum artium, & sacræ Theologię magistri, moderatoris primarij in Academia Mexicana in noua Hispania, in partibus Indiarum Maris Oceani.

ARGVMENT. TERTij libri de anima.

DIsserta hacten⁹ ab Arist. sunt, quę pertinent tum ad vegetatiuam: tũ etiã ad sensitiuam animam: aggreditur in prȩsenti libro argumentum animæ rationalis: quo pacto sicut trigonũ in tetragono includitur, & intra eius limites coarctatur, sic & illæ iá prædictę in rationali contineãtur: quonã etiã modo potentiæ animæ, in anima sicut in subiecto sint. Insuper autem quod intellectus sit passiua potentia, quippe qui in agentem, & possibilem diuiditur, & à memoria intellectiua, rationé ve minimè distinguitur. Itaque intellectus, memoria intellectiua, & ratio apud Arist. sunt idem. Tractat etiá de voluntate animæ, rationalis potẽtia, quo dimperfectior sit ipso intellectu, à quo & distingui tur. De animæ immortalitate tradit etiam nobis suam sententiam. Est etiam sermo in hoc tertio, de libero hominis arbitrio, non differente ab ipsa voluntate: quinpotius est ipsa voluntas, & potentia appetitiua. Tãdem qualiter intellectus noster intelligat materiales res, abstrahendo à phantasmatib⁹, pro isto statu: nam in futuro, cum mortale hoc induerit immortalitatem, & fuerit dissoluta fictilis domus, alio modo intelliget anima: nempe per species reseruatas, & exinfluentia diuini luminis participatas.

SPECVLATIO prima. Tertij libri de anima. Vtrùm in homine solum sit vna anima intellectiua, vel simul cũ intellectiua sit sensitiua & vegetatiua.

Videtur

1. *Argum.* VIdetur quòd non solùm sit vna anima, sed tres: nam corruptibile, & incorruptibile non possunt vna substantia esse: quia maximè distãt: ergo neque sensitiuum, & intellectiuum. Cõsequentia est bona. Antecedens est verum: ergo & consequens. Sensitiuũ enim corruptibile est, & intellectiuũ incorruptibile.

Vide Ægidium quolibet. primo quæst. 14.

Argum. 2. ¶ Secundo. Duo contraria iudicia simul in eodem de eodem esse non possunt: sed si solũ vna in homine esset anima, essent duo contraria iudicia: ergo nullo modo est. concedẽdum quòd sit vna anima. Consequentia bona est. Maior est nota. Probo minorem: quia si quis videat baculũ pro medietate in aqua, per sensum iudicat fractum, & per intellectũ contrarium, quæ sunt contraria iudicia: ergo oportet ponere duas animas.

Argum. 3. ¶ Præterea si anima vna solùm in homine est, erit intellectiua, sed hoc nõ potest stare: quia si solum intellectiua, cũ hæc à solo Deo fit per creationem, sequitur quòd homo nõ generat hominem, contra Arist. 2. physic. Patet: quia si homo generat hominem, est quia attingit ad formam substantialem hominis: sed posito vna sola sit anima, non attingit: quia cùm sit sola intellectiua, à solo Deo habetur per creationem.

In contrar. ¶ In contrarium videtur, quod Arist. dicit, sensitiuum in intellectiuo esse: sicut trigonũ in tetragono.

Notand. 1. Contra Comment. ¶ In primis est abijciendus, & anathematizãdus error Commentatoris, qui posuit vnum esse intellectum numero omnium: cum non solum sit fide tenendum in quolibet homine distinctam esse animam intellectiuã quia sic in conci. 6. Constantinopoli. definitũ est, actione 11. & in cõcil. Lateranen. sub Leone 10. sessio. 8. sed etiam in lumine naturali apparet figmentum esse. Quapropter falsò imponitur ipsi Philos. quanuis Venetus probare contendat mentem fuisse Arist. quod asserit Comment. Et probari posse in lumine naturali non esse vnum intellectum in omnibus, docet B. P. Augu. lib. 2. de libe. arbitrio. c. 10. quia aliàs sequeretur quod me scribẽte nunc, alius dormiret & me dormiente, alius contemplaretur: & sic ego dormiens contemplarer, & scribẽdo dormirem. Et sequeretur, quòd simul & semel in eodem, de eodẽ esset opinió, fides, & scientia. Si de vna eadem propositione vnus habeat opinionẽ, alius fidẽ,

Cõci. Cõst Cõci. Late.

Pau. Ve. 3 de anima.

D. Augu.

& alius scientiam; quæ omnia repugnant in lumine naturali. Illa missa faciamus in præsenti. De quibus S. Th. p. p. q. 76. ar. 2. & 2. cõtra gen. c. 75. Dè quo fecit specialem tractatum Augustinus Niphus.

S. Thom. Aug. Nip.

¶ * Et hic excludere oportet Phantasiam quorundam, qui ad mentem Cõmen. asserunt: quod forma dans esse homini, & quia à bruto differt, sit passiuus intellectus qui apud Cõmen. est imaginatiua siue cogitatiua & forma quæ dat principium operandi, & non esse diuisit anima intellectiua de quo vide Gregorium Arimi. in 2. dist. 17. & 19. 2. sen. & Ioannẽ de Bachõ. in 2. d. 19. q. 1. ar. 2.

2. Not.

¶ Est item in memoriam reducendum tres animas, vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem, distinctas habere operationes: & constituere diuersas species viuentium imò & genera: quia plantæ, in quibus sola vegetatiua est: non sunt in eodem genere proximo cũ brutis, in quibus sensitiua: neque brutum cũ homine in eadem specie est: licèt contineantur sub vno genere proximo: quia in homine est anima intellectiua, quæ neque in planta, neque in bruto reperitur. Quod ergo speculamur est, supposito in homine reperiantur operationes quæ sunt propriè animæ vegetatiuæ: quia nutritur & augetur, &c. imò & perfectiùs reperiuntur in homine, quàm in plantis, vtrum in homine sit etiam anima vegetatiua ab intellectiua distincta: vel vtrũ sit sola intellectiua, per quam in homine sint opera vegetatiuæ. Simili modo de sensitiua, quæ est in brutis, qua mediante suas habet conuenientes operationes distinctas ab illis quæ sunt animæ vegetatiuæ: cùm reperiantur in homine tales operationes animę sensitiuæ: vtrùm ibi sit sensitiua distincta ab intellectiua, an solùm per intellectiuam hæc fiãt. Ecce quod quæritur.

3. Nota.

¶ Adhuc oportet considerare, quòd ponendo in homine solùm intellectiuam animam, potest esse in duplici sensu: vel quòd nunquam habuerit fœtus priùs animam vegetatiuam, neq; sensitiuam, sed primò habuit esse viuentis per rationalem: quà mediante habet omnia quæ ad vegetatiuam, & sensitiuã: vel primò habuit viuere plantæ per animam vegetatiuam: & quando embrio cœpit viuere anima sensitiua, corrupta est vegetatiua, & quando completus est dies 40. vel 45. iuris à conceptu: infusa est anima rationalis, & & corrupta est sensitiua: & in fœminis duplicatis diebus in 80. vel 90. sit 1. concl.

1. Conclu.

¶ In homine solùm est vna anima intellecti-

ua,& non est vegetatiua,neque sensitiua, distincta ab intellectiua. Probatur. Si in homine esset sensitiua actu,& vegetatiua:sequeretur quod anima intellectiua homini, solùm daret esse accidentale:& non substantiæ. Patet. Id quod aduenit alicui completo habenti esse substantiale:solùm dat esse accidentale:sed anima intellectiua tunc aduenireteiam completo:ergo solùm daret esse accidentale. Patet:quia aduenireteiam habenti esse completum per sensitiuam animam, quæ fuit ante animam rationalem:& manet post introductionem eius,

Ratio.1.

Ratio.2.

¶ Præterea. Si plures ponerentur animæ in homine:non esset simpliciter vnum, sed plures, quia esse vnum simpliciter,ab vnitate formæ substantialis est: sed ponuntur tres animæ,ergo sunt tria esse simpliciter,sed repugnat quod homo qui in certa specie collocatur,non sit simpliciter vnum quia ex eo sequeretur quod in pluribus poneretur speciebus ex æquo & sic denominaretur ab omnibus verè,& simpliciter & sicut diceretur homo,diceretur brutum : & diceretur planta: quod est falsum.

Ratio. 3.

¶ Tertiò. Videmus in homine quod actio quæ est sensitiuæ partis,impedit illam quæ intellectiuæ est:ergo nõ à diuersis principijs distinctis emanant,sed ab vno:& ea ratione se impediunt:ergo sola vna anima intellectiua ponenda est in homine.

Ratio.4.

¶ Quartò. Quicquid perfectionis est in inferiori,reperitur in superiori, cui subordinatur,& adhuc eminentiùs:cum ergo sensitiuũ sit sub intellectiuo,oportet ibi in intellectiuo perfectius reperiatur sensitiuum sic frustrà esset anima sensitiua.

Confirma.

¶ Confirmatur:quia sensitiuum in intellectiuo est,sicut trigonus in tetragono:sed sic est trigonus in tetragono,quòd speciem nõ cõstituit distinctam,neque essentiam, sed solũ virtute est quia vbi quatuor anguli, & tres erunt:ergo similiter in intellectiuo inclusum est sensitiuum:& sola vna anima est.

** Tripliciter vnum in alio continetur.*

¶* Et ne decipiaris aduerte:quod tribusmodis còtingit vnum in alio contineri. Primo formaliter,sicut inferius in suo superiori vt homo in animali,& prædicatur de eo in primo modo per se,vt omne genus de sua specie & isto modo non continetur vegetatiuum in sensitiuo quia non prædicatur de eo de per se,aliàs non inueniretur vegetatiuum sine sensitiuo:Secundus modus est materialis. quando vnum fundatur in alio, & non econtra,sicut omnis gradus viuendi in inferiori bus,in vegetatiuo fundatur radicaliter:quia omne viuens indiget nutrimẽto. Et isto modo non includitur vegetatiuum, in sensitiuo:sed potius econtra sensitiuum, in vegetatiuo. Tertius modus est virtualis, & perfectionis:quando secundum,continet in se totam virtutem primi,& aliquid amplius &in hoc sensu intellexit philosophus vegetatiuum,includi in sensitiuo:& sensitiuum, in intellectiuo & eandem continentiam habet secundum locum motiuum, cum sensitiuo: &c. Et intellectiuum comparatum,secundũ locum motiuo. &c.

1.

2.

3.

¶ Hanc sententiam tenẽt communiter theologi,& philosophi,inter quos S. Thom. p. p. q. 76. ar. 3. & 2. cõtra gen. c. 58. Idem doct. sub. in 4. d. 11. q. 5. & Henri. quolib. 2. q. 2. & 3. & Alexand. Halen. 2. p. q. 62. Grego. Arimi. in 2. d. 16. q. 2. & 3. & Gab. ibidem. Ante hos D. August. in lib. de eccl. dogmatibus (si nõ mentitur titulus libri) c. 15. & 10. super gene. ad lite. c. 6. & Dama. in lib. 2. fidei orthodoxæ. c. 13. & Lactan. Firmi. lib. diui. instit. c. 3. & 6. & August. Niph. 2. de anima tex. 32.

S. Thom. Scotus. Henricus. Alexand. Greg. Ari. D. Augu. Damascen. Lactan. Niphus.

¶ Ex dictis pro concl. apparet non habere probabilitatem quod asserit Ocham contra tam graues authores,& communem opinionem, dari in homine plures animas distinctas:sic quod sensitiua solùm sit sensitiua, & non intellectiua:& intellectiua sic intellectiua,vt non sit sensitiua. Sed quia non solum vt Philosophi, sed vt Theologi loquamur, maximè cũ futuros theologos instituamus, ponamus 2. concl. quæ talis est.

Coroll. Cõtra Ocham quoli. 2. q. 10. & 11.

¶ Opinio asserens plures esse, & distinctas animas in homine:si non est hæretica, erronea censenda est. Probatur:quia videtur esse ab Ecclesia determinatum,quòd solũ vna sit, Extra. de summa Trini. & fi. catho. cap. Firmiter. vbi solum spiritus,& corpus ponũtur partes humanæ naturæ:at sensitiua non est spiritus: ergo non est pars. Et clariùs in Clemen. de summa trini. & fi. catho. vbi habetur:Christus verè factus est homo per hoc quod assumpsit partes nostræ naturæ simul vnitas,scilicet,corpus,& animam intellectiuam. Ex isto probatur intentum:quia si esset alia anima pars humanæ naturæ: non essent sufficienter enumeratæ duę solum. Etiã habetur extra,de celebra. miss. cap. In quadã ex illo gene. 2. vbi dicitur: Per idem est intellectiuum,& viuens homo:sed intelligit per rationalem:ergo per eam viuit.

2. Concl.

Ratio.

Extra de summa. trini. & fid. catho.

¶ Dixi,si non est hæretica:quia cùm Ecclesiæ determinatio non habeat tam expressè, hac

hac tam graui nota,non est quare asserentẽ, inurantius. Posita sit hæc cõclusio,vt qui philosophiam tradit, sic tradat:vt in nullo audeat defendere opinionem non solùm damnatam ab Ecclesia expressè: sed etiam quæ videtur, & subintelligitur condemnata,vel iguem sapit.

Obiectio. Paulus.

¶ Quod si quis obijciat nobis Paulum ad Galatas quinto,dicentem:Caro concupiscit aduersus spiritum, & hæc sibi inuicem aduersantur:quod non posset,si vna sola esset anima: cum nullus sibi ipsi contrarius sit & id quod 1. ad Thessalon. 5. de spiritu,anima, & corpore,mentionem faciens ait.

Solutio. D. Augu. Hugo de sancto uicto. Richardus

¶ Dicit soluendus modus ex beato patre Augustino,qui 20. super Gene. cap. 12. ait,idem esse spiritum,& animam:sed anima dat carni vt concupiscat:& hoc ab anima intellectiua est:per partem brutalem tamen id exercens:& secundum diuersam considerationẽ & anima est,& spiritus: vna tamen sola ipsa est,in qua verè, & realiter operationes sunt animæ sensitiuæ,quæ exercentur per sua determinata organa: sicut ipsa eadem anima est,quæ intellectu intelligit, oculo videt, & pedibus ambulat,& manibus operatur.

3. Conclu. *S. Th. p. p. q. 118. art. 1. ad 4. & q. 76. ar. 3. ad 3.*

¶ Tertia conclusio. Anima vegetatiua quæ prius vivit embrio,in aduentu sensitiuæ corrumpitur:sicut & sensitiua cùm primum rationalis introducitur. Hæc conclusio quantum ad hoc quod embrio prius viuat anima vegetatiua, & prius sensitiua quàm intellectiua,videtur esse Arist. qui dicit embrionẽ prius viuere vita plantæ, quando in eo est nutritio, & augmentatio,& nondum est sensatio:& postea est sensatio,& nondum intellectio. Sic communiter intelligitur Aristoteles. Et beatus pater Augustinus libr. 83. q. q. 54. dicit,quòd puer in 45. diebus est perfectè formatus,& organizatus, & quòd fœtus in primis diebus 6. habet quasi similitudinem lactis,& in sequentibus 9. conuertitur in sanguinem:deinde 13. diebus consolidatur quasi caro 18. reliquis diebus formatur vsque ad perfecta lineamenta omnium membrorum: quæ omnia simul iuncta faciunt 45. dies: sed Philos. in 9. de animalibus insinuat, quod in 40. diebus fiat formatio masculi,licèt plustẽ poris in fœmina requiratur.

D. Augu. Modus formationis fœtus. Vide S. Th. 2. cõtra gẽ. cap. 8. Aristot.

¶ Auicenna nono de animalibus ponit aliũ modum. Et si placet videre diuersos modos, vide Ægidium Romanum de formatione corporis humani cap. decimoquinto.

Auicenna. Ægidius.

¶ Cùm ergo in fœtu sit talis variatio: vt sint in eo opera animæ vegetatiuæ,oportet talia opera fiant ab anima:& ibi erit anima vegetatiua. Et idem quando est organizatio, vt possit esse sensatio.

¶ Sed secunda pars probatur facilè ex prima cõclusione:quia in aduentu sensitiuę,vel vegetatiua manet,vel corrumpitur:si corrũpitur,hoc est quod intendimus:si non corrũpitur,sed manet:ergo simul sunt sensitiua,& vegetatiua,quod est probatum falsum quia anima sensitiua daret esse accidentale: quia aduenireteiam completo,& eodem manente subvtroque termino.

Viguer. in suis instit. theo. c. 1. §. 2. ver. 15.

¶ Item:quia fœtus ille,vel embrio non esset vnum simpliciter,sed plura,ratione diuersarum formarum. Item: quia frustrà poneretur vegetatiua,quãdo quidem sensitiua, quę perfectior, potest quod inferior,

¶ Eodẽ modo probatur quòd facta embrionis augmentatione,& dispositione ad formã intellectiuam siue in 45. die in viris,& in 80. vel 90. in fœminis:quòd tunc primo cùm introducitur in corpore dispositio,& organizato anima rationalis:forma sensitiua corrumpitur,quia si maneret, inconuenientia illata sequerentur.

¶ Ex quo videtur voluntariè dictum,quod dicit Marsil. quod in homine generando, embrio non prius viuat vegetatiua,neque sensitiua,sed facta in 45. diebus dispositione, tũc primò anima rationalis introducatur: quia ante infusionem animæ rationalis non videtur esse operationes sensitiuę,& vegetatiuę. Neque ratio ad id asserendum conuincit:ne scilicet concedat corruptionem vegetatiuę, & sensitiuæ:quid enim pericli est concedere,cùm necessarium habeat fateri (etiã si nõ essent tales animæ) priores formas substantiales plures corrumpi:& aliæ de nouo generari ante perfectã organizationem? quia materia fœtus ad modũ lactis, & pòst ad modũ carnis, &c. oportet fiant plures transmutationes. Atque si hoc in nutritione perfecta quotidiè contingit:cùm panis primo in chilum in stomacho: deinde in chimum,in epate: & in sanguinem, deinde in venis: & vltimo in carnem,& ossa,& neruos fiat transmutatio: & generatio vnius,corruptio est alterius: simili modo nullum inconueniens est, quod generatio bruti:fit corruptio plantæ,& generatio hominis, fit corruptio bruti quia imperfecta propter perfecta sunt.

Marsil. 1. de gene. q. 6. in solu. ad 5

De hoc uide Ægidiũ quoli. 14.

Aristot.

S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 1

¶ Sequitur ex dictis illam Platonicam imaginationem nullius esse momenti:quæ ponebat diuersas animas in corpore vno secundũ organa distinctas:quibus diuersa operavitæ tribue-

Corolla. cõtra Platonem.

tribuebat:dicens vim nutritiuam esse in epate:concupiscibilem in corde:cognoscitiuam in cerebro:quam reprobat Aristo. in istis de anima. nam si id quod magis videtur inesse non ineſt,scilicet vegetatiua,&sensitiua,venienterationali:nunus erunt plures secundū diuersas partes quod minus videtur.

Arist. 2. Topico. c. 4.

Ad Argu. ¶ Ad 1. dicendum, quod corruptibile, & incorruptibile distinguuntur: & ob id anima sensitiua brutorum,& rationalis,hominum, distinguuntur,sed in homine sensitiuum,nō est corruptibile, sed incorruptibile quia est anima rationalis.

Ad 2. ¶ Ad secundùm dicendum,quòd diuersa iudicia in eodem respectu eiusdem obiecti, & potentiæ,non possunt esse simul:sed non in conuenit esse diuersa,& contraria iudicia, in eodem ,respectu eiusdem,in diuersis potentijs imò ab eadem potentia secundum diuersas considerationes. Est iudicium ab anima rationali per sensum, quod baculus est fractus:& est iudicium ab eadem anima per intellectum:quòd baculus sit integer.Ista iudicia non sunt contraria:quia potentię sunt diuersæ,intellectus,scilicet, & sensus. Eodem modo caro concupiscit delectabile,spiritus odit,non sunt diuersæ animæ ponēdæ ob id: sed vna,& eadem potest in tam diuersa, & contraria secundùm diuersas potentias. Appetitu naturali quis vult vitam conseruare: sed appetitu rationali,se exponit pro bono virtutis,imò eodem appetitu deliberato volo patrem mori, & eum viuere:respectu ad bonum particulare,volo eum viuere, respectu ad bonum commune volo eū mori.Non ergo ista sunt contraria: quia non est idem respectu eiusdem,& eadem ratione.Sic ergo stat cum vnitate animæ,tanta diuersitas ob potentiarum diuersitatem:maximè ponendo distinctionem inter ipsas,&animā, vt in libro præcedenti diximus.Et hæc inclinatio quæ secundum partem brutalem est,quę ad malum est:non est dicenda hominis in quantum homo,sed in quantum brutum.

Ad 3. 1. Solutio. ¶ Ad 3.Quanuis aliqui dicant(vt suprà dixi mus in libris de generatione ex Marsilio) ꝙ non est propria hominis generatio:dicendū quod homo hominem generat, vt dictum est,etiam si vna sola anima sit, & hæc intellectiua, quæ per creationem à solo Deo quia sufficit quod homo facit ad introductionē eius in corpore, quia verè homo disponit subiectum,vt possit introduci:& attingit ad huiusmodi introductionem. Sicut si formæ substantiales essent ab extra à datore formarum,& peragens naturale disponeretur subiectum vltima dispositione:dicitur illud esse ab agente.

¶ * Hic aduertas oportet,animam rationalem non priùs à Deo creari, quam in corpore disposito & organizato infundi:ob quod neque Hilarij sententia super illa verba psal. 129. fiant aures,&c. tenenda:qui asserit animam Adæ,prius creatā,& post corpus plasmatum cui & Augustlib.7.de genc.ad literam cap.24.suffragatur:& Hieron.in epistola ad Ephes.& per amplius reijciēdum quod Greg.Nisseuus in 2.lib.philosophiæ ca.6.dicit animas omnium hominum simul creatas & postea infundi:contra hos Leo Papa pius in epistola ad episcopum Astorigensem, & de quo S.Th.p.p.q.90.qui sensum declarat in quo animas præcedere,dici potest.

** Anima rationalis non prius creatur quam infundatur.*

¶ Secundò,dico quod homo generat hominem:quia in semine est virtus actiua: & est quasi motus ipsius generantis animę:& quia ibi concurrit virtus animæ cum virtute cœlesti:dicitur quod homo generat hominem: & sol,de quo alias supra.Ex qua parte semē decidatur in homine ad generationem quidam ex cerebro,alij ab omnibus partibus corporis,alij ab alijs partibus asserūt:verum Michael de Medina,vir doctissimus in suo nūc in lucem misso de cælibatu li.4.controuers. 4.c.15.affirmat semen decidi à substantia testiculorū sicut mammarum lac à mammarū carne fabricari & in vasa spermatica testiculis affixa reponi.

Post. solut. S. Th. p. p. q. 118. art. 1. ad 3.

¶ Contra ista quæ hic sunt definita, potest quis obijcere, quòd olim ab vniuersitate Oxonensi sub Archiepiscopo Cantu. anno. 1276. est determinatum, esse errorem,dicere quod in infusione animæ rationalis corrūpitur sensitiua,& vegetatiua. Ad quod respōdetur,primò non esse contradictā:quia ibi dicitur copulatiuè,sensitiua,& vegetatiua corrumpi simul,quod nos non diximus: quia primò corrumpitur vegetatiua, & pòst sensitiua.

Argum. Obiectio. *1. Solutio.*

¶ Secundò dicimus, quod non est necessarium stare determinationi illius vniuersitatis. Vide Viguerium in suis Institutionibus Theologi. cap. 1. §. 2. ver. 1.

2. Solutio. *Viguer.*

¶ SPECV-

¶ SPECVLATIO secunda. Vtrùm potentiæ animæ sint in anima sicut in subiecto.

1. Argum. ETiam videtur quòd omnes potentiæ sint in anima sicut in subiecto. Omnes potentiæ animæ sunt vel sua propria passio, quæ emanat ab essentia: sed propria passio in essentia subiecti subiectatur:ergo etiam potentię animæ subiectātur in ipsa essentia animæ.

Argum. 2. ¶ Præterea. Sicut se habent potentiæ corporis ad corpus,se habent potentiæ animæ ad animam:sed omnes potentiæ corporis subiectantur in corpore,ergo potentię animę subiectantur in anima. Non enim quòd manus sit valida,& potens ad operandum, ponitur nisi in corpore:ergo etiam potentiæ animæ in anima erunt.

Argum. 3. ¶ Tertiò. Si aliqua potentia non deberet poni in anima sicut in subiecto,maximè appetitiua sensitiua:sed ponitur in anima: quia anima est quæ appetit,licèt sit per sensum:ergo omnis potentia animæ erit in anima.

In contrar. ¶ In contrarium est quod dicit philosophus in libro de somno,& vigilia:Sentire non est proprium animæ,neque corporis, sed coniuncti.

Notand. 1. ¶ Pro decisione notandum,quod in homine (de quo nunc sermo est) tria considerantur: Anima seorsum,& corpus,& totum coniunctum ex anima,& corpore. In quæstione ergo est,vbi ponantur potentiæ animæ,vel in anima solum,vel in corpore solum, vel in cōiuncto.

Notand. 2. ¶ Secundò aduertendum,quod inter potentias animæ differentia est:nam quædā sunt, quæ suas habent,& exercent operationes sine aliquo organo corporeo:vt sunt velle, & intelligere:aliæ sunt,quę non complent,sine organo corporeo:vt sentire exterius & interius.

1. Conclu. ¶ Prima conclu. Potentiæ animæ rationalis quæ suas habent operationes sine organo corporeo, ponuntur in anima tanquam in subiecto:sicut intelligere,& velle. Probatur.

Ratio. 1. Illud est subiectū operatiuæ potentiæ,quod potest operari:sed anima est quæ operatur, sicut & ipsa est quę potest operari:ergo ipsa est subiectū potentiæ. Maior est clara: quia accidens oportet denominet subiectum in quo est:sed anima est quæ actu operatur in illis quæ non exercentur organo corporali: vt dicit Philosophus in principio de somno & vigilia,ergo ipsa est subiectum:& sic intellectus,voluntas,& memoria ponuntur in animæ essentia,sicut in subiecto.

Posterior Ratio. ¶ Præterea. Istæ potentiæ (cùm sint accidentia de secūda specie qualitatis) ponuntur in aliquo subiecto:ergo vel in corpore,vel in toto cōiuncto,vel in sola anima:sed non in corpore solùm,vt manifestum est,cùm sint operationes spirituales:neque in cōiuncto:quia corpus non est quo exercentur huiusmodi operationes,cum nō indigeant organo corporeo de semanet ergo quod tales erunt in ipsa anima. Dixi de se:quia pro isto statu indiget. Intelligentem enim phantasmata speculari oportet:test e Arist. de quo infrà.

Aristot. 3. de anima.

¶ Secunda concl. Potentiæ animæ quæ non habēt suos actus absq; organo corporeo,nō in anima,neque in corpore,sed in toto coniuncto subiectantur. Probatur. Illud dicitur subiectū operationis,quod verè potest operari,& operatur actu:sed in talibus nō anima est quæ operatur,neq; corpus operatur,sed totū coniunctū:quia homo videt,& nō videt anima,neq; oculus:ergo vilius potētia ponetur in cōiuncto: & auditiua similiter,& potētiæ interiores sensitiuæ,&omnes vegetatiuę vt nutritiua:augmentatiua: generatiua.&c.

2. Conclu. *Ratio. 1.*

Ratio. 2. ¶ Item:istæ potentię debent in aliquo subiectari:quia accidentia non sunt sine subiecto: sed non subiectantur in sola anima, cùm nō ipsa sola operetur:neq; in solo corpore:quia corpus non operatur absq; anima:est at ergo quòd subiectentur in toto composito.

Cōtra Greg. in 2. d. 16. ¶ Ex quo patet Gregorium Ariminensem deceptum,qui dixit, quòd operationes sensitiuæ partis sunt immediate in anima sensitiua in bruto,& in homine,in quo sōla vna anima est. Tales operationes immediatè sunt in anima intellectiua, quæ est etiam sensitiua. Hæc dicit Gregorius:sed videtur deceptus: quia cùm tales operationes sensitiuæ verè sint operationes potentiarum organicarum, & eas denominant,oportet & potentias esse subiectas in toto coniuncto : & non in solo corpore,neque in sola anima. Quis est qui propriè loquendo dicat,sentire,est animę intellectiuæ operatio? tamen potest dicere,est hominis operatio.

3. Conclu. S. Th. de ueritate q. 26 ar. 3.

¶ Tertia cōcl. Appetitus sensitiuus, cum sit potentia in coniuncto tanquam in subiecto pro organo habet cor. Hæc conclusio ponitur

tur ad tollendum dubium de organo appetitus sensitiui: nam de alijs potentijs sensitiuis, quæ sunt in cõiuncto tanquam in subiecto, constat quod habeant organum: sed de appetitu non est manifestum, quia aliqui putãt organum esse totum corpus: sicut & sensus tactus habet. Nos tamen dicimus quòd sit in corde organum: nam appetitus sensitiuus, cum sit coniuncti potentia: aliquod habet organum determinatum: sed nõ videtur quod aliud, nisi cor, quia ibi primò est, vbi gaudiũ sentitur per dilatationem & ibi est, vbi primum tristitia, & dolor per constrictionem: ergo ibi erit organum huius potentiæ, quæ in coniuncto ponitur.

4. Conclu. ¶ Quarta conclusio. Omnes potentiæ inuniuersum, siue quæ subiectantur immediatè in anima, siue quæ in coniuncto, dicuntur esse in anima sicut in principio primò. Probatur. Primò de potentijs animæ, quę non habent operationem per organum corporale, constat: sed de alijs quæ sunt in coniuncto, probo: quia quod coniunctum sit subiectum potentiæ auditiuæ, & visiuæ, &c. non est nisi ex anima, quæ dat esse formale, & informat corpus: nam ea seclusa, non esset potentia subiectiuè in coniuncto, cùm coniunctum non esset: sequitur in ea esse omnes potentias tanquam in primo principio. &c. doctor. Sanct. p. p. q. 77. ar. 5. ad secundum: sic omnes potẽtiæ siue quæ subiectantur immediate in anima, siue quæ in composito: dicuntur fluere ab essentia animæ.

Ratio.

D. Thom.

Heruæus. ¶ * Et est causa earũ sicut finis & sicut principium actiuum: vide Heruæum in primo sen. dist. 3. quæst. 5.

5. Conclu. ¶ Quinta conclusio. Licèt probabile sit, potentiam organicam, non vnam sed plures esse qualitates, cùm ex pluribus constet: probabilius tamen est solam vnam esse qualitatem quamlibet potentiam ab alia distinctã. Hic volumus dicere de istis potentijs organicis, quæ sunt in coniuncto: quòd cùm multa concurrant ad ipsam potentiam disponẽdam, & organizandam: vt ad visiuam potentiam: &c. & si plures qualitates possent dici, huiusmodi potentiam, dicimus probabilius vnam solam esse qualitatem. Patet: quia istæ sunt veræ potentiæ, & sunt accidentia: ergo ponuntur in prædicamento qualitatis: sed quæ ponuntur in prædicamento qualitatis, sub aliqua certa specie qualitatis ponuntur: & non sunt plures qualitates, sed vna solum in 2. specie qualitatis. Et licèt vna sit qualitas tamen habet requisitas alias simul: vt si aliqua dispositio sit requisita in oculo ad bene recipiendum speciem: vt scilicet sit diaphaneitas in oculo, & ille humor qui est aptus ad recipiendum.

Ratio.

¶ Ad 1. dicẽdum est: aliud esse quod omnes potentiæ fluant ab animæ essentia, & sint in ea sicut in principio: & aliud quod sint omnes in ea tanquam in subiecto: nam primum concedimus generaliter de omnibus potentijs, tam organicis, quàm non organicis: sed secundum non, in tantum vt verum sit, quod angelus, & anima sint causa efficiens suarum potentiarum, sicut materia actuata per formam, dicitur actiuum principium accidentium, quæ consequuntur naturam rei vt latè probat Ægidius quolib. 6. q. 12. Item: quia ad hoc quod sit subiectum, est requisitum, quòd per tale subiectum exerceatur opus per potentiam sine alio, ob id solùm damus quod non organicæ potentiæ ibidem subiectentur sed organicę in ipso coniuncto: quia non sine corpore exercentur.

Ad Argu. Non est idẽ esse in aliquo sicut in principio et esse in eo sicut in subiecto.

Ægidius.

¶ Ad 2. dicendum, quod sicut se habent potentiæ corporis (quæ solùm corporis) ad corpus, ita & animæ (quæ solius animæ sunt) ad animam: & ob id sicut illæ in corpore, & hę subiectantur in anima: sed sunt aliæ operationes, quæ cum sint animæ, non tamen habent actum sine corpore, & tales ponuntur in coniuncto sicut in subiecto.

Ad 2.

¶ Ad tertium patet solutio ex dictis: nã quãuis appetat anima, per appetitiuã potentiã: appetitus tamen non exit in actum sine organo corporeo, vel extenso per totum corpus: vt est sensus tactus extensus: vt aliqui putant: vel sine organo corporeo, quod radicaliter in corde est: vt probabilius existimamus: ob id ponitur appetitus sensitiuus in toto coniuncto, sicut in subiecto.

Ad 3.

¶ SPECVLATIO tertia. Vtrùm intellectus sit potentia passiua.

1. Argum. VIdetur quòd non sit potentia passiua. Nullum immateriale patitur: sed intellectus immaterialis est: ergo non patitur. Patet maior: quia pati est ratione materiæ sicut agere ratione formæ: at quod intellectus sit immaterialis, est compertissimum cùm

cùm sit incorruptibilis: vt inferiùs probandum erit.

Argum. 2. ¶ Præterea. Si intellectus esset potentia passiua: sequeretur quod potentiæ vegetatiuæ essent eo præstantiores: consequens verò est falsum: ergo & illud ex quo sequitur. Probatur: quia omne agens, nobilius est non agente, & patiente: vt docet Arist. in isto 3. sed potentiæ nutritiuæ agunt, & intellectiua patitur: ergo nobiliores erunt potentiæ vegetatiuæ ipso intellectu: quod apertissimum est in fallitate.

Argum 3. ¶ Vltimò. Omne quod patitur, corruptibile est: sed intellectus patitur: quia ponitur potẽtia passiua: ergo est corruptibilis sed consequens est falsum, cùm sit incorruptibilis: ergo nullo modo patitur intellectus.

In contra. ¶ In contrarium est philosophus hic: Intelligere est pati quoddam.

Notand. 1. ¶ Pro solutione oportet in memoriã reuocare id quod dictum est, quando in præcedenti libro de passionibus agebamus, scilicet, q

S. Th. p. p. q. 79. ar. 2. Tripliciter aliquid dicitur pati.

pati capitur proprijssimè, & est quando aliquid remouetur ab eo quod conuenit ei secundum naturam suam, si aqua calefiat ab igne, patitur: quia remouetur à frigido quod ei conuenit secundùm naturam suam. Alio modo pati capitur minùs propriè, quando aliquid abijcitur, siue fit conueniens, siue disconueniens: quo modo non solùm qui ęgrotat patitur, sed etiam qui sanatur: & qui tristatur, sicut qui gaudet. Tertio modo dicitur aliquid pati, cõmuniter, & est, quando id q erat in potẽtia ad aliquid, recipit illud, & fit actu, absq; hoc quod aliquid abijciatur: & sic quando res perficitur, potest dici pati, pro quanto de potentia exit in actum.

2. Notã. S. Th. 1. 2. q. 10

¶ Præterea notandum (vt suprà de sensu diximus) quòd sicut sensus mouetur à sensibili: sic intelligibile, mouet intellectum. Cõmune enim est cuiuslibet potentiæ, vt moueatur à suo formali obiecto: & mota potentia, & excitata, quodammodo habet patiendo, vt de potẽtia exeat in actum. Et obiectum intelligibile, erit mouens non motum: sed intellectus erit mouens motum. Motum: quia ab obiecto intelligibili mouetur. Mouens: quia mouet se ad intellectionẽ, & mouet voluntatem ad volendum ostensum per intellectũ.

Concluſ. 1. ¶ Prima cõclu. Intellectus diuinus qui nihil aliud est, quã ipsa diuina essentia, nullo modo est potentia passibilis. Patet. Illud dicitur potentia passibilis, quòd cùm sit in potentia ad aliquid cognoscendum, reducitur in actu cognoscens: sed Deus nunquam fuit potentia cognoscens, sed semper in actu: non solũ cognoscens præterita, præsentia, & futura: sed omnia ab eo possibilia fieri: quæ tamen non fient. In hac conclu. non est opus immorari: quia est theologicæ facultatis, licèt in lumine naturali probari possit, quapropter non alienum à nostra hac physica speculatione. sed de hoc alibi.

Ratio.

S. Th. p. p. q. 14. ar. 4.

¶ Secunda concl. Angelicus intellectus, qui non est idem quod sua essentia, respectu illorum quæ naturaliter cognoscere potest, nõ dicitur passibilis. Patet. Ille solum dicitur intellectus passibilis, qui est in potentia, & potest reduci in actũ: sed angelicus intellectus respectu illorum quæ naturaliter cognoscere potest, in actu est semper, & non in potentia: licèt non sit actus purus: quia non est in actu respectu omnium.

Conclu. 2.

Ratio.

S. Th. p. p. q. 58. ar.

¶ Tertia conclu. Intellectus humanus, vt in

3. Conclu.

S. Th. p. p. q. 79. ar. 2.

simum locum tenens in ordine intelligibilium: est simpliciter potentia passibilis: & sic dicitur ab Arist. hic, esse tanquam tabulam rasam, in qua nihil est depictum. Probatur.

Ratio.

Illa dicitur potentia passibilis, quæ est in potentia ad hoc quòd exeat in actum, & fit aliquando in actu: sed noster intellectus est huiusmodi: quia eò quod intellectus est, in potentia est, vt intelligat: & non est in actu, nisi exeat post ipsam potentiam ad actum: sequitur ergo quòd est potentia passiua.

Poster. rõ.

¶ Secundò. Si intellectus non esset potentia passiua in sensu supra dicto tertio modo, esset quia semper est in actu, & nunquam perficitur, neque patitur: sed non semper est in actu. Patet: quia non vt Deus, neque vt angelus: quia adhuc circa naturalia in potentia creatus est vt tabula, in qua nihil depictum est, est tamen in potentia vt depingatur: ergo sequitur quòd intellectus noster est potẽtia passiua.

4. Conclu.

¶ Quarta cõcl. Et si noster intellectus cõparatus ad obiectum intelligibile: & speciem intelligibilem quam recipit, dicatur potentia passiua: in ordine ad intellectionẽ, vel actum intelligẽdi, potẽtia actiua est. Probatur quo

Ratio. p. p.

ad primam partem: quia intellectus verè mouetur ab obiecto, & verè in se recipit species intelligibiles, vt inferiùs declarabitur: quapter cum de potentia exeat in actum, & non effectiuè se habeat ad illa, oportet dicatur potentia passiua.

S. Th. 1. 2. q. 10.

Ratio. 2. p.

¶ Secunda pars patet: quia intelligere verè est actus potentiæ intellectiuæ: ergo ab ea effectiuè: ergo respectu eius, potentia actiua dicitur.

¶ Præte-

Ratio 2. Obiectum, & species solum non causant intellectionẽ.

¶ Præterea. Intellectio, ab aliquo agente est: & non ab obiecto: quia obiectum nõ intelligit, neq; causat intellectionẽ: neq; ab specie: & nõ restat aliud, nisi potẽtia: ergo efficit, & agit. Nolo hic negare concursum obiecti, & speciei simul cũ intellectu ad notitiã producendam: sed solum intendo probare, quod intellectus causet intellectionem, & quòd obiectum solum: neq; species simul causant. Et in isto sensu intellectus posset vocari potentia actiua, & non passiua.

Contra Aureolum.

* ¶ * Ex quarta conclusione sequitur Aureolum non rectè loquutum, vt citatur à Capreo. in 1. sentent. dist. 3. quæst. 3. ar. 2. quando ait intellectum possibilem, in genere entium esse ens in pura potentia: sicut est in genere intelligibilium: siquidem licèt pura potentia dicetur in genere intelligibilium, quia nullam habet speciem congenitam: tamẽ est potentia animæ, & qualitas secunda speciei, & actuatus specie intelligibili, ipse producit intellectionem & non solũ intellectus agens, vt docet Aureolus producit vt causa partialis cum specie intelligibili, vel ipse solus producit, vt ait Sanct. Thom. per hoc quod informatus specie intelligibili, fit ipsum intelligibile quodam modo: & exit in actu, & nõ est repugnantia, quod ipse idem intellectus vt nudus, sit receptiuus & pura potentia: & actuatus specie, sit efficiens causa: & sic efficiens, & materia, non coincidunt secundum eandem rationem: & quod per actum intellectus producitur, à Theologis dicitur verbum & apud dialecticos dicitur intentio, & apud philosophum dicitur ratio, vel definitio vel similitudo aut imago rei intellectæ & in via Thomistarum vt aliqui putant, dicitur species: etiam sic vt sit consequens ad speciem impressam intellectui possibili. Sed an illa species vel imago seu verbum sit realiter quid distinctum ab actu intelligendi, non satis constat apud Thomistas: nam aliqui dicunt quod sufficit distinctio rationis: sed Capreolus in prima d. 27. putat esse realem distinctionem, & quod dicit Sanct. Thom. de potentia quæst. 8. art. 1. sed de hoc aliàs.

Intellectus informatus specie producit intellectionem.

Capreo.

Conclu. 5. ¶ Quia intellectio ad quam concurrit intellectus effectiuè, est actio immanens, & recipitur in intellectu, simpliciter dicitur intellectus potentia passiua, & non dicitur actiua. Hoc patet ex Aristot. qui ponit intelligere quoddam pati. Cũ ergo intelligere sit actionẽ intelligẽdi producere, sequitur quòd intellectus, potentia passiua dicenda est. Vide Naclant. 2. t. theorẽ. de natura intellectionis nostræ.

6. Conclu. Aristot. 9. meta. te. 9. & in hoc 3 de anima.

¶ Conclusio sexta. Cùm obiectum concurrat ad notitiam, non solùm terminatiuè, sed effectiuè, & etiam concurrat species cùm intellectu, vt vnum agens, principaliùs tamen intellectus dicitur effectiuè concurrere. Istam conclusionem posui propter diuersum modum opinandi doctorum de concursu ad intellectionem: nam Henricus de Gandauo dicit, quòd obiectum non concurrit actiuè, sed terminatiuè: quia in obiectum terminatur notitia. Durandus relinquit sub dubio. Caietan. dicit quod concurrit, sed principaliùs ipsa potentia, quàm obiectum. Doctor sub. dicit quod obiectum non concurrit effectiuè, sed partialiter: ita vt obiectum, & potentia sint vt duæ partiales causæ. D. Thom. dicit quòd concurrit obiectum, & potentia, vt vnum agens: quia per vnam formam, id est, vnam speciem, producunt notitiam.

Henr. quo. 4. quæst. 7 Durã. in 2 d. 3. q. 6. Caieta. p. p. q. 79. ar. 2. Sco. in 1. d. 3. q. 7. S. Thom.

Ratio. 1. ¶ Conclusio ergo est, quòd principaliter cõcurrit potentia. Patet. Omnis operatio emanans ab aliqua potentia immediatè, principaliter, & primò debet ei tribui: sed intellectio est actus potẽtiæ intellectiuæ, ab ea emanans: ergo principaliter debet ei tribui, etiã si concurrat obiectum, & species, & alia.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Quando aliqua plura concurrunt ad aliquem effectum, id dicitur principaliùs concurrere, quo solo cõcurrente posset fieri actio, & alijs concurrentibus, ipso nõ concurrente, non sequeretur actio: sed intellectus est huiusmodi: quia posito obiecto, & posita specie, si non sit potentia intellectiua, etiam si non sit species, poterit esse actio. Patet apud negantes species: & quia in patria erit cognitio Dei, & visio sine specie ipsius Dei, ipso Deo se vniente potentiæ intimè. Et si non sit obiectum, posset esse intellectio, vt posset intelligere hoc, nullum obiectum intelligere: & sic sine obiecto posset esse: licèt hoc quod est nil intelligere, posset intelligi vt obiectum. Saltim videtur quòd principaliùs sit ipsa potentia: nam si obiectũ & species propter potentiam, principaliùs ipsa potentia. Propter vnumquodque tale, & illud magis: si ad notitiam, vel propter notitiam, obiectum, & species, vt potentia informetur, & moueatur ad causandam notitiam, magis ipsa potentia causat. Sed quomodo intellectio fiat per contactum rei cognitæ, & non per extra missionem, sed per hoc q̃ res cognita dicitur esse in cognoscente, latè disputat Ægi. quol. 6. q. 15. vide ibi.

Aristot. p. Poste. t. 5.

¶ Ad

Ad Argu. ¶ Ad primum patet solutio ex suprà dictis. Pati enim intellectus intelligendo, est perfectio eius: ob id etiamsi immaterialis sit, pati potest.

Ad 2. ¶ Ad secundum dicendum ita esse, si actio & passio ad idem referatur: sed tamen aliquid pati poterit esse nobilius aliquo agere: sicut in præsentiarum intellectus est passiuus respectu totius entis vniuersaliter: & vegetatiua est actiuum respectu cuiusdam entis particularis coniuncti: & sic non sequitur, quòd hoc agens sit nobilius illo patiente, tuaximè quia in illo pati est perfectio.

Ad 3. ¶ Solutio ad tertium patet, supposito quod passio hæc sit ad perficiendum.

Varijs modis dicitur intellectus. Intellectus in habitu. Intellectus in actu. Intellectus adeptus. Intellectus naturalis.

* ¶ * Nota intellectum diuersimodè nominarinam dicitur intellectus materialis, dicitur & intellectus in habitu: Tertiò dicitur intellectus in actu: Quarto dicitur intellectus adeptus: dicitur naturalis, pro vt nullum habet habitum neque speciem, sed in pura potentia est: vt materia sine forma, dicitur esse in habitu, quia reductus est ad actum primum per habitum scientiæ vel per speciem intelligibilem: dicimus per habitum scientiæ, vel speciem, quia per vtrunque actu primo constituitur: sicut materia per formam, & potest exire in actum secundum: & tunc dicitur intellectus in actu quando actu intelligit, vel considerat. Intellectus adeptus tũc est: quãdo omnem sibi possibilem perfectionem acquisiuit, quem dari in via negat S. Thom. saltim perfectè: de quo vide Alb. in isto 3. tract. 3. c. 11.

S. Thom. Albertus.

¶ SPECVLATIO quarta. Vtrùm sit ponendus intellectus agens.

1. Argum. VIdetur quòd non: quia sicut se habent sensibilia ad sensum, se habent intelligibilia ad intellectũ: sed ad sensibilia, vt sentiãtur, solũ ponitur sensus patiens, & nõ agens: ergo etiã ad intelligibilia intelligenda, sufficit intellectus potentia passiua, & nõ est necessarium ponere intellectum agentem.

Argum. 2. ¶ Item. Si intellectus agens daretur: vel esset aliquid in anima, vel aliquid extra animã: at nullum istorum est: ergo non est dabilis. Nõ est aliquid extra animam: quia nõ diceretur esse in nobis. Neq; est in anima: quia anima nostra semper esset actu intelligẽs, quòd est falsum. Patet ex Arist. qui hic dicit, quòd intellectus agens non aliquando intelligit, & aliquando non intelligit: ergo semper intelligit: & sic vel non est in anima nostra, vel anima semper intelligit.

Argum. 3. ¶ Vltimò. Nihil respectu eiusdem est in potẽtia, & in actu simul: sed dato intellectu agẽte, intellectus esset in actu, & in potentia: ergo non est ponẽdus. Maior est nota. Probatur minor. Intellectus possibilis est in potentia omnia fieri: vt dicit Arist. ergo est in potentia: & idem est in actu: quia intellectus agens est substantia actu ens: ergo simul in actu est, & potentia.

Arist. hic.

In contrar. ¶ In contrarium est Arist. hic. Sicut in omni natura, ita & in anima est aliquid quo est omnia fieri, & aliquid quo est omnia facere. Et dicit vlteriùs: necesse est in anima has duas esse differentias, scilicet, intellectum possibilem, & agentem.

Notand. 1. ¶ Pro solutione notandum, q̃ sicut illa quæ sentiũtur actu, per hoc sentiũtur: quia sensibile in potentia, fit actu sensibile, quãdo sensus habet suã operationẽ circa tale sensibile: etiam in intellectu cõtingit: vt intelligere dicatur, quando intelligibilia quæ sunt in potentia vt intelligantur: fiunt actu intelligibilia. Res nõ fit actu intelligibilis, nisi sit denudata à materia: quia sicut intellectus est potentia immaterialis, quæ ab eo intelligũtur sunt immaterialia. Et si materialia intelligat, oportet immaterialiter: denudando rẽ à materialibus conditionibus & illud quod erat in potentia vt intelligatur, fit actu intelligibile. Itaque in speculatione est, an detur aliquis intellectus, aut aliqua potentia intellectiua, quæ intelligibilia in potentia, faciat intelligibilia in actu, vt intelligantur: vel an ad hoc sufficiat ipse intellectus potentia passiua: cuius est recipere in se intelligibilia.

Plato non ponebat intellectum agentem.

¶ Plato (quia posuit ideas formas rerum naturalium separatas, & immateriales, quę erãt ipsæ intelligibiles actu, eò quod immateriales) non ponebat intellectum agentem: quia intellectus agens solũ est deseruiens ad hoc quod illa quæ sunt in potentia intelligibilia (sicut sunt immaterialia) fiant actu intelligibilia denudãdo: & quia ipsa ponebãtur à Platone sine materia illorũ erat scientia & erant obiecta proportionata intellectui vt ipsæ formæ possent mouere intellectum & ipse intellectus posset immediatè in se recipere. Et absque dubio cõsequenter loquutus est.

Arist. Tamen quia Arist. & omnis schola philosophorum tales negat formas separatas à materia, meritò est dubium, vtrùm sit necessarium ponere intellectum agentem, ad hoc quod intellectus possibilis intelligat.

Notand. 2. ¶ Et tam est notandum, quod ad modũ, quo lumen in corporali visione requiritur ad videndũ, intellectum agentem putant debere poni. Et lumen potest poni dupliciter; vno modo ad hoc quod colores qui sunt obiectũ potentiæ visiuæ, & sunt in potentia visibiles per lumen fiant actu visibiles, alio modo lumẽ potest esse, nõ ex parte coloris: sed ex parte medij, vt medium sit illuminatum: vt possit causari visio: sit prima conclusio.

Conclu. 1. ¶ Prima cõcl. Necessarium est ponere intellectũ agentem, vltra possibilẽ. Hæc est Aris. in isto 3. Ratio. Ratio est. Omnis potẽtia dicitur esse requisita propter actũ, quia actus non potest esse sine ea: sed intelligibilia nõ possunt actu intelligi, sine intellectu agente: ergò intellectus agens necessariò est ponẽdus. Probatur minor: nã si possent intelligi sine agẽte maximè ab intellectu possibili: sed non possunt ab eo: ergo necessarius est agens intellectus. Patet. Nullum obiectum potest à potentia percipi, nisi ei sit proportionatum: & ex potentia tale, fiat actu tale: sed nullum materiale intelligibile in potẽtia, potest mouere intellectum possibilem: quia materiale non potest in immateriale agere, neque ei proportionatur: ergo necessaria est potẽtia: quæ faciat tale obiectum proportionatum, vt possit mouere intellectum quod facit intellectus agens: quapropter est ponẽdus iste intellectus. Nam denudãt omnem materialẽ conditionem materialium: vt fiant proportionata: & mouere possint possibilem intellectum. * Et ex dictis Arist, probatur: etiam si Cai. in isto 3. tex. 18. neget ex dictis eius probari posse.

S. Thom. 2. 60. gen. c. 76 & 77. Cõmẽ. 3. de anima com. 18. quo ad rationem.

Ratio 2. ¶ Secundo. Sic se habet intellectus agens in ordine ad intellectũ possibilem, & intelligibilia, sicut lumen ad potentiam visiuam, & colores: sed absq; lumine colores nõ fierent visibiles actu: ergo neq; absq; intellectu agẽte, intelligibilia actu, intelligerentur ab intellectu possibili. Maior huius discursus est Arist. & Cõment. in 2. huius. Minor constat.

Cõtra Duran. in 1. d. 3. q. 5. Qui negat intellectum agentem. ¶ Ex quo patet Duran. malè dixisse, negando intellectum agẽtem, putans frustrà esse: eò quod phãtasmata possent per se producere speciem in intellectu possibili. Decipitur, quia ipsa per se non possunt, licèt illuminata simul cum intellectu agente possint: vt infrà declarabimus: sed eorsum non possunt.

2. Conclu. ¶ Secunda cõcl. Intellectus agens agit in intellectũ possibilem actu intelligere, vel illuminãdo phantasmata: vt actu possint mouere cum: vel extrahendo species intelligibiles à phãtasmatibus, denudãdo ab omni cõditione materiali. In hac cõclusione declaratur officiũ agẽtis intellectus, de quo est sermo: & in ea tota vis posita est. Et ad probãdũ oportet præsupponere dictũ hoc cõmune. Necesse est intelligentem phantasmata speculari.

Arist. 3. de ani. t. c. 39. Quid phantasma. ¶ Phantasmata sunt species illæ non sensatæ, quæ sunt in æstimatiua, seu cogitatiua, aut in memoria sensitiua, reseruatæ & ad modum quo æstimatiua, seu cogitatiua ad suam operationem indiget, specibus à sensibus exterioribus receptis in sensu communi: & reseruatis in imaginatiua vt ex ipsis abstrahat non sensatas vt suprà dictum est, sic etiã ipse intellectus indiget huiusmodi speciebus non sensatis, vt etiam abstrahat, & denudet: vt possint actu intelligi illa, quæ cum actu per sensum percipiebantur: erant in potẽtia vt intelligerentur. Ergo intellectus agens speculatur ipsa phantasmata, quando ad ea se conuertit: & fit dupliciter: vno modo, ipsa phantasmata lumine perfundendo, ac si essent aliqua quæ essent in tenebris, quæ nõ mouent potentiam ob defectum luminis. Et in ista illuminatione phantasmatum, quæ fit per intellectum agentem, videntur phantasmata: & in tali illuminatione conditiones materiales illorum phantasmatum hic, & nunc, vt si erat ibi amicitiæ, aut odij, in one ad pastorem, & lupum cum conditione hic, & nunc. s. quod in tali tempore visus pastor, vel lupus, & in tali loco. &c. per illã mutationem apparent istæ conditiones aliud ab ipsa essentia odij, & amicitiæ. Et iam facta illa illuminatione, intellectus possibilis intelligit, quia illa phantasmata illuminata, sunt etiam proportionata: & actu intelligibilia & actu intelliguntur: & recipit in se rei similitudinem, seu speciem: ita vt in isto modo operandi intellectus agentis, solùm consideremus illuminare ipsa phantasmata, in cuius illuminatione statim appareat quod est de essentia rei, & quod est accidens eius: vt illuminatis coloribus, statim sensus moueatur, & videat actu eos.

Augu. 12. de Trinita. cap. ult. Ægidi⁹ quo li. 2. q. 22. & 3. q. 11 & quol. 5. q. 21. Secundus modus intelligendi. ¶ Secũdo modo intelligitur intellectus agẽs operari in conuersione ad phantasmata: per hoc quod extrahit ipse intellectus omnes materiales conditiones, & singulares, denudando: vt maneat res sola secundùm essentiam,

tiam, & quidditatem. Et illud quod abstrahitur est species intelligibilis: quæ est idolũ, vel similitudo rei intellectæ: quã præsentat intellectui possibili: qui tanquã in speculo videndo rem denudatam, eam intelligit, & habet eius notitiam: sicut si lumen nõ solùm faceret hoc quod colores illuminaret, sed species coloris per medium illuminatum, deferret vsque ad potentiam visiuam.

¶ Et cùm vtroque modo possit contingere conuersio ad phantasmata, iste secundus est magis probandus: primus enim solus, non caret difficultate: quia phantasmata ipsa quamuis illuminata non possunt diffundere speciem, quæ perueniat ad intellectum possibilem: qua recepta, intelligat: quoniam nõ possunt ipsa phantasmata mouere, neque de se speciem mittere, nisi cum conditionibus materialibus, quas in se habent: sicque neque intellectu reciperentur, neque mouerent ad essentiam rei intelligendam, de cuius ratione tales conditiones non sunt. Colores illuminati possunt diffundere, & de facto diffundunt species, & mouent visiuam potentiam, & informant: & ob id non est necessarius sensus agens: quia proportio est obiecti ad potentiam: tamen phantasmata non sic, licèt videatur aliquibus, vt Themistio. 3. de anima. capit. 24. quòd phantasmata illuminata possunt mouere, & producere speciem: sic Sanct. Thom. etiam sentit de veritate q. 6. art. 1. & Aristotel. Tamen secundus modus conuersionis ipsius intellectus agentis ad phantasmata ea speculando, & denudando, vt imago, & species rei extracta, possit repræsentari, & dari intellectui passibili, vt actu intelligat, est clara, & aperta, & ostendit necessitatem ponendi ipsum intellectum agentem præsuppositam illuminatione, & irradiatione eiusdem intellectus agentis. Probatur ergo cõclusio ex istis aperte. Intellectus agens nullam potest aliam circa phantasmata habere operationem, nisi aut illuminare ipsa: vt facit lumen, vel extrahendo species intelligibiles, denudando ab ipsis phantasmatibus, ab hic, & nunc: vt reddat illa immaterialia: ergo sequitur quòd istis duobus modis agit.

Themistio S. Thom. Ægidi⁹ quo lib. 6. q. 24. Ratio ad cõclusio. Bachon. * ¶ * Ex his excluditur opin. Ioan. de Bachon. in 2. distinct. 6. q. 1. sequutus Henricum de Gandauo: qui speciem intelligibilem negat, impressam: sed phantasma illuminatum, vocat speciem expressam: quia intelligibile in potentia, fit actu per talem illuminationem: sed tamẽ decepti sunt, quia oportet ponere speciem intelligibilem: vt intellectus possibilis actuetur actu primo: vt concurrat, ad actum secundum intelligendo quia phantasma adhuc illuminatum, in intellectu recipi non potest: quia adhuc materiale est: necessaria est species. Ita vt in productione speciei, intellectus agens sit principale: & phantasma illuminatum, instrumentale: vt docet Sanct. Thom. quolibet 1. quæstio. 2. artic. 2. quanuis alij dicant phantasma esse agens proximum totale, sed tamen primum tenendum, & illæ species, etiam plures specie differentes, in eodem intellectu: in quantum res est, & in quantum species, res sunt, & qualitates inueniuntur: sed tamen non in quantum species sunt: & in quantum intellectus est: quia impossibile est idem subiectum perfici simul diuersis formis eiusdem generis secundum actum perfectum. Sanct. Thom. de veri. q. 8. art. 14. sed actu incompleto, & in habitu non repugnat: & in hoc sensu optimè Scotus. & S. Tho. putat quod plures species non sunt complete, nisi quando actu intelligit intellectus: & sic simul non contingit plura complete intelligere si sint diuersa.

S. Thom. Nota. ¶ Et cõsiderabis quod dicitur de intellectu agente: quòd species intelligibiles formet de nudãdo à phãtasmatibus, est sensus quòd ipsas species intelligibiles format, abstq; aliqua conditione indiuiduante, & tunc dicitur denudare. Aliquãdo dicitur denudare ipsa phãtasmata, quando in extrahenda specie intelligibili, considerat phantasmata sine illis cõditionibus materialibus. Sensus itaq; idẽ est, licèt verba sint diuersa. * Per denudare enim non intelligas subtractionem aliquam, sed solum vnius repræsentationem sine alio: vt mediante lumine video albedinem in lacte, sine dulcedine.

3. Conclu. ¶ Tertia conclu. Tanta est virtus intellectus agentis, vt phantasmata speculando, non solum species ipsorum abstrahat intelligibiles: sed etiam aliorum, quorum nunquam fuit phantasma. In hac conclusione volo dicere, quòd intellectus agens, ex ipsis datis phantasmatibus species intelligibiles abstrahit etiam aliorum. Patet: quia intellectus nõ ster cognoscit substantias separatas, quarum nullum præcessit phantasma: & cognoscit Deum, cuius nulla fuit vnquàm operatio præcedens sensitiua: hoc autem nõ potest, nisi virtute intellectus agentis. Quod fit isto modo. Conuersione facta ad phantasmata nonnulla: vt si ad hominis phantasma, quid

Ratio. S. Th. p. p. q. 88. ar. 2.

sit de quidditate eius, in quo sunt talia, & talia accidentia indiuiduatia: ex quo phantasmate assurgat in abstractione speciei intelligibilis, quæ repræsentet vnam substantiam immaterialem, incorruptibilem, quę non est forma corporis, quæ habeat esse inuariabile. &c. Et ista species posita in intellectu possibili, repræsentet angelos, & intellectus mediante ea cognoscat.

¶ Deum etiam cognoscit ex phantasmatibus & per viã remotionis & per viã affirmationis: nam cognito creaturæ phantasmate quocunq; elicit intellectus agẽs quod Deus nõ est homo, nõ angelus, nõ tandem aliqua alia creatura: vt nulla eius detur similitudo repræsentans eũ. Et extrahit à phantasmati bus hãc intelligibilem speciem, quod nõ sit Deus aliquid ex creaturis. Dixi, intelligibilẽ speciem (vt sic loquamur grossa Minerua,) quia quod ista via procedendo, elicit speciẽ intelligibilem creaturę, in qua intelligit Deũ nõ esse talẽ creaturam, videtur ex istis quodammodo elicere speciem intelligibilẽ Dei, quæ repræsentat Deum non esse hanc, neq; illam, neq; omnem simul creaturã: quia cognita imperfectione creaturæ, remouet à Deo omnem talem.

Per viã affirmationis ¶ Per viã affirmationis ex phantasmatibus cognita alicuius creaturæ essentia, & perfectione, ex phãtasmate eiusdem elicit q Deus sit quid eminentius, & perfectius quàm illa creatura, & progreditur affirmando de Deo omnem cognitã perfectionẽ: vt sit ipse omnium perfectionum perfectio vnica, & consummata. Intellectus ergo agens hoc operatur, vt nõ solùm essentias rerum cognoscat, contemplando eorum phãtasmata, sed etiã aliorum intelligibilium, quorum nullũ præcesit phantasma. Et quanuis talia, quia immaterialia, *S. Thom. ubi supra.* sint intelligibilia actu in se, & ideo maximè cognoscibilia: nõ tamen intelligũtur pro isto statu: quia potentia intellectiua etiam si non sit materialis, *Arist. hic. tex. cõ. 39.* est corpori immersa: & (pro isto statu) nihil cognoscit, nisi priùs fuerit in sensu: quia non intelligit, nisi intellectu agente conuerso ad phantasmata, & phantasmata non sunt, nisi per sensum recipiantur species in sensu communi, & in imaginatiua reseruentur. Et licèt intelligat illa, quorum nunquam sensibilis species; neque phantasma præcesit, manet verum nihil fuisse in intellectu, quin prius in sensu, in se, vel in alio: & intelligens phantasmata speculatur, vel proprium: vt est in illis in quibus datur proprium phantasma: vel alienũ, vt est quando cognitio est illorum, quorũ nunquàm fuit phantasma. Hæc obiter sint dicta: aliàs latius.

¶ * Sed aduertendum quod licèt intellectus pro isto statu possit substantias & quidditates immateriales intelligere: ad sensum explicatum in 3. conclusione: sed tamen nõ potest cognoscere eas quidditatiuè, iuxta doctrinam S. Thom. cum quidditatem cognoscere sit per aliquem conceptum siue à priori, siue à posteriori attingere rei quidditatem, per effectũ causa probatur, & cognoscitur: & substantię spiritualis, potest esse cognitio ex effectibus materialibus cognitis: sed tamen quidditatiuè cognoscere addit, vt id sit per essentiam rei cognitæ, vel per speciem sufficienter repræsentatiuam, & differentiam propriam, attingere rei quidditatẽ: vel per effectum adæquantem virtutem causæ, vt aliqui addunt: & cũ pro isto statu omnia cognoscamus, abstrahẽdo species à phãtasmatibus: & nulla sit species substantiæ abstractæ: quia nullum fuit phantasma: quidditatiuè non poterit cognosci & si rectè perpendamus, nulla erit differentia in re, inter *S. Thom.* Sanct. Thom. & Scotum: de quo vide S. Th. 2. Metaphy. & 1. par. q. 12. ar. 12. & *Ant. And.* Anton. Andream. 2. Meta. q. 3. qui mẽtem Scoti declarat, qui si distingueret inter quidditatem cognoscere, & quidditatiuè cognoscere: optimè procederet.

¶ Quarta conclusio. Quanuis detur intellectus agens separatus vnus, qui est Deus benedictus: à cuius illuminatione omnis cognitio nostra pendet, dari etiam debet intellectus agens, vt aliquid animæ cuiuslibet intelligẽtis. Ista cõclusio habet duas partes. Prima, quòd sit dabilis intellectus agens separatus vnus, qui Deus est. Patet: nam cùm quęlibet creatura rationalis intellectiua dicatur participatiuè: quia non est intellectiua secũdùm suam essentiam, cùm non omnia intelligat: quia in illis quæ intelligit de potentia procedit ad actum, vt constat: necessarium est habeat hoc intelligere participatum ab aliquo quod sit tale per essentiam: & cùm hoc non sit nisi vnum, & primum: sequitur quòd talis intellectus agens vnus separatus debet dari. Nam omne quod est tale per participationem, est ab eo quod est tale per suam essentiam: vt si aliquid sit participatiuè calidum, debet reduci ad aliquid quod sit tale per suam essentiam, id est, ad ignem causantem calorem: quia quod est participatiuè tale, in potentia fuit ad id tale,

4. Concl.

S. Th. p. p. q. 3. a. 1. & q. 79. ar. 4. & S. Th. p. p. q. 44. ar. 1. Arist. 2. metaphy.

le, & oportuit reduceretur in actum ab eo quod tale esset, & actu: ob quod Plato intellectum separatum imprimentem in animas nostras cognitionem soli comparauit. Atque de lumine participato ab isto intellectu agente separato, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ait Propheta: Signatum est super nos lumen vultus tui domine: & in lumine isto lumen videtur, & cognoscuntur, quæ aliàs non cognoscerentur.

Ioan. 1. Psalm. 4.

Ratio. 2. p. S. Th. p. p. q. 79. ar. 4. ¶ Altera pars, quòd dari debeat intellectus agens in nobis, vt aliquid animæ: probatur, supposito vno cognito in naturalibus, quòd licet causa vna, vel plures vniuersales concurrant ad aliquem effectum, non secluditur particularis quæ virtute superioris agit. Sic in lumine naturali philosophus loquensait: Sol & homo generãt hominem. Sol cùm sit causa vniuersalis, non secludit ad effectum producendum particularem, causam particularem.

Aristot. 2. phy. t. 26.

Ratio in forma. ¶ Ratio ergo conclusionis est hæc. Quãdocunq; aliquis effectus emanat ab aliqua causa, vt proprius eius, necessarium est ponere principium in ea effectiuum: sed intelligere abstrahendo species à phantasmatibus cõuenit cuilibet habẽti intellectũ, & est proprius effectus cuiuslibet: ergo oportet in eo ponere principium effectiuum vt aliquid eius: sed hoc est intellectus agens: ergo poni debet, vt aliquid intelligentis.

Alia ratio. ¶ Secundò. Posito concursu causæ vniuersalis in emanatione alicuius effectus à causa particulari, ponitur & principium effectiuũ in agente particulari: sed extrahere species à phantasmatibus ad intelligendum (etiam posito concursu primi intellectus) est effectus intellectus agentis: ergo poni debet tanquã aliquid animæ.

5. Conclu. ¶ Quinta concl. Iste intellectus agens sic ponitur, vt aliquid animæ quod nullo modo vnus possit esse in omnibus. Hæc probatur ex Arist. qui dicit, quod intellectus agens est *Arist. hic.* sicut lumen: sed nõ est idem lumen in diuersis luminosis: ergo non est idem intellectus agens in diuersis hominibus.

Ratio. 1. ¶ Ratio est. Non est idem intellectus possibilis in omnibus, vt somniauit Auerrois: imò etiam (secluſa fide) in lumine naturali repugnat (quicquid dicant alij) & falsò tribuitur Aristo. vt bene probat Ægidius quolib. 2. q. 20. ergo neque est dandus vnus intellectus agens in omnibus, quia vtrobique eadem ratio est. Patet. Non datur idem intellectus possibilis: quia sic aliquis intelligeret, & non intelligeret. Patet si vnus dormiat, & alter vigilando intelligat, intellectus agens habet conuerti ad phantasmata, habet & abstrahere: vnus ergo abstrahet, alius dormiet: sequitur quòd idem intellectus simul & semel abstrahit, vt supra diximus.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Intellectus agens est aliquid animæ, vt præcedens conclusio probauit: ergo sequitur quòd non est vnus in omnibus, cũ non sit vna anima in omnibus non enim potest esse vna eadem numero virtus in diuersis subiectis.

Alexander Auicenna. ¶ * Aduertendũ, q Alexãder in suo de anima: & Auicẽ. li. 9. suæ Meta. c. 4. & si animã rationalẽ dicant formã informantẽ: intellectũ agentẽ, extrinsecũ dicebãt: ille primam causam, & hic vltimã intelligentiã, mũdo præsidentẽ: quã datorem formarũ dixit: sed tamẽ vterq; aberrauit sic, & vt Comment.

Ad Argu. ¶ Ad 1. Dicimus esse differentiam inter sensibilia, & phantasmata: quia sensibilia, cum sint quid corporeum, possunt sine aliqua alia virtute superaddita mouere potentiam sensitiuam, & producere speciem peruenientem ad potentiam: & hac ratione non est ponendus sensus agens, suprà diximus contra Ioã. de Ianduno: & contra Alfonsum Toletañ. archiepiscopum Hispa. 2. de anima q. 6. Verum phantasmata cum sint corporea, & cũ cõditionibus materialibus hic & nũc nõ possunt mouere intellectũ possibilẽ, qui est potentia spiritualis: quia nulla est proportio phantasmatum ad intellectiuã potẽtiam: ob id requiritur intellectus agens ad hoc quod vel illuminet phantasmata, vel confortet ipsa, & quodammodo eleuet, vel quod denudet omnẽ cõditionem indiuiduantem: vt vel ipsa phantasmata cũ intellectu agẽte producant species, vel ipsa phantasmata illuminata, vel solus ipse intellectus agens abstrahat, & repræsentet eas intellectui possibili: siquidem ipsæ species in phantasia, quæ phantasmata vocantur, quanuis inferius quid ad intellectum possibilem, possunt tamen in virtute intellectus agentis, sicut & accidens agit in virtute formæ substantialis ad productionem formæ substantialis, vt optimè Ægidius quol. 5. q. 21. declarat. *Ioannes Ianduno de anima. q. 16.* *Ægidius.*

Ad 2. ¶ Ad 2. dicendũ, quod posito intellectus agẽs sit aliquid animæ, nõ ex eo sequitur q semper intellectus possibilis actu intelligat: quia nõ semper intellectus agẽs actu abstrahit à phãtasmatibus: qa nõ semper sunt phãtasmata præsentia. Item. Non semper est

virium interiorum ſenſitiuarum diſpoſitio talis ad formandum phantaſmata. Et dato ſpecies producuntur, non eſt conuerſio intellectus poſsibilis ad ſpecies: quæ omnia videntur eſſe neceſſaria ad actu intelligere, nã intellectus agens non comparatur ad poſsibile: vt obiectum: ſed vt faciens obiecta in actu, ad quod multa ſunt requiſita.

S. Th. p.p. q. 79. ar. 4. ad 3.

Ad 3.

¶ Ad 3. negamus quod idem ſit actu, & potentia, reſpectu eiuſdem: nã intellectus agẽs non eſt poſsibilis, neq; poſsibilis eſt agens: quia diuerſæ ſunt vires, & poteſt vna eſſe in actu, & alia in potentia. Intellectus. n. agẽs, & poſsibilis ſunt diuerſæ potentiæ: cũ potentiæ diſtinguantur penes obiecta formalia. Aliud. n. eſt formale in intellectu poſsibili: quod eſt moueri ab obiecto in actu exiſtente, & aliud eſt formale in intellectu agente, cuius eſt facere obiectũ in actu. Et quia in naturalibus videmus quod potentia paſsiua diſtinguitur ab actiua ſic intellectus paſsibilis, & agens. Ægidius quol. 6. q. 24. ponit quinque perfectiones intellectus agentis. Prima: quia eſt perfectio intellectus poſsibilis. Secũda: quia dicitur forma eius. Tertia: quia reddit intellectum poſsibilẽ idoneũ ad recipiendũ alias perfectiones. Quarta: quia dat quandã actualitatẽ phantaſmatibus. Quinta: facit idoneitatẽ in alijs potentijs ad recipiendum perfectiones ſuas: ex quo patet diſcrimen inter agentem, & poſsibilẽ intellectũ. Quanuis Auguſt. Niphus in proprio tractatu de intellectu, tractatu. 4. aſſerat eſſe eandẽ potentiã, licèt officia ſint diuerſa. Idẽ ſentit Burida 3. de anima. q. 7. Nos tamẽ putamus eſſe potentias diuerſas cũ S. Th. 1. p. q. 79. ar. 7. in corpore. Non ignoramus tamen differentiam eſſe inter intellectum poſsibilem, & paſsibilem, vt doctè ait S. Tho. 1. 2. q. 50. ar. 4. vt poſsibilem vocet ipſum intellectum, de quo in præſenti ſpeculatione, & paſsibilẽ vocet particularem rationem. i. cogitatiuã cũ memoratiua & imaginatiua: ſed nos indifferenter intellectum vocauimus poſsibilem, & paſsibilem: quia ſicut poſsibilis dicitur vt poſsit actu eſſe per ſpecies: & poſsibilis dicitur inquantũ poteſt recipere: licet ſit perfectionis, pati tamẽ eſt.

Intellectus agẽs, & poſſi. ſunt diuerſæ potentiæ. Ariſtot. 3. de anima. tex. co. 17. 18. & 19. & ibi Commentator. Buridanus

Niphus.

Buridanus

Non idem intellectus poſsibilis et paſsibilis.

* ¶ * Aduerte dubium eſſe quid prius fiat ab intellectu agente: an productio ſpeciei intelligibilis: deinde intelligibile actu, vel econtrà: & dubium ſecundùm Ioan. Bachonem primo ſenten. in prol. q. 2. non habet dubium: quia ſpeciem non ponit neceſſariam, ſed ſolùm per hoc quod intellectus agẽs illuminat phantaſmata dicũtur eſſe actu intelligibilia: ſed tamen ſpecies eſt neceſſaria, vt late probatum eſt. Aliqui ex Thomiſtis putãt quod ſpecies eſt prior: & poſt productionem: intelligibile in potentia, actu eſt: ſed hæc non ſunt ad mentem S. Thom. in diſputatis. q. 15 vbi ait ſpeciem cauſari per hoc quod actu intelligitur, quòd in potentia erat. Et ſic tenẽdum, ſpeciem poſterius produci: neque eſt fruſtra, poſtquam actu intelligitur intelligibile, per illuminationem intellectus agentis: quia eſt requiſitum, obiectum vniatur intellectui, quòd niſi per ſpeciem fieri nõ poteſt. Et hoc inſinuat S. Tho. 3. con. gen. cap. 77. Et aduerte quòd Iacobus Viterbienſis in 2. quo lib. q. 14. dicit quod intellectus poſsibilis, & agens eſt vna & eadem potentia, licèt non eodem modo, nam poſsibilis dicitur vt ſe habens paſsiuè, reſpectu intellectionis: agens verò ſe habet aliquo modo actiuè: ſed nõ eſt hoc tenendum, neque quod dicit Alfonſus Toletanus Archiepiſcopus Hiſpalẽſi. 3. de anima: quod intellectus agẽs eſt quoddam lumen ſiue quidam habitus connaturalis intellectui poſsibili, qui diſtinguitur realiter ab eo: Vide eundem doctorem qui multa dicit. ſed tamen ſtandum eſt dictis in ſpeculatione.

Quidam dicunt quod ſpecies eſt prior & poſt intellectus actu eſt.

Species poſterius producitur & primo intellectus actu eſt.

¶ SPECVLATIO quinta. Vtrũ memoria ſit ponẽda potentia diſtincta ab ipſo intellectu, vel an ſit idem quod intellectus.

Videtur quòd ſit potentia diſtincta ab intellectu: nam eo modo ſe habet memoria intellectiua ad intellectum ad reſeruandas ſpecies, ſicut ſe habet memoria ſenſitiua ad æſtimatiuam, ſeu cogitatiuam: ſed memoria ſenſitiua, ponitur potentia diſtincta à cogitatiua: ergo ſimiliter memoria intellectiua erit aliud ab intellectiua potentia.

Argum. 1.

¶ Præterea. Penes diuerſa officia, & actus, potentiarum diuerſitas eſt: ſed intellectus, & memoria intellectiua ſunt diuerſi actus: ergo & potentiæ diuerſæ erunt. Patet: quia vnius

2.

vnius eſt recipere ſpeciem ad actu intelligẽdum: & alterius eſt ſpecies retinere: modo iſta ſunt inter ſe multum diuerſa: ergo ſunt diuerſæ potentiæ.

3. ¶ Vltimò. Si non ſunt diuerſæ potentiæ, ergo ſunt vna potentia: ergo non ſunt æquales adinuicem intellectus, & memoria: quia nihil ſibi ipſi dicitur æquale: quia ad alterũ eſt æqualitas ſed dicuntur æquales, vt patet ex D. Auguſtino: ſequitur ergo quòd ſunt diuerſæ potentiæ.

In contrar. ¶ In cõtrarium eſt, quia cùm memoria intellectiua ſit ad cõſeruandum ſpecies, hoc tribuit Ariſ. intellectui in hoc 3. ergo memoria intellectiua, & intellectus idem ſunt.

Notand. 1. ¶ Pro deciſione notãdum, quòd ſicut poſt actualem ſenſationem in ſenſu, quæ fit per ſpeciem quæ actu in potentia recipitur, manent ſpecies ſenſibiles: quæ recipiuntur in ſenſu communi, & reſeruantur in imaginatiua, poſt actualem intellectionem manent ſpecies intelligibiles, & reſeruantur in memoria intellectiua. Et quidem quòd maneant eſt apertum: quia anima ſeparata non poſſet amplius intelligere, ſi non manerent: cùm rurſus non poſsit à phantaſmatibus abſtrahere. Itaque non eſt dubium, quin ſpecies maneant ſed dubium eſt, vtrùm vbi reſeruantur, ſit alia potentia diſtincta ab intellectu.

2. Nota. Auicenna. ¶ Secundò conſiderandum Auicennam dixiſſe eſſe impoſsibile, quòd in intellectu poſt actum intelligendi aliquid maneat, nam dato in parte ſenſitiua, propter hoc quòd ſit organi corporei actus, poſsint remanere ſpecies poſt ſenſationem: in intellectu cùm ſit potẽtia immaterialis nõ organica, fieri non poteſt: quia in eo nihil poteſt eſſe niſi intelligibiliter: ſic actu intelligitur id cuiuſſimilitudo ibi eſt. Quapropter dicebat quòd poſtquàm ſemel intellectus intellexit aliquã rẽ, rurſus oportebat ſe cõuerteret ad intellectũ agentem: quem ponebat ipſe Auicenna eſſe ſubſtantiam ſeparatam, & vnam: vt rurſus ab illo fluant ſpecies intelligibiles in intellectũ poſsibilem. Dicit amplius, quòd ex tali exercitio ſe conuertendi ad hunc ſeparatum intellectum agentem, relinquitur quædam habilitas, quam ipſe vocabat habitum ſcientiæ.

Intellectũ agentem ſeparatum ponebat Auicenna.

¶ Ecce quomodo Auicen. non ponebat memoriam intellectiuam. Sed falſitas opin. ex ſequentibus concluſionibus conſtabit.

Concl. 1. ¶ Prima concluſio. Si memoria capiatur pro vi conſeruatiua ſpecierum, neceſſariò ponenda eſt in parte intellectiua. Probatur ex Ariſt. qui in iſto 3. dicit, quòd cum intellectus poſsibilis fiat ſingula, vt ſciens dicitur quis ſecundùm actum, & eſt tunc in potentia quodam modo, non autem ſimpliciter, vt antè addiſcere, aut inuenire: ſed dicitur intellectus fieri ſingula, dum recipit ſpecies ſingulorum: & ex hoc habet quòd poſsit operari cùm velit, licet actu non operetur: ergo ex mente Ariſt. reſeruantur ſpecies poſt receptionem.

Ariſt. 2. 3. huius.

¶ Ratio eſt. Magis immobilis, & ſtabilis naturæ eſt intellectus, quàm materia corporea recipiendo formas: ſed materia corporalis retinet formas, non ſolùm quando per eas actu agit, ſed etiam poſt actũ: ergo & intellectus qui eſt magis ſtabilis, & immobilis reſeruabit ſpecies poſt actualem intellectionem, cũ quicquid in alio recipiatur, ad modum recipientis recipiatur.

Ratio.

Ariſt.

¶ Secunda concluſio. Non ſolùm memoria ponitur prout conſeruatiua ſpecierum eſt vniuerſalium: ſed etiam vt conſeruatiua eſt ſpeciei in ſingulari, & præteriti ſub ratione præteriti. Hic volo dicere, quod in memoria intellectiua non ſolùm ſpecies quæ ſunt vniuerſalis reſeruantur: ſed etiam ſingularis & particularis rei, & præteriti ſub ratione præteriti. Probatur quòd memoria ſit præteriti, & ſingularis de diuite Epulone, qui recordabatur præteriti. ſ. ſuorum fratrum, & in ſingulari. Probatur etiam: quia quælibet anima recordabitur ſuorum peccatorum, & in ſingulari: imò (vt benè probat Abulen. in quadam relectione de ſtatu animarum poſt mortem in lumine naturali ſtando) etiam ſi non eſſet pœna inferni conſtituta pro malis, haberent ſecum pœnã æternam, in memoria ſuorum actuum in ſingulari: ſicut è contra, bonis eſſet quædam delectatio, quę ſe haberet ad modum fœlicitatis, in continua recordatione bonorum operum in ſingulari.

2. *Concluſ.*

Lucæ. 16.

Abulen.

¶ Concluſionem prædictam tenet Scot. & communis opin. contra San. Thom. Atque cùm aliàs doctrinę eiuſtam ſimus affecti, per quam & profecimus, non mirùm ſi in tantillo ab eo deuiemus. Sed non putet quis doctorem Sanctum negare quin anima ſeparata ſingulare intelligat: ſed ait ipſe quòd cùm cognoſcat ſingulare, non erit per ſpeciem ſingularem: quia vt viſo homine Petro, vel Ioanne, ratione phantaſmatis producitur ſpecies vniuerſalis: & illa cum phantaſmate, quod ſingulare eſt, concurrit ad noti-

Sco. in 4. d. 45. q. 3.

S. Th. p.p. q. 69. ar. 6.

Declaratio opi. S. Tho.

tiam Petri in singulari: sic anima separata intelliget singulare, sed non per speciem singularē dicit ipse. Et in hoc sensu defendi debet S. Tho. quando dicit, non esse intellectum, neque memoriam singularis.

S. Th. p. p. q. 86. ar. 1 Dubium.

¶ Sed est dubium tenendo hanc opi. S. Th. vtrum per cognitionem singularis in hac via per speciem vniuersalem cum phantasmate singulari aliquid remaneat in memoria intellectiua. Caie. dicit quod relinquitur habitus, per quem memor est intellexisse illud singulare, & per eum habet reminiscentiam: & nō dicitur memoria: quia non est per conseruationem speciei in singulari, quoniam ipse negat. Item. Ille habitus est immediatè notitia, actus, & nō obiecti: & anima separata cognoscet singulare per huiusmodi habitus relictos. Hoc insinuat doct. S. in loco citato, in solutione ad 2. Hæc pro bene affectis (vt par est) ad angelicum doctorem: vt si recessimus tantillum in verbis, exigua, & penè nulla sit in re digressio.

Caiet. p. p. q. 79. ar. 6.

3. Conclu. ¶ Tertia conclusio. Memoria intellectiua, quæ specierum reseruatiua dicitur: non est in re, potentia distincta ab intellectu possibili. Probatur, diuersitas potentiarum ex obiectorum diuersitate sumenda est & vbi est diuersitas solum in aliqua ratione particulari contenta sub vniuersali ratione obiecti, non diuersificatur potentia, sicut non est alia potentia visiua coloris, & visiua nigri, & albi: sed species intelligibiles actu recipere, quod est intellectus possibilis: & eas retinere, nō sunt diuersæ rationes obiectorum: imò est idem obiectum: ergo non est diuersitas in potentijs: quia hoc particulare quod est ad diem, vel annum ipsam speciem retinere (vt sic loquar) non est quare dicat aliam potentiam realiter distinctam ab illa quæ recipit tales species.

Ratio. 1.

Vide Ægi. quolibet 4. q. 20.

Ratio. 2. ¶ Secundò. Si essent potentiæ distinctæ realiter: maximè esset, quia aliud est recipere, & aliud retinere: sicut in sensu ob id diuersitas in potentijs est, sed non ob hoc: quia licet illud sit verum in sensu, eò quod est corporei organi actus, & est humidum, vel siccum, q̄ facit ad retinendum, & recipiendum: in intellectu, qui potentia separata est, non habet locum, vbi non est humidum ad recipiendum, & siccum ad retinendum: ob id quę vna potētia realiter est.

Aristot. 3. phy. te. 19. ¶ Dixi, non differre re: quia ratione distinguuntur: nam si actio, & passio vna res sunt, actio non est passio. Sic intellectus possibilis, & memoria intellectiua sunt vna res, sed ratione differunt: pro quanto dicitur intellectus possibilis, prout in potentia est, ad actu intelligendum: & actu intelligit specie informatus: & dicitur memoria, in quantum retinet speciem post actualem intellectionem remanentem.

Ratio. 3. ¶ Præterea. Maior est differentia operationum in intellectu intelligere: quod quieti similatur, & ratiocinari, quod motui: quam sit inter speciem recipere, & conseruare eam: quia vtrunq; ad quietem: sed primum nō facit differentiam potentiarum: quia idem est intellectus, & ratio: ergo neque secundum: & sic eadem potentia erit intellectus, & memoria intellectiua. Probatur minor: quia ad eandem potentiam reducitur moueri, & quiescere. In naturalibus enim per eandem virtutem mouetur quis ad locum, & quiescit in loco: ergo à simili per eandem potentiam recipiet speciem intelligibilem, & retinebit eam.

S. Th. p. p. q. 79. ar. 8.

* Instantia. ¶ * Pro studiosis in doctrina S. Tho. insurgit dubium circa 3. conclusiones quia doct. S. in primo sen. d. 3. q. 3. ar. 2. affirmat, esse potentias distinctas, intellectum & memoriam, nodum soluit Capreol. Dicendo, quod S. Th. in sententijs non propriam, sed aliorum sequutus est opinionem: sed in 1. p. q. 79. ar. 7. ex propria sententia dixit quod in 3. cōclusitum est. Si tamen quis exacte cōsideret verba S. Tho. vtrobiq; inueniet solutionem: non sibi esse contrarium: quia in primo dixit potentias distingui: & non dixit realiter: & ad distinctionem sufficit fit rationis, quā dicit esse in 1. p. & hoc probari potest: quia eandem authoritatem philos. quam adducit in 1. p. ad probandum non distingui realiter intellectum, & memoriam, adducit in primo sen. in loco citato.

Solutio.

Intelligētia S. Thom.

4. Conclu. ¶ Quarta conclusio. Posita memoria intellectiua, in qua reseruantur species intelligibiles, non erit actualis intellectio per tales species pro isto statu sine conuersione ad phantasmata. In hac conclusione volumus dicere, posito, quod species conseruentur, ad hoc quod iterum intellectus actu intelligat id cuius reseruata est species, non sufficiet conuertat se intellectus ad speciem, nisi rursus sit conuersio intellectus agentis, ad phantasmata, cuius est species. Itaque si per impossibile, vel possibile phantasmata perderentur, vel corrumperentur, pro isto statu non sufficerent ibidem species reseruatæ, magis quam si nunquam fuissent: quia pro isto statu necesse est intelligentem phan-

Arist. 3. de ani. c. 30. Ratio.

phantasmata speculari. Probatur: quia dato quis aliàs fuerit sapiens, & habuerit multorū intelligibilium species reseruatas in memoria incertum a: si phantasia lædatur, nunquā vtetur speciebus, neque intelliget: sicut videmus in illis, qui ex sana mente ad insaniam deuenere, quę dizen desatinos.

¶ Et in tātum ista conuersio ad phantasmata necessaria est, quod in Christo solum, cū haberet scientiam infusam omnium per species inditas, non fuerit necessaria hæc conuersio ea ratione, qua secundum animam conditiones habebat comprehensoris, & nō viatoris, quia si solum viator esset, haberet necessitatem conuertendi se, etiam si haberet species: quod optime docet S. Tho. sic Adam, etiam si habuit scientiam infusam, habuit necessitatem conuertendi se ad phantasmata: quia erat viator, & in statu viatorum. Et quidem vt magis corroboretur hoc, oportet dictū Duran. cōsiderare, qui in Christo dicit secundū scientiam infusam fuisse necessariam illam cōuersionem ad phantasmata, licet nos id quod S. Thom. dicit probemus tenendum. De quo alibi.

S. Tho. 3. p. q. 11. ar. 2

Durā. in. 3 d. 14. q. 2.

5. Conclu. ¶ Quinta conclusio. Quanuis reseruatis speciebus, ad intelligendum sit necessaria cōuersio intellectus agentis ad phantasmata ad actu intelligendum: non ob id frustra est memoria intellectiua. Probo: quia licet pro isto statu non esset necessarius locus ille, vbi species reseruantur, & talium specierum reseruatio, saltim deseruit pro alio statu, quando anima sit à corpore separata, in qua cū non erit corpus, neque phantasmata erunt. Et ad intelligendum tūc sufficit reflecti actu supra speciem quam habet reseruatam: & si ea non esset, cum in illo statu non possit acquiri, maneret anima intellectiua totaliter priuata tāto bono. Et sicut nuda ingreditur in corpore, quando creatur, nuda egrederetur quādo se pararetur, etiā si innumeras habuerit in vita species intelligibiles.

Ratio. 1.

¶ Secundo dico, quod etiam pro isto statu nō est frustra memoria intellectiua, & specierum reseruatio, eo quod dato, sit conuersio ad phātasmata, facilius phantasma operatur cuius species reseruata est, & perfectius, quam si nunquam illius fuerit species habita in intellectu: sic enim euenit: vt quis facilius rem aliquam intelligat, quam semel intellexit, quam si nunquam aliàs intellexerat sicut & de habitu possumus dicere: nam actus producti posset sine habitu, sed facilius cum habitu. Ecce ergo quomodo dato conuersio ad phantasmata sit sufficiens pro isto statu, nō tamen est frustra memoria intellectiua.

Ad argum. ¶ Ad primum concedimus sic se habere memoriam intellectiuam ad intellectum, vt sensitiua ad æstimatiuam, ergo sicut istæ distinguuntur, & illæ: negandi est consequentia: quia sunt potentiæ corporeæ æstimatiua, & memoria sensitiua: & requirunt diuersam dispositionem ad recipiendum species: & ad retinendum, eo quod potentiæ sensitiuę, & corporeæ mobiles sunt: sed intellectus nō sic qa non habet talem dispositionem humidi, vel ficci: & de sua conditione stabilis est, & imminobilis: ob id eadem potentia quæ recipit, potest & reseruare.

Ad. 2. ¶ Ad secundum patet solutio, quod illa differentia quæ est recipere, & retinere, quæ ex parte potentiarum sensitiuarum sufficit ad distinctionem potentiarum: non sufficit ex parte intellectus, in quo nulla talis dispositio est.

Ad. 3. ¶ Ad tertium dicēdum, quod ea ratione qua intellectꝰ, & memoria intellectiua sunt diuersa ratiōe, & possunt dici adinuicē æqualia nō sicut potētia potētię, sed sicut actus emanans ab habitu dicitur esse æqualis ei: sic & intelligētia vt actꝰ emanans à memoria intellectiua, dicetur esse æqualis: quia tātū intelligit, quantū in memoria est, maxime in Deo, in quo B. P. Au. loquitur. Et in nobis sic possemꝰ dicere si aliquis actu cognosceret conuertendo se simul ad omnia phantasmata, quorum habet species in memoria: si actu intelligeret omnia illa æquarentur intellectus, & memoria intellectiua: tamen non sequitur duas esse res, potentias distinctas.

D. Augu.

¶ SPECVLATIO sexta. Vtrum ratio sit ponenda alia potentia quæ pertineat ad intellectum, & hæc sit ab eo distincta.



IT videtur quod sic: quia ratio inferior, & ratio superior ad intellectū pertinent: tamen sunt potētię distinctæ. Patet. Diuersitas obiectorum diuersificat potētias: sed aliud est obie

D.Aug.1. de trinitate obiectū rationis superioris: quia est æternum & inferioris, quod est temporale: vt docet D.
2. P. Augustin. ergo sunt diuersæ potentiæ.
¶ Præterea. Intellectus diuiditur in practicū, Arist. hic. & speculatiuum, vt ait Arist. sed istæ sunt diuersæ potentiæ: ergo in intellectu aliæ potētiæ sunt ponendæ. Quod distinguantur patet: quia apprehensiuum, & motiuum sunt Aristot. 2. de anima. diuersa genera potentiarum, vt Arist. docet: sed intellectus speculatiuus est apprehensiuus tantū, & practicus est motiuus: ergo sunt potentię distinctæ.
3. ¶ Tertio. In ratione, seu intellectu ponitur synderesis, & conscientia: sed istæ sunt distinctæ potentiæ: ergo aliquę aliæ sunt ponēdæ in intellectu imo & ponitur intelligen- D. Hier. super Ezech. tia. Probatur de synderesi ex D. Hieronymo, qui diuidit synderesim contra irascibilē, & concupiscibilem, & rationalem. Et de conscientia patet: quia cum non sit actus, neque habitus: oportet sit potentia. Non est actus, quia semper manet. Non est habitus: quia nō esset vnum, sed multa: nam per multos habitus cognoscitiuos dirigimur in agendis, qualis conscientia esset: si esset habitus: ergo est potentia. Intelligentia etiam ponitur potentia. Sic ait Arist. hic. Intelligentia in diuisibilium est, in quibus non est falsum.

In contrar. ¶ In contrarium est Arist. in isto. 3. vt in conclusionibus erit manifestum.

1. Notand. ¶ Oportet in primis declarare quid importet ratio superior, ratio inferior, intelligentia synderesis, & conscientia, intellectus practicus: & intellectus speculatiuus.

Augus. 12 de trini. ¶ Ratio superior (vt ex B. Aug. sumitur) est illa, quæ intendit, & velut negotiatur in cōspiRatio sup. ciendis æternis, vel consulendis.

Ratio infe rior. ¶ Ratio inferior est, quę temporalibus rebus intenta est. Et si quis diuina cōtempletur: vt quod Deus sit trinus, & vnus: & non esse fornicandum, quia lex diuina inhibet, per rationem superiorem fit. Si tamen iudicet abstinēdū est hodie à carnibus propter bonam valetudinem, est inferioris rationis.

Intelligen. ¶ Intelligentia proprie actum significat intellectus, qui est intelligere: vnde & Angeli (quia sunt substantiæ, semper actu intelligētes) intelligentiæ vocantur, in libris nōnullis ex Arabico translatis ipsius Aristo.

Intellectus speculati. Arist. hic, ¶ Intellectus speculatiꝰ est: qui quod apprehendit, non ordinat in opus, sed solum ad cōsiderandū veritatē: Practicus tamē qui ad opus, vnde Arist. dicit: Intellectus speculatiuꝰ, per extensionem fit practicus.

Syndere. ¶ Synderesis est à verbo græco syntereo: ꝙ significat, semper idē sentire: quia cognitio quorundam naturalium principiorum practicorum est: quæ semper est in nobis neque obliuione deletur: qua ratione instigatur, & mouetur ad bonum homo.

Conscien. ¶ Conscientia est simul scientia: quia est applicatio ad aliquem actum: quæ habet testimonium reddere, accusare, & excusare.

1. Cōclus. ¶ Prima cōclusio. Ratio superior, & inferior, sunt ipsemet intellectus: & non potentiæ distinctæ. Probatur. Ratio superior, & inferior in hoc differunt, quod superior æternis, & in Ratio. ferior temporalibus intendit: sed hoc nō causat distinctionem potentiarum: qui si causaret, maxime quia vnum est medium respectu alterius: nam per viam inuentionis ipsa temporalia sunt vt medium ad æterna cognoscēda, vt Paulus testatur dicens: Inuisibilia Dei per ea quę facta sunt, &c. Et in via iudicij, per Roma. 1. æterna, de temporalibus iudicamus, & disponimus ea: sed medium, & id ad quod per medium peruenitur, ad eandem spectat potentiam: ergo non sunt duæ potentiæ ratio superior, & inferior. Quod ad eandem patet: quia actus rationis est, qua si quidam motus ex vno in aliud perueniens: tamen idem est mobile, quod pertransiens medium, peruenit ad terminum: ergo eadē est potentia quæ à medio, vel per medium peruenit ad finem.

2. Conclus. Prior ratio ¶ Secunda conclusio. Ratio inferior, & superior distinguuntur & per diuersos actus, & per diuersos habitus. Probatur authoritate Beati Patris Augustini in loco citato. Inter superiorem, & inferiorem rationem distinctio aliqua signanda est, & non potentiarum: quia vna est: ergo vel actuum, vel habituum prærequisitorum: ergo per hoc distinguuntur.

Posie. ratio ¶ Vltimo. Non est idem actus intendere æternis contemplandis, vel consulendis, & intendere temporalibus: ergo & principiorum vnde isti actus emanant erit distinctio: sed vniꝰ ratio superior, alterius inferior est: ergo distinctio est in illis per actus, & similiter per habitus, quibus vtuntur: quia superior, sapiētia vtitur: & inferior ratio, scientia: modo sapientia, & scientia distincti sunt habitus: vt ait Arist. sexto Ethicorum.

Nota. Nō est idē ratio superior, et portio superior ¶ Aduertendum tamen est, non esse idem dicere, ratio superior, & ratio inferior: portio superior, & portio inferior. Doctores enim differentiam ponunt, in eo quod portio superior, & inferior simul cum intellectu includant appetitum: nō tamen ratio superior & inferior: quia solum intellectum, nō requisitum

est ad hoc quod dicatur ratio superior vel inferior, discursus: nam sine eo poterit sic vocari. In quo Durandus videtur esse deCōtra Durā. in. 2. d. 24. q. 4. ceptus, asserendo quod si non sit discursus non dicetur ratio superior, neque ratio inferior.

3. Cōclu. ¶ Tertia conclusio. Intelligentia ab intellectu non distinguitur, sicut potentia à potētia, sed sicut actus, à potentia, nam intelligentia actus est intellectus. Probatur prima pars Ratio. p. p. ex Arist. hic. Arist. qui ait: Intelligentia intelligibilium est, in quibus non est falsum: sed hoc est ipsius intellectus proprium: ergo intelligentia ab intellectu non distinguitur, vt potentia à potentia quia intelligentia non est potētia.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars patet. Intelligentia est actus, ergo alicuius potentiæ, & non nisi intellectꝰ: ergo intelligentia est actus intellectus: sed actus à sua potentia distinguitur: ergo etiā intelligentia ab intellectu.

¶ Philosophi solent per ordinem considerare ista: intellectum agentem, patientem, possibilem in habitu, & adeptum. Primi duo sunt diuersæ potentiæ: quia in omnibus alijs potētia actiua à passiua distinguitur. Alia distinguuntur secundum diuersos status ipsius intellectus, qui aliquando est in potentia tantum: & sic dicitur possibilis. Aliquando est in actu primo, qui est habitus scientiæ: & sic intellectus in habitu vocatur. Aliquando est in actu secūdo, qui est cōsiderare: & sic dicitur intellectus in actu, siue intellectus adeptus, ꝙ idem est de quo supra.

4. Conclu. Arist. hic. ¶ Quarta conclusio. Intellectus speculatiuus & practicus non sunt potentiæ distinctæ. Probatur ex Aristo. qui ait: Intellectus speculatiuus differt fine, à practico. Et ibidē. Intellectus speculatiuus extensione, fit practicus: sed si essent diuersæ potentiæ, vnus non posset esse alius: neque fine distingueretur, sed obiecto formali.

Ratio. ¶ Ratio est. Id quod accidentaliter se habet ad rationem formalis obiecti, non diuersificat potētiam sicut quod color sit magnꝰ, vel paruus, accidentaliter se habet ad hoc quod est esse colorem, & sic non est alia potentia visiua qua magnus color, & alia, qua paruus: sed hoc quod sit aliquid apprehensum in ordine ad opus, vel non, quod est speculatiui, & practici intellectus, est accidēs rationi formali: ergo non sunt diuersæ potentiæ: nam si essent diuersæ, in potestate alicuius esset mutare obiecta formalia, & propria potentiarū & ꝙ est vnius, mutare ad aliā: nā si aliquid ꝙ est speculatiui intellectus, quis ad praxim referat, iam mutatur obiectum intellectꝰ speculatiui, in obiectum practici, quod nō videtur dicendum quoad formale.

Conclus. 5. Syndere- ¶ Quinta conclusio. Synderesis (quę idem quod habitus intellectus) ad rationem superiorem, & inferiorem spectans, non potentia sed habitus naturalis principiorum practicorum est, quæ semper instigat ad bonum, & de malo murmurat. Ista conclusio habet plures partes. Quarum prima est, quod sit idem quod habitus intellectus. Probatur. Si nō est Ratio. p. pi Aristot. 6. Ethi. 6. idem, & ponitur in intellectu vt virtus eius: ergo Aristot. insufficienter numerauit virtutes intellectuales, quas solum quinq; posuit. Intellectum, sapientiam, scientiam, prudentiam, & artem, sed nō fuit diminutus in ipsis virtutibus intellectualibus numerandis: sicut neque fuit in alijs: ergo synderesis, cū sit virtus intellectus, ibi ponitur, & non videtur sub qua contineatur, nisi sub intellectu: ergo ibidem continetur.

2. Ratio. p. p. ¶ Secundo. Speculatiuum & practicum non diuersificant potentiam: ergo cognitio principiorum speculatiuorum, & practicorū nō diuersificabunt habitum: sed intellectus est habitus principiorum speculatiuorum: & synderesis practicorum, ergo vnus & ibidem habitus ponitur: & sic intellectus (vt dicit habitum principiorum) idem est quod synderesis, & synderesis (vt dicit habitum principiorum practicorum) idem est quod intellectus. Intellectus & synderesis unum.

Ratio. 2. p. S. Tho. de ueritate. q. 16. arti. 5. ¶ Secunda pars, quod spectet ad superiorem & inferiorem rationem: patet. Principia practica inueniuntur & quando ratio superior operatur: & quando inferior: ergo vel pertinet talis cognitio ad eundem habitum, vel ad diuersum: nō ad diuersum, cum vtrūque sit practicum: ergo oportet ad eundem habitum.

2. Ratio. ¶ Item. Si idem est habitus, cognitio principiorum speculatiuorum, & practicorum, & eadem erit cognitio practicorum quoad superiorem, vel inferiorem rationem.

Durā. in. 2 d. 39. q. 2. Ratio. 3. p. ¶ Durandus putat quod etiam ad voluntatē pertineat: putat quod sit electio: sed melius ad rationem dicitur spectare.

¶ Tertia pars, quod non sit potentia, sed habitus: patet. Ita se habet cognitio practicorum principiorum ad synderesim, sicut se habet speculatiuorū cognitio ad intellectū, sed hæc non ad potentiam, sed ad habitū spectant: nam intellectus, qui habitus cognoscitiuus est principiorum: habitus ponitur ab

Aristo

Aristotele,& non potentia: vt patet sexto Ethicorum:ergo & synderesis erit habitus, & non potentia.

Ratio.3.p.p. ¶Item. Ad synderesim spectat instigare ad bonum,& de malo murmurare:sed hoc non potentię,sed habitus est:sequitur ergo quod synderesis habitus sit,& non potentia.

¶Et quod sit habitus naturalis,patet:quianō minus Deus & natura prouidit in necessarijs practicis,quam in speculatiuis:sed in speculatiuis ille habitus per quem est cognitio, dicitur esse inditus naturaliter:ergo etiam ille per quem cognitio principiorum practicorū oportet etiam sit naturaliter inditus nobis.

Psalm.4. Et hac ratione dicitur.Signatū est super nos lumen. &c. vt naturaliter homo cognoscat malum esse fugiendum,& bonum prosequē dum:& Quod tibi non vis,alteri non facias:si cut cognoscit naturaliter. Omne totum est maius sua parte:Quodlibet est, vel non est: quia sicut ratio in speculatiuis ex illis principijs notis procedit ad conclusiones quas non nouit: & in practicis ex cognitis principijs practicis procedit ad aliqua alia,vt Quod tibi non vis,alteri non facias:Quod tibi vis,alteri facias, sed tibi vis quod si indiges, alius qui habet,tibi subueniat:ergo etiam tu idem debes velle,& subuenire indigenti.

Matth.7. ¶Vltimum in conclusione quod ad bonum instiget,& de malo murmuret,quilibet in se experitur. Atque inter opera diuina,& beneficia generi humano collata hoc non tenet infimum locum:vt Deus iusserit,& ita sit(vt

D.Augu. cōfessio. ait Pater Augustinus) vt omnis inordinatus animus sibi ipsi pœna sit,ita vt iste vermis nū quam moriatur,sed cōtinuo cruciet murmurando de malo. Sed de hoc aliàs,ne recedere videamur à terminis philosophi naturalis, quanuis etiā si plura addamus,non vltra professionem nostram erit:& quia Christiani,& quia Theologi.

Obiectio. ¶Quod si quis obijciat nobis,naturaliter loquendo talem habitum non ponendum, eo quod natura ad vnum determinata,non indigeat habitu,cum habitus ponatur ob indifferentiam:vt potentiam determinet quia sicut finis in agibilibus,sic principium in speculabilibus:sed ad volendum finem, scilicet ipsum Deum,nō est opus habitu:ergo neque ad cognoscendum bonum prosequendum, & malum fugiendum.

Quorundā Solutio. Gab.i.2.d. 39.q.unic. ¶Propter hanc obiectionem aliqui dixerūt huiusmodi habitum non esse ponendum, neque in practicis,neque in speculatiuis,sed solam sufficere potentiam. Sic Gabri.quanuis dubitet,sed videtur declinare vt non ponatur.

Arist. hic. ¶Alij tamen synderesim dixerunt habitum, sed non inditū,aut infusum,& naturalē, sed esse acquisitum:quod communiter tenēt ex Aristot qui dixit in isto.3.de anima,esse animam velut tabulam rasam in qua nihil sit depictum. Nos tamen cum S.Thom.licet dicamus rasam tabulam:eo quod etiam posito tali habitu indito,termino rum notitia requisita est: habitum vocamus inditum naturalem:quia Deus & natura in necessarijs non deficit.

S.Th. 1.2 q.51.et.p. p.q.76.ar. 12. Aristo. 1.Solutio. ¶Obiectionem soluimus, quia licet secundum naturam sit intellectus determiuatus quoad specificationem,sed non quoad exercitium.

2.Solutio. ¶Secundo melius dicendum,quod illa determinatio per naturam ad vnum,per habitum inditum sit,quo secluso,non esset.

6.Conclu. Cōscientia Ratio.p.p. ¶Sexta conclusio. Conscientia non est potētia,sed proprie actum nominat,licet aliquando pro habitu naturali,qui est synderesis sumatur. Probatur quod sit actus:quia conscię tia dicit ordinem scientiæ ad aliquid:sed hoc nomen actus est,& non potentię,quia applicatio non fit nisi per actum.

2.Ratio.p.p. ¶Præterea. Cōscientia testificatur,ligat, accusat,excusat,reprehendit, sed hæc omnia actum dicunt,& consequuntur talem applicationem actualem scię tiæ ad ea quæ agim⁹: ergo sequitur quod conscię tia proprie dicit actum.

¶Altera pars, quod aliquando pro habitu, patet,pro quanto principium actus est habitus. Nomen habitus,id est,synderesis qui est principium actuum tribuitur ipsi conscientiæ,& sic Diuus Hierony. synderesim conscientiam nominat. Et B.Basilius dicit esse naturale iudicatoriū. Et Damascenus dicit quod est lux intellectus nostri.

D.Hier.su per Ezech. Basilius. Damascē.

Ratio.2.p. ¶Ratio. Consuetum est,quod causa,& effectus adinuicem sibi nomen communicent: se dsic se habet synderesis,& conscientia vt causa,& effectus:ergo nomen communicāt interdum.

Concluſ.5. ¶Septima conclusio. Conscientia cum sit talis applicatio,quæ non sit sine iudicio,ad intellectum pertinet,& non ad voluntatem.

Ratio.1. Probatur. Omne iudicium secundum rationem ad intellectum pertinet:sed in conscientia est iudicium secundum rationem: quando instigat,quando remordet,ergo est in ratione.

2.Ratio. ¶Vltra. Vel est in voluntate,vel est in ratione:

ne:sed non est in voluntate:quia cum quis agat aliquando contra cōscientiam, diceretur facere contra voluntatem: quod est falsum: oportet ergo quod sit in ratione:vt posito iudicio,& applicatione,per voluntatem,possit quis facere contrarium.

Contra Durand.in. 2. d.39.q.2. ¶Ex hoc sequitur Durandum male dixisse, conscientiam esse habitum,& spectare ad voluntatem:quia accusare,videatur esse actus voluntatis:est ad rationem spectans,propter iudicium.

Ad argum. ¶Ad primum. Negamus esse obiecta distincta formaliter:temporale,& æternum, licet solum materialiter distinguantur: quia vnū medium est respectu alterius,& vnum per aliud:ob id eadem potentia ponitur:nam si tēporale intellectus contēpletur,vel de eo consilium capiat,ea ratione erit,qua ens,vel verum,quoad obiectum intellectus est: similiter si in æterno,vel circa æternū,negotietur.

Ad.2. ¶Ad secundum dicendum,quod intellectus speculatiuus,& practicus non sunt potentiæ distinctæ,dato motiuum,& apprehensiuum distinguantur:quia intellectus practicus nō est motiuus.i.exequens motum,sed est motiuus tanquam dirigens ad motum,quod conuenit ei ratione apprehensionis: & sic tam speculatiuus,quā practicus apprehēsiuus est.

Ad.3. ¶Ad tertium iam in conclusionibus respōsum est:quia dato synderesis ponatur in ratione,& in intelligentia,& conscientia:tamē non sequitur quod sint potētiæ diuersę: imo neque sequitur quod sint potentiæ:quia synderesis ponitur vt habitus principiorum practicorum,& intelligentia, & conscientia vt actus.

¶SPECVLATIO septima. Vtrùm volūtas sit potentia animæ rationalis distincta ab intellectu,& præstantior eo: & quę sit eius natura.

1.Argum. ¶Primo probatur quod voluntas non sit potentia distincta ab intellectu. Si esset:ergo posset esse sine eo:sed voluntas non potest esse sine intellectu. Patet:quia de eius essentia est,quod sit intellect⁹,cum definiatur sic, Voluntas est appetitus intellectiuus. Vel sic: Est intellectus appetitiuus:vt docet Aristot. ergo sequitur quod non est alia potentia ab intellectu.

Aristo.6. Ethico.

2. ¶Præterea. Probo quod si voluntas ponatur,quod sit dignior intellectu. Id dicitur dignius,quod mouet,& imperat: sed voluntas est huiusmodi respectu intellectus:quia mouet intellectum quoad exercitium: sicut & mouet omnes alias potentias,& imperat præcipiendo:sed intellectus & mouetur,& exequitur imperium:ergo voluntas,si datur,erit præstantior ipso intellectu.

3. ¶Vltimo. Secundum naturam est processus ab imperfecto ad perfectum:sed secundum naturam prius est intellectus,& actus eiusdē, quam ipsa volūtas:cū nihil sit volitum,quin sit præcognitum:sequitur ergo voluntatem esse præstantiorem intellectu,

In contra. Aristo.10 Ethic. ¶In contrarium est philo. qui ponit altissimam potentiam animæ intellectum, & non voluntatem.

1.Notand. ¶Est considerādum,quod cum anima rationalis,cum hoc quod rationalis, sit creata à Deo,& habeat libertatem,per quam dicatur esse suarum actionum domina, quod brutis non conuenit,habet quod sit natura:sic aliqua conueniunt ei naturaliter secluſa omni tali libertate:ad modum quo competit graui descēdere deorsum,& leui ascendere sursum. Quapropter sicut intellectui conuenit quod aliquibus libere assentit,& aliquibus necessario,& alijs necessario dissentit, voluntas eodem modo,cum sit potentia libera, & distincta ab intellectu(vt infra erit notum) habet quod aliqua libere velit,& alia ex necessitate quod fuit congruentissimum naturæ animæ rationalis,alias non videretur ei sufficiēter esse prouisum.

S.Th.p.p. q.72.ar.4 et.1.2.q.9 art.1.

D.Th.1.2 q.10.ar.1 et.2.

Notand.2. ¶Præterea notandum(vt ex Aristot.cōstat) voluntatem,& intellectum se habere correspondenter,vt & voluntas moueat intellectū & intellectus voluntatem:ita vt talis sit connexio,vt non possit esse voluntas,nisi ponatur intellectus neque possit esse intellectus, quin ponatur voluntas & vtrunque istorum tam intellectus,quam voluntas dicitur ab eodem philosopho mouens motum:nam si intellectus mouet voluntatem,mouetur ab ea: & si voluntas mouet intellectum, mouetur ab eo.

Aristo. hic.

Notand.3. ¶Est etiam aduertendum, quod illud quod mouetur,ad actum,stat dupliciter:quantum ad exercitium & quo ad specificationē. Quo ad exer-

ad exercitium tunc mouetur, quando ad id mouetur vt operetur, non determinãdo hoc vel illud. Quoad specificationem est, quãdo mouetur, vt ad certũ, & determinatum actũ moueatur, vel assentiendo, vel dissentiendo: volendo, vel non volendo hoc.

1. Conclu. ¶ Prima conclusio. Voluntas est potentia animæ rationalis, realiter distincta ab intellectu. Probatur primò quod sit potentia. Ibi oportet ponere potentiã principiũ operationis, vbi operatio est: sed in anima rationali sunt operationes voluntariæ, manãtes ab eadẽ anima rationali: vt quilibet experitur, ergo ponẽda est volũtas. Maior est manifesta: quia secluso principio nõ erit principiatũ: & secludendo potentiam, non esset operatio. *Ratio. p. p.*

¶ Sed quod voluntas sit potentia distincta realiter ab intellectu, patet. Vbicunque est alia ratio formalis obiecti, ibi oportet ponere aliam potentiam: cum potentiæ penes obiecta distinguãtur, sed alia est ratio formalis obiecti voluntatis: quod est bonum, quam intellectus: quod est verum: ergo sequitur quod suæ potentiæ distinguuntur. Minor constat ex Aris. in multis locis: vnde primo Ethicorũ dicit, de voluntate loquens. Omnia appetũt bonũ. Et sicut illa quæ carent cognitione, appetunt bonum naturaliter: quæ habent cognitionem appetunt & bonum, naturaliter cognitum per naturam. *Ratio. 2. p. Aristo. Aristo. 1. Ethico. c. 1.*

2. Ratio. ¶ Præterea. Aliqua sunt cognita, imo multa, quæ non sunt volita: vt patet tam de naturalibus, quam de supernaturalibus: tam de contingentibus, quam de necessarijs: ergo voluntas non est intellectus: & sic ait D. Aug. Præuolat intellectus: sequitur tardus, aut nullus affectus: acsi diceret: multa nos per intellectũ cognoscere, quæ nõ statim affectu prosequimur. *D. Augu.*

2. Conclu. ¶ Secunda conclus. Licet voluntas necessitate coactionis necessitari nõ possit ad aliquid volendũ: potest tamen necessitari necessitate finis, & respectu vltimi finis quoad specificationem. Probatur quod non possit cogi: nam si ad aliquid posset cogi, esset vt velit id quod est contra eius inclinationem: sicut dicimus lapidem cogi, quando sursum impellitur (coactio enim est quando aliquid cogitur contra naturalem inclinationem, passo non conferente vim) sed quando sic voluntas vellet, non esset coactio. Patet: quia omnis actus voluntatis (quicunque sit ille) est secundũ inclinationem eius, & non potest esse violentũ quia naturale. *Ratio p. p. S. Th. 1. 2 q 6. ar. 4.*

¶ Alia pars patet, quod ex fine necessitetur: quia si velit efficaciter finem, necessariò vult medium, sine quo finis haberi non potest, vt si quis velit sanitatem, & eam non potest cõsequi sine potione amara, necessitatur ad volendum potionem amarã: & si vult transfretare, oportet velit nauigium quo transeat. *Ratio. 2. p. S. Th. p. p. q. 82. ar. 2.*

¶ Vltima pars est, quod respectu vltimi finis etiam necessitetur quoad specificationẽ in via: quia in patria quando Deus clare videbitur, etiam quantum ad exercitium erit. Itaque si alicui proponatur, vtrum velit fœlicitatem, non potest habere nolitionem, sed necessario, si habeat actum, oportet sit volitio, & non nolitio. Quoniam sicut in speculabilibus principijs, per naturam intellectus est determinatus. s. ad assentiẽdum: Quodlibet est, vel non est: Omne totum est maius sua parte: ita vt non possit dissentire, sic etiam circa finẽ in agibilibus, cum se habeat sicut principium in speculabilibus: voluntas per naturam determinata est vt non possit velle miseriã: quia oportet id quod alicui conuenit naturaliter, & immobiliter, sit fundamentum, & principium omnium aliorum. *Ratio. 3. p. Arist. 2, Physi. S. Tho. 1. 2 q. 10. ar. 1*

¶ Dixi quoad specificationem: quia ad exercitium non necessitatur: nam potest suam suspendere actionem, & non considerare de vltimo fine, neque velle neque nolle.

¶ Tertia conclusio. Cum voluntas sit potentia libera, non omnia quæ vult, necessario vult, sed contingenter & libere multa vult. Probatur. Sicut intellectus se habet in ordine ad illa quibus assentit, volũtas se habet in ordine ad illa quę vult: sed intellect⁹, cũ necessario assentiat primis principijs, non necessario assentit conclusionibus, quæ non habent necessariam connexionem cum primis principijs: ergo nec volũtas, posito naturaliter velit finem, necessario vult alia si non habẽt cõnexionem cum illo primo: sed plurima sunt huiusmodi: ergo non omnia vult necessario. Maior discursus huius est nota: quia sibi mutuo assimilantur intellectus, & voluntas: Minor probatur: quia licet assentiat intellectus naturaliter, & necessario: Omne totum est maius sua parte: & cognito hoc esse partem, & illud esse totum, necessario assentiat, hæc pars minor illo suo toto est, non tamen necessario assentit huic, Astra sunt paria: nec huic, Sol maior est terra: quia istæ cõclusiones nõ habent necessariam connexionem cum illo principio cui naturaliter assentit. Sic ergo in voluntate, & si naturaliter, & necessario velit vltimum finẽ, nõ necessario sequitur omnia alia quæ vult, necessario velit: sed solũ illa quæ *Conclus. 3. Ratio. S. Th. p. p. q. 82. ar. 2*

quæ connexionem habent. Et dato habeat vsque dum cognoscat huiusmodi connexionẽ non necessario vult: sequitur ergo quod non omnia quæ vult volũtas, necessario vult. Ista non intendo probare authoritatibus sanctorum, quæ sunt multæ, & à Theologis in secundo adducuntur, sed solum rationibus naturalibus, vt Physicus loquar.

4. Cõclus. ¶ Quarta conclusio. Voluntas mouet intellectum, eo modo quo alterãs alteratum, & omnes alias animæ vires: mouetur tamen voluntas ab ipso intellectu, sicut finis, efficientem solet mouere. Intendimus probare quod in principio speculationis adnotauimus, inter voluntatem, & intellectum hanc esse mutuã operam: vt intellectus moueat voluntatem, & moueatur ab ea: & econuerso volũtas moueat intellectũ, & moueatur ab eo in diuersis generibus causarum, & secundum diuersas considerationes, quia volũtas mouet ad exercitium, & intellectus ad specificationem. *S. Th. p. p. q. 72. ar. 4 et. 1. 2. q. 9 art. 1.*

¶ Prima pars probatur: quia illa potẽtia quæ respicit finem vniuersaliter, mouet alias omnes quæ respiciunt fines particulariter. Probatur hoc naturaliter: sicut cœlum quod ad vniuersalem conseruationem generabilium agit, mouet omnia corpora inferiora, quorũ quodlibet agit ad conseruationem propriæ speciei, vel indiuidui. Et in politico bono cõtingit: quia rex, cum intendat commune bonum, mouet alios præpositos, qui intẽdunt bonum particulare, vel prouinciæ, vel ciuitatis, aut familiæ. Cum ergo volũtas respiciat bonum vniuersaliter vt finem, mouebit omnes alias vires, quæ solũ particulare respiciũt bonum: sicut primum alterans omnia alterabilia. Et cum intellectus sit potentia, quæ respicit bonum particulare, quia obiectum eius non est bonum, sed verum, mouebitur ab ipsa voluntate, qui motus est quoad exercitiũ, nam voluntas vult tale bonum. s. quod vires moueantur, & exerceant suas operationes: sic voluntas mouet omnes animæ potentias ad suos actus: exceptis viribus naturalibus partis vegetatiuæ quæ non subiacent voluntati, vt Arist. 1. Ethi. c. 13. *Ratio. p. p. D. Th. 1. 2 q. 17. ar. 8 Nota.*

¶ Altera pars, quod intellectus moueat volũtatem, vt finis mouet efficientem, patet: quia obiectum mouet potentiam, sicut sensibile mouet sensum: sed obiectum volũtatis est bonum ostensum ab intellectu: quia nihil volitum quin præcognitum: sequitur ergo quod intellectus mouet voluntatem: & hic motus dicitur quoad specificationem: quia ea ratione qua intellectus iudicat de aliquo quod sit bonum tale, & appetibile, voluntas vult: & si iudicat quod est fugibile & malum, voluntas non vult. Sic quoad specificationem voluntas mouetur. An voluntas sic moueat, vt sit per aliquem influxum, alia quæstio est: & quidem si per influxum intelligamus aliquid quod fit in passo ab agente, voluntas & omne agens per influxum mouet. De quo Ægidius quolib. 6. q. 13. *Ratio. 2. p. Arist. 3. de anim. t. 39*

5. Conclu. ¶ Quinta cõclusio. Est in appetitu sensitiuo irascibilis, & concupiscibilis, in intellectiuo tamen, qui est voluntas, non datur. Probatur. Potentiæ non diuersificantur ex aliqua particulari ratione obiecti, contenta sub vniuersalitate obiecti potentiæ: quia non est alia potentia visiua ad videndum albedinem, quæ sit distincta à potentia visiua coloris: quia ratio particularis, quod sit albedo continetur sub colore: at ratio particularis irascibilis, quod sit arduum bonum, continetur sub vniuersali ratione boni, quod est obiectum appetitus intellectiui: ergo non est ponenda potentia alia distincta, quæ sit irascibilis. *S. Th. p. p. q. 82. ar. 5*

¶ Secus est in sensitiuo appetitu: quia obiectum eius est bonum, non vniuersale, sed bonum sensibile particulare: vbi si sit ratio ardui, oportet ponere potentiam distinctam: quia bonum arduum non continetur sub particulari bono: sed in voluntate non sic: quia obiectum eius est bonum vniuersale, sub quo necessario continetur quodlibet bonum, siue sit arduum, siue non sit arduum. Ob quod appetitus intellectiuus, qui est voluntas, nõ diuiditur in irascibilem, & concupiscibilem: quia vbi est solum ratio particularis obiecti contenti sub vniuersali, non est ponenda alia potentia. *S. Th. p. p. q. 81. ar. 2.*

¶ Ex quo sequitur impropriã esse loquutionem illorũ qui ponunt in voluntate irascibilem, & concupiscilẽ. Nõ enim oportet diuersificare potẽtias, nisi vbi est aliqua ratio particularis obiecti, non contenta sub vniuersali ratione obiecti illius potentiæ. *Coroll. cõtra Scot.*

6. Conclu. ¶ Sexta conclusio. Intellectus simpliciter altior, & perfectior potentia est, quam volũtas. Patet ex Arist. Ratio est. Excellentia simpliciter vnius potentiæ ad aliam ex obiecto sumitur: ut quanto vnum est simplicius, & magis absolutum, illa potentia sit simpliciter altior, sed obiectum intellectus, quod est verũ, est huiusmodi, supra obiectum voluntatis: ergo ipse intellectus est altior potentia simpliciter. Probatur minor. Obiectum intellectus est ipsa ratio boni appetibilis, & obiectum voluntatis est bonum appetibile, cuius ratio in intel *Aristo. 10 Ethic. Cõtra Ægidium quolib. 3. q. 19. & quol. 5 q. 3.*

in intellectu est:modo ipsa ratio boni, quæ est obiectū intellectus,est abstractior, & simplicior:ergo & nobilior:& intellectus,qui respicit directe tale obiectum,erit potentia perfectior,quàm voluntas.

¶Dixi,simpliciter:quia secūdū quid per cōparationem ad alterū,volūtas inuenitur altior intellectu:nam obiectū volūtatis in altiori re inuenitur, quàm obiectum intellectus: quoniam actio intellectus in hoc perficitur: quia ratio rei intellectæ in intelligente est:& actus volūtatis perficitur eo quod voluntas inclinatur in talē rē, prout in se est.Tūc quando res in qua est bonum,est nobilior ipsa anima,in qua est ratio intellecta, per comparationem ad talem rem voluntas est nobilior, & altior intellectu, quia quodāmodo cōtrahit dignitatem,& nobilitatem ex re ipsa volūta.Si vero sit infrà animā, intellectus manet nobilior.Quapropter melior est amor Dei, quā cognitio eius:ecōtra,melior est cognitio rerum corporalium,quā amor ipsarum. Hęc est sententia.S.Tho.& aliorum.

S.Th.p.p. q.72.ar.3 Durā.in.4 d.49.q.4. Buri.10. Ethic.

¶Ecce quomodo possunt interpretari doctores qui tenent contrariam sententiam ,scilicet,voluntatem esse potentiam nobiliorem ipso intellectu,vt doctor sub.in quart.d.49. q.4.&.Maio.ibid.

Ad argum.

¶Ad primum dicimus volūtatem esse distinctam ab intellectu,etiā si naturaliter vna potentia non possit esse sine alia.In specie,genꝰ distinguitur à differentia:& realiter propria passio,à suo subiecto:sicut risibilitas ab homine:& tamen non potest esse sine suo subiecto.An Deus de sua potentia absoluta possit separare,in prędicabilibus disputatum est quando de proprio agebamus:sufficiat quātum ad præsens,quod sit distinctio inter voluntatem,& intellectum.

Ad.2.

¶Ad secundum dicendum, quod voluntas non est nobilior intellectu,quia mouet: nā si mouet intellectum,vt mouet alias potētias (exceptis vegetetiuæ animę)etiam mouetur volūtas ab intellectu.Et quātū ad imperiū intellectus excedit,quia imperare est intimare & dirigere ad actionem:quod pertinet ad intellectum.Et imperium ponitur actus intellectus etiam ad mentem Aristo.quanuis aliqui teneant contrarium,dicentes poni in voluntate:sequitur ergo quod intellectus sit præstantior,& nobilior.

S.Th.1.2. q.17.ar.1 Almain. Scotus quoli.17.ar.2

Ad.3.

¶Ad tertium.In eodem ita est,quod imperfectum sit prius,sed in diuersis prius perfectum est,ex hoc ratio retorquetur,& probatur cōclusio,quod ipse intellectus sit perfectior,quia prius voluntas mouet ad exercitium intellectum,quam intellectus intelligat.

QVia de tribus potentijs egimus, intellectu,memoria,& voluntate,operæpretium erit quærere de animæ immortalitate, & quid Arist. senserit de ea,& vtrum ratione naturali probari possit.

¶SPECVLATIO octaua. Vtrùm anima sit immortalis.

1.Argum.

VIdetur quod non. Quorum est idem principium,& idem progressus,& videtur esse similis finis:sed brutorum, & hominum idem initium , & idem progressus,quia sic augentur:sic aluntur:sic dormiunt: ergo idem erit finis:sed animæ brutorum , mortuo bruto,corrumpuntur: ergo & mortuo homine: & anima rationalis non est immortalis:vnde Ecclesiast.3.dicitur:Nihil habet homo iumē to amplius.

2.

¶Præterea.Si anima esset immortalis,cū Aristoteles(monstrum in natura)rerū omniū naturalium indicaverit naturam,id ipse dixisset:sed non solum non asseruit eam esse immortalem,sed asseruit esse mortalem in multis locis:vt Caieta.probat:ergo anima rationalis non est immortalis.

Caiet. 3. de ani.c.2.

3.

¶Tertio,Omne quod est secundum naturā rei,probari potest ex naturalibus:sed animā esse immortalem,non potest probari in lumine naturali: ergo sequitur quod non est immortalis,sed mortalis.

In contra.

¶In cōtrariū est Aris.Intellectꝰ ab extrinseco venit.Et dicit quod separatur à corpore, sicut perpetuum à corruptibili.Et Dio.4.ca. de diui.no.

1.Notand.

¶Primo est notandum,apud catholicos nō esse dubium,animam rationalem esse immortalem,& incorruptibilem:quia hoc habēt de fide,& est ab Ecclesia determinatum: sed ꝙ est dubium apud fideles est,quid senserit Aristo.vtrum animam rationalem posuerit immortalem,vel mortalem.Quibusdam dicentibus quod sic alijs negantibus,& asserentibus ex principijs eiusdem Aris.probari eam mortalem,inter quos Caieta.cardinalis(vbi supra)

Caiet.

supra)contendit probare.

¶Etiam est dubiū inter catholicos,an posito, fide teneamus,animam esse immortalem,possit ratione naturali probari.Non enim repugnat aliquem esse fidei articulum,& quod ratione naturali probetur : nam quod vnus sit Deus,est fidei articulus,& tamen probari potest ratione naturali,vt probant Theologi.

Theo.in. d.3. Notand. 2.

¶Supponendum etiam est,quod supra non semel dictum est,formas substantiales esse in duplici differētia.Quædam sunt quæ habent esse per generationem:& tales educuntur de potentia materiæ:vt sunt brutorum,formæ, & omnes substantiales generabilium & corruptibilium:quæ non sunt formæ per se subsistentes.Alia est forma substantialis,quę est per se subsistens,quæ à solo Deo creatur, & non educitur de potentia materiæ:vt anima rationalis:ad cuius productionem non attingit homo,neque virtus eius,licet attingat ad dispositionem corporis, & ad introductionē in corpore.

S.Th.p.p. q.118.

1.Conclu.

¶Prima conclusio.Anima rationalis quæ à solo Deo creatur,est immortalis,& incorruptibilis,perpetuo durans post mortem hominis.Probatur.Si posset corrumpi.vel esset de per accidens,vel de per se:sed non de per accidens,neque de per se:ergo nullo modo.Maior est manifesta:quia non datur modus aliꝰ, quomodo res corrumpantur naturaliter:sed non potest de per accidens corrumpi: quia quod corrumpitur de per accidens,est quod nō per se subsistit,sed in alio:sicut formę brutorum,quæ non sunt per se subsistentes,corrumpuntur sicut & generantur:& accidētia, sicut generantur per accidens ad generationem totius,& sic corrūpuntur:quia nō per se subsistunt:at anima rationalis est forma per se subsistens,vt notum est:& non educibilis de potentia materiæ:ergo non corrumpitur de per accidens,neque de per se.Patet. Id qđ alicui conuenit secundum se,ab ipso separari non potest:sed animæ rationali conuenit esse secundum se:ergo non potest ab ea separari.Omni formæ quæ est actus,conuenit esse secundum se:sed anima rationalis est huiusmodi:(nam si materia definit esse, & corrūpitur,per hoc corrumpitur,quod forma separatur ab ea,quia acquisiuit esse,eo qđ acquisiuit formam,)à forma per se subsistenti nunquā potest separari actus:ergo nec poterit definere esse:quod si nō potest definere esse: ergo est immortalis.

Ratio. 1. Et,3. Ethi co.c.11.& 9.Ethi.c.9

2.Ratio.

¶Præterea.Etiam si omnia ponamus esse cōposita ex materia, & forma,& ipsam animā pariter,(vt quidam dicunt)probatur eam esse incorruptibilem.Vbi non est contrarietas neque est aliqua corruptio:sed in anima rationali nulla est contrarietas: ergo nullo modo potest corrumpi.Maior est Aristot.quia generationes,& corruptiones ex contrarijs in contraria sunt: & ob id cœlum ponitur incorruptibile:quia contrarium non habet. Sed minor probatur:quia in anima intellectiua nulla est contrarietas:nam rationes cōtrariorum in ea non solum contrariæ non sunt, sed sunt vnum:quia contrariorum eadem est disciplina : sequitur ergo quod nullo modo anima rationalis est corruptibilis.Et hæ rationes stando in lumine naturali probant eā incorruptibilem.

Arist. 1.de cælo.t. 20. et.2.de gen. et cor.t.24 Arist.8, Phy.t.7,et 5.Ethi.c.1 et.4.Me.t. 4.et.1.To pi.c.8.& 12.

¶* Et considera non solum animam rationalem esse immortalem,sed neque componi intrinsecè ex materia & forma,vt partibus essentialibus:imo neque ex actu,& potentia:& ipsa anima rationalis etiam separata à corpore retinet suam indiuiduationem,quam habuit ex commensuratione ad corpus informabile,de quo S.Tho.in.2.sen.d.8.q,5.ar.2. ad.6.

2.Conclu.

¶Secunda conclusio.Ex dictis Aristo.probatur eum posuisse animam rationalem incorruptibilem,& æternam.Sic affirmat Themistius discipulus Aristot. licet aliqui Themistium in contrariam sententiam citent.Commentator,Auicena,San.Thom. acutissimus interpretator eiusdem Aris.Loca sunt ex quibus probatur. 1.de anima text.65.Intellectꝰ videtur quædam substantia in fieri,& nō corrumpi.Secundus locus in.2. huius,text.11. & in hoc.3.tex.3.&.4.dicens:Intellectus est separatus à corpore,& nō est actus corporis, Tertius locus in.2.huius text.21.Contingit intellectum separari,vt perpetuum à corruptibili.Quartus locus in isto.3.tex.7. quando ponit differentiam inter sensum , & intellectum.Quintus in isto.3.text.29. Intellectus est separabilis,& impassibilis.Sextus locus. 2.de generatione animalium capit.3.vbi animam rationalem dicit ab extrinseco, & eam dicit solam diuinam,nihilque in eius actione communicat actio corporis.Septimus locus. 12.Metap.tex.17.mentem Aristote.dicit etiam Theophrastus:Albertus Magnus: Duran.Augu.Niphus,licet Scot.in.4.distin.43. q.2.dubitet de mente Aristote. Et Augu.Egubinus in suo de perenni philosophia probat de mente Arist.animā esse immortalem. Hæc fuit sentia Platonis.

Themist. Commen. S.Thom. Loci ubi Arist. uidetur dicere animā ratiōnalē immortalem. Theophr. Albertus. Durandus. Niphus. Scotus. Aug. Egu. lib.9.à.ca. 18.et ultra

¶De animæ rationalis immortalitate Plato

tractat in Phedone &Phedro,& Timęo: ex
proposito in Phedone longa disputatione:
vbi ait anima quidem mortem non recipiet,
quemadmodum ternarius nunquam parerit,
neque par impar,neque ignis frigidus,neque
calor frigiditas:imminente quidem morte,q̄
mortale est interit, quod vero inmortale in
corruptum fospesque morti se subtrahit:ita
que maxime omniū o Cebes,anima immor
talis incorruptibilis est.Et ibidē pluribus ra-
Trimegist. Plotinus. tionibus probat.Idem sensit Trismegistus.
Idem Plotinus,& alij.

¶Verum est tamen(vt omnia dicamus)quod
non tam expresse hanc protulit sententiam
Aristote.sicut alia dixit,sed inuolute,& forte
quia sagacissimus:nam cum ipse cum alijspo
suit,vt principium:Ex nihilo nihil fit, non
intelligebat animam rationalem esse de ali-
quo,nec potuit negare eam esse : & sic dixit
esse eam incorruptibilem, tamen subobscu-
re:venit tamen interpretandus,licet non es-
sent verba in ipso Arist.quæ id docerēt.Qua
Cōtra Caie ta.in isto. c.2. propter in hac parte relinquendus est Caie.
cardinalis,aliàs vir ingeniosus,& doctissim⁹,
qui contendit probare fuisse mentē Aris.ani
mam esse corruptibilem.Proculdubio nisi ex
presse in Aristote.vt nullo modo posset in a-
lium sensum exponi, ego de eo non possem
credere.

3.*Conclu.* ¶Tertia conclusio.Animam esse immortalē
non quia ratione naturali, neque quia dixit
Arist.& alij philosophi,sed fide tenendū est,
& contrarium fuit olim error quorundā Ara
Eusseb.6.hi sto.eccle.c. 26. bum,vt Eusebius adducit.De quo B.P. Aug.
Et probatur esse de fide ex illo Matthæi. 25.
D.Augu. in suo de hęr esi.c.83. quando damnatis dicetur.Ite maledicti inig
nem æternum:& bonis dicetur:Venite bene
dicti,&c.Vbi dicitur:Ibunt boni in vitam æ-
ternam.&c.Et Matth. 10.&.22.idem proba-
tur.Et in symbolo Athanasij,qui approbat⁹
Cōci.Late ra.sub Leo ne.10. est in concilio Florent.Sed est Ecclesiæ ex-
pressa, & ex professo determinatio sub istis
verbis.Hoc sacro approbante Concilio,dam
namus,& reprobamus omnes asserentes ani
mam intellectiuam mortalem esse:aut vnicā
in cunctis hominibus,& hoc in dubium ver
tentes.Hæc ibi.Ecce quomodo dānatū est,as
serere ipsam mortalem,& sunt damnati qui
dubitant.Est etiam damnatus error Auerro.
quod vnus esset intellectus omnium.

¶*In quo & errauit Erasmus in epistola pre
Erasmi error deprehenditur. posita.1.Ad Corinth.quem errorem habuit
quidam Hermannus Holandinus qui fuit dā
natus anno.1512.&brachio seculari traditus
vt refert Alfonsus de Castro libr.2.&c.Eras-
mus enim in loco citato videtur dubius esse
de animę immortalitate,quod & notat frater
Antonius Rubius Legionensis minorita,qui
in Erasmi errores duos edidit libros, vir egre
gie doctus & multæ lectionis apparet,&hūc
errorem de immortalitate animę rationalis
in principio operis non oscitanter conside-
rat.

4.*Conclu.* ¶Quarta conclusio. Quicunque tradit alijs
Aristotel.aut alios Philosophos exponendo
quando incidunt aliqua in eis quæ sunt con
tra fidem:vt est de mundi æternitate,& de a-
nimæ mortalitate , non solum debet aperte,
& sine ambage tradere fidem catholicā, sed
tenetur argumenta ipsorum Philosophorū
(quæ solubilia sunt)soluere,& excludere,&
nō insoluta relinquere sub mortali peccato.
1.*Ratio.* Probatur.Quilibet fidelis quando sese offert
necessitas,tenetur confiteri fidem, non solū
corde,verum ore:sed quando exponit Arist.
vel alios philosophos , se se offert occasio,
imo necessitas confitendi fidem:ergo debet,
& tenetur.

Ratio.2.p. ¶Et quod sub mortali teneatur,patet.Quili
bet sub mortali tenetur scādalum vitare pro
ximorum,quando est datum,& nō acceptū,
at qui veritatem fidei in casu non manifestat
tradendo dicta Arist.quæ sunt contra fidem,
scandalum de se dat:ergo sequitur quod sub
mortali tenetur vitare.

2.*Ratio.* ¶Item.Quilibet sub mortali tenetur obedire
præceptis Ecclesiæ in re graui:sed est Eccle-
siæ præceptum,quod soluantur argumenta
philosophorum:vt fides catholica tradatur,
& roboretur:ergo sequitur quod tenetur.
Cōci.Late ranen. Patet.in Concilio Lateranensi citato subdun
tur hęc verba:Insuper omnibus Philosophis
in vniuersitatibus,vel alibi legentibus māda
mus,vt cum Philosophorum principia , aut
conclusiones,quibus à recta fide deuiare nos
cantur,suis discipulis legerint,seu exposuerint,
quale hoc de animæ mortalitate,&mun
di æternitate,ac alia huiusmodi , teneantur
eisdem veritatem religionis Christianæ om-
ni conatu manifestam facere , & persua-
dendo pro posse docere, atque omni studio
argumenta huiusmodi Philosophorum(cum
solubilia sint)pro viribus excludere, ac sol
uere.Hæc concilium. Ecce quam expressa
determinatio. Nos ergo vtiuxta Ecclesiæ
determinationem loquamur, sit primum di
ctum.

1.*Dictum.* ¶Asserere quod immortalitas animæ ratiōa
lis non potest probari ratione naturali,vide-
Ratio. tur erroneum. Patet:quia anima rationalis
natu-

lis natura sua est immortalis:ergo probari po
test:nam quodcunque prædicatum alicui cō
Ioan. Iādu. in.3.de ani ma.q.2.& 29. uenit per naturam, potest probari per natu-
rā de suo subiecto.Quapropter male loquu-
tus est Iandunus dicens,non posse probari ra
tione naturali animā rationalem,esse immor
talem.

2.*Dictum. Ratio.* ¶Secundum dictum. Dicere quod ratio ha-
ctenus inuenta ab Aug.à S.Th.vel ab alijsnō
Carolus Bo billus. Brabardi. Cussi. Boetius. probat animam esse immortalem,non est er-
roneum,quia(sicut docet Arist ot.datur ali-
quod scibile,cuius non est scientia:vt de cir-
culi quadratura: quanuis Carolus Bobillus,
& quidam Minorita:& Brabardinus,& Nico
laus Cussa,& ante omnes Boetius putet sci-
tiam esse inuentam)sic etiam scibile est ani-
mam rationalem esse immortalem,& tamen
scientia nondum inuenta est:quia non est in
uenta ratio quæ demonstret.

3.*Dictum* ¶Tertium dictum.Asserere quod non fuerit
inuenta ratio,non solū est falsum, sed adhuc
temerarium:nam in re tam graui,& necessa-
ria,vbi pendent malorum,& bonorum præ-
mia,& pœnæ merita,& demerita,non est cre
dendum,quod non fuerit probatum. Nō e-
nim Deus defuit aliquando suæ ecclesiæ.
Quod si in alijs non tanti momenti dedit sciē
tiam sanctis,&spiritum suum:credibile est de
disse in istis:maxime vbi ex opposito a phi-
losophis aliquibus contradictū est. Quapro-
D.Chryso. Homi.5.de ꝓuidentia. pter ait Chrysost.Qui negat animæ immor
talitatem,negat præmia,& pœnas:& hoc ne
Cice.lib.de senectu.& Tuscula.q. gare est dubitare,an in meridie sit dies.
¶Sicut notum est(ait Cicero)in lumine na-
turali Deum esse,ex eo quod nulla natio a-
deo barbara est,quæ id non affirmat, ita etiā
ratiōe naturali probatur animas esse immor
tales:quia apud omnes nationes habetur pro
Aristo. comperto,animas defunctorum viuere . Et
probatur ex Aristot.in ist o.3. Necessarium
est ad vitam instituendā & cognoscere Deū
esse,& animas esse immortales.

¶*De hac quæstione exactissime ad mentē
Philosophi,& Catholicè loquendo probat
animæ immortalitatem Iacobus Naclantus
in. 2 .tomo suorum operum in propria quę
stione.

Ad argum. ¶Patet solutio ad omnia argumenta ex di-
ctis.

¶*Et illud Ecclesiastes intelligitur quo
ad corpus:nam sicut iumentum
corruptibile,sic& cor
pus hominis,
&c.

¶SPECVLATIO IX. De libero arbitrio,vtrū sit appetitiua potentia,& à voluntate distincta.

1.*Argum.* DRimum,videtur quodnō sit appetiua potētia:qa li
berum arbitrium est id in quo est libertas,&ratio
ne cuius homo suarū actionū dicitur dominus:
sed libertas in intellectu est,& nō in volūtate:sequitur ergo ꝙ liberū
arbitriū nō sit appetitiua potētia,sed potius intellectiua. Quodlibertas sit in intellectu,
patet.qa si intellectus ad vnū esset determina
t⁹,etiā esset volūtas:vt videmus in amētibus.

2.*Argum.* ¶Præterea.Liberum arbitrium non est potē
tia:ergo non est appetitiua potentia.Conse-
quentia est bona:quia quod non est in gene
re,non ponetur in specie contēta sub illo ge
nere.Antecedens probatur:quia liberum ar
bitrium nominat liberum iudicium:sed libe
rum iudicium actus est,& non potentia: er-
go non est appetitiua potentia.

Confirma. D.Augu. ¶Confirmatur.Per peccatū homo nullā per
didit potentiam,sed perdidit liberū arbitriū,
D.Aug.dicente,quod homo vtens male libe
ro arbitrio,se,& ipsum perdidit.

3. ¶Tertio.Potentiæ penes actus cognoscun-
tur,vt dictum est,sed actus liberi arbitrij,qui
electio est,aliud est à volūtate,vt patet in. 3.
Ethico.quia volūtas est finis:electio vero eo
rū quæ sunt ad finē,ergo sequitur quod libe
rum arbitrium non sit idem quod voluntas.

In contra. ¶In contrarium est Aristote.in.3. Ethicorū,
qui liberum arbitrium desiderium vocat eo
rum quæ sunt in nobis:at desiderium appeti
tus est.

1.*Notand.* ¶Notandum quod hic non cōtendimus tra
ctare Theologice:vt contra hæreticos negā
tes liberum arbitrium tractari solet,maxime
vt nostris temporibus contra Lutherum, &
sequaces qui id negauerunt.Contra quem
scripserunt viri percelebres , Rosensis sanc-
Rosensis. Ekius. Iacobus Latomus. tus Episcopus, & Marty.Ioan.Ekius, Iaco
bus Latomus, Alfonsus de Castro & Andreas
de Vega minoritarum decus non vulgare,&
multi alij. Nos tamen solum physice dispu
tare intendimus,vt in lumine naturali stan-
tes,sciamus quid de libero arbitrio sentien-
dum sit.

Aristin.li. Topicorū. ¶Insuper præsupponendum quod Aristot.

alt. Contra negantem liberum arbitrium, nō rationibus, ſed verberibus agendum eſt: ac ſi diceret: Tam eſt compertiſsimum in hominibus eſſe liberum arbitrium: & tam euidens, vt negantem non rationibus conuincere cōtendamus, ſed verberibus, ac ſi eſſet brutum animal. Eſſet enim ſolem in meridie lucentem, rationibus illuminare, velle probare. Quis adeo demens eſt, vt non intelligat ſe aliqua libere velle, & nolle? Et ſi de medio liberum arbitriū tolleremus, omnis prouidentia eſſet ablata, & ratio præmiorum, & pœnarum. Sed reſpōdeamus per concluſiones.

S. Th. p. p. q. 83.

1. Cōcluſ. *Ratio. p. p.* ¶ Prima concluſio. Liberum arbitrium, quod potentia eſt, in homine ponendum eſt. Quod ſit ponendum, patet: quia aliàs fruſtra eſſent præcepta, exhortationes, prohibitiones, præmia, & pœnæ. In homine quidem eſt iudiciū de aliquo particulari operabili contingente, & non ex inſtinctu naturę: oportet ergo pro ueniat ex collatione rationis, prout vnum alio confert: ſed hoc non eſt niſi ex indifferentia, quæ eſt ad agendum hoc, vel illud: ergo ſequitur quod liberum arbitrium eſt ponēdū. In lapide enim, & in alijs quæ ſequuntur naturæ inſtinctum, ad vnum determinatio eſt: ob id non damus libertatem: verum in homine non ſic.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars eſt, quod liberum arbitrium ſit potētia. Eſt principium actus: ergo vel eſt potentia, vel habitus: quia actus, nullū aliud poteſt dari principium: ſed non eſt habitus: ergo eſt potentia. Probo ꝙ nō ſit habit⁹: quia ſi eſſet habitus, eſſet naturalis, cum ſit naturale hominem eſſe liberi arbitrij: ſed non eſt habitus naturalis: quia ad illa quæ libere agim⁹: non ſumus per naturam determinati: & tamē ſi habitus eſſet naturalis, oportet ſic eſſe. Sicut quia habemus habitum naturalem: quo principijs naturaliter aſſentimus, non poſſumus in contrarium, ſed hoc non poteſt dici de libero arbitrio, cū conſiſtat in hac indifferentia agendi, vel non agendi: ergo habitus naturalis non eſt: & ſi non eſt habitus, reſtat quod ſit potentia.

Cōtra Sā. Th. 1. 2. q. 110. ar. 4. & eſt opin. Sco. in 2. d. 26. ¶ Quod ſi quis Theologice probare vellet, liberum arbitrium habitum nō eſſe, facile poſſit, cum ſubiectum gratiæ non ponatur habitus. ſed potentia: ſed ſubiectum gratiæ liberū arbitrium ponitur, qua mediante & bonum eligat, & in eo permaneat.

Concluſ. 2. Ariſto. 3. Ethicorum S. Th. p. p. q. 83. ar. 3. ¶ Secunda concluſio. Liberum arbitrium eſt potentia appetitiua. Patet ex Ariſtot. qui dicit: electio eſt deſiderium eorum quæ ſunt in nobis: cum ergo liberum arbitrium ſit quo eligimus, erit etiam deſideriū eorū quæ ſunt in nobis: ſed deſiderium eſt appetitiuæ potentiæ: ergo liberum arbitrium potentia eſt appetitiua.

Ratio. ¶ Ratio eſt. Actus emanans ab aliqua potentia reſpectu alicuius obiecti, ad eam pertinebit potentiam, ad quam pertinet ratio formalis obiecti: ſicut ſi quis videat albedinem, oportet iſte actus ad potentiam illam reducatur, quæ habet pro obiecto colorem, ratione cuius albedo videtur: ſed à libero arbitrio emanat electio, quæ eſt boni: oportet ergo ad aliquam potentiam reducatur liberum arbitrium, quę habeat pro obiecto formali bonū: hęc eſt appetitus, qui volūtas eſt: ergo liberū arbitrium eſt potentia ad voluntatem ſpectans. Quod electio boni ſit, eſt apertū: quia non eſt niſi mediorum in ordine ad finē, qui habet boni rationem, & ideo cadit ſub electione.

3. Conclu. ¶ Tertia conclu. Liberum arbitrium, cū ſit potentia ad appetitū pertinens, nō eſt alia potētia quam ipſa volūtas. Probatur. Si eſſent diſtinctæ potentiæ, maxime eſſet, quia iſti ſunt diſtincti actus ſimpliciter, & abſolute, velle,

1. Ratio. qui eſt actus voluntatis: & eligere aliquid ꝓpter finē, quod eſt liberi abitrij: ſed iſti actus non diuerſificant potentiam: ergo voluntas, & liberum arbitrium ſunt vna potētia. Patet. Sic ſe habet liberū arbitriū ad volūtatē, ſicut ſe habet ratio ad intellectū, quia per intellectum eſt actus ſimplex aſſenſus principiorū, & per rationem eſt diſcurſus à principijs cognitis ad cōcluſ. Sic per voluntatem eſt actus ſimplex volitionis, & per liberum arbitriū eſt electio aliquorum conſultatorum, quæ ſe habēt vt cōcluſiones reſpectu finis, qui principium dicitur in practicis: ſed vna eſt potentia, ratio, & intellectus, vt ſupra dictū eſt: quia ad eandem potentiam ſpectat moueri, & quieſcere in termino: ergo eodem modo eadem erit potentia, volūtas, & liberum arbitrium, cum vna intelligatur vt appetitus in quiete: & alia vt appetitus in motu: ad modum quo intellectus, & ratio, quæ ratiocinatur.

2. Ratio. ¶ Præterea. Diſtinctio potentiarum oportet ex differentia obiectorum ſecundum rationem formalem ſumatur: ſed inter obiectum liberi arbitrij, quod eſt bonū, vt in finem: & obiectum voluntatis, quod eſt bonum vt finis, nulla eſt ratio formalis diuerſa, imo bonū obiecti electionis continetur vt particulare bonū ſub bono abſolute vniuerſaliter, ꝙ eſt obiectū volūtatis: ergo nō eſt ponēda alia diſtincta potentia: ſic liberum arbitrium idem eſt

eſt quod voluntas.

S. Th. p. p. q. 83. ar. 4. Sco. in. 1. d. 38. q. unica. Greg. in. 2 d. 24. Gab. d. 25. Marſi. in. 2 q. 16. Ariſto. 3, Ethicorum ¶ Iſtam concluſionem ſequuntur communiter doctores. S. T. D. ſubt. Grego. Gabriel. & Marſ. & dicunt, liberum arbitrium eſſe volūtatem, & quod intellectus, eſt potentia naturalis: & mouetur ſicut alia membra exteriora mouentur naturaliter ex motione voluntatis. Hæc concluſio probatur Theologice, ſimul & in morali philoſophia: quia ibi ſolum eſt libertas, vbi & ratio peccati: ſed ratio peccati in voluntate eſt: cum ſit dictum, factum, vel concupitum, &c. Et Ariſt. rationem peccati in voluntario ponit, quod contingit ex libertate arbitrij.

4. Conclu. ¶ Quarta conclu. Et ſi libertas dicatur eſſe radicaliter in intellectu, liberum arbitrium nō debet dici potentia ex voluntate, & intellectu conſtituta. Hæc concluſio eſt contra Du-

Cōtra Durand. in. 2. d. 24. q. 1. 2. & 3. ran. qui tenet cōtra cōmunē opinionē, quod liberum arbitriū nō eſt ſola voluntas, neque ſolus intellectus, ſed quid ex vtroque: qui addit, quod principalius eſt libertas in intellectu, quam in voluntate. Contra quod dicim⁹ quod dato libertas ſit radicaliter in intellectu, liberum arbitrium eſt voluntas.

Ratio. 1. p. ¶ Prima pars patet. Ibi dicitur eſſe aliquid radicaliter, à quo emanat, & fluit, vt flores, & fructus arboris in radice dicimus eſſe radicaliter: quia inde emanat nutrimentum ad ramos, in quibus flores, & fructus. Et virt⁹ motiua quę in omnibus mēbris eſt, ſit radicaliter in capite, in quodam neruo, in occipite, qui ramificatur, & diſtenditur per omnia mēbra, in quibus eſt motus: ſed ſic eſt de libertate liberi arbitrij, qui voluntas eſt reſpectu intellectus: nam ea ratione qua intellectus inquirēdo, & iudicando ad vnum, non eſt per naturā determinatus, ſed iudicat hoc bonum, vel aliud, &c. voluntas quæ eligit, & acceptat iudicatum per intellectum, libere vult, & liberum arbitrium dicitur. Et ſi intellectus eſſet ad vnum determinatus, vt in amentibus in quib⁹ non eſt inquiſitio, neque aliqua conſultatio & voluntas eſſet determinata, ſicut appetitus brutorum eſt determinatus: quia ſequitur apprehenſionem, ad vnum determinatū.

Vide Naclātū in theoremate metaphyſi. libr. 9. ubi multa ingenioſe.

S. Tho. de Veritate. q. 14. ar. 2. In. 2. ſen. d. 24. q. 1. arti. 2. et. 1. 2 q. 6. arti. 2. ad. 2. Ecce quomodo dicitur eſſe libertas liberi arbitrij, vel libertas voluntatis eſſe radicaliter in intellectu: tamen intellectus eſt potentia naturaliter mota ab voluntate quoad exercitium: & poſito quocunque iudicio in intellectu, voluntas libere acceptat. Quod ſi in intellectu nō eſt inquiſitio, ſed ad vnum determinatio, non eſt in voluntate electio: vbi vnū præ alio acceptatur à voluntate: ob id dicitur eſſentialiter libertas in volūtate, licet in intellectu radicaliter. De quo S. Thom. ſæpe loquitur.

Ant. And. ¶ * Et hoc ſit dictum contra Anto. Andreā. qui in. 9. Metaph. q. 2. de mente Scoti contēdit probare, quod intellectus cum ſit potētia naturalis, non eſt potentia libera: neque radicaliter, neque formaliter: ſed tamen de mente S. Thom. intellectus radicaliter eſt liber: & tamen voluntas eſt magis libera quam intellectus: tamen quia voluntas non poteſt neceſſitari, quoad exercitium: & intellectus ſic. Secundo, quia voluntas eſt motiua effectiue, aliarum potentiarum & non intellectus.

Ratio. 2. p. ¶ Secunda pars (quę de directo cōtra Durā.) eſt, ꝙ non ſit potentia ex voluntate, & intellectu conſtans. Patet: quia, vel eſſet voluntas vel intellectus, vel vna. 3. diſtincta ab vtraque. Non intellectus ſolum: quia liberum arbitriū electionem dicit, quæ eſt actus voluntatis. Neque eſt vna potētia diſtincta ab vtraque, quia non ſolum tres eſſent potentiæ rationales, intellectus, memoria, & voluntas, ſed. 4. eſſet addenda, ſcilicet, liberum arbitriū, contra omnes philoſophos, & Theologos, qui ſolū ponunt. 3. manet ergo quod ſit voluntas, qđ nos affirmamus.

Ratio. 2. ¶ Præterea. Vbi eſt ſpecialis potentia, oportet ponere ſpecialē rationem formalem obiecti: ſed non datur in libero arbitrio ſpecialis ratio obiecti: ergo neque datur ſpecialis potentia. Patet: obiectum eſt bonum medij, in ordine ad finem: modo bonum non habet ſpecialem rationem formalem obiecti, cum contineatur ſub bono vniuerſali, quod eſt obiectum voluntatis: ergo ſequitur quod nō eſt liberum arbitrium potentia alia ab voluntate, ſed eſt voluntas: & ſolum eſt rationis, diſtinctio: vt quādo abſolute vult bonum, voluntas dicatur: & quando ex aliquibus præconſiliatis vnum eligit, dicatur liberum arbitrium.

Diſtinctio rationis inter liberum arbitriū & uoluntatē.

Ad Argu. ¶ Ad primum, ſolutio ſatis patet ex vltima cōcluſione: nam concedimus radicaliter eſſe libertatem in intellectu, eſſentialiter tamen eſſe in voluntate: quicquid dicat Ægidius quolibet. 4. q. vlti. Et cum res debeat ſequi id quod eſt eſſentialiter, & non quod radicaliter: ſequitur liberum arbitrium eſſe volūtatem, & non intellectum. Et quidem ſi Duran. hoc diceret, & principaliter intelligeret, id eſt radicaliter, daremus ei.

Ægidius.

Ad. 2. ¶ Ad ſecundum dicendum ita eſſe, quod aliquando potentia denominatur ab actu: quia actus magis notus eſt nobis, quam potentia

nominamus sicut cognoscimus: sed non inde sequitur, quod potentia sit actus, neque ecõtra actus potentia sit: ob id liberum arbitriũ quanuis è recto iudicio, vel ab electione nominetur, potentia est, & non actus.

Ad confir. Ad confirmationem, quæ Theologicam tangit, & alienam à philosophia naturali difficultatem, quomodo liberum arbitrium homo per peccatum perdidit, dicendum erit (si dominus dederit) in nostris resolutionibus in 2 sent. vbi de peccato primi parentis, & corruptione causata per ipsum: pro nunc sufficiat tyroni, si intelligat liberum arbitrium perditum per peccatum: non quod desierit esse liber, qui ante peccatum fuerat, sed ea ratione qua ex sua libertate volens facere propriam voluntatem, & non diuinam: & perdidit gratiam diuinam, & iustitiam originalem, per quam, cum esset liberi arbitrij, habeat vt ad bonũ vsus esset, non ad malũ. Cum tamẽ peccauit, dicitur perdidisse: quia remota iustitia originali, destitutus tanto præsidio, vtitur libero arbitrio in malum vt frequenter, & vt raro ad bonum, quia patitur difficultatem ad bonum eligendum, carne reluctante in contrariũ. Et habet pronitatem ad malum, ipsa sensualitate instigante, & dæmone ad peccatum. Nõ ne ista perditio liberi arbitrij iudicãda est: In hoc sensu ergo perdidit, qui & gratuita dicitur perdidisse, & in naturalibus vulnus accepisse.

S. Th. 1. 2 q. 109.

Ad Gal. 5 et. ad Ro. 5 De ueritat. q. 24. ar. 1 S. Th. quo. 1. ar. 7. & quol. 5. ar. 2.

* Verum naturalia integra manserunt.

Ad. 3. ¶ Ad tertium. Ea ratione qua voluntas finis dicitur, & electio dicetur mediorum: tamen ponimus differentiam inter volũtatem. & liberum arbitrium, sicut inter intellectũ, & rationem, sed non est differentia realis, sed solum rationis: sic non sunt diuersæ potentiæ, sed solum vna.

QVia immaterialem dicimus animã atque in ea posuimus intellectum agentem: vt abstraheret species intelligibiles à phantasmatibus, non abre erit hic de modo abstrahendi, & de ipsis speciebus aliqua differere, atque quæritur principaliter.

¶ SPECVLAT. X.
Vtrũ intellectus noster res materiales, et corporeas intelligat abstrahendo à phantasmatibus.

ARguitur quod non. Res tunc vere intelligitur, sicut & est: sed res corporeæ, & materiales non nisi in materia sunt, ergo sic vere intelliguntur: ergo per abstractionem à materia non intelliguntur: aliàs falsum in intellectu esset. *1. Argum.*

¶ Præterea Aristote. dicit, sicut & nos supra, quando de intellectu agente disputauimus: quod phantasma se habent ad animam, sicut colores ad visum: sed non fit visio per abstractionem specierũ à coloribus, sed quia colores producunt suas species: ergo neque intellectio fiet per huiusmodi abstractionem, sed quia solum phantasma imprimit. *2. Argum. Arist. 1. de.*

¶ Vltimo. Non intelliguntur res materiales, & corporeæ: ergo male dicitur. Patet. Id intelligitur actu, quod est actu in intellectu: sed solum species est actu in intellectu: ergo ipsa est quæ intelligitur. Patet: intellectum in actu est ipse intellectus in actu. *3. Argum.*

¶ In contrarium est Aristot. qui ait. Sicut res sunt separabiles à materia, sic circa intellectũ sunt: ergo cum materialia, & corporea intelligantur in veritate, oportet à materia separata intelligantur: & per abstractionem à phantasmatibus. *In contra. Arist. hic.*

¶ Oportet hic in memoriam reuocare quæ supra de intellectu agente diximus, ne rursus repetamus, scilicet esse potentiam, quæ habet virtutem faciendi actu intelligibilia illa, quæ sunt in potentia vt intelligantur. Facit enim vt obiectum, potentiæ proportionetur: quod in omni cognitione necessariũ est siue cognitio sit sensitiua, siue intellectiua. *1. Notand.*

¶ Notandum etiam quendam dixisse, quod vires cognoscitiuæ in nobis nihil cognoscũt nisi proprias passiones: sic sensitiuam virtutem cognoscitiuam dicebant solum esse sui organi. Consequẽter de intellectu asserebãt, quod solum speciem cognosceret intelligibilem, qua informatur actu: tamẽ decepti sunt, vt in sequentibus fiet clarum. Alij tamen negantes huiusmodi species, cognitionem fieri dicebant per hoc, quod obiectum cognoscibile præsens fieret intellectui: quia frustra poni videbatur species. Respondetur his notatis: Et sit prima conclusio. *Notand. 2.*

¶ Intellectus noster pro isto statu cognoscit res materiales, & corporeas à phantasmatibus abstrahendo. Hæc est Arist. in isto. 3. *1. Cõcl. S. Th. p. q. 85. ar. 1*

¶ Ratio est. Ab intellectu in veritate corporea, & materialia intelliguntur: ergo oportet *Ratio.*

Arist. sint ipsa in intellectu: quia omne q̃ intelligitur, in ipso intellectu est. ergo vel ipsa materialia sunt secundum suum esse reale, quod habent à parte rei: vel sunt solum per similitudinem suam: quia non est alius modus, sed non est lapis in esse reali in intellectu: ergo est per similitudinem: sed hanc nos vocamus speciem rei à materialibus abstractã, qua cognoscit, ergo intellectus cognoscit abstrahendo. Hæc est enim conditio nostri intellectus, vt intelligat formam in materia corporali existentem: sed non prout est in tali materia: q̃a ipse intellectus est actus, qui est forma corporis, non tamen actus organi corporei. Hęc cõclusio est contra Platonem, qui posuit nos intelligere non abstrahendo, sed potius participãdo abstracta: quia ponebat ideas illas separatas, quarum erat scientia.

Cõtra Platon.

Conclus. 2. ¶ Secunda conclusio. In huiusmodi abstractione ponitur species intelligibilis, qua actu informatur intellectus, & intelligit actu. In hac cõclusione volumus dicere, quod abstractio à materialibus non fit per hoc quod phãtasma vniatur intellectui, & actu intelligat: sed per hoc quod vere producitur species intelligibilis, & ipsa actu in intellectu recipitur per quã formaliter intelligit. Probatur: quia (vt dicebamus) necessariò intellectum oportet, sit in intelligente vel per se, vel per similitudinẽ: sed res corporeæ intelliguntur: ergo sunt in intellectu: & non per phãtasmata. Patet. Non potest phantasma recipi in intellectu: ergo non est in intellectu. Patet. Omne quod recipitur in alio, ad modum recipientis recipitur: sed intellectus est immaterialis, abstrahens ab hic, & nunc, & à ratione singularis, cum suum obiectum sit vniuersale: sed phantasma est singulare, & habet hic, & nũc in sua conditione: ergo sequitur quod non recipitur in intellectu, nisi facta tali denudatione, & abstractione: sed ea facta, phãtasma nõ est: sed species de qua dicit conclusio: ergo species intelligiblis, in tali abstractione ponẽda est: quæ species est velut idolum, & similitudo rei intellectę quę est in intellectu ad modum ipsi⁹, spiritualiter, & immaterialiter: nã licet sit de re corporea, & materiali, est vniuersaliter, & sine hic, & nunc, sicut & ipse intellectus.

Ratio.

Arist. huius. 3.

Opĩ. aliquorũ contra cõmunem. Ocã in. 2. q. 18. et. 19 Gab. d. 4. 2 sent.

¶ Contra istam conclusionem sunt aliqui doctores, etiam graues, qui absolute omnem negant speciem, tam in sensitiua, quam in intellectiua parte: sicut Ocam, vt citatur à Gabriele. Aut enim, quod sufficit obiectum, & potentia: quia ab obiecto, & potentia paritur notitia: qui etiam asserit quod post actualẽ intellectionem manet in potẽtia quædam qualitas, quæ est principium cognoscendi abstractiue: tamen non est species.

Durã. in. 2 se. d. 3. q. 6

¶ Gregorius Ariminensis negat omnem speciem ante actum: in quo conuenit cum Ocã: sed differt ab eo: quia post actualem cognitionem manet species: per quam cognoscit intellectus abstractiue.

Greg. in. 1 d. 3. q. 1. & in. 2. dis. 7. q. 2.

¶ Henricus Ganden. tenet cum Ocam, quod in intellectu non sit dabilis talis species intelligibilis: neque est verũ q̃ abstrahatur à phãtasmatibus: tamen in sensu concedit speciẽ sensibilem dari. Gotfredus etiam cõcedit speciem insensu, & negat in intellectu.

Heur. quol. 5. q. 14.

Gofredus.

¶ Contra omnes istos conclusio posita est, quæ communis est. Est docto. S. in multis locis. Idem do. sub. & Mar. & experientia, satis constat: quia ego video me in speculo, & nõ potest esse, nisi species mea ibi fit impressa. Obiectum enim solum directe posset mouere: ergo species ponenda est.

S. Th. p. p. q. 85. ar. 1 cr. 2. Sco. in. 1. d. 3. cr. in. 2. d. 3. Marsi. in. 2 q. 7.

¶ Et de sole per fenestram trãseunte (si vitrea fit) apparet color vitri in pariete: tamẽ nõ est, nisi q̃a species coloris sit ibi. Et patet de baculo pro medietate in aqua posito, qui apparet fractus: & de denario in scutella aqua plena, quia apparent maior ob reflexionem specierum in obuia medij rarioris: & omnes perspectiui species concedunt sensibiles, & intelligibiles: siquidem sicut in sensu cõstat, oportet & de intellectu iudicare.

¶ Tertia conclusio. Cum phantasma se solo speciem intelligibilem non possit producere, confortatum, vel illuminatum ab intellectu agente, potest vnam, & plures simul producere: & ipsa species est prius natura quam actus intelligendi. Prima pars ex supra dictis patet. Phantasmata, cum sint materialia, quia hic, & nũc, & sint singularia: per se nõ possunt mouere intellectum possibilem, neque possent producere speciem vniuersalem, qualis est illa quæ in intellectu possibili est. In quo decepti sunt, qui speciem negant intelligibilem. Et quia phantasma non potest: quia non est obiectum proportionatum, ponitur intellectus agens, vt dictum est supra, quapropter non est ponendus sensus agens: quia frustra esset, ea ratione qua sensibile est proportionatũ potentiæ: vt possit producere speciẽ quod phantasma est. *3. Conclu.*

Ratio. p. p. Vide. Ægi. quol. 2. q. 22.

¶ Secũda pars est, q̃ si phãtasma sit confortatũ, & eleuatũ producat speciẽ intelligibilem, Patet: quia facta tali illuminatione, & conuersione ad phãtasmata, sequitur intellectio *Ratio. 2.*

& res intellecta actu in intellectu est: & non per substantiam realem: ergo per similitudinem: sed hæc similitudo species intelligibilis est: ergo vere producitur, & non ab intellectu agente solum: quia species non est intellectus agentis, sed illius cuius est phantasma: ergo oportet sit producta à phãtasmate. Hoc videtur probabilius, & tenendũ contra Mar. qui negat quod phantasma aliquid posit agere, etiam post illuminationem: quia corporale est (ait ipse) non potest in spiritum. Nos tamen dicimus speciem intelligibilem produci ab phantasmate post factam illuminationem: quia dato phantasma non posset immediate per suam virtutem, confortatum ab intellectu agente, potest. Hæc videntur esse conformiter ad Arist. qui dicit, sic se habere intellectum agentem in ordine ad phãtasmata, sicut lumen ad colores: sed lumen nõ producit species coloris, sed ipsi colores illuminati producunt. Non nego tamen quin sit dicendum ipsum intellectum agentem concurrere ad talem productionem: & si quando dictum sit quod intellectus agẽs est qui abstrahit species intelligibiles, & producit, debet in isto sensu intelligi, quia ipse intellectus agẽs illuminando phantasmata, potissima, & totalis causa est, quare species producantur ab ipsis phantasmatibus: sicut dicimus stantes in loco obscuro, si candela adducatur, quod lumen causet visionem illorum quæ videntur, imo & species causari à lumine, & coloribus: non alia ratione, nisi quia lumen fuit in causa, quare colores, suas protendant species vsque ad visuam potentiam. Itaque dicendum, intellectum agentem concurrere effectiue, simul cum phantasmate: & phantasma illuminatum producere species intelligibiles: solum est negandum, quod intellectus possibilis concurrat effectiue ad species intelligibiles producendas.

Marsi. in 2 q. 7. ad 5.

Aristo. 3. huius.

¶ Alia pars est, quod phantasma illuminatũ cum sit vnum, potest vnam, & plures species producere. Patet: quia si Petri Phantasma sit illuminatum, cognoscitur de Petro, quod sit ens: quod sit substantia: quod sit corporeus: quod animatus: quod sit sensibilis: ergo omnium habet intellectus actu species intelligibiles: & non videtur à quo fuerint producte nisi ab illo vno phantasmate: ergo potest producere vnam, & plures species. Dixi, vnã, vel plures: quia vtrunque potest dici, & quod solam vnam phantasmatis producat speciem, & illa mediante intellectus omnia prædicata essentialia quidditatiue cognoscit, quia illa vna sola sufficiens est. Et potest etiam affirmari quod sint plures species.

Ratio. 3. p. Ægidius.

¶ Vltima pars est, quod licet simul tẽpore sit intellectum informari specie, & intelligere, prius natura tamẽ est ipsa species. Patet. Prius natura est forma, qua agens agit, quã actio agẽtis: sed species intelligibilis est qua intellectus intelligit: ergo ipsa prius natura est.

Ratio. p. p.

¶ Gregorius Arimi. tenet prius esse intellectionem, quam speciem: sed est conformiter ad suam imaginationem, quod nõ sit species ante actum intelligendi, sed bene post actũ: nos vero qui ponimus speciem, consequenter loquimur: sic prius est species intelligibilis. Et ipsa species intelligibilis non est quod intelligitur, quia non est species, obiectũ primarium: sed est id, quo intellectus intelligit: nam actus intelligendi non terminatur ad speciem, sed terminatur ad rem intellectam. Verum est tamen, quia intellectus est potentia reflexiua, & intelligit se, & intelligit speciem & intelligit se intelligere: sed tamen primario res cuius est species est obiectum: & secundario, species intelligibilis.

Greg. Ari. in. 2. d. 7. q 1. et in. i. d. 3. q. 1.

S. Th. p. p. q. 85. ar. 2

¶ Quarta cõcl. Intellectus informatus specie intelligibili vniuersali non solum vniuersale sed etiã singulare cognoscere potest: & non solum vnum, sed plura simul, siue singularia, siue vniuersalia. Cõclusio habet duas partes. Prima est, quod intellectus licet dicatur esse vniuersaliũ, & obiectũ eius sit vniuersale, nõ tamen ob hoc est negandum, quin singulare cognoscat distincte, & clarè, sicut & cognoscit vniuersale. Probatur. Intellectus format hãc propositionem: Petr⁹ est homo: ergo oportet cognitionem habeat claram, & distinctã subiecti, & prædicati: nã si nõ haberet subiecti: nõ posset tribuere tale prędicatũ, sed subiectum est singulare: ergo intellectus cognoscit singulare distinctè, & clare.

4. Cõclus.

Ratio. p. p.

¶ Præterea. Intellectus ratiocinatur in practicis sic. Omnis fornicatio est à me fugiẽda, hæc est fornicatio: ergo hæc est à me fugienda. In intellectu est notitia clara, & distincta conclusionis: & illa est vna singularis, & quid singulare: hæc est à me fugienda: & habet etiam notitiam minoris illius Syllogismi quæ est, hæc est fornicatio: quæ etiam est singularis, ergo oportet quod sit cognitio singularis distincta: sicut & est vniuersalis. Neque aliquis sanæ mẽtis potest negare hoc. Solum est in controuersia an directe cognoscat singulare, sicut cognoscit vniuersale. D. Sanctus dicit: singulare in rebus materialibus intellectus noster directe, & primo cognoscere non

Ratio. 2.

S. Th. p. p. q. 86. ar. 1

non potest. Quod probat: quia per abstractionem à phantasmatibus intelligit, vt dictum est: sed abstractio non est speciei in singulari, sed in vniuersali: & sic intellectus ipsum vniuersale per speciem intelligibilem intelligit directè: sed indirectè, singularia quorum sunt phantasmata.

Rõ. S. Th.

¶ Contra hoc dictum S. Th. est doctor sub. & communis opinio, & deridẽt hoc, scilicet, quod intellectus non intelligat singulare. Et quidem in sensu in quo ipsi impugnant, & intelligunt S. Tho. meritò veniret deridẽdus (si diceret ipse) quia videretur delirare. Non enim S. Tho. diceret singularia nõ cognosci, cuius scientia tam manifesta est in vniuerso orbe: sed neq; rusticus id affirmasset. Quapropter nostram cõclusionem etiam de mẽte S. Tho. ponimus, quòd distinctè intellectus singulare cognoscat: sicut ipse dicit in loco citato, in solutione ad 2.

Sco. in 4. d. 45. q. 3.

Nota.

¶ Sed tamen quia singulare etiam si distinctè cognoscatur, potest cognosci & specie intelligibili singulari, vel specie intelligibili vniuersali, Sanct. Tho. tenet quod singulare non cognoscitur specie singulari: quia talis no abstrahitur ab intellectu agente ex phãtasmatibus, sed solum vniuersalis: sed concedit quod intellectus cognoscit singulare per speciem illam, etiam si sit vniuersalis cũ phãtasmate, quod est singulare: quia (vt suprà dixi nus) conuersio ad phantasmata, pro isto statu, necessaria est: & species vniuersalis cũ phantasmate singulari, causat distinctam cognitionẽ, quam causaret species in singulari, si daretur intelligibilis: sed hoc est cognoscere indirectè singulare: quia cognoscit non per speciem propriam sed per vniuersalem. Verum licèt sit indirecta cognitio, sed tamẽ distincta: sic intelligendo S. Tho. non solùm nõ venit deridendus, sed magnificandus in subtili sua imaginatione circa cognitionem singularium. De quo suprà mentionem fecimus: sed hic magis ex proposito, & clariùs.

In quo S. Tho. differat ab aliis.

Quomodo cognoscatur singulare.

Obiectio.

¶ Scrupulus tamen remanet: nam dato sufficienter sit dictum circa cognitionem singularium pro isto statu ratione phantasmatis, quod supplet: quid de cognitione singularũ animæ separatæ, quãdo nõ erunt phantasmata? Dici potest: hoc posse per illam speciem vniuersalem quæ remanet. Secũdò, & meliùs, quòd per habitum derelictum in anima ex actibus quos habuit in via cognoscẽdo singularia. Si tamen quis teneat communem opinionẽ, quòd singulare cognoscitur per propriam speciem singularem, cùm ipsa maneat, per ipsam poterit cognoscere.

1. Solutio.

2. Solutio.

¶ Altera pars conclusionis est, quòd cognoscat intellectus plura simul. Potest habere cognitionem propositionis, subiecti, & prædicati: & ista sunt plura: ergo plura potest simul cognoscere.

¶ Item. Potest habere cognitionem præmissarum, & cõclusionis: imò habet cõclusionis necessariò cognitionem, habita cognitione præmissarum: & ista sunt plura: ergo intellectus potest simul plura cognoscere.

Ratio. 2.

¶ Ista conclusio est contra Durand. qui dicit, esse impossibile intellectum intelligere simul plura æquè primò. Item. Intellectum habere duos actus simul. Et sunt qui putent etiam S. Tho. asserere quod Durand. & sic esset etiam conclusio contra eum: nam aut doctor Sanct. quod intellectus potest plura intelligere per modum vnius, sed non potest plura per modum plurium. Per modũ vnius intelligit, quando per vnam speciem: & per modum pluriũ, quando per plures species distinctas. Rationem ibi assignat. Tamen communis opinio asserit contrarium: quia tenet quod dicit nostra conclusio. Et licet sit contra Duran. non videtur esse contra S. Tho. si intelligatur sensus eius. Non enim absolutè negat, quominus quis possit plura per modum plurium cognoscere imperfectè: sed de cognitione perfecta videtur loquutus: nam si vnum ex alio sequitur, vt notitia cõclusionis ex notitia præmissarum, simul poterit esse notitia præmissarum, & conclusionis: tamen quandovnum non subordinatur alteri, putat doctor Sanct. quòd non contingat illa plura per modum plurium perfectè cognosci: & sic dicit non cognosci. Ratio est: quia cùm intellectus noster sit finitæ capacitatis, & conatum apponat in cognoscendo, & finitum possit apponere, si pluribus sit intẽtus, minor est ad singula: vnde apponendo conatum in intelligentia vnius, remittitur in alio. Et in hoc sensu venit intelligendus Sanct. Tho. quòd non contingat plura cognoscere per modum plurium simul: quia non perfectè cognoscuntur, quando sunt illa disparata. Et sicut dicimus duo contraria non possunt esse simul: tamen in gradibus remissis nõ repugnat: sic etiam dicit, nõ cõtingit plura simul cognoscere, sed cum hoc stat quòd remisse possit: & est verum quòd intensè nõ possit: ob id in scientia crediderim Sã. Tho. non discedere ab opinione communi, licèt in verbis multum distet. Nostra tamen conclusio communiter loquitur abstrahendo à

Cõtra Dur. in 1. d. 35. q. 1. & in 2. d. 24. q. 1.

S. Th. p. p. q. 85. ar. 4.

Interpretatio opin. S. Thom.

Arist. prædic. ca. 6. et 4. met. t. 4. 9. & 27. et de sensu & sen. c. 7.

cognitione perfecta, vel imperfecta: contingit enim plura simul cognoscere, etiã si per modum plurium. Verum est, quod illa plura quæ per plures species distinctas cognoscuntur, & non subordinantur: non cognoscuntur perfectè, sicut vnum solùm cognosceretur: quod habent dicere necessariò qui tenent opinionem communem. Et quidem modus loquendi S. Thom. ex Arist. videtur sumptus, qui ait: Intelligere est vnum solũ: scire verò plura: ita vt plures cognitiones simul se impediant: non sic plures scientiæ. Et quilibet nostrum experimentum sumit de hoc.

Arist. in li. Topic.

Ad 1. ¶ Ad primum distinguo de abstrahere: nã vno modo contingit per modum compositionis & diuisionis: sicut quando intelligimus aliquid esse in alio, vel esse separatũ ab eo. Si isto modo quis abstrahat, quæ nõ sunt abstracta, falsitas erit. Alio modo abstractio fit per modum simplicitatis: vt quando in re in qua sunt plura, abstraho, considerãdo vnum, alio relicto: vt in pomo est substantia pomi: est color, & odor. Possum ego per intellectum de colore considerare, distinguere, & definire, non curando de substantia pomi: sicut Petrus cùm sit indiuiduum, habet aliquid quod ad indiuiduum pertinet: & habet aliud quod de eius essentia est. Potestq; intellectus considerare quæ sunt de essentia eius, relictis alijs quæ sunt accidentia, etiã si propria sint: & isto modo abstrahendo nulla falsitas est. Et ob hoc dicitur, Abstrahentium non est mẽdacium. In proposito: à phãtasmate singulari potest intellectus abstrahere speciem vniuersalem, repræsentantem essentiam illius phantasmatis communẽ multis, non considerando accidentia alia per cõditiones indiuiduantes hic, & nũc: & hoc est quod facit intellectus agens abstrahendo à phãtasmatibus species intelligibiles per modum simplicitatis. Neque tunc intelligit rẽ aliter quam est: sed considerat vnam rem sicut est, alia relicta, quæ simul iuncta cum ea est. Si tamen abstraheret speciem lapidis à lapide: vt eum non intelligeret in materia, sed per se stare, iam esset ideam ponere cum Platone, separatam à materia, & à sensibilibus: in quo esset falsitas: quia res istæ materiales non reperiuntur extrà, nisi in materia: sicut vniuersale, species, vel genus, in suis indiuiduis est contractum: vt diximus in prædicabilibus.

Aristot. 2. phys. t. 18. & 13. met. t. 3.

* ¶ * Hic tamen considerandum quod sicut in superioribus tactum est, difficultas intelligendi materialia, cùm nõ sit ex parte nostri intellectus: sed ex parte ipsarum rerum materialium, quia vnumquodque in tantũ intelligibile est, in quantum in actu est, & cũ materialia habeant esse diminutum & potentiale, habent ex hac parte difficultatẽ ad intelligi, & à forma trahunt posse intelligi, sicut esse in actu: ob quod philo. in 1. physicorũ materiam dixit non cognoscibilem nisi per analogiam ad formã. Et sicut sunt in triplici gradu entitatis huiusmodi materialia: sic & sunt proportionabiliter cognoscibilia: primus gradus est eorum quæ & si esse non habent nisi in materia sensibili, tamen secundum definitionem abstrahunt ab ea, vt sunt mathematicalia: & hæc certiori modo apprehendũtur. In secundo gradu sunt naturalia, quæ habẽt esse in materia, & per eã definiuntur vt patet ex. 2. phy. t. 19. quæ sunt entia permanentia vt lignum lapis, &c. & hæc minus intelligibilia sunt ex sui natura quàm prima: in tertio gradu sunt & quæ successiua. vt motus, tempus, & quæ ad aliud vt relatiua, & hęc adhuc difficiliùs intelligũtur propter minorẽ entitatem. Ecce quomodo sit difficultas in istis intelligendis & necessarium sit abstrahere & quodam modo eleuare ipsa ad hoc quod intelligi valeant.

Materialia tripliciter cognosci possunt.

1.

2.

3.

¶ Ad secundum dicendum esse similitudinẽ in aliquo inter intellectum agẽtem, & lumẽ, & esse dissimilitudinem. Similitudo est: quia sicut colores non possunt actu videri absq; lumine, sic neque phantasmata: sed est differẽtia in hoc, quod color sic est in se in singulari: sicut & est in potentia visiua, ob id potest color immediatè de se effundere speciẽ, vsque ad potentiam: at verò phantasma, cũ sit in se singulare, nõ potest speciem producere: quia in intellectu nõ erit species singularis, sed cõmunis, & vniuersalis: quia speciei & non indiuidui: ob quod aliter erit in intellectu, cuius obiectum est vniuersale, quã sit in se: ideo est necessaria virtus intellectus agẽtis, quæ & illuminet phantasmata, & fortificet ea: quæ simul cum intellectu agente, vel intellectus agens cum phantasmatibus producant speciem intelligibilem sine hic, & nunc in vniuersali: quæ erit repræsentatiua phantasmatis quantum ad naturam speciei. Isto modo dicitur abstrahi species: nõ quod aliqua eadem numero forma quæ prius fuit in phantasmate, postea sit in intellectu possibili: ad modum quo contingit, quòd vnum corpus ab vno loco transferatur in alium locum.

Ad 2.

Luminis & intellectus agẽtis differentia.

¶ Ad

Ad 3. ¶ Ad tertium, iam dictum est, quod id quod actu intelligitur primò, & directè obiectum est: id est, res cuius est species intelligibilis: & non ipsa species intelligitur, nisi indirectè: quia intellectus est potentia reflexiua, & intelligit se intelligere, & intelligit suam actionem. Et si intelligat se intelligere per speciẽ, & intelligat speciem, tamen species, primò non est quod intelligitur, sed quo intelligit. Hic posset esse dubium, an hic modus intelligendi à sensibilibus abstrahendo sit in pœnam peccati: vt sentit doct. sub. in 1. & 2. sen. an sit naturale. vt docet S. Tho. & alij: sed in Theologicis resolutionibus ad propositum quia connaturalis est iste modus, videtur nõ in pœnam originalis.

Scotus. S. Th. p. p. q. 85. ar. 2.

¶ SPECVLATIO vndecima. Vtrùm anima separata à corpore cognoscat. Et si cognoscit, vtrùm omnia naturalia, & illa quæ apud nos fiunt.

1. Argum. ARguitur quòd non cognoscat. Deratione cognitionis sunt phantasmata. Necesse enim intelligentem phantasmata speculari: & omnis nostra cognitio ortum habet à sensu, cũ nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu: sed in anima separata non est sensus: non sunt phantasmata, cum ista in corpore reperiantur: ergo sequitur quod nihil cognoscit.

Arist. in hoc 3. t. 39

Arist. 1. met. t. 1. & in fine posteriorũ.

2. ¶ Secundò. Probo quod si intelligit, quod omnia naturalia intelligat. Qui intelligit magis intelligibile, quod magis à natura intelligentis distat, poterit quod minus intelligibile, quod & minus distat: sed potest anima separata intelligere substãtias separatas, sicut dives in inferno positus vidit Lazarũ: & erat substantia separata: ergo poterit naturalia omnia cognoscere, quę sunt magis prope eã

Lucæ. 16.

3. ¶ Vltimo. Si anima separata cognoscit, sequitur quod cognoscet omnia singularia, quæ contingunt apud nos: sed hoc est contra D. Augustũ. qui ait: animę mortuorum rebus viuentium non interfunt.

D. Augu. in li. de cu. p mortuo. gẽda.

¶ In contrarium est Arist. in isto 3. qui probat animã separatã intelligere, quando ait: Quòd si nõ est aliqua operationũ animę propria, nõ cõtingit ipsam separari: sed contingit ipsam separari: ergo habet aliquã operationẽ propriã: & hæc maximè est intelligere: ergo anima separata potest intelligere.

In contrar.

¶ Speculatio hæc de modo intelligendi animæ separatæ habet difficultatem, eò quòd pro isto statu non potest intelligere sine tali conuersione ad phantasmata. Et quidem si hoc est accidens ei, & non secundum naturam, soluta est dubitatio: quia separata habebit modum sibi naturalem: scilicet, non conuertendo se ad phantasmata, sed ad ipsa intelligibilia: sicut posuerũt Platonici: sed hoc est inconueniens: quia sic animæ non esset melius corpori vniri, sed peius: & anima est propter corpus, & non ecõtra: ob id videtur dicẽdum, quod quælibet res eò modo agat quo & actu est: sic animæ conuenit intelligere, secundum quod actu est. Et quãdo forma corporis est, conuenit ei agere conuertendo se ad phantasmata. Et quãdo separata est, quia actu nõ est forma corporis, cõuenit ei intelligere sine tali conuersione: & sic modus cõuertendi erit ei naturalis: sicut & esse formam corporis: & esse separatã, est præter naturam (non contra) & sic non conuertendi ad phantasmata etiam præter naturam dicetur.

De hocuidemæ separatæ habet difficultatem, eò quòd pro isto statu non potest intelligere sine tali conuersione ad phantasmata. Et quidem si hoc est accidens ei, & non secundum naturam, soluta est dubitatio: quia separata habebit modum sibi naturalem: scilicet, non conuertendo se ad phantasmata, sed ad ipsa intelligibilia: sicut posuerũt Platonici: sed hoc est inconueniens: quia sic animæ non esset melius corpori vniri, sed peius: & anima est propter corpus, & non ecõtra: ob id videtur dicẽdum, quod quælibet res eò modo agat quo & actu est: sic animæ conuenit intelligere, secundum quod actu est. Et quãdo forma corporis est, conuenit ei agere conuertendo se ad phantasmata. Et quãdo separata est, quia actu nõ est forma corporis, cõuenit ei intelligere sine tali conuersione: & sic modus cõuertendi erit ei naturalis: sicut & esse formam corporis: & esse separatã, est præter naturam (non contra) & sic non conuertendi ad phantasmata etiam præter naturam dicetur.

Vi. Iacobũ Nacla. to. 2 theoremat. 5. de cognitione ani-mæ.

¶ Prima cõcl. Anima rationalis separata nõ solùm intelligit absolutè, sed substantias separatas intelligit. Patet. Vbicunque est potentia dispositа, & obiectum, & nõ est impedimentum, poterit esse operatio illius potẽtiæ: sed in anima separata est intellectus, & æquè perfectus: vt erat in corpore: & sunt ipsa intelligibilia: & nullum est impedimentũ: ergo sequitur quod separata intelligit. Probatur. Si aliquod esset impedimentum, maximè essent phantasmata quæ desunt: sed hoc nullum est: quia illa sunt requisita solũ pro isto statu, & nõ pro alio: sed sicut in angelis cognitio est sine conuersione ad phantasmata, quæ nunquã habuerũt: sic oportet dare animæ rationali separatæ, vt possit intelligere sine tali conuersione: & hoc per species reseruatas: Deo concurrente ad cognitionem illorum quorum sunt species.

1. *Conclu.*

Ratio. p. p. Ægid. quo li. 2. q. 22.

¶ Sed obijcietur statim. Si solùm intelligat per species acquisitas abstractas hic reseruatas, puer qui non abstraxit, nihil intelliget. D. Tho. argum. soluit dicendo quod anima separata non intelliget per species innatas, neque

Obiectio. Solutio. S. Th. p. p. q. 89. ar. 1. Ad 3.

neque per ſpecies quas tunc abſtrahit, neq; ſolùm per ſpecies cõſeruatas, ſed per ſpecies ex influẽtia diuini luminis participatas, quarum anima ſit particeps: ſicut & aliæ ſubſtãtiæ ſeparatæ, quanuis inferiori modo: vnde tam citò ceſſante conuerſione ad corpus, ad ſuperiora conuertitur. Neq; propter hoc cognitio, vel potẽtia non eſt naturalis: quia Deus eſt author non ſolum influentiæ gratuiti luminis, ſed etiam naturalis. Hæc San. Tho. vbi quia in argum. de paruulis obiecerat, reſpondet eos intelligere per ſpecies ex influentia diuini luminis. Eſt notandũ quod dicit, non ſolum intelligere per ſpecies hic acquiſitas, & reſeruatas: quapropter quantũ ex dictis eius colligere datur: modus intelligendi animæ ſeparatæ, eſt accedens ad modũ quo nũc ſubſtantiæ ſeparatę intelligunt: licèt non tam perfectè. Et dato ſpecies quæ hic acquiruntur, reſeruantur (vt diximus) in memoria intellectiua, pro illo ſtatu, quando non erit coniuncta corpori ipſæ ſolę ſpecies non habent vt poſsint intellectum actu facere cognoſcere: quia deſunt phantaſmata: niſi ibi intelligatur quædam participatio diuini luminis influentis in animam: vt actu intelligat. Et vbi non ſunt tales ſpecies acquiſitæ: vt in paruulis, infunduntur ab ipſo Deo. Verum eſt tamen, quod modus intelligendi eiuſdem animæ ſeparatæ, ſolum per hoc q̃ ipſa conuertat ſe ad ſpecies quas habet, & q̃ poſsit intelligere ſine alia ſpeciali influentia ipſius diuini luminis, eſt ſatis clarus, & apertus, ſic quod in illo ſtatu non indigeat phantaſmate, & in iſto ſic, etiam poſita ſpecie. Tãdem intelligere animam, eſt certum, nõ ſolùm de fide, ſed in lumine naturali probatur.

Modus quo anima paruuli intelligit.

Sco. in 4. d. 45. q. 2. Maio. in 4. di. 45. q. 7. Gab. ſuper can. lec. 35

¶ Et quidem doctor ſubtilis quem ſequũtur moderni, & Maio. & Gabr. modum ponunt clariſsimum intelligendi animæ ſeparatæ: vt neque fit per conuerſionem ad phantaſmata: vt hic, neque per conuerſionem ad ſuperiora: vt docet S. Th. in loco citato: ſed quod ſit medio modo, per conuerſionem ad obiecta ipſa corporea quorum fuerunt hic phantaſmata: quia quicquid poteſt phãtaſma cũ intellectu agente, poteſt obiectum, cuius eſt phãtaſma cum eodem. Fateor quod iſte modus ſit clarus: niſi obſtet quod D. Auguſtin. dicit, quod & adduximus inter arguendum, quod animæ defunctorum non interſunt rebus viuentium, & non vident quæ hic aguntur.

D. Augu.

Scoti. Solutio.

¶ Scotus reſpondet, quod hoc eſt ratione diſtantiæ. Tamen neſcio quid ſit veriſimilius: quia modus hic ſatis eſt veriſimilis.

Ratio. 2. p.

¶ Secunda pars patet: quia tanto, per ãplius cognoſcet tunc, quãto intelligibile ſit actu: quia magis proportionatur intellectui: ſed ſubſtantiæ ſeparatę maximè ſunt actu: ergo tunc intelligentur. Verum eſt tamen quod anima ſeparata cognoſcet alias animas ſeparatas perfectè: quia cùm cognoſcat ſe perfectè, & modus eſſendi eius eſt conformis alijs animabus: ſed loquendo de cognitione naturali, cognoſcet angelos imperfectè: quia ſunt ſupra conditionem ipſius animæ: quia eos non poteſt cognoſcere naturaliter, niſi ex ſui cognitione, quæ quanuis ſit perfecta, erit multum deficiens ad cognoſcendũ perfectè angelos, qui ſunt perfectiores. Et quidem eſt commune omni ſubſtantiæ ſeparatæ, quòd cognoſcat id quod eſt ſupra ſe, & id quod eſt infra ſe per modum ſuæ ſubſtantiæ, & id quod eſt iuxta ſe, id eſt, quod eſt æquale ei: vt ſi plures eſſent angeli in vna ſpecie, ſicut ſunt plures animæ rationales, angelus poſſet perfectè cognoſcere naturaliter omnes angelos ſibi æquales, ſicut cognoſcit ſeipſum.

2. Conclu.

¶ Secunda concluſio. Quanuis ad cognitionem animę ſeparatę ponamus ſpecies infundi ab ipſo Deo poſt mortem, licèt de paruulis videatur quod æqualiter infundantur, nõ tamen de adultis apparet, ſed cuilibet ſecundùm ſtatum ſuum. Iſta concluſio videtur eſſe extra naturę terminos, cum loquamur de infuſione à Deo: ſed non eſt extra propoſitum: quia cum ad Philoſophum naturalem ſpectet (ſuppoſito ponat animam rationalẽ ſeparatam manere immortalem) & de modo cognoſcendi naturaliter oportet loquatur: & de iſto eſt ſermo in præſenti: nam ſi ad cognitionem naturalem non ſpectaret iſtarũ ſpecierum infuſio, paruuli decedentes ante adultam ętatem, manerent deſtituti, & velut truncus ſine cognitione naturali, ſi non ſit infuſio ſpecierum: ſed ſiue ſit vltra Phyſicũ, & ad Theologum attineat, non tamen eſt in fructuoſum ſemel ſcire. Dico ergo in cõcluſione, quòd dato paruulis videatur quòd æqualiter infundãtur, ſiue loquamur catholicè de illis qui regenerati moriuntur, ſiue de alijs qui cum originali decedũt, videtur par ratio ad eorum naturam: vt ſpecies infundãtur æqualiter eis. Æqualiter (inquam) omnibus regeneratis: ſed de adultis, & decedentibus in originali ſuo modo dicimus, quòd nõ æqualiter. Patet: quia non æqualiter omnes habent acquiſitas: ergo ſi vnus habet multas acquiſitas, aliuspaucas. Si æqualiter, infunderentur fruſtra aliquæ eſſent ſpecies. Ob id videtur quod pauciores dentur illi, qui plures habet: quia minùs indiget: & plures illi qui minùs: quia magis indigens.

Nota.

Paruulis æqualiter infundantur ſpecies.

Nõ æqualiter adultis infundãtur ſpecies.

¶ Secundò dico, quod non æqualiter infunduntur omnibus, etiam ſi æquales habeant acquiſitas: ſed cuilibet ſecũdùm ſtatum ſuũ: quia non omnes ſunt æquales. Et videtur quòd ne naturalis maneat appetitus, fruſtratus, quod ille qui plura conatus eſt ſcire in hac vita, licèt non fuerit adeptus, habeat plures ſpecies. Sed hæc ſufficiant opinatiuè dicta. Et quidem doctor S. dicit animas ſeparatas habere cognitionem omnium rerum naturalium per ſpecies infuſas à Deo, tamẽ nõ certam, & propriam, ſed cõmunem, & confuſam. Dat tamen angelis quòd habeant naturalem omnium, ſingularem, & diſtinctam.

S. Th. p. p. q. 89. ar. 3.

3. Conclu.

¶ Tertia cõcluſ. In anima ſeparata cognitio quæ eſt per habitum ſcientię manet: manet, & ipſe habitus. Probatur quod manet habitus ſcientiæ, & deinde facilè probatur quod maneat actus. Hic loquimur de habitu ſcientiæ, prout in intellectu eſt per ſpecies intelligibiles. Probatur. Si habitus ſciẽtię nõ maneret in anima ſeparata, eſſet quia corrũperetur: ſed nullo modo corrũpitur: ergo manet. Probo minorẽ ex Ariſ. qui dicit, aliquam formã dupliciter poſſe corrumpi: vel de per ſe à cõtrario: vel de per accidens corrupto ſubiecto: at ſciẽtię habit⁹, nullo iſtorũ modorũ poteſt corrũpi, quantũ ad id q̃ in intellectu eſt. Patet. Non poteſt ad corruptionẽ ſubiecti: quia intellectus perpetuus eſt, & incorruptibilis. Neque à contrario: quia ſpecies intelligibiles ibidem reſeruatæ in memoria intellectiua, non habent contrarium: nam licèt in compoſitione, & diuiſione poſsit eſſe deceptio, & contrarietas, tamen in anima ſeparata non poteſt eſſe: ſequitur ergo quòd habitus ſcientiæ quos hic habuimus, manẽt poſt ſeparationem animę à corpore, & perfectiùs manent. Et ſic D. Hierony. ad Paulinum: Diſcamus in terris, &c.

Ratio.

Ariſt. in li. de long. & breui. uitæ.

B. Hieron.

Ratio. 2. p.

¶ Secunda pars, quòd maneat actus ſcientię acquiſitæ, patet. Manet habitus, & manent ſpecies intelligibiles: ergo poterit eſſe actus: nam ſi non manerent, maximè quia modus non manet operandi, ſcilicet, conuertendo ſe ad phantaſmata, quæ ibi non ſunt: ſed hoc non obſtat, vt dictum eſt: quia vel erit (vt dicit Scotus) per conuerſionem ad propria obiecta: vel per conuerſionem ad ſuperiorem ſubſtantiam, vt dicit S. Tho. Itaque manebit actus ſcientiæ acquiſitę, licèt quantũ ad modum non erit: quia non erit per conuerſionem ad phantaſmata.

Ratio. 2. p.

¶ Quarta cõcl. Quanuis naturaliter loquendo, diſtantia localis non impediat cognitionem, quominus anima rationalis cognoſcat, non tamen animæ mortuorum cognoſcunt quæ hic inter viuos agũtur. Probatur quod diſtantia localis non impediat cognitionem. Ibi diſtantia localis impedit cognitionem, quando cauſatur cognitio ab ipſis ſenſibilibus, quæ oportet ſint debitè approximata, vel quia debet eſſe conuerſio ad ipſa: ſed cognitio animę ſeparatæ nullo iſtorum modorum contingit, vt probatum eſt: ergo diſtantia localis nullum eſt impedimentum.

4. Conclu. Anima rõnalis nõ cõgnoſcit quæ apud nos cõtingunt. Vide Ægi. quolib. 5. q. 28.

Ratio. 2.

¶ Præterea. Cognitio animæ ſeparatę reſpectu ſingularium, eſt ex influxu ſpecierũ ex diuino lumine: ſed hic influxus ſic ad diſtãs, ſicut ad propinquum ſe habet: ergo cognitionem animæ ſeparatæ non impedit diſtãtia localis, quantumuis magna, intelligendo de illis quæ ſunt in præſenti: quia quæ prętereta, vel futura, ipſa deficiũt à ratione cognoſcibilitatis: quia & deficiunt ab entitate: ſed ſolùm loquimur de diſtantia locali reſpectu illorum quæ ſunt.

Ratio. 2. p.

¶ Alia pars, quod non cognoſcunt animæ defunctorum illa quæ apud nos fiunt, naturaliter loquendo (quia ex diuina diſpẽſatione ſecus eſt) probatur: anima ſeparata cognoſcere poteſt ſingularia, vel quia quodãmodo eſt determinata ad illa, vel per veſtigium alicuius præcedentis cognitionis, aut affectionis, vel per diuinam ordinationem: ſed animæ mortuorum ſecundum naturam ſuam, & diuinam ordinationem ſegregatæ ſunt à conuerſatione viuentium, & coniunctæ conuerſationi ſpiritualium ſubſtantiarum: ergo oportet ignorent ea quæ apud nos aguntur. Sic D. Gregor. dicit. Mortui vitam in carne viuentium per eos qualiter diſponatur, neſciunt: quia vita ſpiritus longè eſt à vita carnis, & ſicut corporea, atque incorporea diuerſa ſunt genere, ita ſunt diſtincta cognitione. Ex hoc ſumitur ratio, quod neque poſſunt cognoſcere ex veſtigio præcedentis cognitionis: quia ex illis quæ hic cognouerunt, nullum eſt veſtigium ad illa quæ poſtea geruntur.

Grego. 12. moralium.

¶ Sub compendio propter ſtudioſos, & affectos ad doctrinam S. Tho. de cognitione animæ ſeparatæ, hæc ex doctrina eius haberi poſſunt.

p. p. q. 89. per totam de ueritate q. 19. ar. 1 & 2. & de anima art. 15. & 16. & 17.

¶ Primum anima ſeparata non mouetur immediatè ab aliquo obiecto corporali, neque ſpiritua-

ſpirituali. Quod eſt cõtra communem opin. vt diximus.

2. ¶ Secundum. Anima ſeparata ſe ſola ſufficiens eſt abſque ſpecie, vt intelligat ſe: quia eſt ſibi præſens.

3. ¶ Tertium. Per iſtam cognitionem qua ſe cognoſcit, poteſt cognoſcere, confuſè tamẽ ſubſtantias ſeparatas: & cognoſcit alias animas, perfectè quidem, ſed non diſtinctè, hãc, vel illam.

4. ¶ Quartum. Animæ ſeparatæ infunduntur ſpecies: quod eſt neceſſariò dicendum, ſuppoſito non mouetur ab aliquo obiecto corporeo, neque incorporeo: quæ infuſio poteſt dici naturalis: quia neceſſaria eſt ad operationes naturales: & quia talis ſtatus hoc exigit.

5. ¶ Quintum. Anima per tales ſpecies infuſas poteſt intelligere res corporales, & ſpirituales: ſicut quilibet noſtrum per ſpecies proprias: Et nõ ſolũ per has cognoſcit naturas rerum, ſed ſingularia diſtinctè: quia neceſſarium eſt ad talem ſtatum: aliàs non poſſet loqui angelo, vel alteri animæ. Et patet de puero, qui patrem & matrem cognoſcet.

6. ¶ Sextũ. Non oportet quod anima ſeparata cognoſcat omnia ſingularia, ſed ſolũ illa ad quæ habet ordinem, & quæ videntur ad ſuũ ſtatum pertinere. Anima tamen benedicta Chriſti Ieſu Redemptoris noſtri nouit omnia: quia ad eum ſpectant omnia. D.Tho. 3. p.q. 10.a. 2.

7. ¶ Septimum. Anima ſeparata cognoſcit per ſpecies acquiſitas hic in via, ſiue vniuerſales, ſiue particulares.

8. ¶ Octauum. Diſtantia localis non impedit cognitionem ſingularium, etiam, quæ eſt à cœlo ad terram.

9. ¶ Nonum. Animæ defunctorũ non cognoſcunt quæ hic fiunt: quia ſunt ſeparatæ à cõſortio noſtro: quòd ſi cognoſcant, erit ex diuina ordinatione.

Ad Argu. ¶ Ad duo argumenta priora patet ſolutio.

¶ Ad tertium verò dictum eſt, animas non cognoſcere quæ hic aguntur, & fiunt. Quòd ſi aliquando veniant, & appareant, vel eſt illuſio, vel fit Deo permittente: vt factum fuit de ſuſcitatione Samuelis per Pythoniſſam: quæ vera fuit ſuſcitatio. *Vera fuit Samuelis ſuſcitatio.*

Dubium. ¶ Hic poſſet quæri: an anima ſeparata poſſit mouere corpus, ſicut mouet angelus. Et quidem, quicquid alij dicant, dicendum eſt quòd ſic, vt ſcitè, & latiſsimè probat noſter doctor fundamentalis Ægidius Romanus quolibet. 4. quæſt. 17. De quo aliàs ex profeſſo longum faciemus ſermonem in reſolutionibus noſtris Theologicis: nam hic à fundamentis adducere omnia, eſſet valde operoſum, & tranſcenderemus metaphyſicã diſciplinã, & ideo ſuperſedemus, lectorem remittentes ad locum ſupradictum. Et ſic eſt finis tertij libri de Anima, & totius ſpeculationis rerum naturalium: quæ manuducunt nos ad cognitionem ſempiternæ veritatis: cui ſit honor & gloria in æternum, & vltrà. Amen.

Solutio.

Ægidius.

Reſolutiones.

Finis tertij libri de Anima
& totius operis.

Expenſis Vincentij à Portonarijs.

SALMANTICAE
Excudebat Ioannes Baptiſta à
Terranoua. Anno
1 5 7 3.